




SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONVM
TOMVS TERTIVS
PARTIS QVARTAE RECENTIORVM

Ab Anno MDCXXIV vsque ad annum MDCXXVI.

NVNC PRIMVM IN LVMINE PVBLICO POSITARVM,
Vt Corpus Recentiorum, in quo series dictorum Annorum desiderabatur, absolutum, per temporis continuationem, redderetur.

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO
SELECTARVM, NEC VMQVAM ALIAS IMPRESSARVM.

Adest quoque Appendix earum Decisionum, quæ in ipsis Decisionibus allegantur in eisdem causis factarum, quæ adhuc publici iuris factæ non erant.

Cum Argumentis, Summarijs, ac nonnullis Annotationibus, & Indicibus.

Necnon Priuilegio Pontificio ad Annos viginti vbique Terrarum.

Habetur pariter in fine post Indicem Declarationum variarum rerum, Alius Index trium Discursuum eiusdem Rubei.





ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. MDCXLVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

CATHALOGVS
DIVERSARVM PARTIVM DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE,

Quæ vſque de Anno 1645. lucem publicam aſpexerunt.

DECISIONES Nouæ	Collectore Guilelmo Horbort Rotæ Auditore.
Deciſiones Antiquæ	Eodem Collectore.
Deciſiones Antiquiores	Collectore Bernardo de Biſignetto Rotæ Auditore.
¶ DIVERSORVM Pars Prima	Collectore Cæſare Valentino I.C. Romano.
Diuerſorum Pars Secunda	Eodem Collectore.
Diuerſorum Pars Tertia	Eodem Collectore.
¶ Diuerſorum Pars Quarta	Collectore Proſpero Farinaccio I. C. Romano.
RECENTIORVM Pars Prima	Collectore eod. Proſpero Farinaccio I.C. Romano.
Recentiorum Pars Secunda	Eodem Collectore.
Recentiorum Pars Tertia	Eodem Collectore.
Recentiorum Pars Quarta	Eodem Collectore.
¶ Eiuſdem Partis Quartæ Tom. II.	Collectore Paulo Rubeo I. C. Romano.
Eiuſdem Partis Quartæ Tom. III.	Eodem Collectore.
Recentiorum Pars Quinta	Eodem Collectore.
Eiuſdem Partis Quintæ Tom. II.	Eodem Collectore.
Recentiorum Pars Sexta	Eodem Collectore.
Recentiorum Pars Septima.	Eodem Collectore.

DECISIONES Recentiores Rotæ Romanæ recollectæ à Farinaccio ſunt ab anno Domini 1558. vſque ad annum 1618.

DECISIONES verò recollectæ à Rubeo ſunt ab anno 1618. vſque ad annũ 1637. Deciſiones ab anno 1618. vſque ad annum 1626. adſunt in duobus illis Tomis partis Quartæ Recentiorum.

Deciſiones ab anno 1626. vſque ad annum 1630. ſunt in *Quinta Parte Recentiorum*, Aliàs inſcripta eſt Tomus Primus Deciſionum ab eodem Rubeo ſelectarum cui Tomo adeſt Appendix, ſeu Additio.

Deciſiones ab anno 1630. vſque ad annum 1634. ſunt in *Sexta Parte Recentiorum*, Aliàs Secundus Tomus, ſeu Deciſiones ſecundo loco ſelectæ ab eodem.

Deciſiones ab anno 1634. vſque ad annum 1637. adſunt *in Septima Parte Recentiorum*, Aliàs Tertius Tomus, ſeu Deciſiones tertio loco ſelectæ ab eodem.

DECISIONVM Recentiorum Tertia, & Quarta, iterum ad lucem reuocatæ fuerunt ab eodem Rubeo, centenarijs multis ex dictis deciſionibus reſecatis, indicato tantum loco, & ſæpiùs diuerſis locis, vbi iam impreſſæ iacent, cum nonnullis annotationibus eiuſdem, quæ ſunt in principio Tertiæ Partis.

PRIMAM, & SECVNDAM PARTEM DECISIONVM RECENTIORVM pariter reſecatis superfluis deciſionibus, ideſt alibi impreſſis, & cum fœnore, in dies expecta, Necnon deciſiones bo. me. Reuerendiſs. *Franciſci Peniæ* Rotæ Decani olim celeberrimi, ſimul etiam *Octauam, & Nonam* Partem Recentiorum, atque Propugnaculum practicarum concluſionum, aliaque prout alibi promiſi.

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

ALIAS per fel.rec.Paulum Papam V. prædecesſorem noſtrum accepto, quod dilectus filius Theodoſius Rubeus
Priuernas Terracinen. Diœceſis Cubicularius Apoſtolicus, ac tunc eiuſdem Pauli prædeceſſoris familiaris, &
continuus commenſalis ſpatio plurium annorum circa Deciſiones Rotæ Romanæ à diuerſis illius Auditori-
bus emanatas diligenter inſudauerat, ex eiſq. ingeutem notabilium, & exemplarium concluſionum numerum
deprompſerat, & concluſiones ipſas in plura obſeruationum Rotalium volumina cum diuerſarum quæſtionum
a Doctoribus diſputatarum ad ſingulas materias additione redegerat, necnon etiam multas alias eiuſdem Ro-
tæ deciſiones, alias ſcilicet concordantes, alias verò declaratas, quaſdam autem reuocatas in vnum compila-
uerat, ac demum pleraſque alias deciſiones varijs annotationibus illuſtrauerat, & omnia huiuſmodi volumi-
na, & opera imprimi facere intendebat, Dubitabat autem, ne aliqui ex alieno labore, lucrum quærentes, volumina, & opera hu-
iuſmodi poſtquam in lucem prodijſſent, in magnum ſui præiudicium typis mandari facere præſumerent, idem Paulus prædeceſ-
ſor eidem Theodoſio pro ſe, ac hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis quibuſcunque, vt ad quindecim annos à voluminum, & operum
prædictorum, non ſolum prima, ſed etiam cum annotationibus, & additionibus vlteriori impreſſione numerandos nemo prorſus
tàm in Statu Eccleſiaſtico mediatè & immediatè ſubiecto, quàm alibi vbicunque citrà & vltrà montes prædicta, & quælibet alia
ab ipſo Theodoſio deinceps durante tempore quindecim annorum huiuſmodi etiam in alijs ſcientijs, & diſciplinis in lucem eden-
da volumina, & opera in toto, vel parte etiam cum annotationibus, aut aliter quomodolibet ſine ſpeciali Theodoſij eiuſque hæ-
redum, & ſucceſſorum eorumdem, vel ab eis ius habentium licentia in ſcriptis habita imprimere, aut ab alio, vel alijs imprimi
facere, ſeu impreſſa vendere, aut venalia habere, proponere, aut aliter edere, vel diuulgare, aut pro vſu proprio, vel habere te-
nere poſſet auctoritate Apoſtolica conceſſit, & indulſit, ac alias ſub certis Cenſuris, & pœnis, modoque, & forma tunc expreſſis
inhibuit, & mandauit, prout in cedula Motus proprij deſuper expediti, cuius ſolam ſignaturam d. Paulus prædeceſſor ſufficere,
& vbique fidem facere in iudicio, & extra illud voluit, plenius continetur. Subinde nos conceſſionem, indultum, inhibitionem,
& mandata prædicta, aliaque omnia & ſingula in dicta cedula contenta cum omnibus, & ſingulis inde ſequutis, & ſequendis dicta
auctoritate ad quindecim annos prædictos confirmamus, & inſuper dictos quindecim annos ad alios quinque annos a fine ipſorum
quindecim annorum computandos ſub eiſdem pariter cenſuris, & pœnis, modoque, & forma etiam tunc expreſſis prorogauimus,
extendimus, & ampliauimus, & aliàs prout in cedula noſtri Motus proprij deſuper expediti plenius etiam continetur. CVM
AVTEM SICVT IDEM THEODOSIVS, ET DILECTVS PARITER FILIVS PAVLVS RVBEVS eius natus nobis nuper
exponi fecerunt, ipſe PAVLVS *Duo Deciſionum* ſelectarum eiuſdem Sacræ Rotæ Romanæ volumina, quorum vnũ Nobis dicauit,
in lucem ediderit, & propediè benedicente Domino *tertium earumdem Deciſionum*, necnon SECVNDVS, & TERTIVS TOMVS
QVARTÆ PARTIS RECENTIORVM opus diuulgaturus ſit; Nobis propterea ijdem Theodoſius, & Paulus humiliter ſuppli-
cari fecerunt, vt prædicti Pauli prædeceſſoris, ac noſtras Motuũ propriorũ cedulas, ſeu priuilegia ad ipſum Paulum; AC OMNIA,
ET SINGVLA PER EVM IAM EDITA ET DEINCEPS ETIAM IN ALIIS SCIENTIIS, ET DISCIPLINIS EDEN-
DA VOLVMIMA, ET OPERA, necnon ad tempus in eiſdem cedulis expreſſum extendere de benignitate Apoſtolica digna-
remur. Nos igitur eiuſdem Pauli indemnitati, & commodis conſulere, ipſumque necnon Theodoſium eius genitorem ſpecialibus
fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis ſenten-
tijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad ef-
fectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus in-
clinati præfata motuum propriorum cedulas, ſeu priuilegia huiuſmodi aliàs eidem Theodoſio per dictum Paulum prædeceſſorem
ad quindecim, & ſubinde per *Nos ad alios quinque, & ſic in totum ad* VIGINTI ANNOS reſpectiuè conceſſa, & prorogata ad eũ-
dem Paulum, necnon omnia, & ſingula per eum iam edita, & deinceps etiam in alijs ſcientijs, & diſciplinis in lucem edenda vo-
lumina, & opera & ad tempus prædictum, quo durante nemo prorſus *tàm in Statu Eccleſiaſtico mediatè, & immediatè ſubiecto, quàm
alibi vbicunque citrà, & vltrà Montes* prædicta, & quælibet alia ab ipſo Paulo etiam in alijs ſcientijs, & diſciplinis in lucem edenda
volumina & opera in toto, vel in parte etiam cum additionibus, & annotationibus, aut aliter quoquo modo ſine ſpeciali dicti
Pauli, eiuſq. hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis ius habentium licentia in ſcriptis habita, imprimere, vel ab alio, ſeu ab alijs *im-
primi facere, ſeu impreſſa vendere, aut venalia habere, proponere, vel aliter edere, aut euulgare, ſeu etiam pro vſu proprio habere, vel tenere
poſſit*, omneſq., & ſinguli Typographi, Bibliopolæ, & librorum impreſſores, aliæq. perſonæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ditioni me-
diatè, vel immediatè ſubiectæ, alijſq. in quibuſcunque Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & locis vltrà, & citrà Montes conſtituti
durante tempore prædicto volumina, & opera prædicta in toto, vel in parte quoquomodo ſine ſpeciali dicti Pauli, eiuſque hære-
dum, & ſucceſſorum, ac ius, & cauſam ab eis habentium, licentia in ſcriptis habita huiuſmodi imprimere, vel imprimi facere, aut
venalia habere, proponere, edere, vel euulgare, aut etiam pro vſu proprio tenere præſumentes EXCOMMVNICATIONIS
MAIORIS LATÆ SENTENTIÆ *à qua nonniſi à Romano Pontifice* pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo con-
ſtituti, *abſolui nequeant*, & in dictæ Sedis ditione exiſten. etiam *ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & ammiſſionis librorum*
pœnis toties quoties contrauentum fuerit ipſo facto, & abſque declaratione incurrendis, ac pro vna dicto Paulo, eiuſque hæredi-
bus, & ſucceſſoribus, iuſque ab eis haben. huiuſmodi, pro altera vero medietatibus Cameræ Apoſtolicæ applicandis, & irremiſſibi-
liter exigendis incurrant, & incurriſſe cenſeantur Apoſtolica auctoritate tenore præſentium extendimus, & ampliamus. Decer-
nentes conceſſionem, indultum, inhibitionem, mandatum, aliaq. in dictis cedulis contenta, ac noſtram extenſionem, & amplia-
tionem huiuſmodi durante eorumdem VIGINTI ANNORVM ſpatio validas, & efficaces, ac valida, & efficacia eſſe, & fore, ac
ab omnibus, & ſingulis Typographis, Bibliopolis, & librorum impreſſoribus, aliiſque quibuſuis perſonis tàm noſtræ Sanctæ Roma-
næ Eccleſiæ ditioni in temporalibus mediatè, vel immediatè ſubiectis, ac in quibuſcunq; Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Diœ-
ceſibus conſtitutis *vltrà, & citrà Montes, & in qualibet Mundi parte* ſub pœnis prædictis per contrauenientes ipſo facto, & abſque
alia declaratione incurrendis firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, & adimpleri debere, ab illiſque durantibus dictis VIGINTI
ANNIS nullatenus quocunque prætextu, colore, vel ingenio recedi, aut reſiliri poſſe, ſicq. per quoſcunque Iudices ordinarios,
& delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Le-
gatos, & Vicelegatos dictæq. Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, &
auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel igno-
ranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, & omnibus, & ſingulis, quæ in dictis cedulis conceſſa ſunt non obſtare,
cæteriſq. contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam in voluminibus, & operibus ipſis im-
preſſis eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, & ne
de præmiſſis aliquis ignorantiam prætendere poſſit, quod eædem præſentes in acie Campi Floræ, & in valuis Cancellariæ Apoſto-
licæ, & ibidem per affixionem publicari debeant, & quod ſic affixæ, & in ipſis operibus impreſſis inſertæ omnes, & quos concer-
nunt perinde arctent, ac ſi eiſdem perſonaliter intimatæ forent. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Anulo Piſcatoris
die xxiij. Iulij MDCXLI. Pontificatus noſtri anno decimooctauo.

M. A. Maraldus.

Locus ✻ Anuli Piſcatoris.

*Die, anno, & Pontificatu quibus ſupra ſupradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Curiæ, & Can
cellariæ Apoſt. & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Dominicum Vareſium S.D.N. Papæ Curſ.*

Pro Magiſtro Curſorum Dominicus Mangilius Curſor,

PRI-

PRIVILEGII SVMMA PRO IMPRESSORE Camerali, & Vaticano.


LEMENS Papa *VIII. Diplomate sanxit, ne quis citra voluntatem Dominici Basæ, olim in Typographia Vaticana impressoris, sacram Bibliam, Concilia generalia, Epistolas decretales, libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes ac etiam Sanctorum Patrum volumina, libros etiam cuiuscunque generis, vel nouiter ab ipso edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiusque voluminis imprimat, vel impressa venalia habeat. Quod* Priuilegium *Paulus* Papa *V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelphi I. V. D. ac Impressoris Cameralis transtulit, indulsitque. Id idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis, ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ sententiæ pœna puniuntur. Quod si in Terris S. R. E. subiectis id contigerit, confiscatione etiam librorum, ac quingentorum ducatorum auri solutione mulctabuntur, vt latius patet in Literis ipsius Gregorij Papæ, datis* Romæ *apud Sãctam Mariam Maiorem sub anulo Piscatoris die* 12. *Octobris* 1621. *Pontificatus sui anno primo. Quæ omnia felicis recordat. Vrbanus Papa VIII. in fauorem Andreæ Brugiotti Typographi Cameralis, & Vaticani translata, & indulta haberi iussit, datis Literis apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die* 23. *Martij* 1628. *Pontificatus sui anno quinto.*

Signat M. A. Maraldus.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apostol.

A. Sacratus Episc. Comacl. Vicesg.

EGo infrascriptus vidi, & perlegi Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ ab anno 1618. vsque ad annum 1626. à Perillustr. & Excellentiss. D. Paulo Rubeo I.C. Romano selectas, vna cum eiusdem Annotationibus, ac Discursibus, nihilq. reperi, quod pias, vel Catholicas aures offendat, & dignissimum puto, vt publici iuris fiant. Hac die 15. Martij 1644.

Ioannes Baptista Mandosius Patritius Romanus, & in Romana Curia Aduocatus.

Imprimatur,
Fr. Raymundus Capisuccus Magister, & Socius Reuerendiss. P. Fr. Vincentij Candidi S.P.A. Mag. Ord. Prædic.

SVMMARIVM
SEQVENTIS DISCVRSVS
AD SCIENTIARVM OMNIVM AMATORES
PAVLI RVBEI I. C. ROMANI.

Index huius, & præteriti discursus præcedentis Tomi, habetur in calce Indicis Materiarum.

1 *Sapientiæ dulcedo, qualis sit, ingenio humano concipi non potest, nedum eloquio memorari.*

2 *Sapientiæ liquor è Cœlo descendit, & non ex terra scaturit.*

Sapientia è Cœlo descendit, vt mortales sursum trahat. num.2.

3 *Mater vberum ostensione reuocasse fertur puerum ab imminenti præcipitio, ita vt lac ei bis vitam dederit.*

4 *Sapientiæ dulcedo liberat mortales à multis præcipitijs, in quibus cadauerati remanerent.*

5 *Otium est scelerata sentina scelerum.*

6 *Scientijs varijs pro communi vtilitate multi operam nauant.*

7 *Viuere beatè quis non potest, si tantùm se ipsum intueatur, omniaque ad suam vtilitatem referat.*

Alteris viuendum oportet, qui vult vbiq. viuere.

DEI reuerentia, & proximi amor summa est totius legis.

8 *Legalis scientia summopere prodest generi humano*

9 *Lege hominis viuunt, lege gubernantur, lege negotiantur, lege demum omnia peragunt.*

Lex est fundamentum libertatis, vinculum Ciuitatis, fons æquitatis, omniaq. boni. nu.9.

10 *Lex, si non esset, ex rapto viueretur, non hospes ab hospite tutus esset.*

Lex, si prestò non esset, virtutes omnes fugam arriperent, vitiaq. regnarent. num.10.

Sine Lege non solum Respublica, sed nec exiguus hominum cœtus, immo nec parua quidem domus perdurare potest secundum Platonem.

11 *Legistæ in manibus perpetuò ferunt stateram pro Ciuium concordia, æquo libramine ius suum vnicuiq. concedendo.*

12 *Legistæ sæpè patiuntur pœnas alienorum deliramentorum.*

13 *Legistæ sunt illi, qui dirimunt ambigua, lapsa erigunt, fatigata reparant.*

Legistæ non minus prouident humano generi quam si prælijs, atq. vulneribus patriam defenderent ex sententia Cæsarea.

14 *Legistæ militare dicuntur, dum laborantium spem, vitam, & posteros gloriosa voce defendunt.*

15 *Legalis sacrosancta, & augusta Maiestas a nonnullis perperam, & incasse quæritur obscurari. & numer. 10.*

16 *Aequum iudicium qui sapit, ille ferat.*

17 *Legalis scientia, secundum Aristotelem, nuncupatur architetonica, quasi aliarum Regina, & Domina.*

18 *Scientia legalis, non est solum scientia, sed etiam scientia speculatiua.*

Legistæ decidunt casus numquam occursos, & sic opus est indagatio, & speculatio. num. 18.

19 *Legalis scientia est sanctissima.*

Legis finis est CHRISTVS.

20 *Iurisprudentia est humanarum, & diuinarum rerū notitia.*

21 *Legis tota gloriosa amplitudo in quibus constet.*

22 *Legis præcipuus effectus est mouere efficaciter ad virtutem; & sic ad æternam felicitatem.*

23 *Legistæ sunt tanquam Oracula Ciuitatum, & quare.*

Iura in Ciuitate habere parum est, nisi sit, qui ea reddat.

24 *Arma foris habere parum est, nisi domi sit consilium.*

Vitæ humanæ compago pessundaretur sine lege. n.23

25 *de Legistis quando fit mentio, de quibus debeat intelligi.*

Leguleorum infinitus est numerus, qui non Doctoris sed Iuris dolores vocari possunt.

26 *Doctores multi sunt legum hostes, eas abhorrentes studendo tantum in repertorijs, & sæpè declarant ignotum per ignotius, & vide nu.27. & 28.*

27 *Fontem aspicere sine aqua indecorum est, ita & Doctorem vulgò necessitatis, id est sine lege.*

28 *Calceorum aptator melius est, vt quis sit, quam Doctor sine legibus.*

29 *Sapientiæ peregregia possessio quid non operetur, & quidem mirabilia.*

30 *Sapientia cum vndiq. sit clara, ad instar Solis alienis facibus non indiget. & num.31. & 32.*

Scientia totum orbem illuminat, nu.30.

33 *Milites, qui raro viderunt homines vulnerari, & occidi, dum sunt in cōflictu, de fuga cogitant potius, quàm de pugna.*

34 *inter Parabolanos connumerari turpe est.*

35 *Philosophus quidam non potens intelligere cuiusdam fluminis perrennitatem, proiecit, se in illum, dicendo, quia ego te capere non possum, tu cape me.*

36 *Mediocria, qui dixit aurea esse, aureus ille fuit, secundum Catonem. & num. 37.*

Carbone solent delineari picturæ.

38 *S. Gregorius Thaumaturgus licet esset pusillæ staturæ, in humilitate tamen, & sanctitate magnus fuit.*

39 *Et tam magnus Gigas fuit, vt Montem de loco ad locum transtulit.*

40 *S. Gregorius Thaumaturgus, quando cœpit Episcopatum Neocæsariensem, in eo inuenit tantum 17. Christi fideles, & moriens in eodem amplo Episcopatu reperti fuerunt solum totidem infideles.*

S. Gregorius Thaumaturgus pro humilitate vbi iusserit se sepeliri. Et quam humiliter senserit de suis operibus. num. 41.

42 *Sapientiæ possessio quam præciosissima sit, aliaq. quæ hic tranctanda sunt præmittuntur, vsque ad numer. 56.*

57 Sapien-

57 *Sapientiā vt quis adipiscatur, tria copulatiuè requiruntur, studium, ingenium, & humilitas.*
58 *Doctrina magis quam aurum eligi debet secundum Salomonem.*
Sapientia melior est cunctis opibus preciosissimis, nec omne desiderabile ei potest comparari, secundum eumdem.
59 *Aurum in comparatione sapientiæ est vilissima terra, eius splendor est caliginosa tenebra.*
Nemo fœlix nisi sapiens. Sapiens viuit tantum tranquille. Beatus necessario est sapiens.
60 *Imperium Orbis, sceptrumque Romanum cedit sapientiæ.*
61 *Iustinianus Imp. prætulit philosophiam Imperio, & id didicit in sacra scriptura Sapient. cap. 7. & num. 62. & 63.*
65 *Imperatores, Reges &c. si sint scientia vacui, reputantur tamquam asini coronati ex sententia Traiani Imp. num. 66.*
67 *Licinus Imp. alias non admodum laudatus, literis adeo infestus erat, vt pestem publicam eas nuncuparet.*
68 *Sæculum dicitur aureum, quando sapientes regnant secundum Senecam.*
69 *DEVS maximis beneficijs afficit illum populum, dum concedit ei Principem sapientem. & vide super hoc textum sacrum, & aureum numer. 70. 71. 72. & 73.*
74 *Extremis malis extrema remedia adhibenda sunt. & num. 75.*
76 *DEVS seuerissimo flagello punit populum illum permittendo, vt gubernetur à Principe insipiente.*
Rex insipiens perdit Regnum suum.
77 *in Mundo quid miserius est, quam habere pro capite virum inexpertum, & insipientem. & vide nu. 84. vsq. ad 86.*
Cæcus, si cæcum ducat, ambo in foueam cadent.
78 *Statutum disponens, vt in contractibus minorum interueniant proximiores consanguinei intelligi debet de consanguineis maioribus, & non minoribus.*
79 *in Negotijs proprijs, qui indiget alieno præsidio, absonum esset, vt alterius indemnitati consulat, & est solida opinio, & secuta à Rota nu. 80. 81. 82. & 83.*
88 *Populum dare in manibus personarum insipientium, est ille amarus epilogus omnium amaritudinum.*
90 *Alphonsi Regis Aragonum, (qui nihil nisi regium egit) responsio contra eum, qui dixit Principi non decere literas scire & num. 92.*
91 *Vox illa, quæ à ratione non exit, dicitur profecta nō ab homine, sed à bellua.*
93 *Rex Roboam Regis Salamonis filius, quia spreuit sapientiam, propter vnicā tantum insipientem responsionem, maiori parte sui regni cum eius æterna infamia, priuatus fuit.*
94 *Demetrius Valerius magnus ille Philosophus admonebat Ptolomeum Aegypti Regem, vt sedulo libros de Imperio tractantes legeret, & quare.*
95 *Consiliarij Principum libenter transeunt per Placentiam, sed non per Veronam; Et canunt illud psal. Placebo Domino in Regione viuorum, &c.*
96 *Veritas in Palatijs non ingreditur, nisi furtiuè, & per fenestras.*
Veritas potentum limina fugit.
97 *Principibus hoc vnum eis deest, qui eis nudam veritatem asserat.*
98 *Persapio Secretario Regis Cambisis Persiæ, quia verum ei dixit, quid ei acciderit. nu. 99. 100. & 101.*
102 *Ouidius Poeta à proprio vsu edocto persuadet, vt quilibet sibi viuat, magna nomina fugiendo.*
103 *Veritas omnibus odio est, & explicatur illud Esaiæ cap. 59. & nu. 204. ibi, Veritas in Platea corruit.*
105 *Veritas cani mortuo, ac fætenti existenti in platea, secundum Ioannem Cluniacensem.*
106 *Veritas dicitur facta in auersionem.*
107 *Sapientia omnium maxima requiritur in Principibus, & quare.*
108 *in Nauigatione opus est, vt ille, qui eligitur in Nauclerum, cæteris antecellat peritia gubernandi vigilia, fide &c.*
109 *Princeps opus est, vt plus ipse sciat quam alij intelligant.*
110 *Reges quidquid delirant plectuntur, achiui.*
111 *Salomon Rex, non petijt à DEO, vt populum recte gubernaret, non diuitias, non annos, non longam vitam, sed sapientiam.*
112 *CHRISTVS D. N. non vnam, sed duas claues B. Petro reliquit, & quare.*
113 *Principes esse sapientissimos iura præsumunt.*
Principes dicuntur philosophiæ pleni.
114 *Principes præsumuntur prouidentissimi, & Iuris religiosissimi.*
115 *Religio est in legibus, & prouidentia in armis.*
Principes habent omnia iura in scrinio pectoris recondita num. 119.
116 *Princeps dicitur vigor iustitiæ, & lex animata in terris.*
117 *Plutarchus librum inscripsit hoc titulo, in Principe requiri doctrinam.*
118 *Principes, quia fuerunt personæ idiotæ teterrimorum vitiorum maculis conspurcati fuerunt.*
Ac à suis Consiliarijs ignominiosè venditi fuerunt.
119 *Et à quibus iure sperare poterant præsidia, vitam, oscula, &c. mortem reformidant.*
Expauescere omnia, imo nec sibi ipsi credere, amarum est.
120 *in Plebe si semel ignis accendatur, inextingibilis est, nec contentatur nisi totam iram euomat.*
Plebis indignatio, etiam vltra Tyrannorum mortem est, nemini parcendo, vt eorum memoriam extirpet.
121 *Plebs irritata, quid non audet, quid non potest? Cœlo adeo ipsi si valeret, arma inferret.*
122 *Victimæ, & quidem magnæ, quæ plebeio pede calcatæ fuerunt.*
123 *in Corporibus, sicut grauissimus morbus diffunditur, ita & in Imperio.*
124 *Principes multi, quia doctrina operam dederunt duplici corona digni se reddiderunt.*
Principes plures mediante eorum scientia bearunt suas ditiones.
125 *Principes sapientes, quia prudenter regnarunt, omnium ore, calamis, votis ad sidera eleuati fuerunt.*
Ac libenter subditi pro eorum incolumnitate propriā neglexerunt, gloriando se pro dictis Principibus, vitam prodegisse,
Nullatenus putando se perire, sed triumphare, dum tam pacato animo pro eis vitam relinquerunt
126 *Amor Principis in populum, & populi in principem hoc vnum æternat Regna.*
Rex sapiens populi est stabilimentum, vt habetur in in Deuterom. Sapient. cap. 9.
Sapientiæ lumen omnes qui præsunt populis, diligant.
127 *Sapientia est omnium rerum moderatrix, & ex ea multa commoda veniunt in Republica, secundum Marc. Tull.*

Pudor vbi non est, ibi exulat cura Iuris, Sanctitas Pietas, fides, instabile Regnum erit.
128 Honestas vbi adest, quæ sita reperitur in sapientia, ibi abundat omnis virtus.
129 Principes sapientes in omnium amore imperarunt, gaudendo potius uti patres esse delectos, quam uti Dominos obseruatos.
130 Principi quid pulchrius accidere potest, quam viuere optantibus cunctis?
131 Principi illi, quis audeat struere periculum; sub quo iustitia, pax, securitas, abundantia, florent, secundum Senecam.
132 Carolus V. cum admonitus esset à suis, vt in audiendo omnes, non esset ita facilis, propter multa propriæ vitæ pericula, quid ipse Cæsareo animo respondit.
133 Carolus V. in audiendo omnes erat ita facilis, vt ipsi plebei mirabantur in tanta dignitate, talem adeundi facilitatem.
134 Terrore Princeps ille frustra se cingit, qui amore suorum septus non est.
Arma armis irritantur, amor amore prouocatur.
Princeps ille, qui amore subditorum septus non est, parum ei iuuat extruere in altum æditas arces,
Rex in aperto saluus est, dum in eum æmulatur amor ciuium.
Timere multum is oportet, qui a multis timetur. numer. 135.
136 Terrens ipse magis timet. Metus in auctorem reddit.
Regnare ille nescit, odia qui timet.
137 Principes multi sapientes mirabilia fecerunt.
138 Iulius Cæsar Romanorum 1. Imp. inter magnos Heroes Maximus, pro quo æther ipsum pugnare videbatur, studijs erat deditissimus.
Cæsar Imp. omnium Oratorum fuit elegantissimus, ex sententia Marc. Tull.
139 Cæsaris commentaria toto Orbe sunt conspicua.
140 Octauianus Augustus Romanorum II. Imp. studijs mirum in modum operam dedit, itaut in bello, & præsertim Mutinensi in tanta mole rerum quotidie legebat, scribebat, & declamabat & nu. 141.
142 Octauianus Imp. primus fuit, qui CHRISTVM, eiusq. gloriosam MATREM adorauit, ac incensū dedit.
143 Octauianus Imp. in die Natiuitatis Domini in sphera solis, vidit Sacratissimam Virginem cum CHRISTO in brachijs.
Ita vt quasi Primicerius extiterit vocationis gentiū.
144 Alexander Romanorum Imp. etiam cum conuiuaretur, adhibebat Vulpianum, ac alios doctos, vt dum ederet, à scientijs non esset alienus.
145 Alexander Imp. quam carus fuerit Populo Romano, mirabile est dictu, asserendo Romam saluam esse, dum ipse saluus erat & num. 146.
147 Momenta sunt horæ amorum. Amor addit alas, & animum.
149 M. Antoninus Philosophus Romanorum Imperator adeo deditus fuit literis, vt nemini Grecorum Romanorumq. secundus fuit.
150 M. Antoninus Philosophus multa peregregia scripta reliquit.
151 Ciuitates tunc fore beatas. secundum Platonem, quando aut philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur.
152 M. Antoninus Imp. in magna angustia belli, exacti ærarij renuit populos grauare, sed omnia propria vendidit, vsque ad vestes vxorias. & numer. 153. & 154.
155 Populus Romanus sic dilexit M. Antoninum Imp. dictum philosophum, vt dulcissimum patrem illum nuncupabat. & num. 156.
157 Ac per totum Orbem tamquam persona Cælestis habita erat, & summopere Reges illum sibi propitium optabant, recurrendo ad ipsum tamquam ad aram iustitiæ.
158 M. Antoninus Philosophus Imp. omnibus adeuntibus se commodum præstabat, cuilibet dexteram placide dando.
159 Et seuere prohibuit suis Cubicularijs, ne aliquem ab eius audientia arcerent.
Doctus qui est, inhumanus esse non potest, alias doctrina esset insipida, & nescia.
160 Iustinianus Imp. factorum gloria Magnus, sed scientia, & quidem legali Maximus.
161 Iustinianum Imp. iura non nouisse, imo nec quidē literarum elementa didicisse, nonnulli Græci more solito apertis oculis somniarunt.
162 Grecia mendax fuit in historijs.
163 ex Græcia sicut claritas literarum, ita omnis fabulositas effluxit.
Grecia religionem, & fidem numquam coluit, secundum Marcum Tullium.
Testimonium Græcum, antiquum prouerbium, solitum dici, dum mentitur.
164 Græci historici, id quod asserunt contra Iustinianum Imp. potest intelligi de aliquo alio Iustiniano.
165 Laurentio Vallæ quæ fides adhibenda veniat, cum in eo tanto maledicendi pruritu æstuauerit, vt sontes, & insontes æqualiter momorderit.
in Sepulchro Laurentij Vallæ inscriptum fuit, & Nunc mordet humum.
166 Labienus antiquus scriptor, quia omnes passim nullo facto delectu carpebat, mutata prima litera Rabienus, dictus fuit.
Et propter tale eius pessimum vitium, publico decreto statutum fuit, vt illius libri igni traderentur, vt referunt Seneca, & Sueton.
167 Picus studio maledicendi adeo deditus fuit, vt omnes Iurisconsultos nec vno excepto, increpauerit. & num. 168.
169 Iustinianus Imp. fuit vir, maximi diuiniq. ingenij ac magnæ splendidæq. doctrinæ conspicuus.
170 Iustinianus Imp. nisi fuisset literatissimus, non ordinasset, vt ab abysso desperationis eruerentur tot, tantæq. confusæ Constitutiones.
171 Vnde eo impellere tam præclarum opus, omnibusq. seculis mirandum, perfectum fuit.
172 Ignorantis non est, animo voluere insigne opus in gratiam literatorum.
173 Tractant fabrilia Fabri.
à Scientijs alieni non solent rem literariam augere.
174 Scientia tot habet inimicos, quot sunt ignorantes.
Indocti non se putant incolumes fore, nisi oppressis bonis literis. num. 174.
175 Iustinianus Imp. fuit Princeps fide Catholicus in operibus rectus, & in iudicijs iustus, ideo omnia ei concurrebant in bonis.
Iustinianus Imp. tertiam partem Mundi Imperio Romano recuperauit.
176 Iustinianus Imp. magna pro fide Catholica animo concepit, & vt eius intentum assequeretur publicis orationibus, & ieiunijs curauit sibi propitium reddere Diuinum Numen.

Litera-

286 Otij

nachus S. Benedicti, & in propria persona humilitatis ergo premit religiosos otiosos.

371 Abbas Paulus probatissimus Patrum, quàm magnū dederit exemplum religiosis omnibus manibus operari, quamvis victum habeant, & refertur eius memoranda opinio.

373 Monachus sine labore manuum non potest ad perfectionis cumulum deuenire, cum ea deseruiat pro purgatione cordis, ac perseuerantia cellæ.

374 Religiosis discurrentibus per Vrbes, & Castella, nihil turpius est, secundum S. Bernardum.

375 Religiosos illos S. Hieronymus reprehendebat, qui crebrius erant in Vrbe quam in Cellula,

376 Abbas Isidorus, vt refert Nicephorus hoc præcipuè obseruabat in regula, ne quis Monachus foris progrederetur.

377 Religiosos foraneos, & per Vrbis Plateas cursitantes acribus verbis reprehendere solebat S. Ioannes Chrysostomus.

378 Religiosam vitam profitentes, cum toti diuinarum rerum contemplatione mancipentur, nil gratius esse debet solitudine.
Religiosis paradisus videri debet solitudo secundum S. Hieronymum.
Pax est in Cella, foris autem plurima bella.

379 Religiosi in Ecclesia DEI substinent vices ossium, & quare.

380 Ossa sicuti abscondita sunt in carne, sic Religiosi in claustro.

381 Religiosus habitus ideo hodiè despectui habetur, quia in secularium hominum oculos frequentius quā par est incurritur, & vide num. 382. 383. & seq.

384 Religiosus maior videbitur, si non videbitur, & magis cultus erit, quo magis occultus.
Pisces quemadmodum terræ tactu, & siccitate tabefiunt, sic etiam Monachorum gloria, dum ad Vrbes accedunt. num. 384.

385 Religiosorum animabus vagatio est periculosa, secundum text in cap. 2. ne cleric. vel Monach. &c.

386 Religiosi salutis propriæ detrimentum incurrunt, si vagandi occasionem habeant, secundum Innocentium III.

387 Religiosus clericum verberans non est necesse, vt accipiat iter Romanum, sed ab ipso Episcopo potest absolui, & quare secundum Bonifatium VIII.

388 Religiosi, latere debent secundum glos. hic. & foris, nisi ex necessitate exire debent.

389 Religionum multiplicandarum quando erit finis, & vide exclamationem Alb. Cranz.

390 Rarum omne, quod est, plus appetitur.
Pulegium apud Indos pipere pretiosius est.
Religiosi illi commendandi sunt, qui continuam vagationem abhorrent, & laboræ latebrique dediti sunt.

391 DEVS est increata sapientia, splendor nunquam deficiens, fons semper scaturiens, principale principium &c.

392 Carthusiana religio communi suffragio extollitur, quia eam sectantes mirificè delectantur solitudine, itaq. claustru Monasterij non egrediuntur.

393 Carthusiani retinent stabilitatem in loco, tamquam in perpetuum carcerem.

394 Carthusiani tribus potentissimis remedijs quærunt laudabilem vitiorum fugam,

395 S. Augustinus pium librum conscripsit, cuius titulus est, de opere Monachorum.

396 in Monasterijs bene ordinatis, constitutum est aliquid manibus operari, & cæteras horas habere liberas ad psallendum.

397 Religiosi debent attendere silentio, ieiunijs, vigilijs, orationibus, operis manuum secūdum S. Bernardū.

398 circa Religiosorum inertes exclamatio S. Bernardi.

399 Clericus victum, & vestitum artificioso, vel agricultura quærere sibi debet; secundum Concil. Carthaginensem.

400 Clericis, & religiosis non solum est permissum manibus operari, sed & eis est in præcepto commissum otij vitandi causa.

401 Religiosi tam in casu necessitatis quam etiam sine necessitate manibus operari debent cum semper vrgeat ratio vitandi otium.

402 Paulus Apostolus Doctor Gentium, & spiritualis Gallus laborabat manibus suis, vt omnibus exemplum darent.
Paulus Apostolus Faber Tabernaculorum erat.

403 Paulus Apostolus non solum ipse laborabat, sed qui erant secum ad ministerium Euangelij.

404 Qui non laborat, non manducat.
Paulus Apostolus manibus operabatur, & sic excutiebat à se otium, laborabat, & sic non negotiabatur.

405 DEO militans non implicet se in negotijs secularibus.
cōtra Clericos sui tēporis inclamat S. Bernard. asserendo se nescire cuius ordinis sint. & n. 407. & 409.

408 Clerici committunt magnum sacrilegium thesaurizando pro se id, quod pauperum est & nu. 410.
Cupido his corruptis seculis sic mentes humanas inuasit, vt nec Ecclesiastici ab auaris cogitationibus alieni sint.

411 Clericus defunctus quid ex redditibus Ecclesiæ tenaci, & illaudabili parsimonia quæsiuit, honestæ retributioni, restituitur eidem Ecclesiæ.

412 CHRISTVS, quod non capit, rapit fiscus.
Fiscus rapit omnia turpia, & illicita lucra. n. 412.
Fiscus est saccus male ablatorum.

413 Clericis mortuis dum fit spolium, puniuntur in eo, in quo deliquerunt, quia bona Ecclesiæ debebant in pios vsus distribuere, & non thesaurizare.

414 Ecclesiam DEI nihil magis denigrat, quā vt Laici meliores sint clericis.
Sacerdotes in omnibus Ministri DEI ostendere se debent.

415 Sacerdotes caueant, ne in eis verificetur illud Prophetæ, Sacerdotes DEI contaminant sacra, & reprobant legem.

416 Sacerdotes vitam sanctam ducere debent, vt libere laicorum vitia valeant reprehendere.

417 Sacerdotes, quam puri esse debeant. Ad Sacerdotum vocem aperiuntur Cœli, &c.

418 super Sacerdotum auctoritate stupet Cœlum, miratur Terra, horret infernus, contremiscit Diabolus, venerantur Angeli.

419 S. Catherina Senensis osculabat locum, vbi ambulabant Sacerdotes. & nu. 419.

420 Sacerdotibus magnus est deferendus honor, etiam malis, quia in eis venerandus est ille, cuius sunt Ministri.

421 S. Franciscus genuflexus, summaq. reuerentia palam osculatus est manus cuiusdam Sacerdotis, qui ab omnibus abhorrebatur, quia erat concubinarius.

422 Otium est tam pessimi veneni, vt viros etiam fortissimos, fortissime præcipitet in reatum.

Otium

Otium suffocat virtutes, & horrendorum vitiorum ærarium est.
Otium vitam ipsam abbreuiat.
423 *Quies multa, & vita plena otio corpori marcorem conciliat.*
Sensus eorum qui otio dediti sunt, non sunt sinceri, nec sani, sed molles, & languidi.
in Otiosis, sanitatis voluptas arescit.
424 *Nauis quæ sit magis vtilis, & quæ aqua melior.*
Aqua, quæ caret suo fluxu, putrescit humanoque vsu aliena efficitur, repleturq. animalibus noxijs, & venenatis.
425 *Aqua, quæ non mouetur, ipsã etiã aerẽ corrumpit, Ferrum quo sæpius vtitur plus splendescit, sicut è contra rubigine conteritur.*
426 *Moniales otiosæ manere non debent, & quid facere debeant, secundùm S. Hieronym.*
427 *Otium, & quies maximum malum est ad sanitatẽ, sicut maximum bonum labor, exercitatio, & motio moderata, secundum Galenum.*
Motio auget calorem natiuum, & spiritus] citatiores reddit.
428 *ex Motione membra solidiora redduntur, ex quo sequitur laborum tolerantia, fœlix distributio, alimenti concoctio &c.*
429 *ex Exercitio sequitur fœlix distributio alimenti], eius concoctio, corporis nutritio, humectatio natiui humoris in habitu corporis, excrementorum extenuatio, expulsio, atq. expurgatio.*
430 *Exercitatio toties videtur necessaria, quoties editur. Corpora, quæ frigidis, & crassis humoribus abundant vehementiorem postulant exercitationem,*
431 *Corpora biliosa, quiete, & aquæ potione egent, sed ista regula Hipocratis sic sumpta est falsa.*
Exercitatio leuior in illis, qui corpore sunt bilioso est vtilior. num. 431.
Hippocratis opinio, vt corpora biliosa egeant quidẽ, qualiter sit intelligenda. (test.
432 *Corpus nullũ sine aliquo suo motu sanũ degere po-*
Experientia est veri magistra.
433 *Carceribus illi, qui diu retinentur, vel ex alia causa ambulare non possunt, quando tandem ambulare incipiunt, nisi magno cum labore mouentur, & quare. num. 434.*
435 *ex Motus cessatione partes destinatæ ad ambulandum, pauperantur naturali calore.*
436 *Robur augetur ex exercitatione, sicuti quiete minuitur.*
Quiete languent omnia. num. 436.
437 *à Natura magis, magisq. disceditur, quo magis à motu.*
Cœlorum motus varij sunt, ac continui.
438 *Ignis placide semper mouetur.*
Venti, & auræ nisi continuò circum ambirent, corruptiones sequerentur.
439 *Terra tantum vilis, & ponderosa immota manet, sicq. vt fructus reddat, magna adhibetur industria, eius dorsum aratris scindendo, ligonibus, marrisq. exercend v &c. num. 440.*
441 *Terra hyeme quiescere videtur, incohante tamen Vere, vulgus existimat moueri.*
442 *Et tunc comuntur arbores, vestiuntur syluæ, gemmunt vites, prata rident, læto denique omnia ad res vultu, depulsa segnitie, redeunt.*
443 *Motus internus in corpore humano est adeo necessarius, vt si minimo temporis interuallo cessaret, id esset cum discrimine vitæ.*
444 *Vita, sicuti auspicatur, quo tempore, quis mouetur; ita mors in foribus, dum nullum signum motionis apparet.*
445 *Otium superfluum corpori humano plures infirmitates parit.*
446 *Mala mille affligunt homines otiosos, secundum Sallust.*
447 *Otium assiduũ solet gignere febres, & ratio redditur.*
448 *Calor naturalis dum non probe concoquet alimentum, nec excremẽta expurgat, quid inde sequatur.*
449 *Somnus quomodo febres excitare possit.*
Galenus lib. 1. de differentijs febrium reijcitur.
450 *Vitam longeuam si quis ducere ambiat, debet à se expellere otium, continuumq. torporem.*
451 *Vigorem naturalem, si quis putaret conseruare non se exercendo, turpiter erraret.*
452 *Oculorum acies, vel vox, nullatenus conseruatur oculos clausos tenendo, vel non loquendo.*
453 *Ferrum si diutius in igne stet in cinerem vertitur, sed non sic aurum, imo magis splendescit.*
454 *Gladio proprio dum se quis iugulat, sibi imputet, numer. 453.*
Bellum habeat, qui pacem recusat.
455 *Desperatis non est adhibenda medicina secundum Hippocr.*
Salus est vna desperatis, nullam sperare salutem.
456 *Studium deseruit, ne otiosa ducatur vita, quamuis & illud sit otium, sed non sine negotio. & nu. 457.*
458 *Studiosis inprimis exercitatio est necessaria, & quare.*
Studium otium est, sed non sine negotio, quies, sed sine quiete, commodum sed cum incommodo.
459 *Corpus sicuti exercitijs conseruatur, ita animus meditationibus.*
460 *Animi, & corporis habenda est ratio, secundum Platonem. & num. 461. & 462.*
463 *Ambulatio iuuenescere facit. & num. 464.*
464 *Pedum propriũ munus est ambulare, ita vt aliquãdo membris sopitis somno, pes vigilet, & ambulet.*
465 *Morbo lunatici afflicti, certis lunæ temporibus dũ dormiant, coguntur surgere & sic dormientes ambulare.*
466 *Pisanus quidam, vt refert Bart. noctu dormiens armabat, & vagabat per Vrbem.*
467 *Puella quædam vicina Mariani Soccini, vt ipse scribit, dormiens è lecto surgebat, panẽq. conficiebat.*
468 *Anglicus quidam, noctu dormiens, surrexit in flumine vicino, occidit puerum.*
469 *Romæ quidam vir, nocte è domo sua armatus exijt somno non solutus, & per Vrbem vagauit, ac in Satellites incidit, à quibus captus, tantam vim fecit, vt ab eorum manibus euaserit.*
470 *Inque domum suam reuersus, reliquum somnum quiete peregit.*
471 *in Somnijs crimen aliquod committens an sit puniendus, remissiue.*
472 *Ambulatio, secundum Hipocratem, in primis prodest pro excrementorum expurgatione.*
473 *Ambulatio tarda senibus, & imbecillioribus, velox robustis, moderata tamen vtrisque valde sanitati confert, secundum Mercurialem.*
474 *Ambulatio moderata maximè debet esse illis, qui corpus habent cacostomachum, idest secundum Medicos, malis humoribus repletum.*
475 *Humores veluti canes, cum domiunt, non sunt temere irritandi, ne in reliquum salubre corpus labentur, secundum Galen. Auicen. &c.*

476 *Amba-*

476 *Ambulatio quomodo, & vbi ineunda sit.*
477 *in Ambulationibus apertis vagandum est, vt libero Cœlo, & multo spiritu augeat, attollatq. se animus, secundum Senecam.*
478 *Ambulatio aperta serenat vultum, hilaritatem inducit, oculis gaudium parit, lumenq. clarificat, & conciliat.*
Quiete sicuti tabescimus, & ita ambulatione vigemus.
479 Stomacho, *qui coquinæ Magister dicitur, mirum in modum confert ambulatio.*
480 *Valetudinis bonæ indicium est ambulatio, sicuti cubatio signum morbi.*
481 *Ambulare pro viuere, & benè viuere accipitur, secundùm* Passerat.
482 *Euangelium illud* Surge, & ambula, *& illud* Tolle grabatum tuum, & ambula, *idest viue, seu vale.*
483 *Ambulatio hilariter obeunda est circumcisa omni negotiatione, quia tunc multum iuuat, secundum Cornel. Celsum.*
484 Ambulatio *cum iucundo socio, hoc est garrulo obeunda est, quia tunc est sine tedio.*
Ambulatio illa, quæ fit cum socio, & silentium adhibetur, est prope bestialis.
485 *Ferdinandus* Rex *Hispaniarum omnium suspiciosissimus iniquè ferebat, vt homines simul loquerentur, ambulando.*
In tantum, quod imposuit vectigal, sic persuasus à quodam suo Gratioso, illis, qui ambulando simul loqui volebant.
486 *Ambulare, dum quis non potest, vel temporis intemperie, vel pedum imbecillitate &c. pro exercitio deseruiet clara, & canora lectio.*
487 *Quo remedio solitus erat vti Plinius,*
488 *Lectio canora ad stomachum multum iuuat ante cibum, secundum* Cornel. Cels.
Lectio canora multum prodest sanitati, vt testatur Clemens *Alexandrinus.*
489 *Pro Exercitio etiam deseruire potest, si crura fullonicè agitentur, secundum Senecam.*
490 Chrisippus *Philosophus, cum esset in conuiuio, & à compotitione, cui cœteri iuxta morem largius indulgebant, abstineret, ne otiaretur crura sub mensa agitabat.*
491 *Quo viso ab vno ex assistentibus non illepidè dixit, Chrisippi crura sola ebria sunt.*
492 *Scientia legalis est nobilissima.*
493 *circa* Leges *versantes sunt omnium Principes.*
494 *Auditorum Rotæ Romanæ indefessa est, diligentia, & ardor in inquirenda veritate,*
495 *Diligentia citò aperit ianuam veritatis, quàm torpor, & negligentia claudit.*
496 *Diligentia in omnibus rebus plurimum valet, hæc præcipua colenda est, hæc semper adhibenda.*
Diligentia vna virtus est, sed sub ea omnes virtutes comprehenduntur, secundum Romanum Oratorem.
497 *Auditores* Rota *Romanæ insectantur veritatem tamquam feram in syluis delitescentem.*
Canis venaticus summo studio feram inter Syluas quærit, nullo labori parcit, huc illuc odoratur. n. 497.
498 Canes *venaticos imitatur sapiens, huc illuc feram quærens, nam non intellectam rem, tantum operatur, vt illam assequatur.*
399 *Veritatis venatio pulchra est, quamuis laboriosa, & maximè in amplissimo pelago legali.*
500 *Doctorum verus character est veritas, qua quis destituitur singulari disciplinarũ ornamento caret.*
501 *Vera meliùs est dicendo balbutise, quàm mentiendo* Platonis, *aut Demostenis copiam, & grauitatem exprimere.*
Doctor optimus est ille, cui pudor, & iustitiæ soror, incorrupta fides, nudaq. veritas est.
502 Carneades *Philosophus, & facundus* Orator *missus Romam ab Atheniensibus, perorando in Senatu eloquentiæ facibus adumbrauit auratam lucem veritatis. Et quid contra eum operatus fuit Cato. num.* 503.
504 *Veritatem eloquentia suffocantes, tamquam pestẽ exulandi sunt.*
505 *Res cum intelligitur, minus de verbis laborandũ est.*
506 *Eloquentiæ luctuosæ, ac sanguinantis vsus malis moribus natus, in locum teli repertus fuit.*
507 *Aduocati mendaces sæpe in lingua puniuntur, quæ veritatem facundia oppresserunt.*
508 Celius *Antipatrus* I.C. *plus eloquentiæ, quàm scientiæ iuris operam dedit.*
509 *Veritas hoc vnum solùm timet, ne abscondatur.*
510 *Doctores pleni debent esse oculis, tamquam nouellĩ Argi.*
511 *Scripturæ vt perscrutentur, monet summus* Legislator, *itaut interiora penetrentur. & num.* 512.
513 *Legum mens, vt inueniatur, opus est scrutinio, nequod in profundo latet, incognitum maneat.*
514 *Leges sunt difficiles, vt intelligantur, & sæpè decipiuntur Magistri, & Scholares.*
515 *Auditores* Rota *Romanæ omnibus distribuũt panem eorum doctrinæ, & sapientiæ.*
516 *Auditores Rotæ Rom. tamquam sitibundi publici boni libenter permittunt, vt eorum decisiones publici iuris fiant.*
517 *Esurienti cibum, sitienti potum præstare pium est, at curare, vt animus insipientium saturetur cibo & potu doctrinæ magis pium est.*
Misericordiam qui habet, & docet & erudit. n. 517.
518 *Doctores illi auari, & inuidi, qui eorum doctrina panem, alijs frangere, & distribuere negant, odio graui persequendi sunt.*
519 *Stomachus, si solus cybum retineat, nec alijs partibus corporis cõmunicet, & corpus perdit, & se ipsũ.*
Doctrinam, qui tantum soli retinet, negando alijs communicare, pessima mala sibi nutrit. nu. 519.
520 *Doctores qui sibi soli sapiunt, comparantur vaso illi, qui in se dum multa bona includat, si semper clausum erit, ea non seruat, sed corrumpit. & nu.* 521.
521 *Gladium dum numquam extrahitur ex vagina, quid eueniet.*
Vestes, quæ semper inclusæ tenentur, generant tineas.
Scientia nobilis possessio, indignata auaro possessore, euaporatur.
522 *Sapientiæ nimis inuidus possessor est ille, qui sibi tantum ea, quæ didicerit seruat, alijs negat.*
Scire alicuius nihil est, nisi eum scire, sciat alter.
523 *Scientia abscondita & thesaurus inuisus in vtrisq. quæ vtilitas?*
525 *Doctrina ad modum fontis effluere debet.*
Scientia non vt pecunia in marsupio claudi, & silentio, tamquam sigillo muniri debet.
526 CHRISTVS *inhibuit Apostolis, ne secum sacculum ferrent. & cur id inhibuit, & quid fortasse tacitè innuit benignus D. N.*
DEI dona, quæ ad aliorum vtilitatem hominibus, & maximè scientia est, alijs auarè, sordidè q. claudi non debent.

527 *Saccu-*

527 *Sacculum non portare, quid sit secundum S. Augustinum.*
528 *Scientia, si cum hac exceptione daretur, vt inclusa teneretur, ne communicaretur, reijcenda esset, ex sententia prudentis Senecæ.*
529 *DEVS in cordibus hominum verè sapientium agit, quod ipse fecit in regionibus terrarum.*
530 *Regioni vnicuique DEVS omnes fructus tribuire poterat, sed id non fecit, quia alias inter eos non adfuisset communicatio &c.*
531 *Regiones per communicationem gratiæ sibi à DEO datæ, simul coniunctæ videntur.*
532 *Doctores dum vicissim conferunt, quod didicerunt quasi fructus suos regiones regionibus impendunt, vt vna omnes charitate iungantur.*
533 *in Sapientibus fons, & non sacculus, vbi erogatur, non vbi includitur.*
534 *Beniamin quia schypum sacco inclusit, quamuis non sua culpa, multas tamen angustias passus fuit.*
535 *Seruus ille iniquus, de quo apud Matth. cap. 25. quia abscōdit talētum sibi datum, quid ei acciderit.*
536 *Occultationis propriæ scientiæ macula, qui est conspurgatus, timeat.*
537 *Aquæ frigidæ poculum, qui poscenti dederit, non erit sine mercede & quid si dederit suaue vinū scientiæ.*
538 *Scientia multis sudoribus, vigilijs, ac aliquando cū periculo vitæ acquiritur.*
539 *Doctores qui docent, magis in eis augetur scientia, & videatur pulchra similitudo S. Augustini. n.540.*
541 *Auditores Rotæ Romanæ, quamuis sapiētissimi sint, tamen summa redolent affabilitate, benignitateque. Et in eis nulla est absinthij amaritudo, cum toti melli flui sint.*
542 *Auditores Rotæ Romanæ retundunt cum eorum benignitate quorumdam sapientium superbiam dum toti tument opinione sui.*
De quibus potest dici illud Poetæ, Nec visu faciles, nec dictu affabiles vlli.
543 *Superbiæ sedes in supercilijs posita est.*
544 *Scientia à pluribus æquiparata fuit vino dulcissimo, & æquè potentissimo.*
545 *Scientiæ vinum, vt sit salutare, & ne caput tenet mentemque alienet, charitate, temperandum est.*
546 *Scientiæ vinum purum, qui bibit, à mente alienatus cadet, exemplo hæreticorum.*
547 *Hæreticorū exempla, qui ceciderunt tamquam ebrij à vino scientiæ, dum fidem faciunt, etiam incutiant.*
548 *Ecclesia Sancta Romana, quàm horridas tempestates passa fuit, quia nonnulli eius filij vinum purum scientiæ biberunt.*
549 *CHRISTVS, qui Romanam fundauit Ecclesiam, & intimo diligit affectu, non dormit, neque dormitabit in custodiendo eam.*
550 *Ebrietas mortis causa est, aut certe occasio.*
Holofernes ebrius à muliere occisus fuit.
551 *à Vino victus à quolibet vinci potest, vt multorum infœlix euentus probat.*
552 *Alea, vina, venus, solent diuites facere egenos.*
553 *Seneca, dum sensit liberè esse bibendum, & non nūquā ad ebrietatem vsq. sit deueniendum refutatur.*
554 *Inebriare se in quibusdam infirmitatibus, licitum est ad recuperandam sanitatem.*
555 *Paulus Apostolus, quid indicare voluit, dum dixit, scientia inflat, charitas ædificat.*
556 *Scientia non debet auferre mentem, cum illa sit salus mentis.*
557 *Sponsa, vt habetur sacris canticis desiderabat osculum à suo sponso, & deinde fuit introducta in Cellam vinariam.*
558 *Vinum scientiæ tunc salutare est, quando præcedit osculum, quod est signum amoris, charitatisq.*
559 *Scientia, quæ inflat, cum sine charitate sit, non procedit ex osculo.*
560 *Iudex vti suspectus allegari potest, si noluerit admittere partem ad osculum pacis.*
561 *Iudex potest allegari suspectus, dum non reddidit parti salutationem.*
562 *Auditores Rotæ Romanæ prudentissimi sunt, inmiscendo eorum vinum scientiæ cum aqua charitatis, benignitatisq.*
563 *in Auditoribus Rotæ Romanæ decora splendescit humilitas.*
Humilitas est quid mediū inter superbiā, & vilitatē.
564 *Humilitas non est sine magnitudine animi, secundum S. Ioannem Chrysostom.*
Humilitas est sublimioris philosophiæ mater, secundum eundem.
565 *Superbire in virtutum culmine puerile est.*
in Virtutum culmine, qui est, valde timeat cadere. è Loco humili, qui cadit celeriter surgit, qui verò ex alto cecidit mortis adit periculum. nu.565.
566 *Viri verè sapientes, nesciunt extolli, nesciunt efferri, nihil illis est magnum nisi DEVM.*
Sapientes dum DEVM meditantur suum, nihil vident, & tumorem omnem deponunt, vt DEO iungantur qui ex nihilo omnia fecit. num.556.
567 *Rota tantum capitur à splendore veritatis, nec curat proprias tueri opiniones.*
568 *Veritas CHRISTVS est, sicuti etiam via, & vita. & num.569.*
570 *Legi, Principi, & Sapientiori cedere modestum est. & quid modestius, quam cedere DEO.*
571 *Rotæ Romanæ gloriæ celsitudo magna est. Aedificiū magnum, qui facere intendit, opus est, vt prius cogitet de fundamento.*
572 *Aedificium magnum, qui extruere vult opus est, vt prius cogitet de imis fundamentis.*
573 *Doctores nonnulli adeo pleni sunt iactantia, vt hydropici videantur.*
574 *Superbia est illa saginaria depredatrix virtutum.*
575 *Eliseus mittens eius famulum ad resuscitandum mortuum baculo suo, iussit ei, vt neminem in via salutaret, & quare. num.576.& 577.*
578 *Superbis DEVS summopere resistit.*
Clericus quidam diues cum in Missa audiuisset legi illud Euangelium, Et qui humiliabitur exaltabitur, &c. derisit CHRISTVM, & quid ei acciderit. num 579.
580 *à Morbo acuto, & latenti superbiæ, omnibus ferè innato cauendum est.*
581 *Humilitas tam magna non est, vt cupidine gloriæ non capiatur.*
582 *Humilitas rerum omnium est pulcherrima.*
Humilitas est adeo pretiosa gemma, vt ipsum infinitum DEVM de Cælo in terram traxit.
583 *Detractores qualiter tutè vincantur. & nu. 584.*
585 *Inimicis, qualiter super eius caput ponantur carbones accensi, ex consilio Paul. Apostoli.*

IVRIS

IVRIS PRVDENTIAE SACERDOTIBVS, OMNIVMQVE SCIENTIARVM AMATORIBVS.

PAVLVS RVBEVS IVRISCONSVLTVS ROMANVS Sempiternam auguratur beatitudinem.



QVALIS, & quanta sit sapientiæ dulcedo (*Excellentissimi Domini*) vix vllo humano ingenio concipi, nedum vllo† mortalium
1 lium eloquio memorari potest, Rationem quærite? in promptu est ratio, quia *teste Philone Carpathio in in Cantic.* SAPIENTIÆ LIQVOR NECTAR EST COELESTE, CVM NON EX TERRA SCATEAT, SED E' COELO DERIVET,
2 FLVATQVE. O manna cœlestis, O fœlix fluxus & dulcis haustus, à Cœlo enim † descendit, vt homines sursum dulcedine trahat, & sic reuocet ab imminentibus præcipitijs. Fertur matrem vberum ostensione puerum à præcipitio reuocasse,
3 itaquè lacte † vitam bis dederit. Festinè *Antipater Thessalonicensis lib. 1. Antologiæ.*

Παιδὸς ἀφ᾽ ὑψηλῶν κεράμων ὑπὲρ ἄκρα μέτωπα
Κύπτοντος (μοῖραν νηπιάχοις ἄφοβον)
Μήτηρ ἐξόπιθεν μαζῶ μετέτρεψε νόημα,
Δισσὴ δὲ τέκνῳ ζωὴ ἐγκέκλειστο γάλα.

Idest,

Puero ex altis tegulis super summum verticem.
Deorsum pendenti (per casum pueris non formidatum)
Mater à tergo mammis reuocauit voluntatem,
Bis verò puero vitam dedit lac.

Quot enim pueri, leuitate, non ætate inten-
4 do, in variorum † vitiorum horrendis latebris præcipitati, ibiq. infelici sorte cadauerati fuissent, nisi sapientiæ magna dulcedo, ac radiosus eius fulgor è præcipitij limite sedula opera eorum pedes reuocasset? Studium quippe potissimum à mente
5 humana defugat † otium, flagitiorum scelerata sentina (vt infra probabo) itaq. toti, vel diuinarum rerum contemplatione ducti in Chrystallinis sacræ Theologiæ fontibus se immergunt, immensam, & incomprehensibilem CAVSAM illam causarum speculantes.
6 Vel pro communi Mortalium† vtilitate probatæ alicui scientiæ operam nauant, equidem impellimur omnes à natura, vt prodesse velimus quamplurimis, ita vt homines inter se alijs alij prosint, quia, vt prudenter insignis ille moralis Philosophus Seneca in epistola 98. sensit.

Non potest quispiam beate degere, qui se tantùm
7 *intuetur, qui omnia † ad vtilitates suas conuertit; alteri viuas oportet, si vis vbique viuere.*

DEI enim reuerentia & Proximi amor, summa totius legis est, itaq. loquendo de nostra legali phi-
8 losophia, quantùm enim humano generi prosit, quilibet † rationis tantùm capillū possidens, iudicet. Nec est, qui audeat controuertere, homines
9 LEGE viuere, LEGE gubernari, LEGE negotiari, LEGE demum omnia † peragere. Nam & secundùm Oratorem Romanum lib. 2. de Legib. *Lex est vinculum Ciuitatis, fundamentum libertatis, æquitatis fons, mens, animus, consilium, &*
10 *nerui Ciuitatū.* Etenim aliàs ex rapto viueretur, non esset, (*vt vtar verbis Ouidianis*) hospes † ab hospite tutus, fugeret pudor, fugeret honestas, fugeret religio, fugeret sanctitas, fugeret pietas, fugeret pax, in quorum loco pessima quoque vitia inducerentur. Vnde secundum Diuinum Platonem, *Sine lege nulla Respublica, sed nec exiguus hominum cœtus, nec parua quidem domus perduraret.*

Itaque melioribus studijs Respublica iuuari nō potest, vt suauis trāquillitatis aura in ea seruetur,
11 quàm insudare in illa † præclara scientia, per quā Reges regnāt in qua præcipuus iustitię conseruandæ labor versatur, STATERAM *in manibus semper gestando, lancesque pendendo æquo libramine.* Et sæpe sæpius in eorum cerebro aliorum dispersa, & deuaguntia iurgia, & stultitias coguntur conge-
12 rere, † discutere, enodare, &, vt dicitur, pati pœnas alienorum deliramentorū, *vt dixi supra in annot ad decis. 28. in litera A. num. 33. par. 3. recent.*

Hinc sacratissimi Imperatores Leo, & Anthenius Augusti loquendo de Ireconsultis, sic pronunciarunt *in leg. 14. C. de aduocat. diuers. iu-*
13 *dic. Isti sunt, qui dirimunt, ambigua † facta causarum, lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident HVMANO GENERI, quàm si prælijs, atque vulneribus patriam, parentesq. sal-*
14 *uarent: Nec enim † solos militare credimus, qui gladijs, clypeis, & coarcibus nituntur, sed etiam qui gloriosæ vocis numine laborantium spem, vitam, & posteros defendunt.*

Sed quanta laude sit digna, & quam eminentis-
15 simum locum in amplo † litterarum theatro obtineat

tineat sacrosancta legalis, & augusta Maiestas, alio in discursu solidè demonstrabo, vbi etiam rationibus conculcabo non nullorum Blateronum conuicia iniquè contra eã iacta, dum illi apertis oculis
16 somniarunt, legalem Philosophiam non † habere subiectum, ideòque non mereri nomen scientiæ, in hoc enim.

Equum iudicium, qui sapit, ille ferat.

17 Ibique solidis fundamentis † comprobabo eam non solùm esse scientiam, & quidem *secundùm Peripateticorum Philosophorum Principem in 6. Ethic. cap. 6.* ARCHITETONICAM quasi
18 † aliarum cunctarum scientiarum Reginam, Dominam, & Principatricem, sed etiam esse speculatiuam, quia I.C. oportet iuris soluere nodos, quæstiones, & controuersias, quæ nunquam etiam
19 contigerunt, † quod non potest fieri, nisi per subtiles indagationes, & per speculationem, & quidem peracutam.

Immo legalis scientia, potest etiam vocari sapientia, & quidem sanctissima, sic ea nuncupatur *in leg. 1. §. proinde, ff. de var. & extraord. cogn.* Legis enim finis est *CHRISTVS, teste Paulo Apostolo ad Roman. cap.* 10. nam, & vt dicitur *in §. 2. institut. de iust. & iur.* Iurisprudentia est diui-
20 narum, † & humanarum rerum nōtitia, &c. Nō ne lex iubet, vt honestè viuatur, nemo lædatur, iusq. suum vnicuique tribuatur, *§. iurispræcepta, institut. de iur. natural. gent. & ciuil.* super quibus
21 tribus speciosissimis columnis, † tota iuris prudentiæ gloriosa amplitudo solidè fundata manet,

Vtiquè certè Lex intenta manet ad dirigendos homines, ad assequendam æternam fęlicitatem,
22 cum † præcipuus legis effectus sit mouere efficaciter ad virtutem, vt auctoritate *Aristotelis* probat *S. Thom. 1. 2. quæst. 90. art. 3. in resp. ad 2. Salas in tractat. de legib. disput. 4. sect. 3. num. 17. & sect. 6. num. 22.* & ratiocinata est Rota *in causa Barchinonen. Statuti 2. Martij 1636. coram Eminentiss. & Reuerendiss. D. Cardinali Hieronymo Verospio, quam decisionem retuli infra in par. 7. rec. dec. 107. sub num. 9. vers. præcipuum, &c.* Alibiq. vt promisi, in hac materia latissimus ero, adducendo etiam plures prærogatiuas Iurisconsultorum, *Qui* secundùm Tubam Romani Eloquij lib. 1. de
23 Orator. ORACVLA *sunt Ciuitatum, † quia Ciues ad eos euntes de rebus suis incerti, certi postea dimittuntur*, nam & parum est Iura in Ciuitate esse (sine quibus affirmante *Platone* humanæ vitæ compago exscinderetur,) nisi sint, qui ea reddant, nam & vt post Marc. Tull. ait Abb. Panorm. in cap. ex multo. extr. de vot.

24 *Parum refert arma † foris habere, nisi domi sit consilium.*

Loquar tamen de illis Iurisconsultis, qui me-
25 ritò † tali titulo decorantur, & non leguleis, quorum infinitus est numerus, quippe non Iuris Doctores, sed aptius Iuris dolores, immo legum ad-
26 uersatores vocari possunt, † cum non in eis, sed in repertorijs cōgaudeant studere, vndè sæpè ignotum per ignotius declarant, & sic mirabilia iactant, vt cœno inuolui digni essent, libenterque
27 † canendo illud Psalm. *Legem impone mihi Domine*, & sicut indecorum est aspicere fontem sine aqua, ita & Doctorem vulgo necessitatis, idest sine lege. Meritòque & sic claudam hanc parenthesim, multi celebres I. C. ingenuè asseruerunt,
28 † *se malle esse aptatores calceorum, quàm Doctores sine legibus &c.* Quamobrem redeundo, vnde digressus sum, & loquendo de encomijs sapientiæ.

Etenim tam peregregia est eius possessio, vt Homo sapiens, quasi censeatur diuinus, in bello minister est fortitudinis; in iudicijs æquitatis; mala scit
29 bonis adhibere vsibus; noxia † in salutem conuertit; non eum fortuita deprehendunt; non aduersa lædunt; spes non erigit, nō metus contristat, quidj amplius? per eam hominis discursus, prudentem de fatuo, de imperfecto vertitur in perfectum, aliaque plura, & quidem notissima, ita vt asseri potest vna cum Ouid. in Eleg.

Quid folia arboribus, pleno quid sydera Cœlo,
In freta collectas alta, quid addis aquas.

Sapiētia autem cum sit vndiq. clara, ac innumeris
30 exornata † trophęis, instar Solis alienis facibus non egentis, terrenis non indiget panegyricis, nec de eius fulgore (quod Orbem totum Terrarum illuminat, vt inquit Religiosissimus Imperator noster Iustinianus *in auth. habita, C. ne filius pro patre*) institui potest Oratio, nisi lingua è Cœlo im-
31 petita, non tam † verbá suppeditet de re amplissima dicenti, quàm lumen afferat de re præstantissima cogitanti.

Fateor me in superioris Tomi discursu, plura in eiusdem laudem dixisse, ibiq. in fine, vt calamo ad tempus frenum inijcerem, promisi hoc in loco
32 incœptam prosequi locutionem. † Tamen modo meam agnosco temeritatem, materiæ immensitate ac nouitate perterritus mente voluo, illud Vegetij in tractat. de re milit. dum inquit. *Milites*
33 *qui rarò aut numquam viderunt † homines vulnerari, & occidi, cum primùm aspexerint, pauore perculsi, de fuga magis, quàm de conflictu incipiunt cogitare.*

Quare etiam ego de fuga cogitando, timore magnitudinis rei exterritus silebo? cū humana laude maior sit sapientia, sed quomodo pacato animo silebo? stante prædicta promissione incœpta pro-
34 sequi, † quid turpius, quam inter parabolanos connumerari? Ex alia parte recuso hac de causa in desperationis abysso me præcipitare *sicut minus prudēter fecit Philosophus ille, qui cuiusdā fluminis*
35 † *peremnitatem intelligere nō valeret, proiecit se in illud, dicendo, quia ego te capere nō possū, tu cape me.*

Vnde consilium capiendo in arena, mediam eligam viam, quæ tutissima est, vnde *Cato Minor. lib. 1.*

36 *Aurea, † qui dixit mediocria, siue sophista,*
Seu potius Vates, aureus ille fuit.

Itaque nec in totum silere, nec effusis habenis in tam latissimo campo decurram. Et si sa-
37 † pientiæ fulgores pingere non valebo, aliquem tamē radium indicare præter dicta in discursu superioris Tomi, non cessabo, & si illum viuis coloribus demonstrare non potero, cū imperitiam meam agnoscā, ideo prout in pictura carbonū fieri solet, eum representare conabor Itaq. pro sūma veritate, asseram id, quod pro excessu humilitatis asseruit magna illa Ecclesiæ DEI columna, S. Gre-
38 gorius Thaumaturgus dicō, † qui licèt esset satis pusillæ staturæ, vt post Historicos ex nostris refert,

fert, *Menoch. in addit. ad 2. lib. de Arb. Iud. cap. 226. num. 5.*

39 Tamen in virtutibus, & sanctitate magnus † Gigas fuit, qui & montem de loco ad locum transtulit, iste etiam cum ex hac vita migraturus esset, quæsiuit quot in Ciuitate Neocæsariensi adessent Infideles, responsum fuit tantùm esse septemde-
40 cim, † DEO gratias agens, totidem, inquit, erant fideles, cum cepi Episcopatum, aliaquè de tanto Episcopo habes in eius vita *apud Surium tom. 6. ad diem 17. Nouembris*. Vbi inter alia asserit, eum tàm humilem fuisse, vt iusserit se sepeliri in eo loco Ecclesiæ, vbi omnes coacti essent transire, vt etiam post mortem ab omnium pedibus conculcaretur.

Sed loquendo ad propositum nostrum, tam Magnus Doctor, vt dixi, de suis operibus abiectè sentiens, hæc habuit verba *in Oratione paneg. ad Origen.*

Prima animi nostri sensa, ijs, quæ suppetunt vo-
41 *cibus depingentes effingimus, † typorum animi characteres, si non claros, & nec ad speciem ornatos, at quemadmodum in carbonum pictura fieri solet, quoquo modo representare conantes, &c.*

Sic ille humiliter, sic ego veridicè de his quæ
42 † scripsi, & scribam assero. Et principium dando propositæ materiæ, Primò comprobabo, sapientiæ possessionem esse super aurum, opesque præcio-
43 sissimas, imò super Imperia † Monarchiasq. Mundi, qua occasione multa adducam in probando Principes, si eorum sęculum felicem reddere intendunt, cœteros doctrina antecedere debere, prout exemplis demonstrabo; Et DEO maximas agendas esse gratias quando concedit Principem sapientem; & quare,
44 Defendam etiam Imperatorem nostrum Iustinianum à morsibus nonnullorū Græcorum (more solito seclusa veritate) asserentium, ipsum nec elementa quidem litterarum cognouisse. à num. 159.

Secundò afferam, non solum scientiam operari, vt eius possessor humanas calamitates, *quibus vita*
45 *nostra æterno Cœli decreto † subiacet*, lubenter ferat, vt latè probaui in præterito discursu præcedentis Tomi, à num. 430. sed etiam hic asseram, auxilium
46 præstare, vt † ridenti, & blandienti fortunæ frenum amittatur, nam hic labor, hoc opus est, vt liquidò docebo à num. 181.

Tertiò demonstrabo ad assequendam nominis immortalitatem aliā viam nō adesse, nisi literis incum-
47 bere cum continuò † viuatur ingenio, cœteraque humana sint statuæ caducæ, apparentesque prospectiuæ. Vnde aliqua adducam in probando, *Omnia esse hominum tenui pendentia filo*, à num. 206.

Quartò subiungam, scientiam continuò opem
48 præstare sapienti, nec † eam subiacere dominio vllius Principis quantumuis totius Orbis Monarchæ, à num. 270.

Quintò deducam literarum studium liberare studentem ab otio, scelerum omniū infame armarium,
49 vndè dirè † insurgitur contra otiosos à nu. 338. & nō nulla adducūtur contra Religiosos otiosos, cum super hoc multum sacri Canones, & viri sancti nō sine causa inclament à num. 363. sicuti etiam circa eorū excursus, & vagationes per Vrbes, ita vt nonnulli crebrius sint per Ciuitatem, quam in Cella, à n. 374.
50 Multus quoq; † ero physicè loquendo etiam in persuadendo otium summopere sanitati corporis obesse, sicut è contra laborem, exercitationem, & motionem prodesse, & vide pulchra circa exercitium ambulationis quod iuuenescere facit, à num. 453.

Tangam quoque occasione otij, à quo liberatur studens, vt si quis litteris operam nauare intendat,
51 † cum scientia non maneat in molli lecto, ideo assiduis laboribus, sudoribus, vigilijsque debet esse valde deditus, & hoc maximè dum attenditur iuri pru-
52 dentiæ, à num. 304. Iucunda etiam † afferam vt aliquando animus sit relaxandus, non remittendus, itaque congaudendum, & licitis iocis ludendum, ne assiduo studio spiritus resoluantur, à num. 314.

Tandem in laudem Sapientissimorum Auditorum
53 Rotæ Romanæ † claudam discursum extollendo eorum summum studium in perquirenda veritate, ac anxium desiderium omnibus iuuandi, dum panem propriæ scientiæ omnibus frangunt, & distribuunt, & sic detestabor illos Doctores auaros, qui dum
54 possunt alios † enutrire propria scientia, id inuidiosè recusant, à *§. Finio, sed non pacato animo.*

Demum prædictorum Auditorum benignitatem celebrabo, cum in eis nulla sit absinthij amaritudo, cum toti mellifluij sint, & sic retundam superbiam eorum sapientum (si tamen hoc titulo decorari possunt, cum tria requirantur ad acquirendam sapientiam, *secundùm Abb. Bonæ spei epist. 2. ad He-*
55 *roadum*, scilicet Studium, † Ingenium, & Humilitas, nec vnum sine alio ea detur,) qui pleni vento iactātiæ hydropici videntur, & probabo, scientiam esse vinum, & quidem potentissimum, quod nisi temperetur aqua charitatis, benignitatisq. alienat à mente bibentem. At modo principium dando.

Quis enim, nisi in pleno Meridie cęcutiat, omnia mundana non animaduertit tamquam contemptibilia, ac exigua esse respectu valoris sapientiæ, Au-
56 diamus † illum, qui mentiri non potest, cum Veritas sit, in textū sacro, Prou. cap. 8. sic persuadētem,

Doctrinam magis quàm aurum eligite; melior enim
57 *est SAPIENTIA cunctis † opibus preciosissimis, & omne desiderabile ei non potest comparari.*

Quid enim clarius asseri poterat. Quasi dicere vellet, Omne aurum in comparatione sapientiæ est
58 arena exigua, illius † splendor respectu fulgoris sapientiæ sunt caliginosæ tenebræ, omnesq. opes preciosissimæ tamquam lutum sunt respectu illius.

Quis etiam sapiente felicior? satis nota est sentētia Platonis, *Nemo. ait, fœlix nisi sapiens*. id etiam intellexit Romanus Orator de Fin. *Sapientia*, inquit
59 *est vna, † qua præceptrice in tranquillitate viui potest*, idemque aduertit S. Augustinus dum sensit *Beatum necessariò esse sapientem*.

Sed quid dico de sublimitate, & de fœlicitate sapientis? nec ipsum Orbis Imperium, sceptrumque
60 Romanum, litterarum studio æquari † potest, idque auctoritate Cæsarea solidè probo, nam in textu *§. qui veritatem 1. Auth. vt defunct. seu fun. eor. non iniur.* Imperator noster Iustinianus sequendo auctoritatē Marci Imperatoris, sic inquit. *Sicut & Marcus*
61 † *Philosophus Imp. in suis conscripsit legibus &c.* sicque prætulit phylosophiam Imperio Romano, credimus ne ita fuisse scriptum casu, aut per erro-
62 rem? nequaquam certe? cum Iustinianus id docuerit in lege Diuina *cap. 7. Sapient.* vbi sapientia prefertur Regnis ipsis, ac omnibus Imperijs Mundi, &
63 † diuitiæ respectu eius tamquam vilissima terra habentur producamus verba ipsa, *Inuocaui*, inquit, *& venit in me spiritus Sapientiæ, & præposui illam*
64 *regnis, & sedibus, &* † *diuitias nihil esse duxi in comparatione illius &c.*

Corroborari id pariter potest, quia Imperatores

Reges &c. si sint scientia vacui reputantur tamquàm
65 † asini coronati, verba sunt Traiani Cæsaris Roma-
norum Imperatorum splendoris, *vt legitur in Po-*
lycrat. lib. 4. qui scribendo ad Regem Francorum hor-
66 tatus est eum, vt filios suos † liberalibus disciplinis
instrui procuraret, eam expendendo rationem, quia
Rex illitteratus est, quasi asinus coronatus. Perpe-
tuò quidem vituperio dignus est Licinius ille Impe-
67 rator, aliàs etiam † non admodum laudibus, qui
litteris adeo infestus erat, vt virus, ac pestem pu-
blicam eas appellaret, *vt tradit Aurelius Victor in*
vita Constantini Imp. &c. quàm pessimè iste erra-
ret, quilibet, qui sanæ sit mentis id, iudicet. Non
68 sine † causa solitus erat dicere Romanus ille Stoicus
Seculum esse aureum, si sapientes regnarent.

Maximis quidem afficit beneficijs DEVS Ciui-
tatem illam, vel Regnum, dum eis concedit Princi-
69 pes, Ministrosque literarum scientia præditos, idq;
nullo negotio comprobari poterit auctoritate diui-
narum scripturarum, & præsertim *apud Hierem.*
cap. 3. Vbi registratum legitur, cum Populus Israel
70 terga vertisset DEO, ideo opprobrium † gentium
euasisset, omnibusq. ludibrio esset, vnde DEVS,
qui in misericordia est diues, à tantis miserijs eum
eruere intendens, sic tamquam pius Pater illum ad se
dulciter reuocauit, his verbis *Auertere, auertere*
71 † *auersatrix Israel, ait Dominus, & non auertam*
faciem tuam à vobis, quia Sanctus ego sum, dicit Do-
minus, & non irascar in perpetuum.

72 Quasi dicere vellet, † O popule duræ ceruicis,
quid expectas, quare non agnoscis errorem tuum,
tempus est redeundi ad Dominum tuum, quia ego
non deficiam te restituere in pristinis honoribus, &
73 felicitatibus. Sed qua via, ac quibus medijs † id
assequi intendebat DEVS noster, audiamus obsecro
opportunum remedium in hoc ab ore eiusdem Al-
tissimi, vt habetur in eod. cap. 3. Hierem. ibi.

Et dabo vobis Pastores iuxta cor meum, qui pascent
vos scientia & doctrina.

Quamobrem intelligimus modo, nam & sicu-
ti extremis malis, extrema remedia adhibenda sunt
74 *iuxta Aphorismum 6. Hipp. sect. 1.* sic † Medicus ille
peritus, & cælestis, potentissimo illo pharmaco, cũ
Populo suo semimortuo, & quasi cadaueroso vult vti
vt ad pristinam sanitatem, decoremq. potenter re-
75 uocet, scilicet curando, † vt gubernaretur à mini-
stris sapientibus, & literatis.

Ita è contra, DEVS seueriori flagello vti, vt ita
dicam, non valet, ad puniendum aliquem populum
76 rebellem, † nisi permittere, vt à Superioribus igno-
rantibus gubernetur, hinc habetur in Ecclesiastic.
cap. 10. *Rex insipiens perdet regnum suum*, & apud
Isaiam cap. 3. sic legitur *Ecce Dominator Dominus*
exercituum auferet à Hierusalem, & Iuda senem &
honorabilem vultu, consiliarium, & SAPIEN-
TEM, & quis dabit? pergamus, & sciemus, *& dabo*
pueros Principes eorum &c. Quid enim miserius
77 † in mundo reperiri potest, quam pro capite habe-
re puerum, idest Principem inexpertum, & insipien-
tem, si cæcus cæcum ducat, quid ne boni erit sperã-
dum? Hinc illa iuris conclusio si statutum requirat
78 præsentiam consanguineorum in contractu † mino-
ris, intelligi debet de præsentia eorum, qui sunt ma-
iores, quare si ipsi quoque sint minores, non intrat
statutum, nam aliàs cæcus cæcum duceret, & dum
ille in proprijs negotijs alieno indiget auxilio, abso-
79 num esset, vt alterius indemnitati consuleret, † ne
propter ætatis lubricum, & lumine intellectus de-
stituti in cãdem foueam ambo inciderent, *iuxta tex.*
in can. quæ his 34. distinct. & ratiocinatur *Angel. in*
l. fin. in princip. vers. & per hanc. ff. de verb. signific.
80 vbi testatur ita fuisse iudicatum Perusiæ † ipso pa-
trocinante, *Castren. in l. si cum dotem. §. si patri-*
num. 2. & 3. ff. solut. matr. Pic. ad statutum Vrbis
lib. 1. cap. 151. glos. 13. nu. 93. & seq. Rota decis. 30. n. 4.
81 *post d. Pic.* † sensit etiam *in Romana saluiani 15. Iu-*
nij 1615. coram Sanctiss. D. N. Innocentio X.

Vbi absolutè firmatur, minorem non posse inter-
uenire, vt proximiorem ad authorizandum alterius
82 † minoris contractum, & recessum fuit à prima de-
cisione coram eodem Sanctissimo emanata *sub die*
15. *Septembris* 1614. quatenus tunc Rota anceps
83 fuerat in hac conclusione, & deinde Rota † sic cõ-
stanter sensit in pluribus causis, & præsertim in cau-
sa *Beneuentana molendini 12. Decemb. 1631. coram*
rec. mem. Merlino, est infra in par. 6. recent. decis. 81.
num. 14. quæ decisio fuit deinde confirmata in eadẽ
causa *sub die 28. Iunij 1634. coram eodem §. quoad*
primum. vers. cæcus cæcum ducebat.

At persistendo in terminis seueritatis flagelli,
quando DEVS permittit, vt populus gubernetur à
persona insipienti, in hoc reperio textum, & quidẽ
diuinum apud *Ezech. cap. 21.* Ira exarserat DEVS
84 contra populum suum, † & taliter, vt minatus est ei
velle suum gladium euaginare, omnesq. irremissibi-
liter interficere, *Hæc dicit Dominus. Ecce ego ad te,*
& eijciam gladium meum de vagina sua, & occidã
in te iustum, & impium. Zelus incalescit, & ira
crescit, subiungitq. priusquam vibrare gladium vel-
85 le bene acuere † illum, vt crudeliorem vindictam fa-
ciat eorum, *Mucro, mucro euagina te ad occidendum*
& lima te vt interficias, & fulgeas, deuenitur ad istum
actum tam sanguinolentum, & ecce Deus loco ad-
hibendi gladium, remittit illud in vaginam suam
86 † quia non videbat illum quamuis valde acutũ suf-
ficere ad satisfaciendum iustæ iræ conceptæ contra
dictum populum, asseritq. velle euomere totum suũ
87 † furorem, *& effundam super te indignationem*
meam, ò Bone DEVS, quale instrumentum erit tam
formidabile, vt operetur vltimum exterminium in
populo isto? subdit enim ipse OMNIPOTENS, ibi,

88 † *Daboque te in manus hominum insipientium &c.*

Quamobrem populũ dare in manus superiorũ igno-
rantium, hoc est compendiũ, & amarum illud epilo-
89 gum omnium malorum, miseriarumq. Gladij † acu-
tissimi nihil reputantur respectu ruinæ, quam solet
gignere Reipublicæ caput, & regens ignorans.

Digna vox fuit illa Alphonsi Aragonum Regis,
qui nihil nisi regium egit. Iste enim sapiens, ac pru-
90 dentissimus Rex, cum casu † audiuisset ex Aulicis
suis quemdam dixisse, *non decere Principi scire lit-*
teras, nec illi esse necessarias, exclamasse fertur eam
vocem bouis esse, & non hominis, eamq. à rationis
91 † iudicio non fuisse profectam, sed à bellua emissam,
ac ab his, qui verentur, ne vbi Princeps bonarum
disciplinarum studijs clarior, splendidior, meliorq.
92 † euaserit, ipsorumq. oculos perstrinxerit, inferio-
rem gratiæ, vel auctoritatis gradum sint occupatu-
93 ri &c. Rex Roboam, quia sapientiam † spreuit, pro-
pter vnicam tantum, insipientem respõsionem ma-
iori parte Regni sui opprobriosè priuatus fuit 3. *Re-*
gum cap. 12. Meritoq. vt referunt vetera annalia,
Demetrius Valerius admonebat Ptolomæũ Aegyp-
94 ti Regem, vt † sedulo litteris operam daret, & præ-

sertim

fertim libros de Regno, Imperioq. tractantes auidè legeret, in quibus inueniret scripta ea, quæ eius Cōsiliarij monere non auderent. Cum, & verissimum
95 sit, Consiliarios † Principum (*vt solitus erat dicere Romanus Pontifex Pius II.*) sæpe transire per Placentiam, & nūquam per Veronam. Hinc illud Psal. 114. *Placebo Domino in regione viuorum.* Nam ve-
96 ritas non ingreditur palatia, † nisi furtiuè, & per fenestras, quare scitè affirmauit in suis poemat. fel. rec. Vrbanus VIII. *Fugit potentum limina veritas* alibiq. retuli. Principes namque licèt omnia habeant
97 † hoc vno carent, nempe quis ingenuè eis veritatem aperiat, cum nec ipsi nonnumquam hoc curent, immo aliquando dedignantur eam audire.

Referūt historiæ de Rege Cābyse Scithiæ, ac Persiæ, qui cum perconatus esset à Præxaspio eius Se-
98 cretario, † quid dicerent de eo Persiani, responditq. ille optime, multisq. modis commendabatur, tantū tantisper videbatur eis ipsum deditū esse vino. Cui responsioni veridicè internè iratus Rex, modò volo,
99 Præxaspie, vt † videamus an Persiani dicunt verū: manebat enim non multum longe ab eis filius Secretarij, dixitq. Rex, si ego hac sagitta transfigo cor filij tui, Persiani mentiuntur, sin minus, verum asserunt, Rex ergo vibrauit sagittam, & tam magistra
100 † manu, vt cor illius Infelicis in medio trāsfoderit.

O Regem barbarum, ò sceleratam actionem, continuò ab omnibus dirè exprobandam.

Quo viso ab eius patre, semimortuus remansit, cui dixit Rex, quid ais Præxaspie, sum ebrius nec ne? &
101 quid tibi videtur de tam † perito ictu, cui afflictus ille vir, iam de se extremè dubitans, respōdit, ò Rex, nec ipse Deus in hoc peritior esse potest, sicuti regia tua Maiestas. Adest super hac crudeli actione Cambysis, moralis Senecæ exageratio *in tract. de Ira cap. 14. lib. 3.* vbi inter alia inclamat, *ò Regem cruentum? ò dignum, in quem omniū suorum arcus verterentur?* & deinde considerat mæstū, & languē-
102 tem Patrem, † cui præ magno dolore vox interclusa erat, stātem super cadauere adolescētis filij sui, mēte reuoluendo, se eius cædis, & testē fuisse & causā.

Quare videmus quàm periculosum sit Principibus ingenuo ore loqui. Hinc peregregiè monuit, *Ouid. lib. 3. Trist.*

103 *Vsibus edocto, & si quicquam credis amico;*
Viue tibi, & longè nomina magna fuge;
Nam quamquam soli possunt prodesse Potentes,
Non prosunt potius plurimum obesse solent.

Et non solùm Principibus, vt dixi, sed regulariter omnibus veritas odium parit, ponderemus in hoc, obsecro, sacrum textū apud Isaiam c. 59. vbi dicitur.
104 *Corruit in platea veritas*, † subiungit deinde Propheta, *& facta est veritas in obliuionem?* Alij Interpretes ab Hebræo tradunt, *Facta est veritas in auersionem.* Idest, quando veritas apparet, omnes terga vergunt. Nam, vt ait, *Ioannes Cluniacensis*
105 *tom. 1. serm. 120.* sumpta † est metaphora à cane in plateis mortuo, quem omnes prætereuntes auersantur; Reperitur nonnumquam in publicis plateis canis mortuus, & fætens, omnes transeuntes per illum locum sibi occludunt narices, alibique faciem vertunt, ne fætor eos conturbet. Ita dixit
106 Isaias, *Facta est veritas in auersionem*, † aliaq. circa hanc materiam adduxi *supra in annotat. ad decis. 2. par. 3. recent. à num. 95. vsque ad num. 170. in 2. part. annotationis*, vbi etiam multa contra Principum Consiliarios habui, eorumq. adulationem.

At modo loquendo, prout incepi, de necessaria sapientia in Principibus, audiamus, quid præclarè
107 in † his terminis scriptū reliquit Vegetius in tract. de re militar. *Nullus*, inquit, *quem oporteat, vel plura, vel meliora scire quàm Principem, cuius doctrina omnibus subditis prodesse debet, vt enim in nauigatione Nauclerum, cui clauus commissus est,*
108 *oportet cæteris antecellere peritia gubernandi † vigilia, fide, sic eum qui Principatum gerit, reliquos anteire oportet Imperatorijs dotibus, SAPIENTIA, iustitia, animi moderatione, & ardentissimo publici commodi studio &c.*

Quid enim, per DEVM immortalem, dignius,
109 vt Princeps † cæteros excellat doctrina, sapientia, & ipse plus sciat, quàm alij intelligant, maximèq. si ab eius regimine totius Imperij ditionisq. fortunà dependeat; nam si ab honesto abhorreat, aut si
110 ambitione, ira, † stultitiaue peccet, id protinus totius Orbis malo faciunt. Hinc illud scitissimum:

Quidquid delirant Reges plectuntur Achiui.

Vnde Salomon sapientissimus, vt rectè Dei populum gubernaret, non diuitias; non gloriam, non vitam longæuam, sed sapientiam, & intelligentiam
111 Legum, † & iudicij à Deo petijt, vt æquitate, & iustitia posset populum iudicare, *Sapien. cap. 9.* & habemus *in can. & Paralipom. 2. q. 1.*

Ideoque CHRISTVS benignus Deus noster non vnam, sed duas claues Regni Cælorum B. Pe-
112 tro † commisit, in altera dedit ei potestatem ligandi, atque soluendi, in altera verò scientiam discernēdi, *vt legitur in can. decretales 1. distinct. 20.*

Quare nec sine causa iura Romana præsumunt
113 Principem † esse sapientissimum, *vt est textus in l penult.* ibi, NE PRINCEPS PHILOSOPHIÆ PLENVS, *C. de his, quib. vt indign. & in l. vnum ex familia. §. fin.* vers. Princeps prouidentissimus,
114 & iuris † religiosissimus, *ff. de legat. 2.* Eumq. oportere fieri iuris religiosissimū inquit *text. in proem. Instit. §. 2.* Religio enim est in legibus, prouidentia
115 † in armis, *glos. in d. §. fin. in verb. prouidētissimus.*

Facit etiam illud vulgatum, Principes habere omnia iura in scrinio pectoris recondita, vt præsumit *text. cap. 1. de constitut. lib. 6. & in l. omnium.*
116 *C. de testam.* Hinc quoque † est vt Princeps dicatur vigor iustitiæ, & lex viua in terris, *glos. fin. in l. probibitum. C. de iur. fisc. & in auth. de consul. col. 4. & l. de more. §. si tibi. ff. de iurisdict. omn. iud.*

Vlterius in testimonium necessariæ scientiæ in
117 Principe Plutarchus † librum scripsit hoc titulo, *In Principe requiri doctrinam*, breuem quidem illum, sed dignum, vt diu, noctuq. in manibus, ore, oculis, memoria, & sermone Principis versaretur, *& ex nostris id tractat Ioan. Redin. in tractat. de maiestat. Princip. in verb. sed etiam legibus oportet esse armatum. per totum.*

Quot sunt ex magnis Principibus, quia scientias neglexerunt, seu vt vulgò dicitur, fuerunt personæ
118 idiotæ † plurimis, *sicuti passim scribunt historici*, teterrimorum vitiorum maculis inquinati fuerunt, & à suis Consiliarijs ignominiosè venditi † sunt, in diuersas, & multas calamitates deducendo eorum status, Qui tales re vera miserabilem duxerunt vitam, timendo mortem à quibus præsidia, vitam,
119 oscula, iure sperare † debuerant, immo sibi ipsis non crediderunt iuxta illud Poetæ.

Cuncta expauesco, meq. non credo mihi.

Contra quos tandem infremuit ferro prouocata plebs, nec modum tenendo, nec ordinem, nam se-
120 mel † in ea accenso igne, inextinguibilis est, nec contenta remansit occidisse Principes suos, sed vltra vitam indignatio fuit, non cineribus parcendo, aut nomini, in innoxias sæuiẽdo imagines, in inanimata tecta, in mutos lapides.

121 Irritata plebs, quid non audet? quid † non potest? nihil tam sãctum à quo manus retrahat, Cęlo adeo ipsi si liceat, arma infert. Quot iacent victimæ, &
122 quidem magnæ † plebeio calcatæ pede, quis vti dixi, *Phalarides, Nerones, Dionysios, Artaxerses, Mitridates, Claudios, Caligulas, Domitianos, Commodos &c.* hominum portenta ignorare potest? mores intueantur, & exitum, nam teste Seneca,

123 *Vt † in corporibus, sic in Imperio grauissimus est morbus, qui à capite diffunditur.*

Supradicta etiam monuit idem Tragicus in tract. de clement. lib. 1. cap. 12. *Temperatus*, inquit, *timor cohibet animos, assiduus verò, & acer, & extrema admonens in audaciam iacentes excitat, & omnia experiri suadet.*

Verùm contra, quot sunt ex summis illis Princi-
124 pibus, qui litteris operam nauando, † ac sapientes euadendo, duplici corona se dignos reddiderunt, quia tanquam egregij, ac prudentes Naucleri puppim eorum dominij custodire benè sciuerũt, beãdo ipsorum ditiones, ac omnium ore, calamis, votis, ad sidera eleuati fuere, lubentesque subditi pro
125 eorum † incolumitate suam neglexerunt, & pro beneficio enumerarunt pro dictis Principibus vitam prodegisse, latereq. proprio latus illorum texisse, nullatenus putando se perire, dum pro eis perierunt, interq. victorias, & triumphos ponendo, vitam sic posuisse. Amor enim Principis in populũ, & populi in Principem, hoc vnum æternare potest
126 Regna, & beare, † idq. enim assequi non solet, nisi per tramitem sapientiæ, quia vt inquit Oraculum Cæleste *in Sapient. cap. 6.*

Rex sapiens Populi stabilimentum est.

Vbi etiam exclamatur: *O Reges diligite sapientiam, vt in æternum regnetis, diligite lumen sapientiæ omnes, qui præestis populis*, & facit famigeratum dictum diuini Platonis, de quo memini infra nu. 150. & vt monet Marc. Tull. in prolog. Rhetor. 1. *Ad*
127 *Rempublicam plurima commoda † veniunt, si moderatrix omnium rerum præsto est SAPIENTIA, hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluere debent; in hac enim excolenda sita est vitæ honestas, & in negligenda turpitudo &c.* Hinc eruditus Seneca *in Thye*, inquit.

Vbi non est pudor,
Nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides
Instabile Regnum est.

128 Sicuti è contra, vbi adest honestas, † quæ vt dictũ est, sita reperitur in SAPIENTIA, ibi abũdat omnis virtus. Vnde multi summi Principes, vt dixi eò splendidiores euaserunt, quia grato sapientiæ nitore micarunt, qua mediante eorum imperia mirificè floruerunt, in omnium amore impetrantes, &
129 gaudentes, vt tanquam † Patres potius obseruarentur, & amarentur quàm vti Domini, Imperatoresq. timerentur. *Quid enim in Principe*, (vt aduertit idem Seneca in tract. de Clemẽtia cap. 19.)
130 *Pulchrius accidere potest, † QVAM VIVERE OPTANTIBVS CVNCTIS? Quis huic audeat struere aliquod periculũ sub quo iustitia, pax, & secu-*
131 *ritas, & dignitas florẽt? sub quo opulẽta Ciuitas † copia bonorũ omniũ abũdat &c.* Hinc vt retuli *in annot. ad decis. 2. supra part. 3. recent. sub n. 180.*

Nouellus Carolus Magnus, nempe Carolus Quintus Cæsar, cum admonitus esset à suis, ne in
132 audiendo † omnes tam facilis esset, causamq. adducendo, quia non carebat periculis tantam facilitatem, cui monitioni respondit inuictus ille Cæsar, *Si aditus omnibus, & omni tempore ad supremum Cœli Monarcham patet, quantò magis ad terrenos*
133 *Principes † eius Ministros esse debet*, & coloratæ illi rationi replicauit, quod FRVSTRA SE TERRORE CINGIT, QVI SEPTVS AMORE SVORVM NON EST, *arma armis irritari, amorem amore prouocari &c.*

Stante enim inexpugnabili munimento amoris ciuium, vt inquit Seneca in supradicto loco, *Non*
134 *est necesse extruere in altũ editas arces, nec in † adscensum arduos colles emunire, nec latera Montium abscindere ac multiplicibus se muris, turribusque sepire, saluum Regem in aperto amor ciuium præstabit.* aliàs, si Princeps terrore se munire intendat eueniet ei illud Claudiani

Qui terret, ipse magis timet, sors ista Tyrannis.

135 Nam † opus est, vt multùm timeat, qui à multis timetur, metus enim in auctorem redit, nec regnare scit, odia qui nimis timet, timendo timentes. Sed loquendo de Principibus sapientibus, qui etiam per quàm humani, & benigni fuerunt, & mediantibus eorum scientijs mirabilia fecerunt, in
136 quorũ numero reperio *Numam Pompilium † II. Regem Romanorum, Philippum Regem Macedoniæ, & Alexandrum Magnum eius filium, Iubam Mauritaniæ Regem, cum alijs infinitis.* At disserẽdo de primis Principibus Mundi, nempe, de Romanis Imperatoribus, & quis est nescius Iulium Cæ-
137 sarem † eorum Antesignanum virum doctissimum fuisse, & pro quo æther ipsum pugnare videbatur, de quo illud Suetonij, *Eloquentia, militariq. re, aut æquauit præstantissimorum virorum gloriam,*
138 *aut excessit &c.* de eodẽ † dixit Eloquentiæ flumen, eiusq. Cæsaris acris hostis, M. Tull. de clar. orat.

De Cæsare ita iudico, illum omnium Oratorum elegantissimum.

Et quis non admiratur eius doctissima Commen-
139 taria famigerata † non solùm inter nos, sed etiam vltra Montes, totoq. orbe conspicua. Quàm pius & clemens fuerit Princeps iste Romanus *iam aliqua scripsi in discursu præcedentis Tomi à num. 258.*
140 Eius successor † Augustus Octauianus pariter fuit studiorum amator eximius, de quo idem *Suetonius* inquit, *Eloquentiam, studiaque liberalia ab ætate prima, & cupidè, & elaboratissimè exercuit,*
141 *multaq. varij † generis prosa oratione composuit, ac in Mutinensi bello in tanta mole rerum & legisse, & scripsisse, & declamasse quotidie traditur*, ò res mira, & eo magis, quò maior fuit tãtus Monarcha,
142 ò fælicissimũ Principem Romanum! nam, & † iste fuit primus, qui CHRISTVM, eiusq. Gloriosam Matrem Virginem MARIAM adorare, ac incensum dare meruit, quia in die ipso Natiuitatis Domini Nostri in sphœra Solis vidit Sacratissimam
143 Virginem cum Christo † in brachijs, itaut ipse quasi

quasi Primicerius extiterit vocationis gentium, quæ historia satis nota est, alibique comprobaui.

Alexandrum Seuerum Rom. pariter Imperato-
144 rem quo scientiæ † amore ardere credimus, qui vt refert Lampridius: *Cum inter suos conuiuaretur, Vulpianum, aut doctos homines adhibebat, vt etiam dum ederet, scientiis, vt dicebat, se recrearet.*
145 Quid mirum si summa sapientia Imperator † iste gubernando adeo dilectus fuerit subditis suis, nam notatu dignissimum illud est, quod narrat idem Lampridius. *Pedibus*, ait, *palatium conscendit, cum retro currus triumphalis à quatuor Elephantibus*
146 *traheretur, leuabatur manibus* † *omnium Alexander, vix illi per horas quatuor ambulare permissum est, omnibus vndique clamantibus salua Roma, quia saluus est Alexander*, momentum horæ illæ
147 fuerunt Populo Romano, cum amoris † essent, addit. *Ad Germanicum bellum profectus, deducentibus cunctis per centum, & quinquaginta millia.*
148 Quid non facit amor? addidit † hic alas & animos.

Sed relictis aliis Romani orbis Monarchis, summopere admiror M. Antoninum qui propter amorem scientiarum, & quidem maximum inter Imperatores fulget titulo philosophi per antonomasiam, de quo ait Herodianus, *Adeo litterarum & antiquitatis studiosus, vt nemini sit in eo genere*
149 *Græcorum* † *Romanorumque secundus, argumento sint per multa, quæ ab eo dicta, atque conscripta ad nos vsque peruenerunt.*

Qua prudentia, sapientiaq. M. Antoninus Philosophus, è Magnis Imperatoribus peregregius Romani Imperii habenas rexerit, facile quilibet con-
150 iecturare poterit, semper † enim in ore habebat prudens illud dictum diuini Platonis, scilicet, *Tunc fore beatas Ciuitates, quando aut Philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur*, vt post Iulium Capitolinum refert *ex nostris Ioan. Redin. in tractat. de Maiestat. Princip. in verb. Legibus ar-*
151 *matam n.* 11. † Nam secundùm Hug. in didasc. lib. 2.

Vera philosophia mirabiliter docet ritè, & rectè gubernare.

Heroica illa actione non parum sibi orbem deuinxit. Narrat enim Cassius, *Cum in bello Marcomannico omne Aerarium exhausisset suum, neque in*
152 *animum* † *induceret, vt extra ordinem prouincialibus aliquid imperaret, vẽdidit aurea pocula, & crystallina, & myrrhina vasa, ipsasq. vxorias vestes sericas, & auratas gemmasq. etiam, quas multas in repositorio sanctione Adriani reppererat, & per duos quidem menses hæc venditio celebrata fuit, tantumque auri reductum, vt bellum prædictum fue-*
153 *rit prosecutum, ac palma reportata* † *postea notificare fecit emptoribus, vt si quis vellet empta reddere atque aurum accipere, in sua potestate erat.*

O actionem non alterius quam sapiẽtissimi Im-
154 peratoris, ò virum Romano Imperio † dignissimũ, iure enim, vt testis est *Aurelius Victor*, Populus Romanus sic tantum Principem adamauit, vt non Dominum, Imperatoremq. eum putaret, sed potius dulcissimum patrem, erat etiam à toto orbe tanquam persona cælestis veneratus, ac multi eum Deum nuncuparunt. Regesq. eum sibi propitium
155 optabant, & de controuersiis suis inter † se Iudicem poscebant.

Fuit etiam adeo dilectus, & carus omnibus verè sapiens iste Imp. quia vt refert Herodianus, *se ciuilem sese & commodum omnibus præstabat, vt*
156 † *adeuntium cuiuis dexteram placidè daret, neminemq. à suis Custodibus probibere aditu pateretur &c.* ò vtinam multos Antoninos? Quis ergo
157 nõ obstupescet de benignitate & † quidem summa istorum Principum, qui studio litterarum sedulo incubuerunt, hinc rectè cecinit vernaculus Poeta

Esser non può scortese, vn che sia dotto

158 Aliàs doctrina † esset insipida, indocta, & ebriosa, vt solide infra probabo.

Concludam ea, quæ dixi de Imperatoribus sapiẽtibus loquendo de Imperatore nostro Iustiniano
159 Heroe preclarorum factorum † maiestate Magno, scientia tamen, & quidem legali Maximo, obloquantur de eo, quidquid volunt Græci auctores, (*quibus nonnulli ex nostris assentiunt*) garrientes
160 Imp. Iustinianum † iura non nouisse, ac omnium litterarum fuisse ignarum, ita ut dixerit Suidas, nec quidem elementa litterarum didicisse, ad huius enim Græci historiam respondeat Iuuenalis dũ ait,

Quidquid Grecia mendax in historia &c.

161 Hinc scribit † Plinius *in proem. 4. lib.* sicut litterarum claritas, ita omnis fabulositas ex Græcia effluxit, & Cicero in oratione pro L. Flacco de genere Græcorum loquens, *Tribuo*, inquit, *illis litteras, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, & dicendi*
162 *copiam,* † *testimonium verò, religionem, & fidem, numquam ista natio coluit*, vnde ortum est adagium, testimonium Græcum, quanta ergo sit adhibẽda fides græculo illi historico ex prædictis cognosce, & quæ præfati dicunt, forte possent proce-
163 dere in † aliquo alio ex aliis Iustinianis, nec quoque est curandum, quidquid contra Iustinianum Imp. dixerit musca illa Elephantum, & ridiculus vir scilicet Laurent. Valla in suis elegant. nam quomodo ei erit credendum, qui tanto maledicendi omnes tam sontes, quam insontes pruritu æstuauerit, tan-
164 taq. † mordendi omnes nemine excepto viguit libido, vt in eius sepulchro ista posita fuerit inscriptio,

Et nunc mordet humum.

Vt testatur *Zach. in l. hæredes, §. cũ ita. p. 3. n. 37. ff. ad Trebel.* adeo vt mihi videatur personã Tit. Labieni
165 induisse, † qui cum omnes passim nullo facto delectu carperet, mutata littera prima, *Rabienus*, dictus fuit, quasi rabie, & furore ageretur, sicque publi-
166 co decreto omnes eius † libri igne damnati fuerãt, *vt scribit in Sexto controuers. Seneca, & Sueton. in Caligula cap.* 16. & ex nostris refert *Tiber. Decian. in Apologia contra Alciat. cap.* 15. *num.* 18. vbi etiã refert de Pico (si vera sunt, quæ Alciatus ei ascribit) qui studio maledicendi adeo incumbuit, vt ne-
167 mini † pepercerit, neque vel vnum I. C. exemerit, omnes modò bardos, modò insanos, modò crassioris Mineruæ, modò male respondentes, modò auaros, modò ambitiosos, modò prauos in respon-
168 dendo, modò † pueros Doctores appellando, sed quæso relictis his maledicentibus, pergam defendere Iustinianum.

Pace, ergo omnium supradictorum, veritate tamen illæsa manente, Iustinianus noster, fuit vir
169 maximi, † diuiniq. ingenii, ac magnæ, splendidæq. doctrinæ conspicuus, nec mihi vmquam persuadere volo, nam esset tota via, vt dicitur errare, nisi ipse litteratissimus fuisset, vt animum appulisset, itaque

itaque sedulò ordinasset, vt opus tam immensum,
170 †admirabileque quale est ab abysso desperationis, ac obscuritatis, tanto labore, constantiaq. indefessa, erueretur corpus sacratissimarum Legum Ro-
171 manarum, illudq. quasi de morte † ad vitam, de confusione ad tam præclarum ordinem, de tenebris ad lucem inuictè reuocaretur.

Tam enim sublime opus animo reuoluendo non est personæ ignorantis, tam operosum nego-
172 cium non est † eius, qui omnis litteraturæ reperitur vacuus, adijcere animum ad erigendum in loculentam consonantiam tot, tantasque confusas Cōstitutiones, nec id, est conatus eius, qui nec ele-
173 menta litterarum cognouerit, †congruitq. vulgatum illud adagium *Tractant fabrilia fabri*, personæ enim à scientijs alieni, non solent rem litterariā augere, nam vt vulgò dicitur, scientia tot ha-
174 bet inimicos, †quot sunt ignorantes, *Speculat. in titul. de aduocat. §. nunc de exordijs nu. 27.* nec indocti se putant incolumes fore, nisi oppressis bonis litteris. Quod enim Iustinianus fuerit vir maximi ingenij ex nostris defendunt *Hieronym. Cagnol. in proem. Digestorum nu. 55. & Io. Redin. de maiestat. Princip. in verb. sed etiā legibus n. 3. cum ibi relatis.*

Et non tantùm Imp. noster Iustinianus fuit vir doctissimus, sed etiam vt refert *Paulus Diaconus*
175 *lib. 18.* fuit† Princeps fide Catholicus, in operibus rectus, in iudicijs iustus, & ideo ei omnia concurrebant in bonum, qui & tertiam Mundi partem Romano Imperio recuperauit, & in initio sui Im-
176 perij magna pro fide Catholica † concipiens animo, vt Diuinum auxilium promereretur, ieiuniorū magnam austeritatem assiduasq. DEO preces fieri iussit, ipseq Imp. quadragesimam tunc currentem, *attestante Procopio de ædific. Iustinian. lib. 1.*

Duram quamdam vitam egit, nedum Imperatori alienam, sed neque priuato Ciui acceptabilem.

177 Nā per duos dies† cibis abstinebat, & deinde quādo illud assumebat, non vinum, non panem, nec id genus alia cibaria, sed brassicam solùm, & agrestes herbas longo tempore, sale, & aceto maceratas
178 edebat, in potu aqua erat sola, neque his ad † saturitatem vtebatur, ex quo ieiunio, alijsq. laboribus ægram contraxit valetudinem, & vt inquit *Cardin. Baron. in annal. Ecclesiast. tom. 7. ad annū Dom. 527.* Iustiniano planè accidit *secundum illud Apostol. 2. Corint. 12.* Cum infirmor, tūc potens sū,
179 etenim eo modo debilitatus †corpore Persas, Gothos, Vuandalos, & alios Barbaros superauit, de quibus insignijs victorijs, ipse non parum gratias Omnipotēti DEO egit, vt nos habemus in *tex. in l. quas gratias. C. de offic. præfect. præt. Afflic.*

Non mirum, si, & vt alibi dixi, iste Iustinianus
180 Imperator † in Sanctorum numerum relatus fuit, vt plures ex nostris testantur, & præsertim *Io. Faber in proem. Institut. num. 3. vers. ego vidi nomen Iustiniani scriptum in Cathalogo Sanctorum Calendis Augusti.* Vnde veritate illesa, in æterno beatitudinis consortio relicto Iustiniano alia in medium afferam in laudem scientiæ.

Quæ tantam, ac talem fortitudinem eius pos-
181 sessoribus communicare † solet, vt non solùm intrepidè, & imperturbato animo impetuosis, & rabiosis ventis aduersæ fortunæ resistere iam clarum est, & latè retuli in discursu superioris Tomi à num.....sed etiam operatur, vt dum in tranquillitatis suaui portu manent, continuò rectum teneant moderationis cursum.

Etenim hic labor, hoc opus, hæc est summa inuicti pectoris generosa constantia, frenum scilicet,
182 ridenti, †ac blandienti fortunæ immittere scire, nam affirmante S. Bernardo de considerat. ad Eugenium Papam lib. 2. cap. 2. *Magnus est cui præsens fœlicitas, si arrisit, non irrisit*, ac teste Mo-
183 rali Philosopho in epistol. 75. *Paucis deponere †felicitatem molliter licuit.* Imò Idem quasi impossibile indicauit posse licentiam temperari in multa felicitate, dum dixit *in Eclypo.*

184 *Res secundæ non habent vnquam modum.*

Heroum titulo decorari possunt homines opulen-
185 ti, virtuteq. prædití, crudelis enim est † Tyranna felicitas, cogit, præcipitatq. Mortales ad luxum, vnde Ouidius *lib. 2. de art. amand.* inquit,

186 *Luxuriant animi rebus plerumq. secundis.*

Martialis lib. 11. scribendo Imp. Traiano inquit. Tu ò Traiane iustus es quantùm Numa Pompi-
187 lius, sed ille fuit pauper † Princeps, tu verò magnus Monarcha, ideo tua virtus in amplo tantæ potentiæ campo, felicitatisq. est maior, & quidem longè illa Numæ, producamus præcisa verba.

188 *Tanta tibi recti reuerentia Cæsar, & æqui*
Quanta Numæ fuerat, sed Numa pauper erat
Ardua res hæc est opibus non tradere mores
Et cum tot Crœsos viceris esse Numam.

Ipsi Gentiles nec putarunt personas diuites, potentesq. posse deuenire in Campis Elisijs, ab eis
189 † pro Paradiso habitis, audiamus Lucanum in 9.

Non illuc auro positi, nec thure sepulti
Perueniunt . . . .

Sed relictis his prophanis auctoribus O quàm vera
190 est sententia † S. Augustini *ser. 13. de verb. Dom.* Magnæ (inquit) felicitatis est à felicitate non vinci. Athlanticum hoc est opus, magna pugna est ne-
191 cessaria in hac colluctatione, † sed rara reportatur victoria.

Hinc, quando inauguratur aliquis Princeps, ne
192 de culminis ascenso fastigio intumescat, †solitum est mortalitatis aliquod signum ante oculos illi poni. Vt de Romanis Pontificibus, *dixi in annotat. ad decis. 2. supra par. 3. recent. in 2. part. annotat. à num. 11.* vbi etiam retuli qualis erat mos Romanorum in hac materia, ne triumphantes, inenarrabili illa gloria, insolescerent.

Addo, quod Regibus, seu Cæsaribus Byzantinis
193 mox, vt assumebantur in Regnum, Lapicidæ †afferebant lapides, vel alabastrinos, aut porfireos, vt quem magis vellent, eligerent in sepulchrum, vt mortis memoria superbiæ, fastusq. tumor compesceretur. Huic non dissimile est illud, quod refert
194 *Lyranus in cap. 14. Iob.* Ad illa verba, Homo † in cinerem reuertetur, *inquit*, de morte sua meditatur, propter quod antiquitus Imperatore creato, statim quærebatur ab eo, quo marmore vellet sepulchrum habere.

Nec ab hoc ritu longè abest, illud laude dignū solitum seruari, apud Serenissimos, & Religiosissi-
195 mos † Venetos, vt cum de nouo quis Dux creatur, statim ad locum ducitur, ad quem vita, & munere functus deferetur, ne scilicet noua illa dignitas, & magni honoris culmen, extra modestiæ limitem quempiā efferat, suę mortis illico monetur.

Apud

Apud Græcos etiam vt egregiè ratiocinatur *Card. S. Petrus Damianus in epistol. 17. ad Alexandrum II. Pontificem*, vniuersè mos ille viguit,
196 vt cum quis Rex crearetur, adesset † statim, qui vas plenum mortuorum ossibus, & stuppam lini, cui protinus ignis adhiberetur, offerret, vt in vase consideraret quod est, & esset, & ex stuppæ combustione, sic humana omnia transire.

Tandem fertur de Maximiliano I. Romanorum Imperatore ex excelsa domo Austriaca nato, qui
197 diu ante †mortem, mortalitatis suæ memor capulum funebrem, è querno ligno arcæ viatoriæ inclusum circumferri semper secum iussit quocumque abiret, vt scilicet assiduè in oculis habens monumentum illud, assiduè suæ mortalitatis moneretur, mentemq. summo Regi dignam, disceret ex mortis cathedra.
198 Tumor enim, & †fastus faciliter prudētiā à mēte tollūt quia *res secundæ* (secundum Salustiū) *animum etiam sapientum fatigant*, ac asserente S. Io.
199 Chrysostom. homil 45. in Matth. *Deliciæ † vehementius omnibus stimulis pungunt, dolores acerbissimos tam corpori, quam animæ inferentes*. Heu quam timendum est. Gigantes sub hoc pondere ceciderunt, Cedri Libani sub hac specie oppressæ
200 remanserunt: sapiens Dauid, sapiens Salomon fuit, sed blandientibus nimis secundis rebus vnus ex parte, alter ex toto desipuit. Quantis posset
201 asseri illud Pindari ad infelicem Tantulum.

Nequiuit coquere felicitatem suam.

202 Nam per luxum, & abundantiam copiarum †animæ fortitudo mollescit, & eius pudicitia constupratur, *ait S. Hieron. lib. 2. aduersus Iouin.* vbi etiam refert hac de causa multos Philosophos re-
203 liquisse hortos suburbanos, vbi ager irriguus †vbi arborum comæ, vbi susurrus auium, vbi fontis speculum, vbi riuus immurmurans, vbi multæ oculo-
204 rum, & auium erant illecebræ, timendo ne †sub infami rete voluptatum ignominiose apprehensi remanerent.

Fertur de diuino Platone, quamuis esset persona diues, nihilominus elegit Academicam villam, nō
205 solum desertam, † sed etiam pestilentem vt cura assiduitate morborum libidinis impetus frangeretur, & de his hactenus, & sic procedamus ad alia encomia studij litterarum.

Quamobrem prosequēdo discursum, nihil enim agitur litteris præstantius, nihil excellentius, nihil vtilius vllo vmquam tempore excogitatum est, si
206 enim literarum † commercium tolleretur, Sole mundus priuaretur, nonne litteris constat immortalitas hominum, & memoriæ fulcitur æternitas? itaque sic fulgentes, gloriosæq. sunt, vt possessoribus suis nominis immortalitatem donent, quia
207 forma, robur, † iuuenilis decor, diuitiæ, imperia, cæteraq. mundana omnia sunt apparentes prospectiuæ, omniaq. tempore conteruntur.

Dic quis Alexandro Magno sublimior vmquam
Omnia, qui potuit subdere illa iugo;
Dic vbi tot Magni Domini, rerumq. potentes
Qui pressere alios, sub ditione sua,
Stare diu nec vis, nec honor, nec forma, nec ætas.
Sufficit, exiguo tempore cuncta manent.

Hinc Poeta, & Philosophus celeberrimus ac etiam Iurisconsultus Franciscus Petrarcha in proprijs terminis loquendo sic scripsit Luchino.

Fluxa hominum memoria, picturæ labiles, cadu-
208 *cæ statuæ, interque mortalium inuenta nihil litteris stabilius.*

Idemq. rescribendo Pandulpho in eadem materia, ita vernacula cecinit lingua.

Credete voi che Cesare, o Marcello,
O Paolo, o l'Africano fosser tali,
Per incude giamai, ne per martello?
Pandolfo mio, queste opere sono frali
Al lungo andare, ma il nostro studio, e quello,
Che fa per fama gl'huomini immortali.

Humana quæque instabili fortunæ subiecta sūt,
209 † & quidea volubilibus. Hinc dolenter dixit senex ille Terentianus in Hecyra,

O fortuna, vt numquam perpetuò es bona

Boet. *in tractat. de consolat. philosoph.* fingit fortunam cum se ipsa sic loquentem *Rotam volubili orbe versamus, infima summis, summa infimis mu-*
210 *tare † gaudemus*. Optimèq. id aduertit Imperator noster Iustinianus in Auth. de non alienand. bon. Eccles. dum ibi scriptum reliquit, *Quid enim*, in-
211 quit, *erit stabile inter homines, cum omnis† noster status sub perpetuo motu versetur?*

Hanc veritatem in Aegypto, (*vt habetur in histori*js) Sesostris Rex † didicit à Rege; cum enim
212 Imperium †ille longè ampliaretur, & vicinos Reges subiungasset, adeo intumuit, vt quatuor Reges equorum vice currum suum protrahere voluerit, & ipse in illo sublime sedebat, vnus illorum Regum reflexo capite rotas currus attentè respiciebat, & tali aspectu rapi, capique videbatur.
213 Vnde cur ita respiceret Sesostris † interrogauit eum, ille verò regia libertate rem, vt erat fatuus est, *intueor*, inquit, *assiduam hanc rotæ vertiginem, in qua vicissim ima summis, & summa imis succedūt,*
214 † quod exemplum capio, & applico fortunæ nostræ. Tunc Sesostris, eos à iugo, & se ipsum liberauit à fastu, & re ipsa ostēdit humana omnia diu in eodem statu nō consistere, sed ad modū rotæ volui.

Huic simile illud, quod *à Cedreno refertur*, cum
215 enim Gallorum Rex, † Sultanum Agarenorum cœpisset, nec vmquam ille rideret, promisit Rex præmium referenti, Sultanum risisse, post bienniū fuit qui nunciauit, risisse, testes adhibet, & causam rogat, quia, inquit Solimanus, rotas currus viderim, quorum partes modo supernè, modo infer-
216 ne ferebantur. Inde †animaduerti fieri etiam posse, vt qui nunc tuus iaceo, aliquando liber, & Dominus possum euadere, quā rem probauit euentus.

Vereq. Cælo dignum fuit dictum illud Sapientis Salomonis *in Ecclesiast. cap. 1.* scilicet, Nihil est firmum sub sole, sed *Vanitas vanitatum, ac omnia*
217 *vanitas*, Vtinam aurea hæc sententia in auribus omnium vibraret, & præsertim Magnatum, vt cōditionis humanæ memores temperarent dexteram, mitigarent ferrum, & tumorem deponerent, ac fa-
218 stis vanisq. †ostentationibus, quæ omnibus displicent, longum valere iuberent.

Traianus Imperator, quia in parietibus nomen ac imaginem propriam sculpi faciebat, appellatus
219 † fuit *Herba parietaria* Reges, magniq. viri, non suum nomen, ac imaginem, sed sententiam prædictam Salomonis, in parietibus inscribere deberent, & sic laude, & non lusu digni fierent, prout oppor-
220 tunè, † id monet S. Io. Chrysostomus in epistol. ad Eutro-

Entropium, *Hunc*, inquit, *versiculum*, *Vanitas vanitatis, & omnia vanitas, si saperent qui in poten-*
221 *tia versantur in parietibus omnibus*, † *in vestibus suis inscriberent in foro, in domo, in ingressibus. Quoniam quidem multæ sunt rerum facies, multæ imagines falsæ, quæ decipiunt incautos, &c.*

Rex Salomon cum illo versiculo quasi dicere
222 voluit, ego qui fui Magnus Rex Palæstinæ, † & à Cælo mihi infusa fuit sapientia omnium maxima, postquā diu fui spectator simul, & actor super scenis humanæ tragediæ, modo compareo non amplius personatus sub aliqua mundana figura, sed quasi tuba veræ sapientiæ, asserendo vt caueatis
223 proditorem, in hoc credite mihi, qui † omnia eius intimiora arcana penetraui, alia certè non sunt, nisi phantasmata ægri somniantis, eius Monarchiæ obscuritates sunt, eius triumpha, stultitiæ, eiusque armoniæ dolores &c.

Audiamus etiam ab ore viri à veritate Catholica alieni, nempe Senecæ, ea quæ dixi superius, & habetur in epistola 8. sic exclamantis. RECTVM ITER, QVOD SERO COGNOVI, ET LASSVS ERRANDO ALIIS MONSTRO,
224 *Clamo, vitate quæcumque vulgo placent, quæ casus attribuit, ad omne fortuitum bonum suspiciosi, pauidiq. subsistite; Quisquis nostrum tutam agere vitam volet, quantum plurimum potest, fortunæ viscata beneficia deuitet, in quibus nos miserrimi fallimur, cogita in te, præter animum nihil esse mirabile: cui magno nihil magnum est.* O quàm verè iste locutus est, nam & vt alius Gentilis, sed Christiano calamo, Platonē dico, scripsit dialog. 8.
225 cap. 8. *Animus hominis nec humana, nec diuina respiciens satiatur nisi infinitum DEVM capiat, qui capacitatem eius ab ipso manantem impleat infinitū.* Et vt prudenter etiam dixit Epicurus, *Ille, cui sua non videntur amplissima, etiamsi vniuersi*
226 † *Monarchiam acquireret, nihilominus miser esset.* Vera est quoque sententia Valerij Max. satis nota, nempe, *OMNIA habet, qui nihil desiderat*, vide, quæ dixi infra in annot. ad decis. 617. n. 33. & 633. à n. 145. Vnde hic claudēdo cōtra tā anxiè dignitates ambientes cæteraq. mūdana vociferare possumus.

Quid iuuat in vita vanos ambire decores:
Totus homo cum sit nil, nisi bulla tumens.
Nil vastum corpus, pulchræ, vel gratia formæ
Imperium summum, diuitiæq. valent,
Omnia transibunt nos ibimus, ibitis, ibunt
Clari, & non clari conditione pari.

Heroicè quidem vernaculus Poeta ille considerā-
227 do mortalium † insaniam circa anxietatem acquisitionis honorum præsentis vitæ cecinit.

Miseri voi, che non dormite mai;
Voi, che desiderate esser Signori,
Che con tante fatiche, e tanti guai,
Andate dietro à grandezze, & honori.
Compassione bisogna hauerui assai,
Però, che sete di voi stessi fuori:
Et non sapete ben, quel che cercate;
Che non fareste le pazzie che fate.

228 Demum audiamus qualiter supradictis alloquatur I.C. & Italicæ linguæ Princeps Petrarcha
Passan vostri trionfi, è vostre pompe,
Passan le Signorie, Passan i Regni,
Ogni cosa mortal tempo interrompe,
O mente cieca al fine sempre digiuna
A che tanti pensieri? vn'hora sgombra
Quel che in molti anni à pena si raguna.

Quamobrem cuncta humana momentis transuo-
229 lantibus, † *vt inquit S. Augustinus*, rapiuntur, & secundum Apostolum, *Præterit figura huius mūdi*, omniaq. (vt vtar verbis Dauidicis) sicut vestimentum veterascunt. Cunctaq. tamquam pulchra rosa, nitens oculis, ac suauis odore, sed breue post tempus rutilus decor effluit omnis, totusq. splendor generis humani flos fœni est. Hinc Poeta ille.

Nemo tam fortis, cui parcant iacula mortis.

Ab istis tamen infallibilibus regulis, vt præmisi, litteræ tantùm sunt exceptæ, quæ & æternitatis armarium vocari possunt, istæ enim sunt vnicum lu-
230 dibrium contra superbiam, † & iniurias fugacis ætatis, æterniq. silentij, tubæ sunt, quæ canunt receptui annos præteritos, O Vires incredibiles litterarum, quæ retundunt irreparabilem cursum veteris alati temporis, nobileq. triumphum de eo reportando, & certè quid aliud præter litteras longiorem vitam possessori suo dabit, non opes, non
231 † purpura, non sceptra, non bella, nam perpaucos opulentos, seculum non alterum, sed suum nouit! & non cum vita purpura ponitur? quis annalem faciat post mortem? aut quæ memoria huius, vbi posueris? Et non sceptra cum corpore integūtur terræ, vt fuisse nescias, ex Regibus enim millibus vix vnum, alterumue ex historijs eruas, vt
232 dicere † possimus fuisse, nec aliud, & de perpaucis, imperasse, reliquorum non magis notā nomina quàm vrnæ, quibus teguntur, & † quod discrimen inter Regum cineres, & vilissimæ plebis? & vt ex nostris inquit *Iacob. de Beluis in repetit. cap. Romana. §. contrahentes nu. 2. de for. competent. in 6.*
233 Eadem † est asini, & cuiuslibet Imperatoris post modicum tempus memoria, nisi eius memoria beneficio alicuius scriptoris prorogetur.

De bello claris, quid dicam? quàm paucos fama
234 extulit, aut doctus calamus, & † è tot bellatorum millibus quanti viuunt? Intuemini, quà patet Oriens, quà Occidens, quà Meridies, quà Septentrio, iam inde à nato cælo, quis annus, & quæ regna suorum exterorumq. non natarunt sanguine?
235 Ex his † omnium sæculorum, ætatum, gentium victis, victoribusq. quam pauci modo viuunt? Hic facit elegans illa sententia *Flacci Vegetij lib. 2. cap. 4. de re militar. ad Valentinianum Augustum*, ac ex nostris refert *Francisc. Viu. in proem. lib. 3. Decisionum Regni Neapolitani*, scilicet, QVAE
236 † FORTITER FIVNT, VNIVS AETATIS SVNT, QVAE VERO PRO PVBLICA VTILITATE SCRIBVNTVR, AETERNA SVNT, Hinc ille
237 *Viuitur † ingenio, cætera mortis erunt.*

Ouidius Poeta celeberrimus, cum persuasus esset sequi Curiam, & sic Dignitates, Magistratus, Dominiaq. ita respondit amico, talia ei proponenti *in eleg. 1. cap. 1.*
238 *Mortale est, quod quæris opus, mihi fama perēnis Quæritur, vt toto semper in orbe canam.*

Vita etenim simpliciter sumpta non est verè vita, nam affirmante Romano Oratore pro Mar. *Non*
239 *vita, ait, hæc est dicenda, quæ spiritu, & † corpore continetur, illa, inquam est vita, quæ viget memoria sæculorum omnium, quam posteritas alit, quam ipsa æternitas sēper intuetur.* Idq. certè alia via non
240 assequitur nisi per litterarū tramitē, Nonne † ingenium humanum pater sapientiæ stabilius, ac firmius est magnis, superbisque Palatiis, immensis Templis,

Templis, Piramidis, Mausoleis, quia illa omnia,
vt in terminis his ait *Propertius lib.3.elegiar.*

Aut illis flamma, aut imber subdicit honores
Annorum, aut magno pondere vita ruunt
At non ingenio quæsitum nomen ab æuo
Excidet, ingenij stat sine morte decus.

241 Quare viuax est virtus, expersq. † sepulchri, ignis
est, sed inextinguibilis, acquisitio est, sed sine timo-
re iacturæ, exercitus est, sed inuincibilis, tandem
sol est, sed nescit occasum, vnde immortales sunt
Papinianus, Sceuola, Vulpianus, Plato, Aristoteles,
Homerus, Virgilius, Demosthenes, Marc. Tullius,
Cornelius Tacitus, Titus Liuius, cum tot alijs Iu-
risconsultis, Philosophis, Poetis, Oratoribus, Histo-
ricis &c.
242 Non ignoro Achillem, † Alexandrum, Annibalē,
Pompeum, cum pluribus alijs, qui litteris nihil
tradiderunt, esse nihilominus immortales, nam id
euenit non alia de causa, nisi quia decantati, ac ce-
lebrati fuerunt à doctis, sapientibusque viris, qui
243 mediante † illorum calamo tanquam canora
tuba reddiderunt alios non minus quàm se im-
mortales.
Quis enim numquam nosset Pompeium, multa-
244 rum † rerum maiestate sublimen, nisi eum M. Tul-
lius, & T. Liuius litteris commendassent. P. Sci-
pionem Africanum, Scipiones omnes, Lucios, Na-
245 sicas, nonne vmbræ degerent † nisi Historici eos
in sua scripta retulissent? & sic de singulis. Quid
mirum ergo, si Maximi Principes non parum re-
246 formidauerint † tubam virorum sapientum, ne ab
illa æternæ infamiæ darentur, *Sciebat* hoc Magnus
Alexāder nullis proinde pepercit donis in Anaxar-
247 cho † Nenocrate, alijsq. doctis viris, *Sciebat* Anti-
gonus Rex, qui audita morte Zenonis viri doctissi-
248 mi ab acerbissimo † dolore captus fuit, quærula vo-
ce lacrymāter asseruisse fertur, SE THEATRVM
SVARVM ACTIONVM AMISISSE. *Sciebat*
Augustus, nam vt refert *Suetonius in eius vita*,
249 Ingenia † maximè fouit, nam è Fisco Latinis, Gre-
cisq. Rhetoribus annua centena constituit.
Sciebat Traianus Imperator, qui Dionem Phi-
250 losophum † curru suo plerumque dignatus est, Ro-
mam etiam ingressus cum triumpho. *Sciebat* Ale-
xander Imperator, qui *teste Lampridio*, amābat
251 doctos viros, & reformidabat, † ne quid asperum
de eo scriberent.
Quid? quod Dionysius ille Tyrannus id optimè
etiam *sciebat*, nam sicuti refert *Plutarch.* Sapien-
252 tes † viros plurimi faciebat, per quos gloriosum se
fieri affectabat, & quamuis natus esset ad superbiā,
& sæuitiam, tamen quando sciuit Platonem Sici-
253 liam versus venire, misit obuiam † vittatam na-
uem, & egredientē in littore nobili quadriga exce-
pit, *Sciebant*, etiam Athenienses, qui Demetrio
Phalerio Philosopho trecentis, & sexaginta statu-
254 tis † erexerunt, *vt refert Philipp. Bergomens. libro*
septimo sui supplementi chronicarum, & ex nostris
memorat *Cassan. in Cathalag. Gloriæ part.*10. *con-*
*siderat.*8. *vers. Demetrius.*
Et prædicti Athenienses Zenonem virum sapiē-
255 tissimum † tanto honore prosecuti sunt, vt apud
eum claues Vrbis deponerent, ipsumque ornarent
aurea corona &c.
Tandem hoc *Sciebant* Romani, qui *teste Plinio*
*lib.*7. Virgilio Maroni Poetarum latinorum Duci,
dum Theatrum intrabat versus recitaturo, VNI-
VERSVS SENATVS ROMANVS ASSVR-
256 GEBAT † perinde ac Imperatori, & insuper quot
annis celebrabat eiusdem Virgilij natalem, qui fuit
Octob. idibus, & quibusdam veluti ceremonijs ve-
257 nerabatur † &c. & quare supradicti Principes, po-
pulique id faciebant iam dixi supra.
Doctorum quippe calami sunt illi, qui æternant
258 Regna, Principesq. quos si sustuleris † quæ Regna,
Reges, viri Magni viuent? insepulti cineribus iace-
rent sine discrimine sceptri, vel ligonis, sane magna
parentibus debemus, quod sumus illorum est, sed
plura doctis, quod numquam morimur horum est.
259 † Illi vitam dederunt, sed morituram, nec vltra
mortem vitam, hi etiam post mortem viuere do-
cuerunt, Omnium lectorum oculis, auribus, ani-
mis &c. Quare concludam litteras nō solum æter-
260 num reddere Literatum, sed † etiam vetant, ne ab
eis exaltati moriantur, sicque ad instar Solis sunt,
ipsi enim lucent, omnesque alij ab illorum radijs
doctrinę illustrati. Hinc I. C. & Poeta egregius
*Francisc. Petrarch. can.*155. *post Marc. Tull. in*
illa oratione pro Archia Poeta, loquendo de fami-
261 gerato † Achille, mediante calamo Homeri dixit.

Giunto Alessandro à la famosa tomba
Del fiero Achille sospirando disse,
O Fortunato che si chiara tromba
Trouasti, e chi di te tanto alto scrisse.

Fortunatus non iam, quia eius sepulchrum su-
perbissimum erat, nam caducæ statuæ, omniaque
262 etiam † immensa tempore marcescunt. Sed bene
fortunatus, quia Princeps ille calamo Homeri æter-
natus fuit.
Vlterius bona fortunæ, forma, diuitiæ, potentia
& similia, maxima interdum pericula solent im-
263 portare † possidentibus, & sicuti impetu fortunæ
acquiruntur, ita eodem impetu amittuntur, at sciē-
tia semper auxilio nobis est, atque præsidio, vitam
nostram per tela, per flammas, per saxa, per vn-
264 das, † per omnia denique discrimina, atque peri-
cula comitatur, prope est semper, maximum affe-
rens, vel in aduersis refugium, vel in prosperis or-
265 namentum, in tempestate sua quieta † est, & lu-
cet in tenebris, splendetq. per se, semper neque
in alienis, vmquam sordibus obsolescit.
Nullus quantumuis Orbis vniuersi Monarcha,
266 nec per quam sæuissimus, & magnus † Tyrannus
super scientia auctoritatem aliquam habere potest.
Ouidius celebris ille Poeta cū sibi Cæsaris iram cō-
citauerit, & sic omne malū secum traxerat, nam vt
inquit Francisc. de Petr. (vir in diuersis scientijs
apprimè versatus) in suis epistol. *Ita se † habent*
267 *Principes, & potentes, vt si quid bene egeris, leuior*
pluma sit gratia, sin minus, plumbeas iras gerant,
nam & ex text. *in l. quisquis. C. ad Leg. Iul. Maiest.*
268 vult, vt hostibus Principum melius † sit mors,
quàm vita ibi, *sit eis mors solatium, & vita suppli-*
cium.
Sed loquendo de Ouidio, qui à Ministris Cæsaris
in exilium missus fuit, inter magis remotos, feros-
269 que Barbaros Mundi, perdidit † enim, & patriā,
& domum, & vxorem, & liberos simul his tamen
non obstantibus lœtanter viuebat, mediante pro-
270 pria † scientia, super qua Cæsar quamuis erat Ma-
gnus Monarcha, tamen nihil iuris super ea habere
potuit, audiamus obsecro illum id attestantem
*lib.*3. *Tristium*,

En

En ego cùm patria caream, liberisque domoque
Raptaq. sint adimi, quæ potuere mihi
Ingenio tamen ipse meo, comitorq. fruorq.
Cæsar in hoc potuit iuris habere nihil.

Sicq. scientia sub nullius potestate manet, tàm
271 magna, ac sublimis Regina est: nec † aliquo modo
potest exradicari ab illius possessore, tanquam ani-
mo infixa. Narrat *Valerius Maximus*, *& M. Tul-*
lius. de Biante vno ex septem Sapientibus. Græ-
ciæ, vt cum terram eius fortuna mutata hostes
272 † inuaderent, omnesque suarum rerum precio-
sarum onusti aufugerent, & ipse nihil deferret, in-
terrogantibus, cur ipse nihil deferret, ait,

Omnia bona mea mecum sunt.

273 Pectore enim, non humeris ille gestiebat non † vi-
senda oculis, sed animo existimanda, quæ domici-
lio mentis erant inclusa, scientiam dico, quæ nec
furto, nec diminutioni quamuis minimæ subiecta
est. Solon magnus ille philosophus, cum interro-
274 garetur à quodam diuite exprobrante, † an thesau-
ros haberet, ait, Tu & ego thesauros habemus, sed
inter meum, & tuum hoc interest, quoniam nullus
de meo me inuito potest disponere, & si distribue-
275 ro, diminutionem non patiar, † tuus autem amis-
sionis quotidie patitur discrimen etiam te inuito,
& si alteri modicè etiam tribueris, semper minui-
tur. *idq. ex nostris refert Constant. Roger. in tra-*
ctat. de summ. bon. quæst. 2. num. 40.
276 Nec silentij velo inuoluam † aliud magnum bonũ,
quod ex litterarum palestra quis consequitur, nem-
pe immunitatem à pessimo illo vitio otij, nam
qui litteris operam nauare intendit, opus est vt pe-
277 nitus liberet se à tanto malo, cùm † militiæ species
sit studium, prout in terminis legalibus dixi supra
n. 13. ergo discedant otiantes, & oscitantes, quia ar-
dua virtutem profert via, vnde ritè dixit Poeta.

278 *Virtutem posuere Dij sudore parandam*

Percontatus quidam celebris philosophus, quo-
modo locupletatus fuisset tot, tantisque scientijs,
279 † virtutibusq. scitè respondit LABORE, & Demo.
stenes interrogatus qualiter acquisiuisset artem
oratoriam aliasq. virtutes, reddidit rationem, quia
280 in vita † sua plus oleum, quàm vinum consumpse-
rat, id quoque intellexit celebris, & vernaculus
Poeta Hetruscus dum *in Cant. 24.* dixit

In fama non si vien sotto la coltre.

281 Sicq. labor, & sudor, hostes † otij, sunt tantùm illæ
ponderosæ monetæ, qua scientiæ viridariũ emi po-
test, omnis enim laus in actione consistit, & labor
scientiæ pater est. Hinc Iuuenal. cecinit

Non iacet in molli veneranda scientia lecto.

Quare, vt dixi, litteræ liberant nos ab otio, qua
occasione, hic in illius detestationem aliqua addu-
282 cam, † vt magis appareat quàm magnum sit istud
lucrum ex litteris acquirendum, nam quando quis
in studendo est occupatus non lædit DEVM, quod
283 vix contingit in † negotijs, vt probat *Caccialup. in*
tract. de aduocat. quæst. 5. num. 4. Quamobrem lo-
quendo de otio, quid illo peius, detestabilius, vi-
lius, cum & humani generis vehementissima pestis
284 sit, nam otiositas inter arma diaboli † connumera-
tur, *vt clarè inquit textus in cap. nisi. §. personæ.*
vers. otiositas, & voluptas arma sunt hostis anti-
285 qui ad miseras animas † captiuandum &c. *extra*
de renunciat. ex quo textu communiter colligunt
Doctores ratione otij, & quietis indiscreta vide-
286 tur postulatio † resignandi Episcopatum, *& vide*
Nauarr. cons. 4. titul. de renunciat. idq. etiam pro-
batur *per text. in can. suggestum 7. quæst. 1.* & hãc
esse communem Doctorum opinionem testatur
Paris. de resignat. lib. 5. quæst. 3. num. 111.
Insuper cogitationum malarum, & tentationũ
287 incentiuum † est otium, & teste *S. Augustino in*
lib. de Ciuit. DEI cap. 30. Otium malorum est pa-
rens, *& secundum S. Io. Chrysostom. homil. 14. in*
288 *Gen. s.* Otium omnem malitiam docet, † nam affir-
mante textu *in can. numquam. de consecrat. di-*
289 *stinct. 5.* In desiderijs † est omnis ociosus, & vt
scripsit *S. Hieronym. ad Eborens.* In otio viuens res
aliorum facile concupiscit, & nihil tàm facile est
290 quam otiantes, † & oscitantes de aliorum labori-
bus, & vigilijs quærere. Etenim ex sententia Ma-
gni Censorini Romani,

Homines nihil agendo male agere discunt.

Hinc illud S. Bernard. *Ex otio, atque ignauia co-*
gitationes prauæ, & concupiscientiæ multiplicantur
291 † *donec Nauis cordis eis succumbens in peccato pe-*
riclitetur, Otio quippe mediante eripitur menti
DEVS sol magnus, quia DEVS otiosis non adest.
Itaque succedunt tenebræ, & in vicem lucis nox
alta, ac densæ caligines vndiq. ac deinde errorum
292 † scopuli, & miseræ mortes, nulla arte medendæ.
quare DOMINVS. Noster reprehendere volens
hoc vitium, vt habetur *apud Matth. cap. 20.* dixit
293 illis otiosis, *Quid statis † hic otiosi tota die nihil fa-*
cientes? ite in vineam meam, & quod iustum fuerit
dabo vobis. Insuper otiositas reddit quem dignum
maledictione diuina, nam D. N. *vt legitur apud*
Luc. cap. 2. Maledixit ficum, quia erat sine fructu.
Perbellè dixit Romanus Pontifex Leo, *Non dor-*
294 *mientibus prouenit Regnum † Cœlorum, nec otio, &*
desidia torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur,
vnusquisque enim, ait Apostolus, secundùm suum
laborem mercedem accipiet &c. atque vt monet
S. Ambrosius.

Non dormientibus, non otiantibus, sed vigilantibus
pollicentur præmia &c.

Nec sine causa dixit Polybius, *OTIVM perni-*
ciosissimum esse, & fontem, & originem omnium
295 *seditionum, † scelerumque omnium*, & quid speres
è fonte amaro, si non riuos amaros? quid ex noxia
scaturigine, si non noxia flumina? quid ex venena-
rio torrente, si non funestos exitus? idque confir-
mat Oraculum Diuinum in *Ecclesiast. cap. 2. Mul-*
296 *tam † malitiam,* (inquit) *docuit otiositas* idest mul-
torum malorum fuit occasio otium.
Hoc enim patuit in Rege Dauid, qui remanens
297 è bello otiosus, incidit in adulterium, & postea † in
homicidium *2. Reg. 11.* Similiter Salomon occupa-
tus in ædificatione Templi sanctus fuit, in senectu-
te vero otiosus, ita deprauata est anima eius per
298 † mulieres alienigenas, vt phana Idolis ædificaret
3. Reg. 11 & vt legitur in Ezech. cap. 16. *Hæc est*
iniquitas sororis tuæ Sodomæ abundantia panis, &
otium.
Nonne? etiam otiositas est contra naturam, &
299 otiosus est brutis indignior animalibus, † cum nul-
lum ens naturaliter sit otiosum *secundum Philoso-*
phum lib. 11. Ethic. meritoq. dixit Plaut. in Bacc.
Homo nihil est, qui piger est, idq. etiam aduertit
Roma-

Romanus Orator dum in lib.2. de Natur. Deor.
300 inquit, *Qui nihil agit, esse mihi omnino non† videtur*, & ex nostris refert *Gaspar. Beat. in tractat. de inop. debitor. cred. ad dicen. cap. 2. num. 44.*

Quare DEVS noster tulit hominem (*vt habetur Genes. 2.*) & posuit illum in Paradiso voluptatum,
301 VT OPERARETVR. ne immodica † scilicet prosperitate insolesceret, *& in cap. 3. pariter Genes.* dixit eidem *In sudore vultus tui pasceris pane tuo.* Vnde Iob. cap. 3. aduertit, *Hominem natum esse ad laborem, sicuti auis ad volandum.*

Præterea pulchrè dixit *S. Io. Chrysostom.* & ex nostris refert *Marg. de Suf. de celib. Sacerd. non abro-*
302 *gand. c. 9. n. 17.* Oritur Sol, † & claros vndiq; diffundit radios, excitat singulos ad opera. † Agricola accepto ligone egreditur, Faber ferrarius suos folles apprehendit, & singuli artifices, quod sibi congruit, & inuenies vnumquemq. sua instrumenta
303 † in manus sumere, mulier fusum vel cōtexta &c. Vnde addo in terminis de nostris Iurisconsultis illud satis vulgatum *Horatij satir. 1. lib. 1.*

Agricolam laudat, iuris, Legumq. Peritus,
Ad Galli cantum consultor, vbi ostia pulsat.

Quos versus ex nostris adducit *Antonius Thesaur. decis. Pedemont. 207. num. 3.* vbi potissimum
304 admonet illos, qui legibus incumbunt, † vt diligentiæ, & labori sint valde dediti, & sic multas noctes debent insomnes ducere, inuigilareq. chartis, & quidem indefessè, *iuxta illud Iuuen. satyr. 24.*

Scribe puer, vigila, causas age, perlege rubras.
Maiorum leges . . . .

Hinc dicebat S. Ephrem Syrus *in suis Canticis*

305 *Diligentia tibi, ò homo, vindica † magnum sapientiæ thesaurum.*
Et relinque negligentiam perditionis ærarium.

Quamobrem studenti Legistæ solet auribus resonari, vt indesinenter studeat, aduertatq. ne à tortura laboris vincatur, & fortior insurgat cunctisq. recentior horis. Vnde scitissimum est carmen illud,

Nocte, dieq. leges, si vis addiscere Leges.

Quippe si intendat aliquis in amplissima legali
306 proficere scientia, † opus est vt haud illum ingloriū Senecam imitetur, qui de se ita testatum reliquit in epistol. 8. ad Lucillum, *Nullus mihi per otium dies exijt; partem noctiū studijs vindico, non vaco somno, sed succumbo, & oculos vigilia fatigatos, cadentesq. in opere detineo.* Dignus labor viro, eruditionem, litterasque & posteritatem amanti. Supradictæ diligentiæ Senecæ non multùm distat id, quod scripsit S. Hieronymus in epistol. ad Eusto-
307 chium, ibi, *Crebrius lege, disce quàm plurima † tenenti te Codicem somnus obrepat, & CADENTEM facie pagina sancta suscipiat &c.*

Et loquendo de legali scientia, O quàm ardua, & longa est via, quæ ducit ad eam, quare Clarissimi DD. existimant filium non posse patrem cogere, vt sibi subministret sumptus pro Iurisprudentiæ stu-
308 dio, sed solùm quando vellet artem † grammaticalē profiteri, *vt docuit Bart. in l. bonis. §. non solum ff. de carbon. edict. Alex. in l. si donatione num. 21. C. de collat.* Roman. *in consil. 143. nu. 2. & facit decisio in causa Maceraten. redditionis rationis 17. Maij 1645. coram R.P.D. meo Hieronymo Meltio. §. Est etiam detrahenda,* vers. *expensæ studij grammaticalis &c.*

Huius opinionis si ratio quæratur, est ea, quam supra adduxi, & in specie illam adducit *Hieronym. à Laurentijs in solemni repetitione l. si emancipati num. 297. C. de collat.* ibi, Hac ratione moti, quia
309 Iuris prudentia difficiles † ortus habet, incrementaq. tarda, *& subdit etiam*, quia multo ære opus est, testimonium est Auctorum, & voluminum infinitus, & penè intollerandus numerus, in quibus nostra quotidie torquentur ingenia &c. super immensitate librorum legalium aliqua dixi infra in *discursu par. 7. recent. à num. 90.* Sed loquendo de laboribus legalibus. Accursius enim noster non solùm diu studebat, sed etiam noctu, licèt magni es-
310 sent dies, † vt ipse testatur *in auth. vt Iud. sine quoque suffrag. eliganter §. 1. in verb. vtentes*, vbi ex textu illo dat mirabilem, vt ipse ait, regulam, vt quando magni sunt dies, non debemus tantùm vigilare, quantùm quādo sunt parui dies, & deinde subdit, *quod ego male seruo.*

Legimus etiam de Bartolo Iurisprudentiæ Magno Antesignano, dum quæstio aliqua valde an-
311 ceps † ei occurrebat, noctes plures ducebat insomnes, & præsertim refert *Rota in causa Romana Hæreditatis de Riualdis 14. Decembris 1629. coram recol. mem. Merlino, est decisio 329. num. 6. infra in seq. parte*, alia in hac materia vide *apud Petr. Rebuff. in auth. habita §. quis eorum non misereatur*
312 *circa fin. C. ne fil. pro patr.* vbi etiā † inquit ratione excessiui studij ægritudines multæ prouenire, & quandoque mentis alienationes, *vt dicit text. in l. olem, exiui, & ibi Card. §. licet de verb. signif. &* fortè non esset ponere os in Cœlum illos amore
313 scientiæ morientes, † dum tamen discunt ad bonū finem, esse quasi Martyres, quia DEVS est scientia, *can. si iusta 38. distinct.*

Bonum tamen erit per tutissimā viam illam ambulare, & ab ipsis Celestibus Ciuibus calcatam, scilicet in omnibus modū seruare, iuxta illud vulgatū.

Omnibus adde modū, modus est pulcherrima virtus.
Omnium mensura optima, excessus autem malus.

314 Hinc ait Galenus lib. 2. de sanit. tuenda. † *Optimo corporis statuti ex omni genere mediocritas adhibēda est,* Sensus † enim humanus omne nimium fastidit, assiduumq. laborem, ac rigiditatem continuam sufferre nullatenus valet.

Continuatio quippe laboris omnem gratiam à cor-
315 pore † detergit, succum exorbet, vigoremq. debilitat, *vt inquit* in terminis studentium *Luc. de Penn. in l. 1. C. de profess. qui in Vrb. Constantinop. lib. 11.* Huc respexit Hesiodus dicendo.

316 *Dimidium † non numquam plus est, quàm totum.*

Quia videlicet totum comprehendere noxium est, dimidium vero moderatè se habet, tunc sanè moderatum immoderato plus esse censuit, *Plato de Republ. Dialog. 3.* Vnde in terminis nostris dicit *Commentator. in 4. Ethic.* Omni studioso ludus est necessarius, ne sibi mens efficiatur inutilis, quia re vera
317 † assiduo studio spiritus resoluitur, & motus animales, & membrorum arctus destituuntur, & mēbris destitutis etiam virtutis studium annihilatur, & dicam infra à num. 449. Quare vt dicit Moralis Philosophus, Tragicus, & Iurisconsultus Seneca in cap. 15. de tranquillitate animi. *Aliquando in* † *exul-*

exultationem, libertatemque extrahendus animus est, nam siue Greco Poetæ credimus, aliquando, & insanire iucundam est, siue Platoni, frustra poe-
318 *ticas fores† compos suipepulit, siue Aristoteli, nullũ magnum ingenium sine mixtura dementiæ fuit.* hucusque Seneca. Et Secundum Salom. *prou.c.*17.

Animus gaudens ætatem floridam facit; spiritus tristis exsiccat ossa.

Et asserente *Galeno lib. de interioribus* Malan-
319 cholia †phrenesim causat, *vide ex nostris Menoch. in consil.*82.*num.*232.

Itaque, ex numquam iocari, vel ludere contingunt mala, quia vt inquit *Cassidion. lib.*5. *Epistol.* Incerta est vita eorum qui nimia fatigatione lassantur, quæ mala euitantur per iocum, & ludum moderatum, nam ludus reddit quem habiliorem ad operandum, quia ille fit propter delectationem,
320 † delectatio propter quietem, quies propter operationem, vt ratiocinatur *Thomas Arct. in tract. de Ludo quæst.*1. *principal. num.*19.

Probo supradicta auctoritate Põtificali, videlicet, ludum moderatum esse licitum, & honestum, etiam Clericis, vt est casus *in cap. lator, & ibi glos. ext. de*
321 *homicid.* vbi cũ duo clerici simul luderent, †& vnus proiecerit alterũ in terra, & ille, qui fuit proiectus ad latus habebat cultellum, qui incidit in clericum proijcientem, & occubuit vulneratus. Vnde super hoc consultus Alexander Papa III. rescripsit, vt dum res ita se habebat, licite ille poterat promoueri ad sacros ordines. Ergo si ludus
322 † honestus non esset permissus, data esset opera rei illicitę, & non posset procedere, quod ibi dicitur, Vide etiam *Dec. in cons.*9. *sub num.*4. *cum alijs ibi allegatis*, vbi asserit, si quis in ludo occisus sit, puta in ludo cum pugnis, prout luditur Senis, & ex illa percussione mors sequatur, percutiens aliqua pœna non tenetur, sed relicta hac materia, ad nos.

Laudanda est enim aliquando lætitia, vti labo-
323 rum necessarium temperamentum, *l.*1. *C. de spectacul. lib.*11. *l. septitia, ff. de pollic. l. ciuitatis, de legat.*1. *& l annua. ff. de annu. leg. vbi glos.* ait, quod.

Ludi in quibus honestas, verecundia, ac mores
324 *casti seruantur sacri appellari possunt.*

Et eruditus Philosophos in Traged. ait, *Dum fata sinunt, viuite læti.* Atque Paulus Apostolus ad Romanos cap. 12. *Gaudet*, inquit *cum gaudentibus*, Et Cassiodorus lib. 12. Epistol. REX LOETVS OPTATVR AB HOMINIBVS. Nonne? cum
325 lætitia pulchrior est† omnis homo, Ipseque DEVS, *affirmante eodem Apostol.* 2. *Corint.* 9. hilarem datorem diligit &c. Angelus Gabriel ingressus ad Tobiam virum DEI plenum dixit ei, *Gaudium tibi sit semper &c. cap.*5. *Tob.*

Adduco etiam dictum Aristotelis 1. *secretorum ad Alexandrũ de finali intentione Regis* asserentis, Imperatoriam decet maiestatem habere fideles, cum
326 † quibus delectetur, si quando affectus tedio extiterit. Hinc *vtile illud* Catonis *monitum.*

Interpone tuis interdum gaudia curis
Vt possis animo, quemuis ferre laborem.

Narratur de Socrate, & præsertim refert Eruditus ille Seneca in *tractat. de tranquillit. animi c.*15
327 quamuis esset† omnium Philosophorum sapientissimus, & prudentissimus nihilominus multoties cum pueris ludere non erubuit.

Addo quod narratur in vitis SS Patrum & *ex nostris refert Stephanus Costa in tractat. de Ludo*
328 *par.*1. *§.*1 *sub num.*4. cum quis † vidisset Beatum IOANNEM Euangelistam ludentem cum suis discipulis, ac scãdalizatus fuerit. Vnde illi S. Ioannes dixit, tende arcum, quem in manu habes, quod & fecit, cui dixit iterum tende arcum, & fortius, qui respondit, timeo quod rumpatur, sic ait Discipulus ille DEI DILECTVS, nisi mens aliquo
329 † solatio, refocilletur deficit, & rumpitur &c. congruitque *text. in can. recurrat.*31. *q.*2. Ac teste familiæ Peripateticæ Duce.

Impossibile est diu viuere absque aliqua delectatione.

Moralis Seneca solitus erat dicere Lucillo *Non sis semper in labore, sed requiem animo tuo dato.*
330 † & præsertim habetur in epist.15. ibi *Neque enim iubeo te semper imminere libro, dandum, & aliquod interuallum animo, ita tamen, vt non resoluatur, sed remittatur.*

Et asserebat *S. Thom.*2.2. *quæst.*168. Hominem
331 † refocillatione indigere, quia nõ potest continuò laborare. Vnde in iure nostro Veteranis datur immunitas, *l. fin. C. de & col. lib.*11. & Senibus, *§. item*
332 *maior. cum simil. instit. de excus. minor.* Et † humanum genus, ideo militat, vt peractis laboribus quiescat. *l.*4. *C. de apparat. Mag. Milit. lib.*12. Tandem Legum, Conditores (*vt ratiocinatur eruditus Philosophus in tract. de tranquillit. animi cap.*15.) ideo
333 dies† festus instituerunt, vt ad hilaritatẽ homines publicè cogerentur, tamquam necessarium laboribus interponentes temperamentum.

Sed ne obliuiscar loqui, prout incœpi de illis, (supradictis toto Cœlo oppositis) scilicet qui desi-
334 dia, otioque inerti torpescunt, † ferijsq; perpetuis volunt vitam consumere, animaduertendum venit, Vnamquamq res per laborem, & exercitium reci-
335 pere † incrementũ *l. non intelligitur* 3. *§. diui fratres, vbi glos. in verb. sicut enim, ff. de iur. fisc. l.*2. *§. post originem vbi gl. s. in verb produci, ff. de orig. iur. cap. post translationem* 11. *§. item si quis propter de renunciat. l. penult. in fin. ff. ad exhibend. l. legatis seruis ornatricibus, ff. de legat.* 3. *l. milites C. de re milit. lib.*12. & probat *Marc. Tull. lib.*1. *de Orat. &* 2. *de diuin.*

Ita per otium, ac segnitiem, vnicuique rei pessũ dari, estque tam malignæ naturæ, vt omnia labefa-
336 ctet nec non † sicut fulgur cuncta in oppositum ducat, quippe ociositas non solùm nõ acquirit noua sed etiam, vt dixi, omnia parata consumit, etenim citò exhauriuntur horrea, quæ assidua non
337 † fuerint adiectione fulcita. Thesaurus facile profunditur, si nullis iterum pecunijs repleatur.

Nullus ignauus in celebrem virum euadit.

338 Minimè enim illi est cordi † honor (*secundùm Monost*) cui non est cordi labor, & teste Demost. in Olynt. *Homines socordes præsentia negligunt, futura bene successura putant.* Quamobrem verum est, dum asseritur, ociositatem hominem pauperem facere, & egenum. Hinc *in prouerb. cap.*28. dicitur
339 *Qui sectatur† otium repletur egestate* Vnde in c.18. Iure affirmatur, *Qui sectatur otium stultissimus est.* Et verè stultissimus, quia stultitia est rerum appetendarum, & vitandarum non quęlibet, sed vitiosa ignorantia, *vt post S. Augustinum ex nostris in puncto inquit Card. de Turrecremat. in can. numquam, num.*2. *de consecrat. distinct.*5. Vnde stultus est

340 est otiosus † quia non declinat vitanda, stultior, quia non colligit merita, stultissimus quia cumulat, & thesaurizat sibi æterna supplicia, nam DEVS otiosis non assistit, vt iam probaui, idque etiam gẽtiles agnouerunt, nam vt clare dixit, Salust. in Catil.

341 *Vbi socordiæ, † atque ignauiæ te tradideris, nequaquam Deos implores, irati, infestique sunt.*

Nam & ipsi putabant Deos in continuo labore esse, vnde ab omnibus reprehensus fuit Epicurus, qui existimabat *Deos feriatos cessatione torpere.*

Quid mirum, dum Legislatores contra istos, qui ferijs perpetuis vitam consumere volunt, otioque

342 † marcescunt, acerbissimum odium concitarunt, & præsertim Magnus Drago primus, & celebris Legislator apud Athenienses iussit, *vt refert Plutarch. in Solone, & Aul. Gell. lib. 12. cap. 18.* eos, *qui vitio otij damnati forent, capite mulctarentur*, & quamuis ista lex durior videretur, & ab humanitate aliena, tamen neque caret ratione, cum etiam

343 scribat *Diodorus*, legem fuisse apud † Aegyptios qua singuli cogebantur nomina sua apud Pręsides profiteri & ostendere, qua arte, & quo lucro viuerent, & si mentirentur, capite damnabatur *vt per Cassan. in Cathalog. Gloriæ Mundi par. 11. in proem.*

Nec iniuria, quia magna improbitatis schola

344 est ociositas, scelerumque officina, cum, & Iuuenes ociosi venenum Ciuitatis sint, quorum hominibus Præses prouinciam purgare tenetur *l. 3. ff. de offic. præsid.* tales enim disipant Ciuitates *prouerb. cap. 26.* Quare inertes idest sine negociatione cogendi sunt ad laborem, & negociationem, *vt cãtat text. in l. vnic. & ibi Luc. de Penna C. de mendicant. valid. lib. 11.* Vbi grauis † pœna imponitur

345 illis, qui fingunt se debiles, cum sint fortes, quia nolunt laborare, sed mendicando sine labore viuere, nam isti mendicare non debent, ne miseris, vel verè debilibus panem auferãt, & ibi *Accursi. in verb. validis*, ad hoc allegat *glos. super Matth.* dicentem

346 *Iustius feceris, † si iniustè petentem correxeris, quàm si ei dederis atque indulxeris.*

Et hic congruit, dictum Tiberij, (vt videre est apud Tacit. lib. 2. Annal.) contra nonnullos petentes ab eo subsidia vitæ, *si quantum ait pauperum est venire huc, & petere pecunias cœperint singuli num-*

347 *quã † ex satiabuntur, respublica deficiet languescet alioquin industria intendetur socordiæ, si nullus ex se metus, aut spes, & securi omnes aliena subsidia expectabunt, sibi ignaui, nobis graues*, Hic aptè etiam facit declamatio Quintil. 268. *Quid, ait, in his deprehẽdas præter fictã frontem, perpetuumq. otiũ & c.* Quare sic otiũ triũphabit, ex quo tam magna ruina venit: id etiam magni viri agnouerunt,

Vnde Alexander Magnus, quo die nihil gesserat, se non regnasse existimabat, & Cato Senior trium duci se pœnitentia profitebatur, *Si fœminæ arca-*

348 *na credidisset, Si nauibus† perexisset, quo posset pedibus, & tertio, Si dies quandoque inanis foret transmissa.* Hinc decantata illa regula, *Nulla dies sine linea*, Notabilis est textus in hac materia odij legum aduersus ociosos, *in l. quidam 26. C. de decurion. lib. 10.* vbi disponitur, Sectatores igna-

349 uiæ, qui prætextu fictæ † religionis onus ciuitatis euitant retrahantur, quod si reperiri non possint, illi, qui loco eorum substituuntur, bona eorum capient. Sicque Leges vigili oculo cauent, ne homines in fętenti illa otij criminum cloaca permaneant, in totum prædictis, tamquam aures non

350 habẽtes † auxilium denegant, nam & satis famigeratum est illud Iurisconsultorum axioma,

Delicatorum votis Iura non fauere.

Quàm potens, ac mortiferum sit toxicum otij, facili negotio, quis apprehendet, dum ad memoriam

351 reuocabit † quot calamitatum, & opprobriorum illud causam prębuit, & præsertim Ciuitas hæc Romana, nata vt tempus in omne omnium Regnorũ sit gloriosa Principatrix, omniumque consensu totius Orbis Regina, nam vt inquit *Oldrad. in consil. 85. sub num. 1.* Non est Homo in Mundo à maioribus Regibus, vsque ad minimam vetulam, qui

352 deposita † propria affectione Cœli Vicariam, & sic Orbis principatum Romæ manere lubenter non assentiat, nec est mirum, quia vt Poeta ille cecinit.

Roma caput Mundi, si vertitur, omnia vincit.

Nam Roma præposterè lecta, asserit, Amor, quo nihil inuincibilius, respuit iaeula, periculis insultat, mortem irridet, & secundùm S. Augustinum,

353 *Nil tam † durum, atque ferreum, quod non amoris igne vincatur.* Omnia enim creata, aut sint visibilia, aut inuisibilia, aut sint spiritualia, aut corporalia, aut simplicia, aut mixta, suam naturalem essẽtiam, à virtute, ardentique fornace amoris agno-

354 scũt, vt facile † esset id demõstrare, nisi breuitati studerem, sat erit hic mihi asserere vna cum Magno Gentiũ Doct. *Paulo Apost. scribendo ad Rom. c. 13.*

355 *Plenitudo Legis est dilectio.*

Sed ad nos, illam dico Vrbem, quæ potuit, & sciuit inuictè resistere virtuti Pirri, calliditati Anibalis, ferocitati Gallorum, constantiæ Hispanorũ, animi magnitudini Macedonum, sagacitati Grecorum, fortitudini Germanorum, audaciæ Barbarorum, illam, inquam, quæ bellicis sudoribus sub pro-

356 prio † iugo omnes posuit Prouincias, sibique subiecit vniuersi Orbis populos, ac adepta fuit Monarchiam super omnibus nationibus, illã, quæ cõculcauit diademata preciosiora Terræ, & in manicis ferreis, constrictos vidit omnes eius potentes aduersarios, illam, assero, quæ in immensitate vnius Mundi vidit sibi deficere materiam triumphorum, ita vt viduata remanserit, quo ad tropheorum gloriã, itaque emula Solis in omnem terram exiuit lu-

357 men eius. Tandem † illã, cui in terris nil (teste Cassiodoro) nec ad eius ima, non quo ad culmina reperta fuit similitudo, itaque solum inferior Cœlo dici poterat, & quæ tales, ac tantos genuit filios, qui putabantur ex ipso Cœlo lapsi, & qui secundũ

358 S. Thomam & S. Augustinum, † *ex amore patriæ, ex zelo iustitiæ, & ex zelo ciuilis beneuolentiæ*, diuinam quandam participabãt naturam, ita vt secundum opinionem eorumdem ideo tàm sublime à DEO Optimo Maximo exaltati fuerunt.

Tamen, ò mirum, vix ab illius vitricibus armis

359 debellata † Carthagine Imperij Romani æmula, ac in executionem posito pessimo consilio Catonis, cecidit animi magnitudo Romanorum virtusque Romana sub ruinis Carthaginis suffocata remansit,

360 † in proprio triumpho oppressa subiugataque per existendo. Optimam partem elegisset Senatus, si prudens monitum Scipionis Nasicę amplexus fuis-

361 set, qui renuebat vt Carthago destrueretur, quia deseruiebat pro palestra militari iuuentutis Romanæ, & sic pro diuerticulo, à vitijs luxuque, sed quo-

niam Senatus, vt dixi, arrisit opinioni Catonis, qui *vt sentit Plin. lib. 13. cap. 18.* id consuluit ob priua-
362 tos rancores † contra Carthaginem, vtique experentia ipsa demonstrauit, quamuis inimicorum exterminum visum fuit pacē attulisse Ciuitati Romanę, peperit tamen magis horrendū & magis per-
363 niciosum† bellum, quod numquam experta fuerit Respublica. Hinc cecinit *Iuuen. Satir. 6. car. 292.*

Nunc patimur longæ pacis mala sæuior armis,
Luxuria incubuit, victumque vlciscitur orbem.

Quia cum defecerit causa bellandi, inuicti illi po-
364 puli otio se dederunt, à quo † postea deuicti fuerunt, idque scitè aduertit Magnus Pater S. Augustinus in lib. 1. de Ciuitate Dei, his verbis OTIO PERIT ROMA, DELETA CARTHAGINE, Hinc quoque de ea dixit Tertullian. *Plus toga læserunt Rempublicam, quàm lorica.* congruitque dictum antiqui Poetæ Catulli ad Lesb. *Otium Re-*
365 *ges prius, † & beatas perdidit Vrbes,* & huc respexit Claudian. lib. 2. ad Rufin. dum dixit.

Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor vnus, iners, angusto tempore, vertit.

Longum esset referre in simili materia diuersos casus, ideo breuitatis studio abstineo solumque aduertendo Sacros Canones considerando tot, tan-
366 taque mala, † quæ ex otio proueniūt, ideo, vt habetur *in can. numquam. de consecr. distinct. 5. §. facito.* inhibetur Religiosis nè vmquam sint otiosi.

Sed vel fiscellam texant iunco, vel canistrum
367 lentis plectant viminibus, † plantas per ordinem ponant, aquas irriguas ducant, texant lina capiendis piscibus, scribant libros &c. *nec non additur* Religiosos nō tam propter victus necessitatem, quàm propter animæ salutem laborare debere, ne vagentur perniciosis cogitationibus, & ad instar fornicantis Hierusalem omni transeunti diuaricent pedes suos, *subiungiturque* Aegyptiorum Mona-
368 steria † hūc morem tenere, vt nullum absque opere, & labore suscipiant.

Semper enim, *secundùm S. Hieronymum*, aliquid boni operis faciendum est, vt Diabolus inueniat nos occupatos, quia non facile capitur à Diabolo, qui bono vacat exercitio; *Refert Io. Cassian. de institut. Collat. lib. 10 titul. de spirit. Accidiæ cap. 23.* Hanc esse SS. Patrum sententiam, *operantem* Monachum demone vno pulsari, *otiosum* verò in-
369 numeris † spiritibus deuastari. Torpentes religiosi increpantur etiam à S. Petro Damiano S. R. E. Card. *Opusc. 13. quod est de perfectione Monachorum cap. 11.* vbi pro excessū humilitatis loquendo in propria persona, erat enim Monachus, Ordinis S. Benedicti, Congregationis Columbæ, sic inquit,

Quid de nobis est sentiendum, qui sub professione mo-
370 *nastica, & scādere professionis † excelsa promisimus, & adhuc tamen sub torpore desidiæ, in imperfectionis nostræ conualle iacemus? &c.*

Quod enim Religiosi otium tamquam pestem sedulo aufugere debeant vide apud eumdem *Cassianum in supradict. lib. de spiritu Accid. cap 2.* vbi refert de Abbate Paulo probatissimo Patrum, qui existebat in eremo vastiore, palmarum fructibus, & herbis viuens; & quamuis ad victum aliud non
371 quærebat, tamen quotidie laborabat, nam collectis palmarum folijs, quotidianum pensum veluti exinde substinēdus à semetipso iugiter exigebat, & quia eremum valde distabat ab Oppido, & habitabili Terra, plusque expensum fuisset pro mercede ve-
372 cturæ, quàm valere posset pretium † operis desudati, vnde hac de causa singulis annis, id quod sollicita cura laborauerat, igne supposito concremabat ex hoc probans *sine opere manuum, nec in loco posse Monachum perdurare, nec ad perfectionis culmen*
373 *† aliquando condescendere, cum opera manuum deseruiat accidiam, pro purgatione cordis, & cogitationum soliditate, ac perseuerantia cellæ.*

Quod enim Monachi assidui esse debeant in Cella, benè id comprobat S. Bernardus in epistol. 63. inter sermones paruos. Vbi inter alia, *Nihil ait,*
374 *turpius † est, quàm Monachus inter Vrbes, & Castella discurrens.* Sic etiam S. Hieronymus scribēdo ad Rusticum, Monachum reprehendit, qui cre-
375 brius † in Vrbe, quàm in Cellula est, & inter Fratres simulat verecundiam, qui Platearum turpis colliditur, Abbas Isidorus, vt refert *Nicephorus lib. 11. cap. 34.* hoc in regula præcipuè obseruabat, ne quis
376 † eorum qui sub eius disciplina erant, foris progrederetur &c. S. Ioann. Chrysostomus, *teste eodē Nicephoro lib. 13. cap. 9.* Monachos circumforaneos, & per Vrbis plateas cursitantes, verbis acriter reprehendere solebat.
377 Nam, & (vt ratiocinatur † *Cedrenus pag. 382.* Illi, qui Religiosam vitam profitentur, cum toti se applicare debeant diuinarum rerum speculationi, & contemplationi, nihil solitudine gratius, vel acceptius esse debet. Hinc dicebat S. Hieronymus
378 ad † Rusticum, *solitudo mihi Paradisus est.* Optimeque Poeta ille commonefecit.

Pax est in Cella, foris autem plurima bella.

Religiosus quisq. se saluari desiderans (*verba sūt S. Bernard. in loc. infra citand. nu. 388.*) necesse est, vt intra claustra se se concludat. Et teste Seneca in epist. 32. *Hoc est salutare non conuersare &c.*

Religiosi enim mente voluant, se in Ecclesiæ
379 corpore † ossium vices peragere, adeout sint imbecillium mēbrorū robur, & vis, sicut verò hoc peculiare ossa habent, vt quo firmiora cæteris partibus sunt eò etiā occultiora, sic & Religiosi id obseruare debent, audiamus Vgonem Carensem in Psalm. 34. *Ossa, ait, CHRISTI, vel Ecclesiæ dicuntur viri Religiosi, ossa enim ferunt carnem corporis, sic*
380 *Religiosi † peccatorum infirmitatem; Item ossa abscondita sunt in carne, sic Religiosi in claustro.*

Si enim quæratur quamobrem hodie Religiosorum sanctitatis opinio obtenebrata videatur, alium respondentē huic interrogationi quærite? quia ego
381 id asserere † nolo, si tamē vrgetis, loquar, sed per os vnius ex eis, & quidem veri, egregijque Religiosi, nempe *R. P. Aloysij Nouarini Clerici Regularis, qui nuper in sua Electa sacra lib. 2. cap. 23. excurs. 51. sub num. 576.* sic inquit, Cogita, quàm hodie Religiosus habitus sæpe despectui habeatur, quod si rei causam inquiris, hanc præcipuam esse noue-
382 ris, † quod in seculariū hominum oculos frequentius quàm par est, incurrunt Religiosi, & incredibile est, quàm bonus sanctitatis color his excursibus, & euagationibus inquinetur, quàm magnam iacturam subeat apud sęculares homines, totum Religiosę familiæ corpus, dum quotidie absque vlla necessitate, leui fastidientes animi nausea, & spiritualium lassi solo vagandi desiderio per vicos,
383 & plateas discurrunt, † non quærentes sponsum, sed sępe, quæ sponsum fugant, Atque hinc etiam sequi-

sequitur, vt collapsa sanctimoniæ, & sanctitatis
opinione, exigua in monitis, quæ exhibentur fides
resideat, fereque tota spiritualis emolumenti spes
corruat. Pergit deinde zelanter plura notanda in
hoc casu Religiosus ille, religiosè, religiosis auribus
inclamare & in fine ita concludit.

384 *Maior videberis, † si videberis minus.*
Eò magis cultus fueris, quò magis occultus.

Sed, vt etiam ego terminem hanc materiam, vn-
de præter adducta ab eodem *Nouarin.* in his termi-
nis addo auream sententiam Magistri Magistrorũ
vitæ religiosæ, nempe S. Antonij Abbatis, qui vt
refert *Sozomenus lib.1.cap.13.* sic solitus erat incul-
care pijs auribus suorum discipulorum.

Quemadmodum Pisces terra tactu, & siccitate ta-
385 *besiunt, sic etiam† Monachorum gloriam ad Vrbes*
accedendo, fœdari, deturparique.

Quod enim vagatio in Religiosis sit etiam expro-
bata tenore Sacrorum Canonum, non erit mihi
admodũ difficilè probare, nam & *Bonifacius VIII.*
in cap.2.ne Cleric. vel Monach. in 6. clarè insinuat,
Vagationem periculosam esse animabus ipsorum
Religiosorum &c. *nec non Innocentius III. in cap.*
fin. de regular. & transeunt &c. inquit Religiosos
386 salutis propriæ detrimentum † incurrere, si vagã-
di occasionem habeant. Hinc textus *in cap. reli-*
gioso, de sentent.excomm.in sexto. decernit, vt Re-
ligiosus clericum verberans non est necesse, vt ac-
387 cipiat iter Romanum, sed † est absoluendus ab
ipso Episcopo, rationemque adducit ipse textus,
ibi, *ne Religiosus hoc prætextu habeat materiam*
euagandi, & ibi glosa inquit. *Nota, quod Religio-*
sis interdicta est vagatio. Quod enim Monachi late-
re debeant *inquit etiã glos.in can. si seruus, 54. dist.*
Adsunt etiam in his terminis plura sacra Conci-
lia, & præsertim *Concilium Mogunt.I.can.2.* sanxit
vt Monachi in claustro suo permaneant, nisi per
necessitatem ab Abbate mittantur in obedientiã,
388 † nec foris manducent, neque bibent &c. Aliaque
similia Concilia si desiderantur habentur *apud Petr.*
Crespet.in sua Summa Catholic.Fid. & Apost. Do-
ctrin.in litera M. in verb.Monach.titul. Ne Mona-
chi foras egrediantur, & titul. Ne Monachi Curiam
adeant &c. Nam, & monente S.Bernardo in lib.De
Mod.bene viuẽdi cap.66. *Viri Religiosi plus debent*
diligere CLAVSTRA, quàm Regis AVLAM.
Et vide *infra in annot.ad decis.523.n.131.*

Quamobrem *Alb.Cranzius Metropol.lib.8. c.4.*
considerans tam frequentes occursus, & vagationes
Religiosorum & quidem quotidiè nouarum regula-
389 rũ, & † habitus, exclamauit *Quando, erit finis mul-*
tiplicandarum Religionum, id vno magno Eccle-
siæ Monasterio, sub Abbate CHRISTO? cuius re-
gulam per Euangelia digestam si strenuè obseruare-
mus, nihil esset opus repertitijs, & nouis religionibus.
nec ad hoc longe dissentit *textus in can. legimus in*
Esaia dist. 93. vbi dicitur, Omne, quod rarũ est plus
390 appetitur; pulegium † apud Indos pipere pretiosius
est, præsbyteros turba contemptibiles facit &c.

Pro coronide præsentis periodi asseram, cõmmẽ-
dandos esse Religiosos illos, qui continuam vaga-
tionem abhorrent, & labore, latebraque dediti sunt
Atq; in dies feruentiori spiritu, Ineffabilẽ increatæ
SAPIENTIAE bonitatem, & altitudinem, splen-
dorem illum numquam deficientem, Pietatem in-
comprehensibilem &c. speculantes &c.

Vermis ille, qui sericum producit, dum studio-
sè ab hominum oculis se occultat, claudendo se in
parua illa Cellula, vt satis omnibus notum est, dum
391 ibi inclusus manet, tunc alas emittit, ad sursum
volandum, vbi prius tamquam vermis terram tan-
tùm serpiebat, sic, & illi, qui seclusi à rebus mun-
danis diuina solũ meditantur, nam vt palam est,
Humanorũ terminos nõ curãt, qui sẽper DIVINA
speculãtur, & dixi infra in annot.ad dec 523.n.130.

Inter alios verò Religiosos, qui vagationem dete-
stantur, communi omnium applausu merito extol-
litur peregregia, & deuota illa Religio Carthusiana,
392 quorum filij, per† quàm dediti sunt solitudini, itaut
seclusi, claustra Monasterij non egrediuntur, me-
minitque *Rota in causa Tullen.Reformationis 6.Fe-*
bruarij 1632.coram bo.me.Motmanno, quàm deci-
sionem posui infra par.6. recent. decis. 95. numer.9.
vbi dicitur, Carthusianos retinere stabilitatem in
393 † loco, tamquam in perpetuum carcerem. Plura
in laudem Carthusianorũ congerit *ex nostris Ann.*
Robert. rer. iudicat.lib.2.cap.2. post medium.

Vbi ait, laudabilem vitiorum fugam tribus re-
medijs quærere prædictam Religionem, nempe ci-
394 borum delectu, & † abstinentia, deinde solitudine
vt dixi, necnon fuga præsentiæ, & cõspectus mulie-
rum, *ibiq; multus est, proùt videri potest.*

Et ego interim redeam vbi digressus sum, scilicet
ad concludendum in materia otij, quoad Religio-
sos, & super hoc elegantem, & pium librum con-
395 scripsit † S. Augustinus, cuius titulus est *De opere*
Monachorum, vbi inter alia inquit, in Monasterijs
benè ordinatis, constitutum esse aliquid manibus
396 operari, & cœteras horas habere ad legendum, &
orandum, aut aliquid de diuinis literis agendum, li-
beras, quia non decet, vt in ea vita, vbi fiunt Sena-
tores laboriosi, ibi fiant Opifices ociosi, &c. Hinc
S.Bernardus in epistol. 142. ad Monach. Alpenses.
397 Monachi, ait, debent† studere silentio, ieiunijs, vi-
gilijs, orationibus, & operis manuũ. Et cõtra eorũ
otiũ sic inclamat in Apolog. ad Gulielm. Abb.

Quis in principio, cũ ordo cœpit Monasticus ad tantã
398 *†crederet Monachos inertiã deuenire? o quãtũ dista-*
mus ab his, qui in diebus Antonij extitere Monachi.

Ad supradictorum confirmationem expendi po-
test textus *in can. clericus victum 91. distinct.* vbi
sancitur, clericum victum, & vestitum artificio,
399 † vel agricultura sibi quærat, quod procedit, *vt*
habetur in can.seq. quantumuis verbo DEI, ille
eruditus esset, Ex quibus textibus colligũt DD.nõ
solùm esse licitum, & permissum clericis, & religio-
400 sis manibus operari, sed, & quod eis sit† in præcep-
to commissum, & id otij vitandi causa, *vt plures sẽ-*
tiunt, & præsertim Gulielm.Redoa.de spol.Ecclesiast.
quæst.2.sub num.4.cum alijs allegatis per Barbos. in
Collectan. Iur.Canonici ad d.can. clericus, num.1.
91. distinct. quæ opinio procedit, tam in casu neces-
401 sitatis, quàm † etiam sine necessitate, nam semper
vrget ratio euitandi otium quidquid senserit *Abb.*
in cap. 1. & in cap. cum secundum ext. ne cleric.
vel Monach. & vide Genuen. in prax. Neap. cap.62.
num.11. Intellige tamen, vt manibus debeant ope-
rari, non autem exercere negotiacionem, aliud est
enim artificium, & aliud est negotium.

Discendum est enim, in omnibus supra relatis à
Glorioso Paulo Apostolo Doctore gentium, & spi-
402 rituali Gallo. *Laboramus* † (inquit in epistol.1. ad
Corinth. cap.4.) *operantes manibus nostris.* Nam

vt testantur Origines, & S. Chrysostomus, erat Apostolus Faber Tabernaculorum, & vide *Act. Apostol. cap.* 18.

403 Laborabat † enim Apostolus manibus suis, vt exemplum in hoc præberet, & non solum ipse laborabat, sed etiam omnes, qui erant secum ad ministerium Euangelij deputati, vt habetur *in epistol. ad Thess. cap.* 3. vbi etiam dicitur,

404 *Si quis † non vult operari, nec manducet*.

Et sic laborabat Apostolus, vnde otium à se excutiebat, laborabat Apost. & sic non negotiabatur nullatenus implicando se in negotijs secularibus,
405 sicuti ipse monuit Ecclesiasticos 2. Timoth. cap. 2. *Nemo (ait) militans † DEO, implicet se in negotijs secularibus*.

Alia plura, si quis desideraret circa supradictam materiam, vt quantum plurimum possunt, Religiosi otium vitare debeant, consulat *Io. Cass. in lib. de Collat. Patr. tit. de spirit. Accid. à c. 7. & Petr. Crespet. in d. summa Catholic. fidei, in verb. Monachus &c.*

Otiumque Clericorum sui temporis mirum in modum admiratus fuit vigilans Pater, Mellifluus Doctor, Bernardus Sanctus, vnde in pluribus locis
406 ingenuo ore testatus est talem eius † admirationem, & præsertim in lib. 3. de considerat. ad Rom. Pontif. Eugenium III. vbi inter alia inquit, *Miror cuius Ordinis sint nostri clerici, nam in congregatione temporalium se habent vt Laici, in apparatu nobili vt Milites, in acquisitione redditum vt Clerici, sed non laborant vt laici, neque pugnant vt*
407 *milites, neq. euangelizant vti clerici*, Et in declamat. Ecce reliquimus omnia, &c. sic detestatur eorum artes, & otium. *Cum cuncti status hominũ aliquid habeant laboris, & aliquid voluptatis, clerici inter hæc nouo quodam artificio discernentes, eorum, quod delectat, in quolibet elegerunt & totum, quod molestat expuerunt &c.* Ac in serm. ad Pastores in Syno-
408 do, inquit, † ibi, *Laicus cum labore, sed clerici sine labore volunt possidere totum Mundum*.

409 Ibiq. etiã, ac in *serm. 23. super Cant* multa vocitatur, necnon acriter reprehendit eorum opulentiam thesaurizando pro se id, quod pauperum est, & sic committunt magnum sacrilegium, & super hoc nonnulla *adduxi in præcedenti tom. in annotat. ad decis. 460. à num. 97.*

Quamobrem videmus his corruptis seculis, tantã diuitiarum cupiditatẽ humanas mẽtes inuasisse,
410 † vt aliquando Ecclesiastici quidem ab auaris cogitationibus, cumulisque alieni sint. Itaque conueniens iudicatum fuit, vt quod clericus defunctus ex redditibus Ecclesiæ tenaci, ac illaudabili parsimonia quæsiuit, nunc honesta retribuitione Ec-
411 clesiæ restituatur † itaut de eis nequaquam testari valeat. Hinc in hac materia spoliorum Ecclesiasticorum tot Romanorum Pontificum piæ Constitutiones, necnon integri tractatus prodiere &c.

Et præsertim videatur *Guilelm. Redoan. in tract. de Spol. Ecclesiast.* vbi plura ait in detestationem marsupij clericorum, & præsertim adducit vulgatum dictum illud, Quod non capit CHRISTVS
412 rapit † fiscus, *per textum in l. latius, ff. de iur. fisc.* cum omnia lucra turpia, & illicita fiscus auferat, & accipiat, quia

Fiscus est saccus malè ablatorum.

Et in his terminis Clerici in eo puniũtur in quo
413 deliquerunt † &c. cum de hoc ipsi sint causa.

Nolo tamen ex supra adductis per S. Bernardum quo ad Clericos, religiososque sui temporis inferre ad tempora nostra; absit à me cogitatio illa, Verum tamen est, si nonulli reperirentur, qui tales essent ab eorum pio pectore euomant tantum venenum; purgentq; se à prædictis maculis, quæ tantum eos
414 † conspurgant, ipsamque DEI Ecclesiam denigrant, nam vt inquit, textus notabilis in can. qualis 8. quęst. 1. *Nihil magis denigrat Ecclesiam DEI vt meliores sint Laici, quam Clerici*, Oculum etiam habeant ad optimum monitum paterno affectu eis piè datum à Sacrosancto Concilio Trid. *sess. 14. in decret. reformat, in proem.* vbi deprecat Sacerdo-
415 tes, vt in omnibus exhibeant † se sicut Ministros DEI, ne illud Prophetæ dictum impleatur in eis. *Sacerdotes DEI contaminant sancta, & reprobant legem*; Sic quoque antea monuit Romanus Pont. Gregorius I. *in can. oportet Sacerdotes 28. dist.*

Eosque etiam rogat vt sanctam ducat vitam, aliàs
416 qua libertate † laicos corripere poterunt, dum etiã ipsi eisdem vitiorum ligaminibus obstricti sunt &c. *ac latius scripsi in annot. ad decis. 28. à nu. 188. supra par. 3. recent.* Nam *vt inquit text. in can. quia Episcopus 5. quæst. 3.* ideo instituntur Sacerdotes, vt laudent DEVM, & dent omnibus exemplũ bonæ vitæ.

417 Quanta enim † puritas in Sacerdotibus requiratur notanter aduertit S. Io. Chrysostom. in tractat. de dignit. Sacerdot. *Necesse est*, ait, *Sacerdotem sic esse purum, ac si in Cœlo ipso collocatus, inter cœlestes illas virtutes medius staret*, & videatur *tex. in can. necesse 1. quæst. 1.* Considerent demum Sacerdotes, ad eorum vocem Cœlos aperiri, summa imis sociari, cælestibus terrena iungi, vnumque visibilia, & inuisibilia fieri, *vt inquit text. in can. quod si sanguis, & ibi glos. 2. dist. 1. de consecrat.*

418 Quid mirũ dum † super tanto priuilegio, ac prærogatiua, vnicuiq. magna incedat admiratio. Nam

Stupet Cœlum, miratur Terra, venerantur Angelorũ Chori, horret Infernus, contremiscit Diabolus.

Quamobrem *cum nihil sit in Cœlo, & nihil in Terra cui præclara, & veneranda Sacerdotis potestas comparari valeat, ideo cum ineffabilis sit, ac ingenij humani omnem excedat capacitatem, venerabor illam loquaci silentio*. Addendo solum Sacer-
419 dotibus † magnũ exhibendum, esse honorem; Vnde refert *S. Antoninus in sua sum. ma par. 3. tit. 23. cap.* 14. de S. Catharina Senensi, quæ quando Sacerdotem in via transire videbat, accurrebat osculatura locum, vbi ille posuerat pedes &c.

Aduerte etiam honorem deberi Sacerdotibus
420 quoque malis, † quia in eis est venerandus ille, & colendus, & cuius sunt Sacerdotes, & cuius nomine, veniunt *videatur Abb. Paschal. in cap. 4. Hierem. & Theoph. in Ioann. cap. 20.*

Narrat *Speculum exemplorum dist. 9. exemp. 191.* de Glorioso, ac Seraphico Patre S. Francisco, qui vt
421 confunderet † multas personas nauseatas à vita inhonesta cuiusdam Sacerdotis concubinarij, genuflexus, magnaque reuerentia illius manus osculatus fuit &c. sed iam de his hactenus.

Quare modo opus est, vt redeam in viam, nempe ad conculcandã deformitatem pessimi veneni otij,
422 quę, vt dixi, viros † etiam fortes fortissimè præcipitat in reatum, suffocat virtutes, ac horrendorum vitiorum ærarium est, quibus malis, & aliud addo nempe vitam ipsam abbreuiare. Hinc virtutum illa viua imago CatoVticensis inter alia sua docu-
men-

menta hortatur ad fugiendem segnitiem, quia est contra animum, & corpus, audiamus verba ipsa.

Segnitiem fugito, quæ vitæ ignauia fertur
Nam cum animus languet, consumit inertia corpus

423 Nam multa quies, vitaque otio plena corpori
marcorem conciliat, nam, & apparet enerue, ac
ineptum, ipsique sensus non sunt sinceri nec sani,
sed molles, & languidi, quibus sic existentibus, sa-
nitatis voluptas arescit, quæ nauis vtilis ea ne, quæ
424 nauigat, † an quæ in littore manet? quæ aqua melior
ea ne quæ fluit, vel quæ stat? certè si careat suo flu-
xu, vt sunt paludes, & stagna, putrescit, humanoq;
vsui aliena efficitur, repleturq. animalibus vene-
425 natis, & † noxijs, ipsumque aerem corrumpit,
Vnde in puncto cecinit Poeta.

Cernis, vt ignauum corrumpat inertia corpus,
Et capiant vitium, ni moueantur aquæ.

Ferrũ enim, quo nemo vtitur, rubigine cõteritur,
quod si quis eo sæpius vtatur splẽdescit, & ex nostris
vide *Marquemon. de Suf. de Cælib. Sacerd. non abro-
gat. cap. 9 num. 17. vers. corpus eius, qui otiosus est*
426 *enerue, & sincerum nõ est &c.* vbi loquitur in † ter-
minis Sacrarum Virginum seu Monialium, hortã-
do eas, ne otiosæ maneant sed aliquid operentur,
& discant, *vt inquit, S. Hieronymus in epistol. 69.*
lanam facere, tenere colum, rotare fusum, & face-
re filum &c. sed ne iterum cogar loqui de personis
religiosis, cum satis sint ea quæ supra dixi. *Ideoque
detur mihi licentia ad probandum otium etiam cor-
rumpere corpus humanum, mortisq. stimulum esse vt
vtar terminis, & auctoritatibus DD. Medicorum.*
Quamobrem solertissimus Medicus, ipsiusque
427 medicinæ Instaurator eximius, Galenus in lib. 1.
de sanitat. tuend. notanter aduertit.

Maximum malum esse ad corporis sanitatem quietem, & ocium, sicuti maximum bonum, labor, exercitatio, & motio moderata.

428 Auget enim motio, † calorem natiuum, & spiritus
citatiores efficit, ac ipsa membra duriora, & solidio-
ra reddit, ad quæ sequuntur laborum tolerantia,
fœlix distributio, alimenti concoctio, corporis nutri-
tio, humectatio natiui humoris in habitu corporis,
429 excrementorũ extenuatio, expulsio, atque expur-
gatio vt docent Medici, experientiaq. monstrat.
Quare, quis quoties edit, toties exercitatio vi-
detur necessaria, & sic manè, & vesperè, hi, qui bis
430 edunt † in die corpus exercebunt, verumtamen
est, corpora, quæ frigidis, & crassis humoribus abũ-
dant, vehementiorem, & diuturniorem postulant
exercitationem. Biliosa verò corpora, & si *Hippo-
crates* (vir doctissimus id affirmante *textu in l. septi-
mo mense, ff. de stat. homin.*) scribat illa quiete, &
431 aquæ potione † egere, tamen ita illius sententia
intelligenda est, quod his naturis, leuiores motio-
nes vtiliores sint. quàm aliæ, ita, & non aliter di-
ctam opinionem Hippocratis intelligit *excellens
Medicus Ioannes Argenterius in Galen. artis Medic.
commentar. 3. fol. mihi 223.* Vbi etiam notabilem
ac generalem regulam assignat, vt scilicet.

432 *Nullum corpus sine aliquo suo motu sanum degere regulariter possit.*

Addo ad supradictorum corroborationem expe-
rientiam veri Magistram, *cap. quam sit de electiõn.
in 6.* nonne practicatur in illis, qui carceribus diu-
433 tissimè, † aut cathenis detinentur, aut qui (sicuti
Hippocrates quidem, & sic proprio ligone eum fe-
riam, monet) vulnere accepto forte in cruribus diu
quiescunt, postquam enim permissum est eis am-
bulare, quàm non facilè, immò, quàm non prorsus,
434 nisi magno cum labore † se mouent. Quod non
tam desuetudine, illa fieri existimandum, quàm
quod desuetudo hæc, ipsa motus consueti cessatio-
ne, partes eas calore, alimentoque suo depaupera-
435 tas, imbecilles ad officium suum reddidit, cum vsus
venit, opus suum restituit.
Si quidem ex Platonis, sententia *Galenus*, verum
esse asserit, nempe *Proprij operis exercitatione
436 robur augeri, vt quiete resolutum minui* Nam
Quiete languent omnia Nemo se decipiat, quippe.

A natura ille magis, magisque discedit, quo à motu magis, & eò validior, quò moderatè mobilior.

437 Aspiciamus, † obsecro, varios Cœlorum multorũ
motus ordine semper eodem recurrentes, numquã
cessantes, Ignis etiam placidè semper mouetur
Aeris superiorem partem rotatu circumuolui assi-
duo, argumento sunt Cometæ itidem circumuolu-
438 ti, † Inferiorem hanc, ferèque circumambientes nos
venti, auræque quasi indesinenter agitant, ac,
nisi agitent corruptione is quamprimum tanga-
tur, Maris aqua, nisi fluxum, & reflexum haberet
putresceret.
Sola terra vilis, ponderosaque immota manere
videri possit, Atque eadem tamen intus, imisque
439 † sæpe partibus, ventis perflata, excolata aquis,
percussaque ignibus quasi repurgata, ne motionis
ex hoc non eam prorsus aliquid sentire credamus,
440 facit, Feris † autem huius ipsius tergum, nisi ara-
tris proscindamus, ligonibus, marrisque exercea-
mus, nihil percepturi vsus, fructusque simus.
Segnem dicimus terram, cum hyeme quiescit,
vsu nullo, vulgus etiam moueri illam existimat, cũ
441 † inchoante Vere, tamquam de gremio sinuque
suo, large effundere nobis frugum, fructuumque
omnium spem, cum iucunditate maxima incipit.
Mille enim flosculorum genera spectare commota
442 tellure tunc licet, agri † segetibus læti augentur,
comuntur arbores, vestiuntur syluæ, gemmunt vi-
tes, læto denique omnia ad nos vultu, depulsa se-
gnitie, redeunt. *Vnde Ouid. in Fast. lib. 3.*

Omnia tunc florent, & tunc noua temporis ætas,
Et noua de grauido palmite gemma venit.

Quis etiam adeo vecors est, qui non animaduertat,
nisi vitalis facultas motum seruet perpetuum, &
443 continuum, ita vt si minimum quidem temporis
interuallum ille cordis, arteriarumq. pulsus, inspi-
ratio, & respiratio numquã cessans, intermitteret cũ
maximo ipsius vitæ discrimine moram traheret.
Quambrem sicuti vitam auspicamus, quo tem-
pore mouemur, ita mors in foribus cum nullum
444 in corpore, aut perquam exiguum, vltrò, citròq.
meantium spirituum, quorum motu vita prius sub-
stetabatur signum apparet, plura, si quis in hac ma-
teria desideraret consulat *Iulium Alexandrinum
Medicum Cæsareum, in eius libro, quem Salubrium,
seu de sanitat. tuenda, inscripsit. lib. 6. cap.*.
445 Addo, quoque otium superfluum corpori humano
plures infirmitates, præparare hinc *Salust. inquit.*

446 *Mala † mille affliguunt homines, cui segne, & inutile corpus,*

Et præ-

447 Et præsertim otium † solet febres gignere, quia cum lãguescat per otium calor, qui non probè concoquit alimentum, nec excrementa expurgat, nec meatus aperit, per quos educuntur, quæ obesse
448 solent, † ex quibus exstructiones, putredines, & febres tandem oriuntur, *scitè id probat Ioannes Argentius in Commentar. Galen. de febribus ad Glaucanem in §. Hæ autem ex lassitudine nascuntur &c. circa finem fol. mihi 90. col. 2.* vbi etiam subdit eodem plane modo, si quam habet somnus ad febres
449 † excitandas vim, hoc facit, nam per somnum superfluo humore grauantur interna viscera, nec satis digeritur corpus, ex quibus obstructiones tandem oriuntur, ibique etiam reprehendit *Galenum lib. 1. de differentiis Febrium*, quia in hoc videtur, contrarius, cum locutus fuerit contra rationem, & experientiam.

Credo ex supradictis optimè eos apprehẽdisse, qui
450 magna † laboris fuga tenentur, vt si lõgeuam vitam ducere intendant, excutere à se otium debent, labori, exercitationique se dicando, cui enim non est cordi exercitatio, nec etiam aliquo modo potest esse cordi sanitatis margarita, turpiq. errore capitur, totoque Cœlo errat ille, qui putat, seu somnia-
451 tur † posse eo magis naturalem vigorem, conseruare, quo plus retrahit se ab humanis exercitationibus, negotijsque non aliter ac si, (vt inquit, *Galenus lib. 1. de sanit. tuend.*) quis cogitando diutiùs oculorum aciem, aut vocem conseruare, clausos te-
452 neret oculos, vel † parum loqueretur. Ferrum ad nihilum deuenit, si longo temporis interuallo in igne maneat, sed aurum eò magis splendescit, & deputatur in ipsis flammis. Generosus equus, ob
453 itineris difficultatem, † non cohibet cursum. Cæterum si quis huic opinioni recalcitraret, faciat quidquid tamen vult, & dum suo se iugulat gladio
454 sibi † imputet, & dicam vna cum Poeta Heroico.

Chi la pace non vuol, la guerra s'habbia.

Nam ex sententia Hippocratis, *Desperatis non est adhibenda medicina.* Vna enim est salus despe-
455 ratis, † nullam spectare salutem, sed loquendo cum viris studiosis, quibus id non difficile erit persuadere, & licet dixi supra litterarum palestram li-
456 bera re quem † ne ociosam ducat vitam, tamen hoc est verum ad euitandum pessima vitia, quæ ex fætenti otij cloaca nasci solent, & sic quo ad candorem animi, & non quo ad corporis sanitatem, nam, & studium litterarum dicitur etiam otium,
457 sed † nõ sine negotio, quies, sed sine quiete, commodum, sed non absque incommodo, quia cum onere virtus, ideoq. studiosis in primis exercitatio est necessaria, quibus stomachi imbecillitas non tantũ
458 ob † litterarum studium euenit, sed ob studiosorum felicioris ingenij naturam, quæ cum gaudeat spiritus subtilitate, & vt ait *Marsilius Ficinus*, minus cum corporis firmitate copulatur.

Nec me latet curam, seu mentis cogitationem esse quandam exercitationem, vt enim corporis
459 habitus † otio corrumpitur, exercitijs conseruatur, vt abũdè dictum est, sic & animæ habitus meditationibus incrementum capit, ac viget. Nihilominus pulchrè monet *Plato*, vt neque corpus si-
460 ne animo exerceamus, neque animum sine † corpore, vt pariter vtriusque curam habeatur, alterum enim Athletarum est, alterum inertium, *ita Diogenes Laertius lib. 3.* absque enim corporis † mutua
461 exercitatione vtrumque vt *cum Cassiano lib. 9. dicam*, pigrescere compertũ est, vide supra à n. 312.

Inter alia exercitia moderata, quibus valetudo comparatur, & conseruatur, vegetatq. corpus, est
463 † ambulatio, quæ iuuenescere facit, hinc Poeta ille

Quis non se incolumen tuetur, atque
Rursus non iuuenescit ambulando?

Et adeo proprium munus est pedum ambulare,
464 vt cæteris † sensibus sopitis somno, pes vigilet, & ambulet, vt lunaticis accidit, qui statis quibusdam lunæ temporibus, morbo lunatico tentantur, vtignari, & prope inuiti è somno non tamen insom-
465 nes † surgant, & ambulent dormientes, vt experientia docet, & refert *Leuinus Lemnius lib. 2. cap. 3. de excult. natur. miracul.* Theon. Stoicus dormiens ambulasse traditur *teste Diogen. Laert.*
466 De quodam Pisano † tradit *Bart. in l. vt vim ad med. ff. de iustit. & iur.* qui se noctu dormiens armabat, vagabatq. per Vrbem cantando. *Marianus Soccinus in can. ad audientiam 10. quæst. 5.* testa-
467 tur de puella sibi vicina, quæ dormiens † è lecto surgebat, panemque conficiebat. Narrat etiam Martin. *Laud. in cap. 1. de homicid.* fuisse sibi apud Parisios socium Anglicum, qui noctu dormiens, sur-
468 rexit, † & iuit ad flumen Sequanæ, ibiq. puerum interemit, & non experectus sese in lectum coniecit.

Refert quoq. *Paschal. in notis ad eius Curr. nu. 177. in verb. pes.* Quemdam ex eius amicis, quadã
469 nocte è domo sua † armatum exisse, somno nondum soluto, per Romam discursisse, ac in satellites, seu Vrbis vigiles incidisse, atque ex eorum manibus fuga euasisse, inq. suam domum reuersum reliquum somnum quiete peregisse. Cuius rei cau-
470 sam † scire qui optat, adeat *Petrum Aponensem in problem. 30. cap. vlt. ac Coel. Rodigin. lib. 30. cap. 9. Albertum Magnum lib. 2. de somn. & vigil.* & omnium melius tractat. *Leuinus Lemnius in loc. supr. citat.* & ex antiquioribus *Aristotel. lib. 1. de generatione animalium cap. 1.* & videre ne omittas *Ant. Musam*, aut vt alij malunt *Apuleium in libell. de Betonica*, vbi etiã ait hanc herbam eam vim habere, vt animos hominum, & corpora custodiat, & nocturnas ambulationes à maleficijs periculis,
471 & visionibus metuendas tueatur, & defendat. † An autem in somnijs aliquod crimen committens sit puniendus, & quando vide *Tiraquell. in tract. de pœn. temperand. caus. 5. num. 11.*

Sed modo loquendo de magnis bonis, quæ obueniunt corpori humano ex ambulatione, adhunc
472 enim † effectum ambulandi natura nobis dedit pedes, vt monet Seneca in epist. 55. ibi.

Contra naturam est ferri, quæ pedes dedit, vt per nos ambularemus, oculos vt per nos videremus; Debilitatem nobis indixere deliciæ, & quod diu noluimus, posse desiuimus.

Videatur *Hippocrat. de dieta ante fin.* vbi ait si à
473 superioribus † partib. ad inferiores aliquid defluere velis in primis prodest ambulatio, tarda senibus, & imbecillioribus, velox robustis, modesta, ac moderata vtrique, consule *Mercur. lib. 5. cap. 11. de arte Gymnasi.*

Maximèq. moderata debet illis, quibus corpo-
474 ra sunt cacostomacha, hoc † est vt asserunt Medici, malis humoribus repleta, tunc enim salis aliquo grano ineunda est ambulatio: Nam humores, veluti canes cum dormiunt, non sunt temere irri-
475 tandi, † ne in reliquum salubre corpus facile labantur, & sic ægritudines conuehãt *Galen. lib. 3. Aphorism.*

risin.com.20 Auicen.3.prima Fen.refert Pictorius decalog.3. de tuenda valetud.

Qualis, vbi, & quomodo ineunda sit ambulatio
476 †eleganter docet *Corn. Celsus lib.1.cap.2.* & vt inquit Seneca *in tractat. de tranquillit. anim.cap.5.*

In ambulationibus apertis vagandum est, vt libero Cælo, † & multo spiritu augeat, attollatque se animus.
477

Serenat enim vultum ambulatio aperta, hilarita-
478 tem inducit, oculis † gaudium parit, lumen clarificat, & conciliat. Et sicuti quiete, desidiaq. tabescimus, & senescimus, ita motu, ambulationeque
479 vigemus, Nam ea stomacho, qui coquinæ Magister dicitur, mirum in modum confert. Bonæ quidem valetudinis inditium est ambulatio, sicut signum
480 morbi, cubatio. Vnde ambulare † pro viuere, & bene valere accipitur, quod notauit etiam *Passerat. in Propert.lib.2. eleg.4.* sic illud Euangelicum,
481 SVRGE, ET AMBVLA, † & alterum, TOLLE GRABATVM, ET AMBVLA, idest, viue, seu vale.

Hilariter ergo ambulatio obeunda est, circum-
482 cisa omni negotiatione, † quia tunc multùm iuuat, teste *Cornel. Celso lib.4. c. vltim. in fin.* cũ iucundo etiam socio, hoc est garrulo, qui in via pro vehicu-
483 lo est, idest † sine tædio, alias prope bestialis est ambulatio illa, quæ cum socio initur, silentio. Et si Ferdinando Hispaniarum Regi omnium suspicio-
484 sissimo iniquè ferebatur, † quod duo simul ambularent, & inter se loquerentur, tamen hinc sibi persuaderi, à quodam suo Gratioso passus est, ex hu-
485 iusmodi ambulationibus posse † imponi vectigal, & in gratiam Gratiosi impositum fuit, vt ex Hispaniæ historicis notauit, & retulit *Lælius Bisciola sub cesciuarum lib.9. cap.13. num.7. tom.2. & post narrat Paschal. in dd.notis ad suum Currum.num. 114. in fin.*

Sed vt terminem ea, quæ dixi de ambulatione, vtique dato, quem non posse spaciari, vel tempo-
486 ris intemperie, † vel pedum imbecillitate vel alia publici muneris distensione, aliud exercitationis genus requiritur, vt est clara, & canora lectio, cu-
487 ius exercitio † valde delectabatur Plinius, vt apparet *lib.9. epistol.* vbi de se loquens ait, *Mox orationem Græcam, Latinamue, clarè, intenteuè, non*
488 *tam vocis causa, † quàm stomachi, lego,* idq. ad stomachum facere ante cibum testatur *Cornel. Cels. lib.1.cap.2. & 8.* & Seneca ad Lucillum in epist.78. *Medicus, inquit, vt legas clarius, & spiritum, cuius iter, & receptaculũ laborat exerceas,* quod & Clemens Alexandrinus in Pædagogo lib.3. huiusmodi
489 lectiones exercitium † sanitati prodesse affirmat. Crura etiam fullonice agitari possunt, & de hoc exercitio mentionem facit idem *Seneca in epist.15*

Quamobrẽ Chrysippus Philosophus, *vt narrat*
490 *Diog. Laert. lib.7.* cum in † conuiuio à compotatione, cui cæteri iuxta morem largius indulserant, abstineret, ne ociaretur crura sub mensa agitabat, quod vbi ex pueris vnus animaduertit, non illepi-
491 dè dixit *Chrysippi † crura sola ebria sunt.* Et sic punctum faciam physico huic diuerticulo, ex quo in viam rectam transeo, & licèt plura mihi dicenda restarent in laudem sapientiæ, tamen ne abutar Lectorum benignitate, fini propero, Asserendo in terminis nostris legalibus, si est scientia aliqua quæ sit
492 † desiderabilis, & reddat eius possessores nobilissimos, immortales, necnon operetur alios effectus, *de quibus latè dixi in præsenti, & præcedenti discursu superioris Tomi,* est sacratissima nostra scientia legalis, quæ & secundum Aristotelem dicitur Architetonica, quasi omnium aliarum scientiarum Principatrix, quare

493 *Versans circa Leges, † debet esse omniũ Princeps,*

Vt eruditè, variisq. argumentis probant *Signorol. Homod. in tractat. Vtrum sit præferendus doctor, vel miles cap. 1. num. 1. & Christoph. Lanfrancin. eodem tractat. à num.16.* & latissimè demonstrabo in separato discursu, circa augustam, & sacrosanctam dignitatem legalem vt supra nu.16. promisi.

§ Finio, sed non pacato animo, nam cum iam dudum editioni Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ sedulò ad publicam vtilitatem incumbo, & hunc discursum, aliosq. præposui Decisionibus eiusdem Sacri Tribunalis, ideo summis labijs in laudem Areopagitarum Romanorum aliqua dicam.

Quis enim non admiretur eorum indefessam di-
494 ligentiam, ardoremq. † in perquirenda veritate, vt ius suum vnicuique tribuatur, quia admonente S. Ambrosio in proemio super Lucam, *Aperit ci-*
495 *tò diligentia ianuam veritatis, quam torpor, & negligentia claudit,* & teste Romanæ Eloquentiæ Tuba lib.2. de Orator. *Diligentia in omnibus rebus plurimum valet, hæc præcipuè colenda est,*
496 *hæc semper adhibenda, hæc nihil est, † quod non assequatur, qua vna virtute, reliquæ virtutes continentur.* Quare Auditores Rotæ Romanæ insectantur veritatem tanquam feram in syluis delitescentem, inquirit canis venaticus summo studio feram
497 inter syluas quærit, nullo labori parcit, † huc, illuc odoratur. Sic, & illi veritatis amatores, eam non minori ardore ac studio insequũtur, ac ex difficultatis foueis elatebrant. Festiuè S. Cyrillus Alexandrinus *lib.1. in Ioan.cap.2. inquit,*

Canes venaticos imitatur Sapiens, huc, illuc fe-
498 *ram † auidè quærentes, ipse enim non intellectam rem sæpè, ac multum inuestigans, interrogansque tandem generosè assequitur.*

Pulchra venatio ista, sed laboriosa, & maximè in
499 nostra amplissima † scientia legali, vt latè dixi infra *in discursu par.7. recent. à num.90.*

Verus enim Doctorum character veritas est, qua quis destituitur, singulari disciplinarum ornamento caret. Rectè S. Isidorus Pelusiota lib.3.epist.64.
500 sic admonet *Veritas omnibus artibus & disciplinis ornamentum affert, quæ si absit omni ornamento, & elegantia carent.* Hinc pulchrè dixit Michael Psellus in præfat. in Dioptram

501 *Melius est vera dicendo † balbutire, quàm mentiendo, Platonis, aut Demosthenis copiam, & grauitatem viuis coloribus exprimere.*

Hinc Oratius loquendo de bono illo Quintilio lib.1. Ode 34. dixit, quod applicari potest Auditoribus Sacræ Rotæ Romanæ.

... Cui pudor, & iustitiæ soror
Incorrupta fides, nudaq. veritas.

Carneades non minus acutus philosophus, quã
502 facundus † Orator missus fuit Romam ab Atheniensibus, vt nescio quid cum Romanis tractaret, qui in Senatu orando, ita magnis coloribus vsus fuit, & tam excelsa lumina, siue faces ardentissimas vanæ facundiæ accensit, ac ita vana argumenta adhibuit, vt vix audito à Magno illo nostro Cẽ-
503 sorino, † qui ægrè ferens, vt veritatis Sol à colori-

bus

bus rethoricis obscuraretur, sibi ipsi imperare non valens, petijt silentium.

Vnde etiam ipse, more Romano, orãdo zelo veritatis accensus, vocitare, tonare, fulmina ciere, ad instar nouelli Periclis, visus fuit, persuasitque Romano Senatui, vt quantò citius aufugere ordinaret Oratorem Carneadem, ac tantam pestem exularet, ne tali morbo afficeret pacem Reipublicæ,
504 candoremq. veritatis inter †Ciues. Quia tanta in eo erat facundia, vt à vero discerni falsum non posset, *vt referunt Gell.lib.16.& Fulgos.lib.8.* Optimè ille alius magnus Orator Romanus relatus à glos.in l.2. C.de constitut. pecun. inquit, *Cum*
505 *†res intelligitur minus de verbis laborandum est.* Audiamus Politicorum Historicorum Principem C.Tacitum sic dicentem:

Luctuosæ, ac sanguinantis eloquentiæ vsus malis
506 *moribus natus, & in locum teli repertus.*

O quantis facundia sua mortifera fuit. Vnde *glos.in §.item surdus, in verb.amittunt institut.quibus non est permiss. facere testam.* vult mendaces
507 Aduocatos sæpe in lingua puniri † qua veritatem facundia oppresserunt. Nam & similes possunt dici Celio Antipatro, de quo mentionem facit textus *in l.necessarium itaque. §.post hos.ff.de orig.iur.*
508 asserendo eum I.C. plus eloquentiæ,† quàm scientiæ, iuris operam dedisse.

Sed his studiosis in suffocanda veritate relictis redeo in viam. Sciunt enim magni Patres supremi Orbis Tribunalis, veritatem hoc vnum tantum reformidare scilicet ne abscondatur, & sic ne suf-
509 focatæ remaneat, ideoque †operosè nullis vigilijs, ac sudoribus parcunt vt à tanto timore illa illæsa remaneat. Vnde tanquam nouelli Argi, vbique pleni sunt oculis sicut sacra illa animalia, quæ vt
510 plerique censuere, †Doctorum gessere figuram, & sic in causis non tantum superficialiter student, vel iura delibant, sed eorum intima penetrant. Mé-
511 mores quoque † monito illo Diuino apud Ioannem cap.5. ibi,

SCRVTAMINI SCRIPTVRAS.

Non dicitur, Legite, aut percurrite, vel in transitu
512 gustate,†parum istuc erat, sed dicit, *Scrutamini*, vt interiora penetrentur, idq. obseruauit aureus Doctor S. Ioan. Chrysostomus homil.14. in Genesim *CHRISTVS*, inquit, *dicebat Scrutamini scripturas, quia non vbique in superficie scripturæ, mens scripturæ inuenitur, sed opus est scrutinio, ne quod in profundo latet nobis maneat absconditum.* Prædictaq. scrutatio maximè in studio Legali est neces-
513 saria, † vt Legum viua ratio penetrari possit. Hinc eadem Rota in causa *Viterbien.Castrorum 13.Iunij 1623.coram bon.mem.Coccino post Bald.* aduertit Leges esse difficiles, vt intelligantur, & sæpè de-
514 cipiuntur Magistri, & Scholares, in earum† interpretatione, quia plerumque aliud videntur velle quàm velint; nam scire leges non est earum verba tenere, sed vim, & rationem, *vulgar.iur.* Demum facit monitum oraculi Diuini apud Ioann. cap.7.
515 clamantis †auribus Iudicum. NOLITE EX FACIE IVDICARE, *sed iustum iudicate iudicium*, & videatur quæ aliàs dixi contra Iudices iniustos *in epistol.par.3. recent. à §. Iustitiam sapienter pinxerunt Aegypti &c.* sed redeundo in viam.

Admirandum est quoque illud in Auditoribus Rotæ Romanæ, quia eorum doctrinæ, ac sapientiæ panem omnibus distribuunt, dum tam occulatè, ac
516 per egregie, †id quod in causis, ac in medullis legum perscrutarunt, extendunt in Decisionibus, læta fronte, & libenti animo, tanquam sitibundi publici boni, permittunt, vt in conspectu totius Orbis ponantur, dum publici iuris fiunt, si enim pium est esurienti cibum, sitienti potum præstare, multo
517 magis pium erit † curare, vt animus insipientium cibo, & potu doctrinæ, & sapientiæ saturetur inquit S. August. super Matt. & dicitur Ecclesiast.18.

Qui misericordiam habet, & docet, & erudit.

Vnde odio graui prosequũtur Doctores illos aua-
518 ros, †ac inuidos, qui doctrinæ panem alijs frangere, ac distribuere denegant, quam enim errent isti, & in qua tenebrosa nocte sint, in aperto est, nonne

519 *Stomachus si solus cibum retineat, sibiq. appropiet, nec alijs partibus corporis communicet, & corpus perdit, & se ipsum,*

Et sic sibi solis retinentibus doctrinam, nec alijs eam communicando, graues morbos sibi nutriunt scilicet auaritiam, & inuidiam, dum quis potest &
520 recusat, scientia alios nutrire, isti †etiam persimiles sunt vasilli, qui in se dum multa bona recondit si semper clausum exsisterit ea nõ seruat, sed corrumpit. Ne obsecro grauemus audire in his terminis elegantem sententiam Eusebij apud Stob. serm.38. de inuidia. *Vir*, inquit, *multis quidem scientijs eruditus, sed ob animi MALITIAM, INVIDIAMQ. nolens alijs desiderantibus communicare, similis est malo vasi qui in se multa, & bona recondit, sed antequam vsum sui præbeat, corrũpit.*

Nonne gladius, dum diu moratur, & numquam extrahitur è vagina, *rubigine crescente vix*, & mi-
521 hi †accidit, *extrahi potest*, iterum nonne vestiméta, quæ semper inclusæ tenẽtur *subiecta sunt tineis*, easq. nutriunt à quibus demum corruduntur, Euitatur tamen dictum malum, dum foras aeri exponuntur, sic, & scientia in apertum Cælum produci debet, ne rubiginem contrahat, aut tineas, seu vitia parturiat, quę, vt dixi, conscientiam mordeant.

Nimis ergo inuidus sapientiæ possessor est, qui sibi tantùm ea, quæ didicerit seruat, alijsque negat,
522 iste nec sibi sapit, dum non †sapit alijs. Hinc pulchrè Persius.

Scire tuum nihil est, nisi te scire sciat alter.

Huc vocanda sunt verba Regis Salomonis in Ec-
523 cles.cap.12.ibi, *SCIENTIA † abscondita, & thesaurus inuisus, in vtrisque quæ vtilitas?* Et affirmante Sancto Hildeberto Turonensi, *Scientia aua-*
524 *ro dedignato possessore, † nisi publicetur elabitur.*

Terminabo periodum, in memoriam reuocando DOCTRINAM admodum fontis debere efflue-
525 re, non vt pecunia †in marsupio claudi, & silentio tanquam sigillo, muniri, obseruandum est inhibitum fuisse Apostolis, ne secum sacculum deferrent, sic enim ad eos CHRISTVS apud Luc.cap.10.

NOLITE PORTARE SACCVLVM.

Cur id inhibuit? An vt omnium terrenarum rerum curam ab eorum animis abolerent, & tantùm animas quærerent? Verè. Sed aliud fortasse tacitè
526 innuit, ne scilicet DEI dona quæ ad aliorum vtilitatem dantur hominibus, & maximè sciẽtia est, alijs sordidè clauderẽt, & obsignarent. Hęc flectenda sũt verba Beati Augustini, qui id censuit in serm.43. de Sanctis.

527 Sanctis. *Quid est sacculo*, inquit, *pecunia † clausa, id est occulta sapientia? quid est: nolite portare sacculum? nolite fieri sapientes penes tantum vosmetipsos.*

Audiant ad propriam confusionem, illi qui pie-
528 tatem † profitentur catholicā, & tā tenaciter propriam scientiam clausam tenent, Senecam, qui scribendo ad Lucillum in epistol. 7. ita præcisè ait.

Si cum hac exceptione detur sapientia, vt illam inclusam teneam, ne enunciem, reijciam.

529 Et deinde regulam generalem, & notandum dat, nempe, NVLLIVS BONI SINE SOCIO IVCVNDA POSSESSIO EST. At ad nos.

Ineffabilis namq. Diuinæ Sapiētiæ Altitudo hoc agit in cordibus hominum vere Sapientium, quod facit in regionibus terrarum.
530 Poterat † sine difficultate vnicuiq. regioni fructus omnes tribuere, sed si vna quælibet regio alterius fructu non indigeret, *communionem* cū altera non habuisset; vnde fit, vt huic vini, alij verò olei abun-
531 dantiam † tribuat, hanc multitudine pecudū, illam verò vbertate fructuum facit abundare,

Vt cum illa defert, quod ista non habet, & ista reddit, quod illa nō detulit *per communionem gratiæ simul terræ coniunctæ sunt*, sicut ergo regiones
532 terrarū, † ita sunt mentes bonorum, & piorum Sapientium, quæ dum vicissim conferunt, quod sciūt, quasi fructus suos regiones regionibus impen-
533 dunt, † vt vna omnes charitate iungantur, *& vide super hoc apud Pontificem R[illegible] Gregorium I. homil. 10. in Ezech. de diuin.* [illegible] *uident.* Notanda sunt etiā verba Oraculi Diuini, in Ecclesiast. 20. ibi,

Melior est, qui abscondit insipientiam suam, quàm homo celans sapientiam suam.

Vnde in Sapiētibus, prout videmus in Auditoribus Rotæ Romanæ, fons debet esse, non sacculus, vbi erogatur, non vbi includitur. Mente reuoluamus
534 Beniamini † angustias, *vt habetur Genes.* 22. quas ille substinuit, licèt sine sua culpa, & dolo scyphum, sacco clausum, adsportauerit.

Nonne seruus ille iniquus vt habetur *apud Matth.*
535 *cap.* 25. quia abscondit, foditq. in terram † talentū suum missus fuit in tenebras exteriores ad perpetuò ardendum in inferno. Timeant, & contremiscant omnes, qui hac turpi macula occultationis propriæ scientiæ, seu talenti, conspurgati sunt, ne
536 audiant ab ore magni Patris † familiæ amara illa verba dicta huic malo seruo.

E contra verò ruminemus, quanti meriti apud DEVM sit proprium doctrinæ vinum (cui vt dicam
537 infra ea assimilatur) alijs † exhibere, nam cum promiserit benignus Dominus Noster, cum qui

Aquæ frigidæ calicem poscenti dederit, sine mercede non futurum.

Matth. cap. 10. Quàm ergo affluentem mercedem, & gloriosum præmium præparat illis, qui non calicem aquæ frigidæ, sed suauissimum vinum propriæ
538 † scientiæ, quod tot sudoribus, vigilijsq. ac oneroso titulo emitur, & aliquando cum proprio vitæ discrimine acquiritur, si liberali manu, ardentiq. charitate ad proximi vtilitatem, distribuatur. *Aliqua circa ardorem charitatis dixi supra in Annotat. decis.* 460. *num.* 84.

539 Doctores quippe dum prodiga manu, † scientiā suam distribuunt illa in eis augetur, & sæpe, quæ quis ignouerat, dum alios edocet, addiscit. O quā pulchrè prodigus illæ suæ scientiæ munificentissimus dispensator S. Augustinus Ecclesiæ DEI radiosa lucerna, prædictā sententiam, egregio exēplō cōfirmat *in libro de Catechiz. rubibus*, in hæc verba.

Nonne accidere hoc solet, cum loca quædam ampla & pulchra, vel Vrbium, vel Agrorum, quæ iam nos sæpe videndo sine aliqua voluptate preteriba-
540 *mus, ostendimus eis, qua antea nunquam † viderant, vt nostra delectatio in eorū nouitatis delectatione renouetur, et cognitio perficiatur &c.*

Denique illud admiratione est dignissimum in Auditoribus Rotæ Romanæ, qui quamuis sapientissimi sint, ac præstanti literarum scientia conspi-
541 cui, magnæque celebritatis, & auctoritatis, Tamē summa redolent benignitate, affabilitateq. In eis nulla est abscinthij amaritudo, cum toti melliflui sint, vibrat eorum maiestas non solùm fulgentissima radia sapientiæ, sed etiam humanitatis, & sic
542 retundunt nonnullorum Doctorum inscitiam, qui toti tument opinione sui, pleni fastu, superbiaque de quibus potest dici illud Poetæ 3. Aeneid.

Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli.

543 Superbiæ † enim sedes in super cilijs posita est teste *Plinio natural quæst.* 37. vide infra à num. 574.

Vlterius iure meritò nonnulli scientiam æquipararunt vino, & quidem dulcissimo, non quidem
544 † ex terrenis vuis expresso, sed è Cœlo fuso, & non tantùm est dulcissimum, sed & equè potentissimū, Ideoque, vt sit salutare, nec caput tenet, mentemq.
545 † alienet, & in superbiam ducat, charitatis, benignitatisque aqua est temperandum, alioquin quis mente alienatus cadet, si charitatis aqua potens
546 † vinum istuc minime dilutum bibat. Quot enim multi victi iacent, quia vinum hoc purum biberūt, Hæreticorum exempla fidem dum faciunt, terro-
547 rem † etiam incutiant. Verè *S. Ambrosius in epistol. ad Roman. inquit,*

Sicut vinum non temperatum sine mixtione aquæ mentem alienat, ita scientia superbum facit, nisi fuerit charitate temperata.

Heu quàm horridas tempestates, & quàm pessimos ventos aquilonares Sancta Mater Ecclesia Romana passa fuit, quia nonnulli eius filij purum
548 istud † vinum scientiæ biberunt, nam postea sic inebriati remanserunt, & adeo à ratione derelicti, vt eius Gloriosam Matrem ad nihilum ducere tentarunt, sed incassè; quoniam CHRISTVS qui
549 † Romanam fundauit Ecclesiam, & intimo diligit affectu, non dormiet, neque dormitabit in custodiēdo eam, vt iam satis comprobaui, in annot. ad decis. 2. §. 5. à num. 45. supra par. 3. recent.

Sed loquendo ad propositum nostrum, solet
550 ebrietas mortis causa esse, aut certè † occasio, vnde, & ebrius Holofernes à muliere occiditur *Iudith.* 13. A vino enim victus vinci à quolibet potest,
551 vt † multorum infœlix exitus probat. Hinc miser ille Diues, qui ob eius vitia ad infimā peruenit paupertatem, inter alias causas posuit vinū, audiamus eū.

552 *Diues eram dudum, fecerunt me tria nudum,*
Alea, Vina, Venus, per quæ sum factus egenus.

In qua materia aliàs dirè ebrietatem ex probando latissimus fui supra *in annot. ad decis.* 28. *par.* 3. *recent. in litera A. à num* 49. *vsque ad numer.* 229. Vbi vt euocarem solitos inebriari ab hoc pessimo vitio multa notabilia habui, Theologicè, Iuridicè, Phisicè loquendo, nec non refutaui opinionem
553 eruditi *Philosophi † in tract. de tranquillitate anim. cap.* 15 *& vltim.* dum sensit, liberè esse bibendum, & non-

& nõnumquam ad ebrietatem vsque veniendũ &c.
554 Non nego † tamen in quibusdam infirmitatibus ad recuperãdam sanitatem licitum esse se inebriare vt dixi in d. annot. à num. 54.

Sed hic loquendo de ebrietate vini scientiæ, quod sanè nisi aqua charitatis temperetur inebriat. idq. aduertit Doctor Gentiũ Paulus Apostolus, cum ait,
555 † *Scientia inflat, charitas ædificat.* 1. Corinth. 8. Indicare voluit charitatis aquam scientiæ vino esse miscendam, ne mentem auferat, quod mentis sa-
556 lus † esse debet.

Etiam sponsa, *in sacris Cant. cap.* 1. id voluit, dum priùs osculũ Sponsi petit, *osculetur*, inquit, *osculo oris*
557 *sui*. & postea † de scientiæ vino subdit, *Introduxit me Rex in Cellam vinariam*, iudicans salutare esse scientiæ vinum, si amoris præcesserit osculum, cum
558 † illud sit signum amoris, charitatisque vt post *S. Bernard. serm. 8. in Cantic. perbelle aduertit Nouar. in sua elect. sacr. lib. 1. cap. 5. excurs. 1. num. 291.* Audiamus verba melliflui Bernardi. *Et bene scientia, quæ in osculo datur, cum amore recipitur, quia*
559 *amoris indicium osculum est; scientia verò, quæ inflat, cũ sine charitate sit, non procedit ex osculo.*

Congruit hic, quod dicit *Abb. in cap. cum super col. 1. vers. Tertia causa. de offic. delegat.* scilicet, Iu-
560 dicem † posse vti suspectum allegari, si recusauerit partem admittere ad osculum pacis, vel exercere actum humanitatis, *veluti, vt ipse exemplicat, in vers. adde quartum*, dum Iudex non reddit salu-
561 tationem, & sequitur *Ias. in l. apertissimi col. 3. C. de iudic.* Sed redeundo ad propositum nostrum.

Quàm enim prudentes, & magnanimi sint, supradicti Amplissimi Patres Romani in miscẽdo eo-
562 rum potẽtissimũ † vinum scientiæ, cũ aqua charitatis, benignitatisq. notum est. Hacq. de causa libẽter decisiones extendunt vt dixi in discurs. par. 7. n. 61.

Demum præclara in eisdem splendescit humiltas,
563 nam & ea pulcherrima † est virtus, & quid medium inter superbiam, & vilitatem, quia *teste S. Ioann. Chrys. in hom. 70. supr. Ioann. & in epist. ad Corinth.*

564 *Humilitas non † est sine magnitudine animi.*

Et in homil. 38. super Matth. Humilitas sublimioris philosophiæ mater est &c. Puerile enim reputatur in virtutis culmine superbire, hoc quip-
565 pe casu magis timẽdus est † lapsus, qui enim ex humili loco cadit celeriter surgit, qui verò ex alto cecidit, mortis adit periculũ. Etenim viri virtute perfecti vt sunt prædicti DD. Auditores, nesciũt efferri, nesciunt extolli, nihil illis magnum, nisi DEVS
566 cuius magnitudinem † dum meditantur, suum nihil vident & tumorem omnem deponũt, vt DEO iungantur, qui ex nihilo omnia fecit.

567 Quamobrem, quando eis veritatis fulgor, quomodocunque apparet, parum curant, prout multi, & quidem pessimè faciunt, obstinato animo eorum opiniones, & decisiones defendere, sed gene-
568 rosè dant manus, † cum & probè sciant veritatem esse CHRISTVM Nã ipsemet dixit *Ioan. 14.*

EGO SVM VIA, VERITAS, ET VITA.

Tamquam (secũdùm S. Augustinum) diceret, Am-
569 bulare vis? EGO sum † *via*, falli non vis? EGO sum *veritas*, mori non vis? EGO sum *vita*, & vide quæ dixi in præcedenti discursu num. 396.

Si enim, *secundùm Isocratem*, Legi, & Principi,
570 & Sapientiori † cedere, modestum est, quantò erit modestius, & gloriosius humiliter summo Factori Cœli, & Terræ palmam relinquere.

Nec aliquis miretur si Rotę Romanæ celsitudinis
571 maiestas, † & auctoritas adeo mirificè creuerit, vt mirabile sit dictu. Nõne qui excelsum vult extruere ædificium, opus est, vt prius ima iactet funda-
572 menta, scilicet humilitatis, nam & ista gradus est, per quam ad excelsa petitur.

Decorè quidem Auditores Rotæ Romanæ cõ-
573 culcant nonnullorũ Doctorum † iactantiam, quæ flatus generat, ita vt hydropici videntur. Nec est res noua, vt *Literatis adsita sit iactantia, superbiaq.*

Superbia etenim est illa saginaria depredatrix, ac
574 infamis sicaria † omnium virtutum, & gratiarum Diuinarum. Tacitè hoc docuit *S. Eliseus*, qui mittens Gezi eius famulum, vt puerum mortuum baculo suo reuocaret ad vitam, iussit ei, vt neminem
575 in via † salutaret 4. *Reg.* 4. ibi,

Non salutes aliquem, & si salutauerit te quispiam, non respondeas illi.

Insolitum præceptũ, & verè quid salutatio ad pueri salutem, & vitam? quod impedimentum vrba-
576 nitas † ista, miraculo afferre poterat? Sed cesset admiratio, quia S. Propheta sciebat eius seruum cupidum esse gloriæ, & ideo salutando aliquem facilè cum eo verba habuisset, & dixisset, nescis ne? *Ego modò vado ad operanda miracula, scilicet ad resuscitandum talem mortuum, &c.* Quare Propheta
577 nõ ignorans † hanc iactantiam impedimento futuram miraculo, ideo præcepit ne aliquem in via salutaret, idq. acutè sensit *Theodoretus q. 17. in 4. Reg.*

DEVS enim noster summopere resistit superbis
578 vnde † attestatur *apud Luc. 4.* Qui se exaltat, humiliabitur, quæ verba Euangelica, vt refert ex nostris *Barthol. Cassan. in cons. 1. sub num. 70.* cum audiuisset legi in Missa, quidam Clericus in Burgundia benè præbendatus derisit CHRISTVM, dicens
579 *si ego humiliatus † fuissem inimicis meis, non haberẽ hodie tot præbendas*, quo dicto, ò infœlix, statim venit de Cælo sagitta, quæ intrans os eius, eũ occidit.
580 Veh quàm timendum, † & cauendum est ab isto acuto, & latenti morbo superbiæ omnibus fere innato, nam, & teste Valerio Max. *lib. 8. cap. 15.*

581 *NVLLA EST TANTA HVMILITAS, QVAE DVLCEDINE GLORIAE NON TANGATVR.*

Ideoque potenti Pharmaco opus est, & quale erit? nisi sola humilitas, nam ista in *paupere* grata est, in *diuite* gloriosa, demum nulla est splendidior gem-
582 ma † in omni præcipuè ornatu summi *Principis*, quàm ipsa humilitas, Et hanc præciosissimam gemmam, (cuius pulchritudo talis est, vt ipsum DEVM Infinitum de Cœlo in terram traxerit) ne longiori tædio aures vestras afficiam, omnibus relinquendo, punctum faciam.

583 Vosq. interea viuite felices, Excellentissimi Domini, & amate amantẽ, necnon fouete fouentem. Cœterum amarulenti detractores, seu blaterones rideant quantùm eis libet, ita vt Democritum superent, vibrentque contra me, omnes eius vene-
584 natas † sagittas, ita vt vniuersas eorum pharetras euacuent, quia contra tanta vulnera, alio nõ vtar remedio, quàm illo S. Iob. sicque nec verbũ quidẽ quærulũ emittam. Qui enim illos vincere vult, taceat, qui vult vt tabescant, rideat, qui vult supplices, beneficijs cumulet. Nam admonente Magno illo Ciue Romano, Paul. Apost. scribendo ad suos dile-
585 ctos Conciues c. 12. ibi, *Si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitit, potũ da illi: hoc enim faciẽs, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.*

IN-

INDEX CAVSARVM
IN QVIBVS FACTÆ SVNT DECISIONES
SACRAE ROTAE ROMANAE
IN PRÆSENTI TOMO POSITAE

Alphabetica ſerie diſpoſitus.

Et primò per Diœceſes. Secundò per ſingulos RR. DD. Auditores. Tertiò per materias, vna cum Argumentis.

A

B

C

N

O

P

R



INDEX CAVSARVM DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE PER SINGVLOS RR. DD. AVDITORES.

DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ coram R. P. D. Carrillo.

DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ coram R. P. D. Coccino.

DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ coram Reuerendiss. Dunozetto.

DE-

DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ coram R. P. D. Ghisilerio.

DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ coram S. D. N. Innocentio X.

DECISIONES S. ROTÆ ROMANAE coram R. P. D. Litta.

DECISIONES S. ROTAE ROMAMAE coram R. P. D. Manzanedo.

DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ coram Reuerendiss. Merlino.

Ro-

DECISIONES S. ROTAE ROMANÆ coram Reuerendiss. Pirouano.

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram R. P. D. Queipo.

DECISIONES S. ROTAE ROMANAE coram R. P. D. Remboldo.

Papien.

DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ coram Eminentiss. Card. Sacrato.

DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ coram R. P. D. Vbaldo.

Roma-

DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ coram Em.^mo Card. Verospio Sen.

DECISIONES S. ROTÆ ROMANÆ coram Em.^mo Card. Virili.

F I N I S.





INDEX ARGVMENTORVM SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONVM

Iuxta seriem titulorum causarum digestus, vna cum Indice earumdem Decisionum eodem modo composito.

Leodien. *Abbatiæ.*
Lunæ 17. Maij 1621. *Vbaldo.*
Argumentum DCCXVII.

Papa si indulxerit Canonicis Cathedralis Ecclesiæ alicuius loci vt nemo possit aspirare ad maiores dignitates eiusdem loci, nisi sit Canonicus d. Ecclesiæ, dubitatur modo, si aliquis obtinuerit Canonicatum in d. Ecclesia, & aliquas ex dd. dignitatibus impetrauerit, & deinde Canonicatũ resignauerit, an prædicta dignitas vacet, itaut requiratur perseuerantia in Canonicatu, & responsio est negatiua, & quare.

Treueren. *Abbatiæ S. Maximini.*
Mercur. 20. Nouemb. 1624. *Coccino.*
Argumentum DLXXIV.

Abbatis electio, si petatur à Papa confirmari, & quidem iuxta terminos cap. cupientes de elect. nisi ea sit valida, confirmari non debet. In electione Abbatum, cum seruanda quoque veniat dispositio cap. quia propter. de elect. ideo forma in eo tradita, præcisè seruanda est, tum quia nisi ad vnguem seruetur, cum sit indiuisibilis, actus corruit in totum, tum quia in d. cap. quia propter, adest decretum irritans. Et discutiuntur plures defectus, qui interuenerunt in præsenti electione Abbatis, & concluditur pro reiectione petitæ confirmationis Apostolicæ.

Gerunden. *Absolutionis.*
Mercur. 31. Iunij 1624. *Coccino.*
Argumentum DLXVIII.

In præsenti decisione vberrimè discutitur, quando sit locus absolutioni à sententia excommunicationis ad cautelam, in quo articulo plures traduntur distinctiones, & dato, vt sit locus dictæ absolutioni, quomodo & cum quibus cautionibus deueniatur ad talem actum, & quando dicatur impartita sufficiens iurisdictio Iudici ad effectum concedendi talem absolutionem. Auditores Rotæ qualiter olim in causarum cognitione, & expeditione procedebant, & qualiter hodie.

Veliterna *Affictus.*
Veneris 31. Ianuarij 1625. *Remboldo.*
Argumentum DXCII.

Statutum de continuanda possessione in suum hærede, qualiter sit intelligendum. Societas qualiter finiatur. Minores cõtrahere nequeunt societatem, nisi cum debitis solemnitatibus.

Fulginaten. *Alimentorum.*
Veneris 12. Ianuarii 1624. *Pirouano.*
Argumentum DV.

Testator, quando primogenito alimenta legauit, & declarauit etiam, vt ea præstarentur illius descendentibus, si accidat, vt ille primogenituram non obtineat ante obitum patris decedendo, an eius successores possint prætendere dicta alimẽta. Testator, quando vsus est verbis denotantibus tractum temporis, tunc quamuis in aliquibus vocatis eius dispositio euanescat, tamen intrat ad fauorem eorum, qui post eos sunt vocati. Testator, quando sine dubio dicatur vsus verbis denotantibus tractum temporis.

Fulginaten. *Alimentorum.*
Mercur. 5. Iunij 1624. *Pirouano.*
Argumentum DXLIX.

Alimenta obligatus præstare ex bonis primogenituræ, si eorum taxationem prætendat excessiuam, ex quo fructus bonorum non ascendant ad summam taxatam, quid probare grauetur. Alimentorum causa cum materia sit fauorabilis, ideoque eget celeri expeditione, nec impeditur per ea, quæ requirunt altiorem indaginem.

Fulginaten. *Alimentorum.*
Veneris 21. Februar. 1625. *Vbaldo.*
Argumentum DXCIII.

Legatum alimentorum alicui relictum, quamuis secundum iuris communis regulas non transeat ad hæredes, quoniam cum ipsa persona extinguitur, tamen aliter dicendum venit, quando constat de coniecturata mente Testatoris, quæ doceat tale legatum esse transitorium ad alios, & sic non esse temporа-

poralę, præter eius naturam, & prædicta mens Testatoris ex quibus in his terminis conijciatur, & alia de quibus in summarijs.

Fulginaten. *Alimentorum*.

Veneris 18. Aprilis 1597. *Litta*.

Argumentum DCLXXX.

Scutorum certam quantitatem si testator, alicui reliquerit, de quibus videatur intellexisse. A testatore id satis dicitur expressum quod virtualiter videtur voluisse. Testator relinquendo alicui alimenta vbinam illa veniant ei præstanda, vide distinctionem.

Romana *Alimentorum*.

Vener. 20. Nouemb. 1624. *Vbaldo*.

Argumentum DLXXVIII.

Iudex, vt validè procedat, eiq. obijci non possit exceptio iurisdictionis de ea certus esse debet, & sic debet fieri illius productio in actis, quoniam si de eius deputatione non appareat, omnia per eum gesta, sine spe alicuius remedij, nullitatis vitio subiacebunt, quod procedit, etiamsi partes coram eo comparuerint, actaque fecerint, cum non possint dare iurisdictionem eam non habentibus, & iterū id ampliatur, licet pars allegaret deputationem Iudicis ex actis fuisse subtractam &c.

Bononien. *Aquarum*.

Lunæ 2. Aprilis 1618. *Card. Verospio sen.*

Argumentum DCC.

Aquæ dominium si quis asserat ad eum spectare, id concludenter probare tenetur, & ad hoc docendū non releuant actus possessorij. Aquæ dominiū regulariter spectat ad eum, in cuius fundo illa nascitur.

Conchen. *Beneficij*.

Lunæ 10. Iunij 1624. *Manzanedo*.

Argumentum DLIII.

Immissio vigore subrogationis gratiosæ datur subrogato, consitito de reseruatione, obitu in possessione, & clericatu. Beneficia promotorum sunt reseruata. Possessio semel probata præsumitur continuata vsque ad obitum. Sententia in Rota licet fieri non possit cum sola supplicatione, litteris non expeditis, id tamen non procedit in disputatione dubiorum.

Dertusen. *Beneficij*.

Lunæ 27. Aprilis 1626. *Merlino*.

Argumentum DCLV.

Iuspatronatus, quando est mixtum, partim scilicet Ecclesiasticum, & partim Laicale, tunc illud non cadit sub regul. 9. reseruatoria mensium, & quando, & ex quibus probetur ipsum esse tale.

Pampilonen. *Beneficiorum de Taffalla*.

Vener. 7. Aprilis 1617. *Dunozetto*.

Argumentum DCLXXXVIII.

Commissio tribuit iurisdictionem conditionalem stante clausula, dummodo, & clausula posita in prima commissione censetur repetita in sequentibus. Executio iuxta opinionem, quam seruat Rota dicitur cœpta post relaxationem executorialium. Clem. Auditor. de rescript. intrat semper vbicumq. subest eadem causa euitandi circuitum.

Romana *Beneficiatus S. Petri*.

Mercurij 20. Nouemb. 1624. *Pirouano*.

Argumentum DLXXIII.

Curialitas, quando non possit dubitari, quin sit contracta, & si semel fuerit acquisita, præsumitur semper continuata, nisi aliud doceatur. Voluntas, quando præsumatur mutata, licet id in dubio non præsumatur.

Ariminen. *Bonorum*.

Vener. 19. Ianuarij 1624. *Vbaldo*.

Argumentum DVIII.

Renunciatum tantum dicitur, quantum expressum, & non plus, vnde si facta sit aliqua transactio, & tantum certa bona fuerunt specificata, veluti allodialia sine dubio talis transactio non est extendenda etiam ad bona feudalia, & maximè stantibus pluribus deductis hic in decisione. Ex renunciatione appellationis non bene infertur ad renunciationem iurium sibi in sententia reseruatorum. Verba quæ dispositionem restringunt, absurdum est asserere, ea operari ampliationem.

Ariminen. *Bonorum*.

Lunæ 17. Iunij 1624. *Vbaldo*.

Argumentum DLIX.

Defunctus, si de eius bonis in vita fuerit spoliatus, sicuti ipse poterat agere ad reintegrationem, ita, & poterunt eius filij, & hæredes tale iudicium intentare, & probatis illis duobus extremis sine dubio obtinebunt talem reintegrationem, & ex quibus bene dicantur probata. A possessione, quando quis non possit dici, vt facto proprio ceciderit, itaut iniustè ei denegetur reintegratio.

Ariminen. *Bonorum*.

Lunæ 8. Iunij 1626. *Coccino*.

Argumentum DCLXIX.

In Libello si ponatur clausula non se adstringens, quid operetur. Petitorium potest cumulari cum possessorio adipiscendæ. Saluianum interdictum ex quo dicatur intentatum, & eius proprium est, vt creditor ex fructibus pignoris sibi satisfaciat, & capta eius vigore non possunt vendi.

Ariminen. *Bonorum*.

Lunæ 26. Martij 1618. *Card. Sacrato*.

Argumentum DCXCIX.

Sententia, & immissio eius vigore facta quando subiaceant vitio nullitatis, & iniustitiæ.

Bononien. *Bonorum de Maluetijs*.

Mercur. 27. Martij 1624. *Pirouano*.

Argumentum DXXIV.

Hæredi scripto non potest impediri immissio, quando exceptiones incapacitatis sunt perplexæ, obscuræ, & nodosæ, & quid si consistant in iure, & simus in supremis Tribunalibus. Spurius non est capax bonorum Ecclesiasticorum. Feuda quando sint transitoria etiam ad extraneos.

Bononien. *Bonorum de Maluetijs*.

Mercur. 11. Decembr. 1624. *Pirouano*.

Argumentum DLXXXVII.

Hæredi scripto licet denegari non possit immissio per exceptiones requirentes altiorem indaginem, etiam si consistant in iure, quando sunt perplexæ, si tamen illæ oriuntur ex ventre alicuius Constitutionis, cuius vigore prætendit hæres succedere, tunc bene reijcitur, si prætendat ea non obstante immissionem.

Bononien. *Bonorum*.

Lunæ 10. Iunij 1624. *Pirouano*.

Argumentum DLVI.

De Testamenti validitate non est dubitandum, quando constat de voluntate testari volentis, & de solemnitate testamenti. Testamentum conditum in terris Ecclesiæ, & maximè inter Regulares tenet, si factum sit iuxta dispositionem cap. cum esses de testam. Nouitij in renunciatione bonorū debent seruare decretum Sacri Conc. Trid. sess. 25. de regul. cap. 16. & quid si disponant per viam vltimæ voluntatis. Scriptura quando ab aliquo fuit approbata, non potest ipse amplius dare de illius inualiditate, & quod non fuerit recognita.

Bononien. *Bonorum*.

Lunæ 17. Nouembr. 1625. *Pirouano*.

Argumentum DCXXIII.

Immissio hæredi, vt impediatur, quæ probationes afferri debeant. Religiosus professus, si testamentum condat, id perperam facit, cum procul dubio careat testamenti factione. Et multa deducuntur ex quibus actibus taciti inducatur professio, & ex quibus non. Impugnata quis non potest approbare, dum impugnatio traxit secum executionem.

Camerinen. *Bonorum*.

Lunæ 22. Aprilis 1624. *Vbaldo*.

Argumentum DXXVII.

Filij, quod adiuerint hereditatem matris, ex quo probari possit, & an probetur ex eo, quod pater pro eis retineat dotem maternam. Statutum excludens filias ab hæreditate patris, & matris, non intrat, quando agitur de hæreditate fraterna, quod procedit etiam si bona fratris sint paterna, vel materna, nam adita illorum hæreditate per filium efficiuntur propria. Pater transeundo ad secunda vota tenetur reseruate

uare filijs primi matrimonij, quidquid ad eum peruenit ex bonis primæ vxoris, & quid de bonis mediatè acquisitis ex persona filiorum.

Cæsenaten. & Ariminen. *Bonorum allodialium*.

Veneris 4. Iulij 1625. *Coccino*.

Argumentum DCXVIII.

Testator instituendo hæredem aliquid, puta Collegium, quod adhuc non est in rerum natura, quia erigendū est, an si executores testamentarij immissionem in bonis defuncti petant, quando reijciatur talis petitio, & quando veniant immittē di, & quo remedio illam petere possint. Obitus testatoris qualiter possit probari per hæredem, & qualiter identitas bonorum.

Cæsenaten. *Bonorum*.

Lunæ 3. Martij 1625. *Vbaldo*.

Argumentum DXCVI.

Notarij in Italia numerare annum incipiunt à die 25. Decembris non autem 1. Ianuarij. De fide instrumenti, quando dubitetur, itaut verisimiliter arguendum veniat tanquam falsum. Administrator non potest sine speciali mandato præiudicare Domino.

Cremonen. *Bonorum*.

Mercur. 5. Iunij 1624. *Vbaldo*.

Argumentum DXLVIII.

Appellatio interposita post decem dies nulla est, & quando est valide interposita, si absque prorogatione fatalium transitum est biennium, perinde est, ac si non esset appellatum. Citationis defectus ad sententiam est maximus, & insanabilis, intellige quando is defectus fuit legitimè probatus, dum instrumentum prolationis sententiæ aliud cantat. Emphyteusis Ecclesiastica licet non agnoscat hæredes extraneos, tamen id non procedit, quando concessio fuit facta alicui pro se, suisq. hæredibus, & successoribus, cum clausula, & quibus dederit, vel quando fuit facta, cum verbo, perpetuo, vel cum clausula se suisque hæredibus, & successoribus quibuscūque.

Imolen. *Bonorum emphyteuticorum*.

Mercur. 16. Ianuarij 1619. *Coccino*.

Argumentum DCCIV.

Emphyteusis, quando est aperta, renouatio facienda est proximioribus defuncti, & quid si dicti proximiores non sint hæredes. & tunc distinguitur, aut emphyteusis est hæreditaria, & tunc ea qualitas est necessaria, aut non est hæreditaria, & tunc id non requiritur, & quare vide latè in decisione.

Narnien. *Bonorum*.

Ven. 26. Februar. 1616. *Card. Sacrato*.

Argumentum DCLXXXII.

Donatio, quando est nulla ex defectu insinuationis, id est intelligendum, quoad excessum, & sic tenet intra summam quingentorum scutorum. Insinuationis defectus suppletur virtute iuramenti. Insinuatio præsumitur interuenisse in donatione stante lapsu 30. annorum, & obseruantia. Depositarius non præscribit, limita tamen vt hic. Et aliqua circa confirmationem statutorum factam à Papa.

Narnien. *Bonorum*.

Lunæ 19. Iunij 1627. *Card. Sacrato*.

Argumentum DCXCIV.

Aduersus etiam tres sententias datur restitutio in integrum constito de bono iure eam petentis præsumptio l. quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. quando cessat.

Prænestina *Bonorum*.

Mercur. 31. Ianuarij 1624. *Merlino*.

Argumentum DXI.

Positionibus, dum pars respondere recusat, nec super hoc vult dare specialissimum mandatum procuratori, ad sic, & sic respondendum, non est procedendum ad expeditionem causæ, cum à iure abhorreat quem defraudare suis probationibus, & maximè ex facto aduersarij. Positiones, vt admittendæ veniant sufficit, eas non esse omnino impertinentes, sufficitq. aliquo modo facere ad causam, vel præbere adminiculum. Rota licèt de stylo non admittat confessionem illam fictam, quæ prouenit ex contumacia in non respondendo positionibus, non tamen ex hoc improbat vsum positionum. Transactio, vt rescindatur, est necessaria enormissima læsio, & in magno excessu vltra dimidiam.

Romana *Bonorum de Bombellis*.

Lunæ 24. Nouemb. 1625. *Coccino*.

Argumentum DCXXVI.

Vxori in subsidium datur regressus pro recuperatione suæ dotis ad bona, quæ dedit in dotem marito æstimata, itaque fecerit talis æstimatio emptionem, & venditionem. Præscriptio non potest allegari, dum legitimum tempus transactum non fuit. Fructus rei venditæ pendentes ad quem spectent, si simus in dubio. Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, quando fructus hæreditarios nō faciat suos, & quando secus.

Romana *Bonorum*.

Lunæ 22. Maij 1617. *Card. Verospio sen.*

Argumentum DCXCII.

Pro validitate contractus mulieris facti cum debitis solemnitatibus statutarijs stat præsumptio, donec contrarium probetur. Mulier fauore dotis sine solemnitatibus validè se obligat. l. pactum, quod dotali. C. de pact. quando intret, & quando non.

Cameracen. *Canonicatus*.

Mercur. 20. Nouemb. 1624. *Merlino*.

Argumentum DLXXVI.

Tractatur de indulto Vniuersitati Gymnasiorum Louanien. cōcesso per Romanos Pontifices, nominandi clericos ad quæcumque beneficia, quouis mense, etiam Apostolico, vel Ordinario vacantia, quorum tamen fructus non excedunt summam ducatorum 100. de Camera, quo stante, si quis beneficium vigore d. indulti obtinuerit, vt validè dicatur per eum obtentum quid probare teneatur, & præsertim, qualiter docere teneatur fructus eius non excedere dictam summam.

Columbrien. *Canonicatus*.

Veneris 4. Iulii 1625. *Merlino*.

Argumentum DCXIX.

Vacatio beneficiorum ex quibus sufficien. er dicatur iustificata, & maximè, quando talis vacatio prouenit ex delicto hæresis, cum officium sanctæ Inquisitionis non soleat communicare acta sui Tribunalis. Beneficiorum vacatio eo ipso dicitur inducta propter nefarium crimen hæresis, & quid hoc casu deseruiat sententia declaratoria priuationis.

Colimbrien. *Canonicatus*.

Sabbati 23. Ianuarij 1627. *Merlino*.

Argumentum DCCXXVII.

Propter crimen hæresis quis eo ipso dicitur incidere in priuationem omnium beneficiorum, & quatenus super hoc feratur sententia, ad quid ea deseruiat. Et quid sit dicendum si Papa contulerit alicui beneficia eius, qui incidit in hæresim, & asserat illum fuisse priuatum eis per sententiam, atque probetur talem sententiam latam fuisse, post dictam collationem.

Cremonen. *Canonicatus*.

Mercur. 11. Martii 1626. *Coccino*.

Argumentum DCXLIII.

Absolutoria, quamuis verum sit, vt non detur nisi reo, & possessori, & reus dicatur, qui causam iactationum committit, & conuentus sit actor, tamen si iste actor possideat, & reus nihil contra eum probauerit, potest tanquam possessor petere, & obtinere absolutoriam & maximè stante commissione effecta communi, in qua adsit clausula, & quam, & quas.

Ferrarien. *Canonicatus*.

Vener. 26. Aprilis 1624. *Pirouano*.

Argumentum DXXX.

Institutio electo quando non possit denegari, & quando est denegata, causaq. deuoluitur ad Rotam, tunc collatio spectat ad Auditores Rotæ. Doctori attestanti de facto suæ patriæ, vel consuetudine, an credatur. Iuris conferendi pertinentia ex quibus probari possit. Cardinales ordinarij collatores exempti sunt à dispositione Regulæ 8. Cancellariæ, qua exemptione gaudent etiam simul Capitula cum eis cōferentibus ratione consortij. Et an Cardinales fruantur dicta exemptione, vt eos prædicta regula 8. non liget, quando ad ipsos tantum spectat confirmatio electionis factæ ab alio ad aliquod beneficium, & sic casu quoad Cardinales non pertinet beneficiorum collatio, nominatio, aut præsentatio, aut electio, sed solum confirmatio, & alia &c.

Ferrarien. *Canonicatus.*

Veneris 26. Aprilis 1624. *Remboldo.*

Argumentum DXXXI.

Adducuntur plura circa regulam reseruatoriam octo mensium, quoad exceptionem beneficiorum, quæ spectat ad collationem S.R.E. Cardinalium, vt scilicet non intret, quando beneficia sunt simultaneæ, vel electiua. Indultum conferendi beneficia concessum Ordinario, qualiter sit intelligendum. Capitulum, & Episcopus faciunt vnum corpus solum, & inter eos reperitur tanta communio, tam in iure conferendi, quam in alijs, quæ spectant communiter ad vtrumque, vt etiam si fiat mentio de solo Episcopo, tamen numquam censetur exclusum ius Capituli, & quid ex hoc inferendum veniat. A mente Papæ verisimiliter semper præsumitur alienum per priuilegium alicui ab eo concessum, voluisse tollere ius iam tertio quæsitum, vnde licèt priuilegia in præiudicium concedentis latè veniant interpretanda, in præiudicium vero tertij strictissimè.

Ferrarien. *Canonicatus.*

Merc. 11. Decemb. 1624. *Vbaldo.*

Argumentum DLXXXVIII.

Regula octaua Cancellatoriæ reseruatoria mensium, licèt excipiat tantum collatores Cardinales, & mentionem vllam non faciat de Capitulo, tamen illud quoque comprehendit propter regulam l. si communem fundum, ff. quemadmodum seruit. amitt. & quamuis ea regula procedat tantum in indiuiduis, qualis est seruitus, vnde non procedit in diuiduis qualis est electio, & confirmatio, tamen aduerti debet, ratione connexionis id sibi locum vsurpare, cum connexa illa propriè dicantur quorum vnum tendit ad confirmationem alterius, sicuti est confirmatio, & electio, & connexionis intuitu, quis consequitur id, quod ex propria persona consequi non posset.

Ferrarien. *Canonicatus.*

Lunæ 30. Martii 1626. *Coccino.*

Argumentum DCLIV.

Plura deducuntur circa prouisionem beneficij vacātis per obitum familiarium S.R.E. Cardinalium, in concursu Cardinalis, Ordinarij collatoris ad quem scilicet spectet talis prouisio, qua occasione latissimè ventilantur plura dubia circa interpretationem regularum Cancellariæ hodie 4. & 33. circa hanc materiam.

Leodien. *Canonicatus S. Dionysij.*

Ven. 17. Maij 1624. *Coccino.*

Argumentum DXXXIX.

Gratia in forma dignum licet non dicatur conditionalis, sed pura, & executoris prouisio fiat tantum, eo quia illa fuit dilata, & suspensa, tamen donec debitæ executioni non demādetur, non suffragatur. Resignatio beneficij ad fauorem alicuius admissa, cum clausula in forma dignum, tunc si ante illius purificationem moriatur resignatarius, beneficium non dicatur vacare, cum adhuc non dicatur abdicatum ius à resignante. Canonicatus respectu requiritur maior scientia, quam in prima tonsura. In beneficij resignatione se fundans, tenetur docere de eius publicatione.

Oriolen. *Canonicatus.*

Veneris 11. Ianuarij 1619. *Remboldo.*

Argumenrum DCCIII.

Canonicatum, & dignitatem habens ex dispensatione in eadem Ecclesia, sufficit, vt resideat in digniori & eidem competunt duo vota.

Syracusanā *Canonicatus.*

Lunæ 12. Februar. 1624. *Pirouano.*

Argumentum DXV.

Episcopus successor an possit reuocare decreta antecessoris concernentia statum Ecclesiæ, vide reliqua in summario.

Terulen. *Canonicatus.*

Lunæ 2. Martij 1637. *Carrillo.*

Argumentum DCCXLIII.

Ordinarijs, & Capitulis in Regnis Hispaniarum Greg. XV. indulsit, vt præuio concursu prouiderent de Canonicatibus, præbendis Pœnitentiarijs, & ideo si quis eas tanquam reseruatas impetret, non sustinetur talis impetratio.

Romana *Canonum.*

Mercur. 27. Ianuarij 1627. *Merlino.*

Argumentum DCCXXVIII.

Dominium, quando principaliter, sed incidenter fuit deductū in iudicio veluti ad effectum solutionis canonum, tunc ex quibus satis dicatur iustificatum. Clausula, salvo beneplacito Domini, posita in contractu emphyteutico, qualiter intelligatur. Rota in Curia qualiter admittat probationem recognitionis scripturarum. Clausula sine præiudicio, intelligitur de præiudicio in dispositione non expresso.

Bergomen. *Capellaniæ.*

Lunæ 9. Decembris 1624. *Manzanedo.*

Argumentum DLXXXIII.

Vacatio beneficij, quod contigeri in mense reseruato, ex quo probari possit. Sicuti etiam qualiter doceatur beneficiatum obijsse in quasi possessione beneficij, ac quoque origo, seu patria alicuius, quando remaneat probata. Valor beneficij narratus per non excessum sat est, si probetur per testes deponentes de publica voce, & fama.

Romana *Casalis.*

Lunæ 29. Ianuarii 1624. *Pirouano.*

Argumentum DX.

Contractus emphyteoticus, & censualis specie inter se differūt, ideoq. dum constat per verba dispositiuè prolata partes voluisse constituere contractum censualem, non est tractandū de natura contractus emphyteutici, & in dubio verba potius sunt referenda ad naturam census, quam emphyteusis. Pacta contra substantiam contractus, an sic alterent illorum naturam, vt in diuersum contractum transmutent, responsio est negatiua, quando id procedat.

Romana *Casalis.*

Mercurij 26. Februarij 1625. *Manzanedo.*

Argumentum DXCV.

Contra tertium possessorem agi nequit via executiua, quodq. procedit etiam stante obligatione Camerali principalis debitoris, quæ conclusio fortius intrat stante inhibitione iuxta cautelam Bald. in l. ob maritorum nu 4. C. ne vxor. pro marit. In fraudem paratæ executionis, quando aliqua assignatio dicatur facta; item probata dicta fraude qualiter sit agendum.

Romana *Casalis.*

Veneris 20. Iunij 1625. *Manzanedo.*

Argumentum DCXIII.

Dotis assignatio facta vxori ob vergentiam mariti ad inopiam, si ea fuerit facta à Iudice, tunc videtur quædam sequestratio ad fauorem vxoris saltem respectu fructuum, & quid inde sequatur. Secus tamen est, quando ea assignatio facta fuit à marito in vxorem, tanquam Domino rei dotalis; nam tunc vxor omnes fructus dotis facit suos, & casu quo dicta assignatio nullatenus possit dici facta in fraudem creditorū mariti, & si isti agant contra vxorem vtique non possunt intentare viam executiuam, sed agere via ordinaria, tanquam contra tertium.

Sabinen. *Castri Mompei.*

Mercurij 15. Ianuarij 1625. *Vbaldo.*

Argumentum DXC.

Bona data in dotem æstimata, transeunt in dominium mariti, & tantum ad restitutionem pretij cogi potest. Possessio non suffragatur quando principaliter agitur de dominio, quæ cōclusio multo magis procedit, si d. possessio sit potius iure familiaritatis (puta inter fratres) quam alterius habilis tituli, cum ea permittatur ad conseruandā inter eos beneuolentiā.

Romana, *seu Nepesina census.*

Veneris 6. Martij 1626. *Remboldo.*

Argumentum DCXLI.

Distinguuntur nonnulli casus, in quibus discutitur, quando census impositio dicatur simulata & in fraudem vsurarum, & quando non. Census impositio valida est, si pecunia realiter fuit numerata imponenti, licet postea fuerit restituta emptori census. Si ex hoc aliquod cōmodum imponens senserit.

Foroliuien. *Cessionis census.*

Vener. 22. Maij 1626. *Manzanedo.*

Argumentum DCLXVI.

Sentencia transit in iudicatum licet fuerit appellatum ab ea si intra

locator, etiam stante pacto, vt conductor ea detrahere nequeat, quando ille impugnauit, ac nullam declarare fecit locationem;

Romana *domus*.

Lunæ 17. Iunii 1619. *Manzanedo*.

Argumentum DCCVIII.

Sententia dicitur nulla, dum lata est per contradictas, & non præcessit aliqua citatio personalis. Sententia iniusta satis apparet, si fuerit declarata caducitas emphyteusis ob non solutionem canonis, & tempus adhoc à iure præfixum, non dum transactum est.

Romana *Domus de* Nochiellinis.

Lunæ 15. Maij 1626. *Manzanedo*.

Argumentum DCLXIII.

Fructus debentur à die intentati iudicij manutentionis. In iudicio eodem non repugnat vt bis idem petatur, & vna petitio non generat præiudicium petitioni iam factæ. Inuestitura, quando est finita, cessant pacta.

Romana *Domus de Nochiellis*.

Lunæ 4. Martii 1630. *Ghisilerio*.

Argumentum DCCXXXVII.

In emphyteusi Ecclesiastica, licèt non succedant fœminæ, & in prædicta concessione masculinum non concipiat fœmininũ, tamen non procedit prædicta conclusio, quando ea à principio fuit concessa fœminæ pro se, filijs, & nepotibus, quia tunc veniunt etiam fœminæ, & quare, & vide hic alias distinctiones.

Romana *Domus ad Turrim Sanguineam*.

Lunæ 10. Iunii 1624. *Manzanedo*.

Argumentum DLIV.

Transactio, quando fuit inita inter partes, cum pacto declaratiuo, quod in casu inobseruantiæ licitum sit eis redire ad primæua iura, tunc quando probata inobseruantia alicuius capituli transactionis. ea in totum rescindatur. Transactionis contractus, quando dicatur indiuiduus, & quæ sint signa indiuiduitatis contractus. Dictio, respectiuè, quando non diuiduat dispositionem.

Romana *Domus ad Turrim Sanguineam*.

Lunæ 23. Aprilis 1617. *Card. Sacrato*.

Argumentum DCXC.

Dotem, quando quis restituit, non præsumitur suum iactare velle, iterum eam soluere velle. In remedio adipiscendæ, quando admittuntur ea, quæ respiciunt petitorium. Iudicia de sui natura retrotrahuntur ad diem petitionis, etiam quoad fructus rei petitæ. Fideicommissum constituens testator super omnibus suis bonis, si aliquid non habuit pro suo, nõ præsumitur illud in fideicommisso comprehendisse.

Romana *Domorum de Zacconibus*.

Lunæ 16. Martii 1620. *Dunozetto*.

Argumentum DCCXII.

Immissio Iudicis, quando est nulla, & attentata non est habenda in consideratione, cum non pariat iuris effectum. Sententia lata etiam in mero possessorio si sumus in bonis Ecclesiæ non intrat Aegidiana, & ideo Iudex tenetur deferre appellationi, alias procedendo ea reiecta, nulliter, & attentatè procedit.

Romana *Donationis de Mazzatostis*.

Lunæ 22. Iunii 1626. *Coccino*.

Argumentum DCLXXV.

Donans omnia bona sua præsentia, & futura alicui, & insuper pro dictæ donationis validitate obligans bona præsentia, & futura, ac promittens non contrauenire d. instrumento donationis, & pariter in hoc casu obligans bona præsentia, & futura si incidat, vt ille alia bona acquirat, et purè cum traditione possessionis aliam donationem de bonis præsentibus, et futuris faciat alteri, quibus stantibus dubitatur, an bona medio tempore quæsita veniant sub hypoteca primæ donationis ad effectum scilicet prælationis, et responsio est affirmatiua, et quare id habes ventiliatum in decisione.

Romana *Dotis*.

Mercurij 7. Februarii 1624. *Merlino*.

Argumentum DXIV.

Actione personali agens debet tantum contra personam obligatam iura sua experiri, alias perperam egerit, quando vero agitur actione reali, cum agat contra ipsam rem, potest cõuenire etiam personam non obligatam, in sequendo rem apud quem reperitur. Pater si obligauerit censum filiæ dotis nec illud non habuerit suam perfectionem, census semper erit suppositus tali oneri.

Romana *Dotis de Mutis*.

Mercur. 29. Maij 1624. *Coccino*.

Argumentum DXLIII.

Dotis promissio, quando præcedit, & subsequitur eius confessio, ille probat etiam in præiudicium creditorum, & quamuis ista conclusio non procedat, quando concurrunt præsumptiones in contrarium tamen non omnes sufficiunt, cum tunc debeant esse concludentes, & reijciuntur nonnullæ ex eis tanquam insufficientes.

Cesenaten. *Emphyteusis*.

Vener. 14. Decembr. 1635. *Merlino*.

Argumentum DCCXLI.

Acquirens bona emphyteutica titulo oneroso, an possit præiudicare vocatis in inuestitura, miro, & magistrali modo declaratur. Item, quando bona emphyteutica veniant in generali hæredis institutione. Filij in conditione positi, ex quibus coniecturis censeantur vocati.

Ianuen. *prætensæ excarcerationis*.

Vener. 19. Decemb. 1636. *Coccino*.

Argumentum DCCXLII.

Maritus licèt regulariter habeat priuilegium in restitutione dotis, vt non possit condemnari, nisi in quantum facere possit, & sic non possit carcerari, sed hoc quando non procedat, & alia notabilia in hac materia.

Romana *Fabricæ*.

Lunæ 9. Decemb. 1619. *Remboldo*.

Argumentum DCCIX.

Ad fabricam aliquam construendam, si quis tantùm constitutus à volenti fabricare, cum pacto, vt eam curaret, fieri cum pecunijs ipsius volentis fabricare, dubitatur modo, si ille constitutus asserat in fabrica expendisse de propria crumena, an satis dicatur id iustificasse per meras præsumptiones, & deciditur hic id esse plenè, & concludenter probandum, maximèq. si expensa fuerit magni valoris.

Taruisina *Feudi*.

Lunæ 12. Februarij 1624. *Remboldo*.

Argumentum DXVI.

In Feudi successione filius intrat in locum parentis, eiusque personam, & gradum repræsentat. Feudum quando est cõcessum pro se, suisque hæredibus, & successoribus, cuius naturæ dicatur. In feudi hæreditarij successione locus est repræsentationi, cum gradus non corrumpatur, sed repræsentetur.

Taruisina *Feudi*.

Vener. 24. Maij 1624. *Remboldo*.

Argumentum DXLI.

Inuestitura facta duobus pro masculis, & fœminis, quando hoc casu fœminæ vnius lineæ excludant masculos alterius lineæ & quando secus.

Taruisina *Feudi*.

Lunæ 9. Decembr. 1624. *Remboldo*.

Argumentum DLXXXV.

Attentatis non solum expresè renunciatur, sed etiam tacitè, & alia circa hanc materiam.

Taruisina *Feudi*.

Veneris 18. Aprilis 1625. *Remboldo*.

Argumentum DCIII.

Tractatur materia c. 1. de duob. frat. à cap. inuest. scilicet, quando illius dispositio intret, & quando cesset. Inuestituræ tenor, & pacta in ea apposita, magis attendi debent, quam Leges feudales, & alia plura de quibus in summarijs.

Taruisina *Feudi*.

Lunæ 10. Iunij 1619. *S.D.N. Innocentio X.*

Argumentum DCCVII.

Arbitrium pro non reuocatione attentatorum non intrat, quando ea sunt clara. Sententia lata in possessorio, si habeat complicationem cum petitorio, datur ab ea appellatio, ideoque gesta pendente tempore dato ad appellandum, vel post

ille remanet liberatus ab omni obligatione, quæ opinio procedit etiam si obligatus deuenerit ad pinguiorem fortunam, & quid si à Principe plenariè fuerit restitutus in integrum. Bona, vt dicantur confiscata, quid requiratur.

Romana *Fructuum dotis.*
Mercur. 10. Iunij 1626. *Remboldo.*
Argumentum DCLXXI.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. præsumens solutionem si creditor fuerit negligens per sexdecim annos ad creditum exigendum, habet etiam locum in fructibus dotis. De præscribendis annuis præstationibus, quando agitur, tunc tot requiruntur præscriptiones, quot sunt præstationes.

Romana *Fructuum dotis.*
Veneris 30. Ianuarii 1626. *Coccino.*
Argumentum DCXXXV.

Bona alicuius, si propter eius delictum confiscanda erant, dato, quod Princeps gratiosè illum reintegret ad famam, honores, & bona, dicuntur actiones in eum à fisco retrotranslatæ, & tenetur ad bona, prout antea obligatus erat, non obstante, licet aliquid sit solutum pro redemptione vexationum. Bona fideicommissaria non possunt confiscari, stante prohibitione testatoris, & an possit prohibere confiscationem legitimæ.

Sancti Seuerini *Fructuum dotis.*
Mercurij 20. Februarij 1630. *Pirouano.*
Argumentum DCCXXXVI.

Fructus dotis mulieri transeunti ad secunda vota, debentur ab hæredibus mariti, quod multo magis procedit, quando super restitutione motum est iudicium, & illi possunt peti etiam à secundo viro, & debentur ad rationem quinque pro centenario, vbi non adest particulare statutum super hac taxatione.

Firmana *Hæreditatis.*
Veneris 15. Martij 1624. *Pirouano.*
Argumentum DXXI.

Diluuntur nonnullæ exceptiones obiectæ contra validitatem sententiæ, & præsertim quando valida sit, licet lata super petitorio, quod iam per partes fuit suspensum. Citationis omnis defectus sanatur per comparitionem partis citatæ, vel si eius nomine compareat procurator. Post citationem minus legitimè executam, quando quis comparet, quid ex tali comparitione lex præsumat. In seruatione terminorum substantialium includitur etiam citatio ad dicendum contra commissionem, & an ex ea dicatur firmata iurisdictio ante sententiam. Mandatum speciale requiritur ad petendam restitutionem in integrum, & an sufficiat generale amplissimum.

Firmana *Hæreditatis.*
Veneris 31. Maii 1624. *Pirouano.*
Argumentum DXLIV.

De Testamenti perfectione, quando nullatenus veniat dubitandum, & quæ sint ad hoc indubitata signa. De validitate extractionis instrumenti cessat omnis pugna, quando ipsum originale fuit productum. Ad instrumentum originale semper in dubio est recurrendum, eique omnino standum quidquid asserant instrumenta exemplata ab eo. Instrumentum, quando est ex omnibus suis partibus perfectum, non indiget fomento Archiuij, nec requiritur, vt reperiatur inter alias scripturas authenticas Notarij, & aliqua circa prothocolla, & solitum Notariorum.

Meliten. *Hæreditatis.*
Veneris 16. Decemb. 1616. *Card. Verospio.*
Argumentum DCLXXXIII.

In flumine publico non potest construi nouum molendinum in præiudicium antiqui molendini cursum aquæ impediendo, & qualiter Dominus molendini veteris agere possit.

Nepesina *Hæreditatis.*
Veneris 27. Martij 1626. *Vbaldo.*
Argumentum DCLII.

Testamentum licet vt censeatur reuocatum necesse sit aliud testamentum cum hæredis institutione, tamen id non procedit, quando tacitè saltem colligitur reuocasse testamentum testator fauore venientium ab intestato, tunc enim tacitè censentur instituti, & eorum aditione reuocatio testamenti confirmatur.

Romana *Hæreditatis de Arigonis.*
Mercurij 13. Nouemb. 1624. *Manzanedo.*
Argumentum DLXX.

Adducuntur plura circa validitatem testamenti nuncupatiui. Testamentum ad hoc, vt reddatur nullum, & inualidum ratione dementiæ testatoris, quid sit necessario probandum, & quando testamentum reddatur nullum ratione dementiæ.

Romana *Hæreditatis.*
Veneris 26. Februarij 1626. *Pirouano.*
Argumentum DCXXXVII.

Hæres scriptus in primo testamento, si per subsequens fuerit reuocatus, perperam petit immissionem, & ex quibus procul dubio appareat habuisse notitiam subsequentis testamenti. Hæres dum habet notitiam diuersorum testamentorum vt acquirat hæreditatem, quid sufficiat ad doctrinam Angel. in consil. 203. inter consil. Anchar. Filius possidens, & administrans bona materna, iure familiaritatis præsumitur possidere, ideoq. nihil in eis acquirit.

Romana *Hæreditatis de Cincijs.*
Lunæ 23. Martii 1626. *Pirouano.*
Argumentum DCXLIX.

Fideicommissum absolutum, & successiuum inter illos de familia censetur inductum, licet verba non illud concludant, quando constat de voluntate testatoris illud inducendi, & si aliud diceretur, eius mens defraudata remaneret. Fideicommissum reciprocum inter filios, & descendentes, quando citra controuersiam dicatur factum. Fideicommissario datur immissio etiam in bonis, quæ loco bonorum fideicommisso subiectorum alienatorum fuerunt expresse subrogata.

Romana *Hæreditatis.*
Lunæ 22. Iunij 1626. *Pirouano.*
Argumentum DCLXXIV.

Hæreditatis aditio facta contemplatione diuersorum testamentorum quando valeat ad interpretationem consil. 103. Aretin. in consilia Anchar. Causa præiudicialis facit silere causam principaliter intentam, & quando id procedat, aliaque de quibus in summarijs.

Viterbien. *Hæreditatis.*
Mercur. 1. Iulij 1626. *Remboldo.*
Argumentum DCLXXVI.

Succedenti ab intestato alicui, ad eum pertinent pecuniæ defuncti. Et aliqua adducuntur ad interpretationem Statuti Viterbien. sub rub. 46. &c.

Vrbeuetana *Hæreditatis.*
Veneris 22. Martij 1624. *Manzanedo.*
Argumentum DXXIII.

Fideicommissi renunciatio, vt valide dicatur facta, & maximè à muliere, & insuper minori, debet clarè constare, ipsam habuisse plenam notitiam suæ vocationis, de qua tamen notitia non dicitur satis constare ex verbis puellæ, nempe, ipsam esse bene instructam de tenore testamenti, & tractatur hic an substineatur renunciatio fideicommissi facta à puella ad quod erat exclusa propter existentiam masculorum, sed inclusa in defectu eorum, quando constat ipsam tantum habuisse notitiam suæ exclusionis, non autem inclusionis, veluti quia de ea nullum verbum habetur in renunciatione. Renunciationum verba quantumuis ampla, & generalia debent intelligi de iure competenti, de tempore renunciationis non autem de futuro.

Vrbeuetana *Hæreditatis.*
Veneris 3. Aprilis 1620. *Manzanedo.*
Argumentum DCCXIV.

Condemnatus si quis fuerit ad mortem, cum publicatione bonorum, dato, quod à Principe fuerit plenariè restitutus, omnia recuperat, & etiam ea bona, quæ amiserat ex præcepto testatoris mandantis, vt in casu delicti priuatus esset sua hæreditate, deferendo eam ad alios, quod

Ariminen. *Legatorum.*
Lunæ 27. Ianuarij 1625. *Manzanedo.*
Argumentum DXCI.

Hæreditas ex quibus probari possit, vt opulenta fuerit, & an contra inuentarium bonorum hæreditariorũ admittatur probatio in contrarium, & vtrum ex inuentario probetur, veritas æris alieni in eo descripti contra creditores, & legatarios. Constitutio March. cap. 25. lib. 5. requirens in omnibus contractibus minorum insinuationem, non dicitur illi satisfactũ per præstationem iuramenti, cum ea constitutio vtrumque copulatiue requirat.

Ariminen. *Legatorum.*
Lunæ 9. Iunij 1625. *Manzanedo.*
Argumentum DCX.

Constitutiones March. quamuis verum sit extensas fuisse per totum Statum Ecclesiasticum, tamen id intelligendum venit, quatenus in locis non adsint particularia statuta in materia illa, super qua disponunt dd. Constitutiones, & aduerte, vt specifica prouisio debet adesse, alias locus est earum. Constitutio Papæ, non antiquatur per eius non vsum, nisi data scientia ipsius Papæ, quodq. multo magis procedit stante in ea decretum irritans, & clausula sublata. Minor non potest renunciare subsidijs pro eo inductis.

Ariminen. *Legatorum.*
Lunæ 12. Ianuarij 1626. *Manzanedo.*
Argumentum DCXXXI

Ad declaratoriæ relaxationem, quando, & quibus de stylo seruatis, deueniatur. De inobedientia, quando constat, tunc paritio necesse est, vt doceatur. Ex contumacia in non parendo litteris executorialibus Rotæ, quid inde sequatur.

Ariminen. *Legatorum.*
Mercurij 17. Martij 1627. *Manzanedo.*
Argumentum DCCXXXII.

Contumacia stante in non parendo mandatis Rotalibus procedendum est ad aggrauatoriam, quod maximè procedit stãte nimia proteruia ne ex proprio delicto glorietur, & quibus seruatis detur d. aggrauatoria &c.

Ferrarien. *Legati.*
Mercurij 4. Februarij 1626. *Manzanedo.*
Argumentum DCXXXVI.

Vxori si per maritum fuerit relictus vsusfructus omnium bonorum, & quidem plenus, ac integer, adiecta tamen conditione cohabitandi cum hærede proprietario, dubitatur his stãtibus, an mortuo d. hærede proprietario, dicatur expirasse legatum vsusfructus, quasi defecerit conditio, cum qua fuit relictum legatum, & resolutio est negatiua, & quare vide latè in decisione.

Romana *Legati Librariæ.*
Veneris 10. Maij 1624. *Vbaldo.*
Argumentum DXXXIII.

Testamenti publicatio, quando fit, quibus in casibus sit necesse, vt testes examinentur super tenore testamenti, alias testamentum dicatur corruere, & quando tale examen nullatenus requiratur. De scripturæ testamenti identitate quando constat, tunc non requiritur examen testium super illius tenore, cum sat sit, vt testes se referant ad eam, asserentes se fuisse præsentes, quando fuit facta talis scriptura, quæ tamen eis debet legi. Et quid quando sumus in testamento clauso, & quidnam, si aliqui testes testamentarij ante obitum testatoris decesserint. In examine testium testamentariorum, quis sufficiat, vt citetur. Citari quis non debet ad causam, cuius interesse est diuinatiues.

Romana *Legati de Patritijs.*
Veneris 21. Iunij 1624. *Coccino.*
Argumentum DLXIII.

Legatum est perpetuum, & non temporale, quando in eo nulla legitur conditio, nam, & in dubio perpetuum præsumitur, & testator censetur legare omne ius, quod habet in eo. Legata plura, quando vni relinquuntur, tunc conditio in aliquo ex eis adiecta an censeatur in cæteris repetita. Et aliqua habes circa naturam quarumdam dictionum repetitiuarum.

Interamnen. *Legitimarum.*
Veneris 17. Decemb. 1621. *Coccino.*
Argumentum DCCXX.

Filij legitima semis est quando eam petit, non ob mortem patris, sed quia eius bona fuerunt confiscata. Et plura habes in facto circa probationem identitatis, & æstimationis bonorum.

Corduben. *Liquidationis fructuum.*
Veneris 6. Februarij 1626. *Merlino.*
Argumentum DCXXXVIII.

Iudex dum ex iustis causis, ac antequam fuit consensum in iurisdictionem, & iuramento mediante fuit allegatus suspectus ac etiam appellatum ab vlteriori processu, tunc quidquid gesserit d. Iudex nullitatis vitio subiacet. Mandatum speciale requiritur ad recusandum Iudicem suspectum. Processus compulsorialis est nullus, si non interuenerit citatio ad dicendum contra &c.

Toletana *Matrimonij.*
Mercur. 10. Decemb. 1625. *Merlino.*
Argumentum DCXXIX.

Matrimonium coram Sacerdote, vel alieno Parocho absque Ordinarij, vel proprij contrahentium Parochi licentia contractum, ipso iure irritũ est, adeo vt sola declaratoria opus sit. Parochiam nouam, vt quis acquirat, ad hunc effectum non est opus expectare, vt ille maiori parte anni in prædicta Parochia inhabitauerit, sed statim ac incipit inhabitare animo habitandi efficitur Parochianus, itaque momentum temporis sufficit, iuncto animo, & respondetur nonnullis oppositionibus in hac materia.

Vlixbonen. *Matrimonij.*
Mercur. 27. Ianuarij 1624. *Pirouano.*
Argumentum DXXVI.

Remissoriæ petitio non solet reijci, maximè si simus in prophanis, quando articuli sunt releuantes. Vis, & metus tangit substantiam matrimonij, qui articulus est valde releuans dum dubitatur super validitate matrimonij, sicuti etiam ille, quod matrimonium non fuerit contractum coram proprio Parocho, aut alio sine eius tamen licentia. Remissoria licet non concedatur in iudicio restitutionis in integrum, id tamen intelligitur, quando non concurrunt requisita.

Vlixbonen. *Matrimonij.*
Lunæ 1. Iulij 1625. *Pirouano.*
Argumentum DCXVII.

Pater, vt teneatur præstare alimenta prætensæ nurui, dũ pendet lis super validitate matrimonij cũ eius filio, in iure nõ est cautum, nec reperitur, qui sustineat hanc partem. Paupertate, & præsumptione boni iuris stante debentur alimenta collitiganti. Maritus quando teneatur alimentare vxorem indotatam.

Vlixbonen. *Matrimonij.*
Mercur. 19. Nouemb. 1625. *Pirouano.*
Argumentum DCXXV.

Restitutio aduersus sententiam numquam solet dari, quando non constat de læsione, cum in ea fundetur decretum Prætoris. Ad matrimonij validitatem, vt Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reform. disponit, sufficit illud fuisse contractum coram proprio Parocho, vel alio Presbytero de eiusdem Parochi licentia, & quando dicta licentia dicatur concessa, & vtrum ea veniat sub generali facultate administrandi Sacramenta.

Romana *Medietatis annatæ.*
Lunæ 1. Decembr. 1625. *Manzanedo.*
Argumentum DCXXVIII.

Statutum, si adsit in aliqua Ecclesia, vt illi quibus sunt collata beneficia illius Ecclesiæ, teneantur applicare dimidiam primam annatam fructuum Sacristiæ, vel alicui alio loco, si accidat, quod in d. beneficijs aliquis sit intrusus, & soluat dictam partem, an postea verus, & legitimus possessor teneatur illam denuo soluere.

Romana *Medietatis domus.*
Mercur. 5. Martij 1625. *Manzanedo.*
Argumentum DXCVII.

Dominij probatio debet esse concludens, quando agitur rei vendicatione, itaque sat non erit instrumentum concessio- nis,

nis, quodq. tamen intellige regulariter, ideoq. fallit, quando cum ipso instrumento concurrunt plura adminicula illud corroborantia, & quæ sint ista adminicula nonnulla ex eis hic adducuntur.

Romana *Medietatis domus*.
Veneris 27. Iunij 1625. *Manzanedo*.
Argumentum DCXV.

Possessor tenetur ad restitutionem fructuum ab eo perceptorum vero Domino, cum illi ad eum spectent, nec d. possessor poterit saluari à tali restitutione sub clypeo bonæ fidei, quãdo constat per propriam confessionem sciuisse rem ad alium spectare. Ignorantiæ excusatio non admittitur, quando quis indagare tenebatur. Instrumentum alicuius dispositionis apud se retinens, censetur scire negocium principale, & qualitates.

Romana *Melioramentorum*.
Lunæ 21. Aprilis 1625. *Vbaldo*.
Argumentum DCV.

Melioramentorum detractio perperam prætenditur à conductore, dum adest pactum expressum in locatione, vt ipse ea detrahere nequeat, nec eorum occasione aliquid prætendere, quod tamen intellige verum, dum probatum fuerit per locatorem, ipsum adimpleuisse, cõtractum locationis ex parte sua, & sic quid ipse probare teneatur, vt gaudere possit supradicto pacto.

Bononien. *Molendini*.
Lunæ 23. Ianuar. 1617. *Card. Verospio sen*.
Argumentum DCLXXXV.

Aedificandi licentia in solo proprio domino nequaquam potest denegari, & maximè quando omnia necessaria ad ædificandum sunt præparata, & intendit ædificare, vt sibi prosit, & non vt alteri noceat.

Bononien. *Molendini*.
Lunæ 1. Martij 1627. *Merlino*.
Argumentum DCCXXX.

In lite succumbens tenetur ad expensarum refectionem, limita quando quis statim liti cessit, agnoscendo bonam fidem. Aqua postquam ingressa est fundum alterius, ipse ad libitum potest vti ea. Interpretatio verisimilis, & non inuerisimilis est attendenda.

Romana *Multiplici*.
Lunæ 8. Iunij 1626. *Remboldo*.
Argumentum DCLXVIII.

Promissio ad damna, & interesse quamuis non expressa, subintelligitur tamen in omnibus obligationibus, & ideo multo magis illa veniunt præstanda, quando talis promissio adest, in specie. Mandatum suscipiens, si illud non exequatur, tenetur ad damna, & interesse, & aliqua circa materiam non adimplementi &c.

Romana *Officij Iannizeratus*.
Lunæ 10. Iunij 1624. *Coccino*.
Argumentum DL.

Dominus officij ille dicitur, de cuius crumena illud fuit emptum, sibiq. dispositionem reseruauit, & sic illud transit ad eius hæredes, pro nihilo habito, quod sit emptum in vita alterius, quia non propterea stante decreto ad fauorem emptoris, ille poterit super eo aliquid prætẽdere, nec post mortem ementis, licet forte contrarium esset dicendum, si non adesset dictum decretum, cum emptor sibi non reseruauit illius dominium. Donatio ex sola sanguinis coniunctione non præsumitur nisi inter ascendentes, & descendentes. Donatio non præsumitur ex eo solum, quod alicuius nomen sit appositum in instrumento alicuius emptionis.

Hyldesimen. Optionis.
Lunæ 4. Martij 1624. *Remboldo*.
Argumentum DXVII.

Causa dicitur deserta, & sententia transitum suum facit in rem iudicatam, quando fuit appellatum, & Iudex dedit apostolos reuerentiales, si intra decem dies commissio non fuerit signata, & transmissa ad Banchum Cursorum, itaque nec auditur appellans, quod intra dictum tempus non potuerit reperire reuisorem commissionum, cum id non sit verisimile & quatenus id admitteretur, non esset excusandus, quia alia via, scilicet per recursum ad Superiorem, poterat sibi prouidere, & quando copiam superiorum habere non potuit, tũc vt excusetur, necessaria est super hoc protestatio.

Heldesimen. *Optionis*.
Veneris 15. Nouembr. 1624. *Remboldo*.
Argumentum DLXXI.

Restitutio in integrum, vt concedatur aduersus rem iudicatam, requiritur etiam, vt constet de iure petentis talem restitutionem. Optandi ius ad quem de iure spectet, & quid circa optiones, veniat seruandum. Canonicus, quando non dicatur abesse à Capitulo absque eius licentia, & quando tempus absentiæ ei concessum currere incipiat.

Romana *Palatij*.
Mercur. 31. Iannar. 1624. *Remboldo*.
Argumentum DXII.

Confirmanda venit sententia lata in Saluiano, dum apparet bene fuisse doctum de illis duobus extremis adhoc necessarijs, & quando dicantur illa iustificata. Præscriptio ad nihil valet, dum legitimum tempus ad illam necessarium non probatur fuisse transactum. Emens aliquid, & non soluendo pretium non dicitur esse in bona fide, ad effectum præscribendi dictum pretium, cum præscriptio non possit currere cum mala fide.

Romana *Palatij*.
Ven. 29. Nouembr. 2624. *Remboldo*.
Argumentum DLXXVII.

Statutum Vrbis de præscriptione inducens præsumptionem crediti spatio 16. annorum, cum fundetur in negligentia creditoris differentis exactionem, ideo cessat, quando in eo talis negligentia non potest considerari, veluti quia creditum non potest petere, eo quod quædam conditiones requisitæ ante solutionem non sunt adimpletæ.

Romana *Palatij*.
Lunæ 15. Decembris 1614. *Card. Sacrato*.
Argumentum DCLXXXI.

A contractu resilire, quando liceat contrahentibus. Scriptura, quando sit de substantia contractus, venditionis, & emptionis. Contractus, quando dicatur imperfectus.

Romana *Palatij*.
Vener. 23. Iunii 1617. *Card. Sacrato*.
Argumentum DCXCV.

Testis vnicus non probat, & multo magis si sit de auditu à principali, vel si deponat de credulitate Intentio aliud est, & aliud effectus. Ex pretij qualitate arguitur, quis veniat in venditione.

Treueren. *Parochialis*.
Lunæ 16. Februar. 1626. *Merlino*.
Argumentum DCXL.

Beneficium Parochiale dum est iurispatronatus personæ Ecclesiasticæ, tunc in eius prouisione seruanda est forma præscripta à Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. scilicet vt prouideatur per concursum, & quid sit faciendum quando institutio ad iuspatronatus spectet ad Episcopum, & quid si ad alium.

Tuden. *Parochialis*.
Vener. 22. Maij 1626. *Coccino*.
Argumentum DCLXV.

Beneficium impetrans non solum de eo tenetur facere mentionem, sed etiam de iure quolibet etiam controuerso sibi competenti ad aliud. Et vtrum sit facienda mentio eius beneficij quod est vacaturum, per assecurationem illius ab eo petiti, & quamuis sine controuersia transeat, vt talis mentio sit facienda, quando non datur vacatio ipso iure, & sit magnum dubium, quando ipso iure venit dicta vacatio, tamen opinio affirmatiua præualet, excusaretur tamen quis, si eam non faceret propter contrarietatem opinionis.

Saler-

Salernitana *Parochialis*.

Lunæ 23. Ianuar. 1617. *Dunozetto*.

Argumentum DCLXXXVII.

Gesta lite pendente sine dubio dicuntur attentata, quando quoque emanauit inhibitio. Attentata cessant, quando cõstat de re iudicata, quæ tamen ad hunc effectum non sufficit allegare, nisi etiam transportentur acta, vt cognosci possit an sint iustæ sententiæ latæ, & hoc maximè, quando allegans rem iudicatam non possidet.

Anconitana *Pecuniaria*.

Vener 26. Aprilis 1624. *Dunozetto*.

Argumentum DXXVIII.

Protestatio illa, generalia contra, cum nullam exceptionem ad speciem deducat, ideoque nihil operatur, quoad recognitionem iurium. Mandati relaxatio valida dicitur, dum est seruatus stylus Tribunalis, in quo illud fuit relaxatum. Iudex iuribus informibus potest adhibere fidem, dum pars id non opponit. Simulationis exceptio vt impediat executionem obligationis Cameralis quidnam sit necessarium.

Ariminen. *Pecuniaria*.

Lunæ 16. Nouembr. 1626. *Dunozetto*.

Argumentum DCLXXVII.

Pactum inter partes initum, vt seruetur, id omnino dicendum est, & verba in eo prolata censentur potius stare demonstratiuè, quam taxatiuè, & potius causa differendæ, quam tollendæ obligationis. Verba adiecta non substantiæ promissionis, sed executioni temporis, dilationem, non autem conditionem important.

Bononien. *Pecuniaria seu Capitalis*.

Lunæ 10. Nouemb. 1625. *Vbaldo*.

Argumentum DCXXI.

Contra fideiussorem absque alio processu potest exequi sententia lata contra principalem, si in iudicatum transuerit. Sententia transit in rem iudicatam, dum ab ea intra decem dies à principali non fuerit appellatum, nec ab alio de eius mandato & quid si fuerit appellatũ sine mandato, & à principali id postea fuit ratificatum, quando id iuuet, & quando secus. Contractus, quando non possit dici nouatus.

Castren. *Pecuniaria*.

Mercur. 11. Martij 1626. *Merlino*.

Argumentum DCXLIV.

Mandatum executiuum est nulliter relaxatum, dum ad illius relaxationem fuit deuentum nullo præcedente decreto, explosa opinione eorum, qui sentiunt hunc defectum sanari per subscriptionem Iudicis. Procurator contrahendo nomine principalis, ipse ad nihil conueniri potest, & numquã præsumitur nomine proprio voluisse se obligare, & ad hoc verba etiam violenter sunt torquenda.

Castren. *Pecuniaria*.

Mercur. 21. Aprilis 1627. *Merlino*.

Argumentum DCCXXXIII.

Appellatio, quando dicatur deserta, ita vt aliquo velamine excusari nequeat, quin sententia transitum non fecerit in rem iudicatam. Diligentia, quando sufficiat ostendendo præsentatam, ad hoc vt sententia non transeat in rem iudicatam, & quando ea nihil operetur ad prædictum effectum.

Corduben. *Pecuniaria*.

Lunæ 18. Martij 1624. *Manzanedo*.

Argumentum DXXII.

Executio sententiæ impossibile est, vt à vitio nullitatis saluetur, quando fuit excessum in tempore, & in quantitate, itaut nec illa saluari potest ratione indiuiduitatis, quo ad tempus, & quantitatem debitam. Mandatum nulliter relaxatur contra bona hæredis, quando constat ipsum adiuisse hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij. Iudex satis dicitur nulliter procedere quando absque citatione partis processit, sicuti etiam quando post inhibitionem ei factam cognoscere non cessauit, ac pariter quando executio fuit facta non obstante appellatione.

Corduben. *Pecuniaria*.

Lunæ 1. Iulij 1624. *Manzanedo*.

Argumentum DLXVI.

Sententiæ executio citra difficultatem dicitur excessiua, quando fuit facta pro maiori quantitate, & tempore, quam in ipsa sententia fuit expressum, & quid si virtualiter in ea id continebatur, ad hunc tamen effectum talis virtualis expressio non potest colligi, quando ipsa sententia restringit se ad certum tempus, & certam summam &c.

Corduben. *Pecuniaria*.

Lunæ 1. Iulij 1624. *Manzanedo*.

Argumentum DLXIX.

Appellationi amplius non est locus, quando adest res iudicata, & sic constat de tribus sententijs conformibus, & quatenus tunc appellaretur, tamen nihil iuuat ad caulandum attentata, & quando dicta attentata intrent.

Melphien. seu Nauellen. *Pecuniaria*.

Merc. 5. Decembris 1618. *Vbaldo*.

Argumentum DCCII.

Sententia lata in spretum supersessoriæ habitæ à Signatura Iustitiæ est nulla. Citatio, ad sententiam, vt valeat debet esse præcisa ad ipsam. Litteræ executoriales, vt validè relaxentur debent iustificari ex actis. Carceratio ex quibus satis dicatur iniusta, itaut obligatio extorta à carcerato ab eo, qui illum carcerare fecit dicatur nulla, & aduerte tunc etiam esse nullam obligationem eorum, qui se obligarunt pro excarceratione carcerati.

Romana *Pecuniaria de Querris*.

Mercur. 26. Iunij 1624. *Coccino*.

Argumentum DLXIV.

Filij familias obligatio pro eximendo patre à carceribus valet & tenet, etiamsi sit carceratus pro debitis, nec potest prætẽdere quamuis sit minor, restitutionem in integrum, & quid si sit enormissimè læsus, & amplia supradicta in casu, quo filius se obligauit ad effectum liberandi patrem ab imminenti carceratione. Frater in subsidium, dum pater paupertate præmitur, tenetur dotare sororem, & quid in concursu cum matre.

Romana *Pecuniaria de Querris*.

Lunæ 9. Decembr. 1624. *Coccino*.

Argumentum DLXXXII.

Filius pro liberando patre à carceribus, vel à captiuitate tenetur pro eo fideiubere, quod si renuat facere, potest pater eum exhæredare, & ex eadem causa eidem denegare alimẽta, quodque non solum procedit, quando pater est iam carceratus, vel captiuus, sed etiam quando imminet tale periculum; & an filius pro eo fideiubendo possit prætendere restitutionem in integrum, si sit enormissimè læsus, & quid requiratur, vt taliter dicatur læsus.

Romana *Pecuniaria*.

Mercur. 26. Iunij 1624. *Vbaldo*.

Argumentum DLXV.

Procurator, seu quilibet alius administrator alienando ea quæ sunt fructifera sine mandato Domini, tenetur ipse ad solutionem fructuum, perinde ac si ea non essent alienata. Administrator omnis condemnatur in eo, in quo Dominus damnificatus est ex mala, vel negligenti administratione. Mora licet sit necessaria pro consecutione interesse, tamen quando id non procedat.

Romana *Pecuniaria*.

Mercur. 20. Nouembr. 1624. *Vbaldo*.

Argumentum DLXXV.

In pœnam ex mora, si quis inciderit, per receptionem fructuum vigore illius contractus, videtur à creditore ea remissa, quod intellige, quoad moram præcedentem, non autem, quo ad sequentem. Et adducuntur aliqua circa pactum illud initũ à creditore cum debitore de soluenda integra summa, quando fuit cessatum in solutione alicuius termini, scilicet casu quo tale pactum substineatur tantum vigore iuramenti in eo appositi, & quando teneat, etiam sine iuramento.

Sulmo-

Sulmonen. *Pecuniaria.*
Lunæ 10. Iunij 1624. *Dunozetto.*
Argumentum DLV.

Staturaria Vrbis præscriptio ligat etiam forenses, & quamuis instrumenta, seu chirographa alibi sint confecta, si tamen eorum executio in Vrbe petatur. Administrator bonorum, dum est creditor Domini, præsumitur se de suo credito satisfecisse, quod si non fecerit, dum id erat in sua potestate, sibi imputet, si deinde illud reperiat præscriptum. Forensi, vt detur restitutio in integrum aduersus Statutorum dispositiones, ignorantia debet esse ex omni parte probabilis, quæ penitus labefactatur, quando adest culpa, vel negligentia.

Alerien. *Pensionis.*
Vener. 20. Martii 1626. *Coccino.*
Argumentum DCXLVIII.

Pensionarius releuatur ab onere iustificationis reseruationis pensionis, quando illa ei fuit reseruata à Papa Motu proprio, vel exegit eam spatio 30. annorum. Pensio si fuerit translata in aliquem tanquam clericum coniugatum, si reperiatur illum esse bigamum cum sit denudatus omni priuilegio clericali, quid iuris, & aliqua etiam habes super dispensatione in his terminis, quoad bigamiam.

Bergomen. *Pensionis.*
Vener. 7. Nouembr. 1625. *Coccino.*
Argumentum DCXX.

Pensio quando est reseruata beneficio pleno, quæ propterea dicitur sine causa & fuit appositum solitum decretum in reseruatione, scilicet quod si Titularis in eius vita & realiter, & cum effectu non persoluerit pensionem, reseruatio nulla sit eo ipso, dubitatur modo, cum onus id probandi spectet ad pensionarium, quando non dicatur prædictam conditionem probasse, & præsertim defecisse in probatione integritatis pensionis, & reijciuntur nonnullæ excusationes.

Lucana *Pensionis.*
Veneris 10. Maij 1624. *Pirouano.*
Argumentum DXXXVI.

Pensio reseruata sine causa cum expressione certi valoris per ascensum, tunc licet falsitas valoris narrati contingat in obolo, valens est ad annullandam totam gratiam, itaut non sit locus reductioni, tamen id non procedit, quando dicta narratio nullatenus fuit vitiosa, & Papa ex hoc non fuisset aduersatus à concessione dictæ gratiæ, quo casu euitatur nullitas, & admittitur reductio pensionis, & qualiter in his terminis reductio veniat facienda declaratur. Subreptionis vitium eatenus vitiat gratiam, quatenus d. vitium ingreditur gratiam.

Maurinen. *Pensionis.*
Lunæ 23. Martii 1626. *Pirouano.*
Argumentum DCL.

Pensionis translatio quibus concurrentibus dicatur validè facta, & seruata forma præscripta in indulto concessionis gratiæ translationis, & reijciuntur nonnullæ obiectiones contra eius validitatem oppositæ. Atque nonnulla habentur, circa recursus ad Iudices Laicos facta nomine alicuius clerici, vt dicatur incursa excommunicatio, quid requiratur, & maximè si agatur de incurrenda pœna.

Maurianen. *Pensionis.*
Lunæ 15. Iunij 1626. *Pirouano.*
Argumentum DCLXX.

Probatio præsumptiua non sufficit, quando agitur ad pœnam inhabilitatis, & maximè si tractetur de ferenda anima per censuras. Testis de auditu multò magis reijcitur, quando tractatur de causa graui. Clericus recurrens ad Iudices Laicos, amittit omne ius in causa. Subreptio quando non inducatur, licet non sit facta mentio litis. Et plura, quando quis dicatur validè ordinatus à non suo Episcopo.

Parmen. *Pensionis.*
Mercur. 5. Iunii 1624. *Merlino.*
Argumentum DXLVI.

Pensio, quando fuit reseruata sine causa, & de consensu Titularis, qui erat affinis eius, ad cuius fauorem reseruata fuit dicta pensio, & in litteris reseruationis fuit appositum solitum decretum, dummodo Titularis, qui consensit pensioni integrè, & effectualiter soluat dictam pensionem, alias ea reseruatio eo ipso nulla sit, tunc quando agitur contra successorem in beneficio ad effectum solutionis dictæ pensionis, vt pensionarius obtineat, quidnam sit necesse probare, & an ad prædictum effectum concludant confessiones de recepto, & quid si sit vnica.

Regien. *Pensionis.*
Lunæ 17. Iunii 1624. *Pirouano.*
Argumentum DLXII.

Facultas transferendi pensionem, quando à Papa alicui conceditur, per huiusmodi facultatem nō creatur nouum onus respectu Ecclesiæ, nec noua dicitur pensio, sed semper dicitur eadem, & quid ex hoc inferatur. Gratia ne dicatur laborare vitio subreptionis, quid narrare sufficiat, & vt ea excludatur, sat est quælibet scientia in Principe. Ecclesiam grauare noua pensione Papa in dubio non præsumitur hoc voluisse.

Regien. *Pensionis.*
Mercur. 5. Martii 1625. *Pirouano.*
Argumentum DXCVIII.

Pensionis translatio non dicitur continere nouum onus, seu prorogationem seruitutis, sed continuatur ius antiquum. Gratiarum multiplicatio an possit mutare mentem Principis circa aliarum gratiarum concessionem, vel saltem eundem difficilius reddere circa d. concessionem. Subreptionis vitium vt euitetur, quid nam sufficiat.

Romana *Pensionis domus.*
Lunæ 17. Nouembr. 1625. *Manzanedo.*
Argumentum DCXXIV.

Pensiones domus, si conductori præuio Iudicis decreto fuerint sequestratæ, tunc ille non potest alteri soluere, absque violatione sequestri, & incursu pœnarum in eo contentarum, & sic iteratæ solutionis de suo violator tenetur, quod tamen limita, nisi eam solutionem fecerit de mandato Iudicis, cum sic liberetur ab omni molestia, & quando limitatio hæc nullatus sibi vsurpet locum.

Romana *Pensionis domus.*
Lunæ 26. Ianuarii 1626. *Menzanedo.*
Argumentum DXXXIV.

Conductor, quando non possit deducere melioramenta facta in domo. Pro dotis repetitione frustra agitur dum adhuc non venit casus restitutionis, vel assecurationis. Inhibitio dotalis, vt suas habeat vires, debet esse emanata cum causæ cognitione, & sic vt constet prius de credito dotali, de quo non dicitur constare ex instrumento confessionis de recepto. Citandus, quando quis est personaliter, si non reperiatur, sufficit, vt domi dimissa copia, vel per edictum citetur.

Asculana *Plebaniæ.*
Vener. 23. Ianuar. 1626. *Coccino.*
Argumentum DCXXXIII.

Immissio, vt obtineatur vigore subrogationis gratiosæ, probanda est, vel reseruatio, vel lis. Beneficij qualitas ex quo iudicetur. Et nonnullæ probationes reijciuntur, ex quibus prætendebatur, sed perperam doctum, Ecclesiam, de qua hic, fuisse Collegiatam, cum in omnem euentum debeat probari, Canonicos facere Capitulum, & quod habeant archam, & massam communem, & sint soliti congregari capitulariter, & habeant sigillum, aliaque &c. Enunciatiuæ, quando nullatenus probent.

Anconitana *Prædii.*
Mercur. 29. Aprilis 1626. *Remboldo.*
Argumentum DCLVII.

Secundo creditori, quamquam competat ius offerendi primo creditori, hoc tamen fallit quando primus creditor vendidit pignus iure creditoris, & ad hoc dantur aliæ etiam limitationes. Creditor quando non possit sibi ipsi vendere pignus, & quando secus.

Bono-

Bononien. Prædij.
Vener. 21. Ianuar. 1624. *Remboldo*.
Argumentum DVI.

Spolium regulariter intentari non potest, quando aliquid authore Prætore, & maximè cum consensu tacito, vel expresso partis fuit factum. Immissio ex primo decreto ad quid fiat, cum non transferat nec dominium, nec possessionem. Adiudicatio cum habeat vim emptionis, & venditionis, ideo eisdem regulis moderatur, & quando ea adiudicatio sit alcui ex bonis communibus, qualiter interpretanda veniat. Ad licitandum quilibet admittitur, & quando etiam ipse creditor. Per subhastationis viam quando proceditur, an requiratur æstimatio, & quid in datione insolutum.

Nucerina *Prædij*.
Lunæ 17. Aprilis 1617. *Card. Sacrato*.
Argumentum DCLXXXIX.

Bona Ecclesiæ, vt dicantur solita locari, ad hoc vt iterum possint locari, sine solemnitatibus quidnam probandum veniat. Confirmatio facta in forma communi, nihil de nouo concedit, quamuis adesset clausula, de nouo concedimus. Legatus de Latere non potest authorizare alienationem bonorum Ecclesiæ, & si asserat habere talem facultatem ei credendum non est. Bona Ecclesiæ, quando detinentur à consanguineis Rectorum, non currit contra eam aliqua præscriptio.

Pacen. Præheminentiarum.
Vener. 22. Iunii 1618. *Remboldo*.
Argumentum DCCI.

Actus merè facultatiui licet non tribuant aliquod ius, vel possessionem considerabilem, tamen concurrente fauore cultus diuini, & longo tempore, quamuis ab initio fuerit merè voluntaria, postea tamen efficitur necessaria, & alia de quibus in summario.

Romana *Prælationis vineæ*.
Lunæ 22. Maij 1617. *Vbaldo*.
Argumentum DCXCI.

Venditio, quando est prohibita, an dicatur etiam prohibita permutatio. Item etiam an prohibita alienatione, censeatur prohibita permutatio.

Comaclen. & Ferrarien. Præpositura, & Beneficij.
Lunæ 15. Decembr. 1625. *Remboldo*.
Argumentum DCXXX.

Papæ potestas in concessione Iurispatronatus, quanta sit. Papa, quando derogare vult patronatibus Regum, Ducum, Marchionum, &c. debet de eis facere specialem mentionem, & alia circa hanc materiam. Clausula, quorum tenores, cuius sit virtutis, & quando habeat locum. Et vide plura circa dotationem, ac probationem Iurispatronatus, & maximè, quando sumus in familia potenti.

Bononien. *Pretij Clericatus Cameræ*.
Lunæ 4. Maij 1626. *Pirouano*.
Argumentum DCLX.

Pater emens officium pro filio, quamuis ad cognoscendum an voluerit illud ei donare, soleat tradi ea distinctio, scilicet aut apposuit decretum reseruationis dominij, & tunc non præsumatur voluisse illud donare, aut non apposuit, & tunc secus est dicendum, tamen, quando fuit omissum prædictum decretum, nullatenus præsumatur, patrem voluisse illud donare filio, in hoc enim est facienda distinctio, inter pretium, & ipsum officium.

Bononien. *Pretij Clericatus*.
21 Decembris 1626. *Card. Virili*.
Argumentum DCLXXIX.

Confirmatur in præsenti decisione id, quod iam in hac eadē causa fuit resolutum, scilicet, quando pater aliquod officium emit pro filio, & maximè si sit notabilis summæ, non præsumitur illius pretium ei voluisse donare, nam aliàs faceret magnam inæqualitatem inter filios, quod non est præsumendum, quodque pariter procedit, licet in emptione officij pater non appo. erit decretum ad eius fauorem.

Romana *pretii Officij*.
Vener. 15. Maij 1626. *Merlino*.
Argumentum DCLXII.

contra Proxenetam, seu mediatorem alicuius negotij secluso dolo, & circumuentione, perperam contra eum dirigitur actio ad damna, & interesse, & ex quibus dolus in his terminis dicatur exclusus. Ex consilio seu persuasione nemo tenetur, cum cuique liberum sit apud se explorare, an consilium datum sibi prosit, necne. Dolus non arguitur, ex simplici mendatio, doli præsumptio cessat, quando non intrat lucrum.

Romana *pretii viridarii*.
Lunæ 11. Martij 1624. *Vbaldo*.
Argumentum DXIX.

In præscriptione, tanquam in re satis odiosa silet illa regula, vt actio de proximo complenda habeatur pro completa. Statutum Vrbis de præscriptione debiti fundatum reperitur super præsumpta satisfactione, quæ præsumptio prosternitur ex alia validiori præsumptione non satisfactionis. Et d. statuti dispositio cessat per solam extraiudicialem interpellationem, & præsertim non intrat prædictum statutum contra fideiussores, cum in eo sint exceptuati.

Aquinaten. *Prioratus*.
Mercur. 21. Maij 1625. *Vbaldo*.
Argumentum DCIX.

In successionibus, quatenus, quis iuuari possit successorio edicto. Expectatiuæ an tribuant ius, itaut earum vigore agitari possit. Debitum est actus successiuus, & non simpliciter momentaneus.

Aquitanien. *Prioratus*.
Lunæ 10. Iunij 1624. *Pirouano*.
Argumentum DCCXXVI.

Eques Hierosolymitanus, vt dicatur debitor ærarij, & sic reddatur inhabilis ad obtinendas dignitates, & commendas Religionis sufficit sola possessio rei eiusdem Religionis, quamuis litigiosa, & declaratur statutum circa hanc materiam, de quo in cap. 48. de commun. ærar.

Aquitanien. Prioratus.
Ven. 19. Aprilis 1624. *Pirouano*.
Argumentum DCCII.

Aequites Hierosolymitani sūt penitus incapaces ad consequēdum dignitates, & commendas vacantes, quando de tempore vacationis, & seu smutitionis fuūt debitores ærarij, & quando satis dicatur probatum aliquem æquitem esse incapacē ob dictam causam, itaut ipse teneatur probare contrarium, vel docere de solutione.

Nicien. *Prioratus*.
Vener. 6. Martij 1626. *Pirouano*.
Argumentum DLXIV.

Gratia Papæ, n sit fundata super vnione, qui eam obtinuit, debet dictam vnionem concludenter probare. Vnio concludenter probatur vel per immemorabilem, vel per quadragenariam cum titulo, & tunc est probanda per immemorabilem, quando est tituli extinctiua, aliàs secus, quia tunc probatur leuioribus probationibus.

Vlixbonen. Professionis.
Veneris 27. Martij 1637. *Carrillo*.
Argumentum DCCXLIV.

Absolutionem vt obtineat ille, qui habuit recursum ad Iudices Laicos &c. quid requiratur, & maximè si Papa absoluendi potestatem commiserit, cum clausulis, renunciato prius &c. parito iudicato, & refectis expensis.

Legio-

Legionen. *Puritatis Sanguinis.*
Lunæ 26. Maij 1631. *Queipo.*
Argumentum DCCXXXIX.

Sanguinis puritas quando, & ex quibus probationibus bene remaneat iustificata, & penitus conquassata, & destructa contraria probatione.

Romana *Restitutionis dotis.*
Vener. 14. Iunii 1624. *Pirouano.*
Argumentum DLVII.

Ad dotis restitutionem perperam agitur, quando iam illa fuit restituta. Debitores hæreditarij validè soluunt hæredi grauato, antequam venerit casus restitutionis, cum interim ille dicatur dominus bonorum, ideo ei rectè soluitur, & ipse valens est ad cogendum debitores hæreditarios ad sibi soluendum, & quando posset dubitare de validitate solutionis factæ dicto hæredi grauato, & quando. Hæredes grauati non habent facultatem euertendi fideicommissa.

Romana *Restitutionis in integrum.*
Lunæ 20. Maij 1624. *Manzanedo.*
Argumentum DXL.

Ad restitutionem in integrum obtinendam sufficit qualiscumque iniustitia, quamuis non notoria. Ad patrem si fuerit reuersa dos ab eo assignata filiæ, ac deinde legauerit dictæ filiæ aliquid, cum conditione, vt contenta esse debeat dicto legato, & nihil aliud possit petere, ac prætendere ex bonis, & hæreditate sua, aliàs &c. tunc si dicta filia solemniter, & iuxta dispositionem statutorum tale legatum acceptauerit, non poterit amplius pœnitentia ducta agere ad primæuam dotem eidem à patre constitutam. Dos, quando reuertitur ad patrem dotantem, non est amplius dos, & sic euanescunt priuilegia dotis, vnde filia non poterit agere vigore Instrumenti dotalis executiuè iuxta Statutum Vrbis lib. 1. cap. 185. contra patrem, vt ei assignet eandem dotem quam prius dedit, ac deinde ad eumdem reuersa fuit.

Romana *Restitutionis in integrum.*
Ven. 18. Aprilis 1625. *Manzanedo.*
Argumentum DCIV.

Pater constituendo dotem filiæ, simpliciter vti pater, vt satisfaciat oneri sibi iniuncto, tunc non censetur eam donasse filiæ, ideoque ea mortua, iniustè, & sine actione agit gener contra socerum, pro residuo solutionis dotis filiæ promissæ, cum ea mortua dos reuertatur ad patrem.

Romana *Restitutionis in integrum.*
Vener. 15. Iunij 1625. *Manzanedo.*
Argumentum DCXII.

Officio Iudicis filia potest experiri contra patrem, vt ei eamdem dotem, quam primo constituit, iterum in secundo matrimonio constituat, & talem dotem pater non potest in præiudicium filiæ diminuere, & nota filiam non posse petere dictam dotem vigore primi instrumenti dotalis, & quare.

Romana *Retractus.*
Lunæ 30. Martij 1626. *Merlino.*
Argumentum DCLIII.

Censurarius in venditione rei censuatæ in concursu omnibus alijs præfertur, & hoc priuilegium competit etiam cessionario census, & quid si fundus propriè non vendatur, sed concedatur in emphyteusim, & quid si talis concessio fuerit facta pro quibuscumque successoribus in perpetuum. Retractus etiam habet locum in locatione perpetua. Emptor cum pacto de redimendo dicitur verus dominus, &c.

Firmana *Saluiani interdicti.*
Mercur. 7. Februar 1624. *Remboldo.*
Argumentum DXIII.

Testium examen citra discrimen dicitur validum, licet testium iuramentum per Notarium fuerit receptum, dum ipso Notario fuit commissum testium examen, cum per consequens commissum censeatur omne illud, sine quo examen non subsisteret. Notario facilè censetur commissa receptio iuramenti testium, quodque ampliatur. Saluianum vt intret contra bona debitoris, sufficit probare eius possessionem de tempore obligationis, vel post, non obstante quod licet deinde tertius dicta bona possideret. Præscriptio cursum incipere nequit stante mala fide, quod procedit etiam in illius successore, licet ex propria persona illam incipere intelligeret, & hoc siue immediatus, siue mediatus sit successor &c. Hypoteca non potest dici præscripta, quando adest legitimum tempus.

Cæsenaten. *Separationis Thori.*
Mercur. 28. Iunij 1617. *Dunozetto.*
Argumentum DCXCVI.

Vxor dedignata, si discedat è domo viri & secum portet iocalia, ex quibus probetur ea non esse propria, sed ipsius viri, & ex quo diluitur ea non fuisse donata à viro eius vxori, vel à socero nurui.

Ianuen. *Separationis Thori.*
Lunæ 29. Aprilis 1624. *Remboldo.*
Argumentum DXXXII.

Compensatio in alimentorum materia non admittitur. Alimenta, quæ debentur post motam litem, dicuntur, futura. Alimenta alicui præstita de mandato Iudicis non repetuntur in casu succumbentiæ.

Recanaten. *Separationis Thori.*
Mercur. 26. Februarij 1625. *Pirouano.*
Argumentum DXCIV.

Maritus, quando pro restitutione dotis conuenitur, non potest carcerari, cum habeat priuilegium, ne teneatur vltra quam facere possit, & quid si se obligauerit in forma Cameræ ad eam restituendam, item quid si maritus in legem matrimonij commiserit.

Balneorgien. *Simoniæ.*
Vener. 17. Maij 1624. *Coccino.*
Argumentum DXXXVIII.

in Beneficiorum resignatione, quando dicatur commissa simonia, & quando non, declaratur.

Foroliuien. Societatis officij.
Lunæ 16. Martij 1626. *Merlino.*
Argumentum DCXLV.

Societas Officij, vt validè dicatur inita, inter alia principaliora requisita, illud non parum est necessarium, vt illa fiat super officijs vacabilibus, alias si reperiatur inita super officio non vacabili ex defectu subiecti nullam habet subsistentiam, ita vt fructus inde percepti computandi veniunt in sortem, vel restitendi & quando dictus contractus non possit transire in diuersum contractum, vt substineatur.

Foroliuien. *Societatis Officii.*
Ven. 16. Februarii 1627. *Merlino.*
Argumentum DCCXXIX.

Societatis officij contractus, si sit initus super officio non vacabili, cum id repugnet Constitutionibus Pontificijs in hac materia editis, & naturæ ipsius contractus in quo requiritur, vt periculum sit commune tam recipienti, quam danti pecunias, ideoque nullo modo subsistere potest, & sic ex eo non debentur fructus, & si sint percepti restitui debent nulla excusatione admissa bonæ fidei consumptionis, consuetudinis &c.

Romana

Romana *Societatis Officii*.
Vener.24. Maij 1624. *Coccino*.
Argumentum DXLII.

Commodum ex contractu illo, quis non est æquum, vt consequatur, dum pacta in eo conuenta non fuerunt adimpleta, & hoc procedit etiamsi in aliqua parte non fuerunt ea adimpleta, licet in reliquis fuerit satisfactum, quod & intellige quamuis à principio plenè omnia fuerint adimpleta, sed ex post facto propter aliquod accidens, stante sic pacto neglectum fuit aliquid adimplere. Et hic tractatur in terminis societatis officij, quando fuit conuentum in casu mortis fideiussoris, vt debeat alius subrogari, vtique data morte dicti fideiussoris, & de hoc certiorato officiali, si neglexerit dare alium fideiussorem, & interim moriatur is, super cuius vitæ periculo contracta erat societas, nullatenus erit locus lucro pecuniarum.

Romana *Societatis Officii*.
Vener. 15. Nouembr. 1624. *Vbaldo*.
Argumentum DLXXII.

In societatibus Officij, quando nominatio periculi vitæ, quæ fit intra quindecim dies post contractam societatem, vt suffragetur, quid requiratur.

Romana *Societatis*.
Vener. 19. Iunij 1626. *Remboldo*.
Argumentum DCLXXII.

Societas inter aliquos adfuisse ex quo iustificari possit. Testes quando sunt examinandi debet dari parti competens tempus ad conficienda interrogatoria, & quantum esse debeat, in arbitrio Iudicis residet.

Vrbeuetana *Solutionis*.
Lunæ 4. Maij 1626. *Remboldo*.
Argumentum DCLIX.

Personæ industria, quando non est electa, tunc contractus omnes sunt transitorij ad hæredes, etiamsi in eis eorum mentio non sit facta, & contractus videatur etiam restrictus ad personas contrahentium, & adsit dictio taxatiua, tantum, cum in dubio sit præsumendum voluisse quis consulere etiam eius hæredi.

Arboren. *Spolij*.
Lunæ 17. Iunij 1624. *Manzanedo*.
Argumentum DLX.

Clericus in infirmitate constitutus, etiamsi ex ea decedat, licet possit donare inter viuos acquisita ex redditibus Ecclesiasticis, in piam tamen causam, interueniente etiam traditione ad tollendas fraudes, & suspiciones, nihilominus dicta conclusio venit intelligenda, quando dicta donatio est moderata, quia si immoderata appareat, non tenet, etiamsi facta sit ad pios vsus. Clericus, nisi contrarium doceatur, in dubium præsumitur acquisiuisse bona non ex propria industria, & labore, sed ex redditibus Ecclesiasticis. Spolia Archiepiscoporum, & Episcoporum in Insula Sardiniæ, ad quid ex litteris Apostolicis Pij V. & Clementis VIII. sint applicata.

Ferrarien. *Spolij*.
Lunæ 25. Iunij 1635. *Merlino*.
Argumentum DCCXL.

In spolijs, alijsq. interdictis, non fit condemnatio ad fructus restituendos, nisi à die litis contestatæ præterquam in spolio violento, & attentato. Spolium, quando non dicatur violentum. Mala fides, in possessore, vt excludatur, sufficit omnis temeraria, & bestialis causa. In donatione se fundans tenetur exhibere donationem validam etiam cum solemnitate extrinseca.

Romana *Spolij domus*.
Mercur. 5. Iunij 1624. *Manzanedo*.
Argumentum DXLVII.

Sententia si laboret vitio nullitatis, & iniustitiæ, cum non mereatur nomen sententiæ, transitum facere non potest in rem iudicatam, ideoq. nihil releuat oppositio, quod ab ea non fuerit appellatum. Citationes, quæ fiunt per diligentias, vt valide sint, requiritur, vt prima citatio personalis præcesserit. Acta vt dicantur integrè transportata ex repetitione actorum, quæ sunt in officio Notarij, in cuius officio causa agitatur, requiritur, vt repetitio sit generalis, secus vero si fuerit specialis ad certa acta. Præscriptio vt releuet, quando opus est vt interueniat possessio, & quando procedat sine ea.

Romana *Spolij domus*.
Veneris 10. Maii 1624. *Manzanedo*.
Argumentum DXXXV.

Sententia reintegratoria ad possessionem, quando saluari non possit à nullitate, & iniustitia. Sententia si sit nulla respectu vnius ex socijs collitigantibus, puta quia ille non fuit citatus ad sententiam, erit quoque nulla, quoad omnes, & hoc ratione indiuiduitatis sententiæ. Sententia est nulla si lata sit non facta transportatione actorum, & sic per Iudicem non visis actis probatorijs, prout est necesse. Spolij actio vt præscribatur sat est lapsus 30. annorum, & tunc requiritur tempus 40. annorum, si ageretur contra Ecclesiam, alias contra priuatum sufficit prædictum tempus 30. annorum.

Romana *Spolij*.
Lunæ 22. Iunij 1626. *Coccino*.
Argumentum DCLXXIII.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 147. disponens vt possessio bonorum defuncti in suos hæredes continuata censeatur, quando habet locum, & tales hæredes ea possessione ab alio priuati fuerunt, an intret spolium, & quid si ille tertius cœperit possessionem anteaquam filius adiuerit hæreditatem. Possessio, an detur casus, vt ipso iure continuetur in aliquem.

Carthaginen. *Sponsalium*.
Mercur. 29. Aprilis 1626. *Coccino*.
Argumentum DCLVI.

Ad Ecclesiam, si vir, & mulier ibant ad effectum contrahendi matrimonium, & per viam superuenit impedimentum, itaut suum intentum assequi non potuerunt, sed vir dixit mulieri, bene scis, quod tu es mea vxor, & alia non est futura, nisi tu mea vxor, & è contra sic pariter dixit mulier viro, dubitatur modo an isto frangenti prolata importent matrimonium, vel sponsalia, vide distinctionem.

Romana *Successionis*.
Lunæ 17. Iunij 1624. *Merlino*.
Argumentum DLXI.

Pater, & Mater æqualiter vocantur ad luctuosam successionem filiorum, nulla adhibita distinctione, an bona peruenerint ad filios ex latere paterno, vel materno, nam & quatenus peruenerint pater in maternis, & mater in paternis pro æquali portione succedit, & quamuis Bart. conatus fuerit defendere, patrem non succedere in bonis filiorum, quæ prouenerunt ex latere materno, & è contra matrem non succedere in bonis, quæ peruenerunt ex latere paterno, tamen quia distinctio Bart. est potius imaginaria, quàm iuridica, ideoq. meritò super hoc Bart. à pluribus Doctoribus, dirè insequitur, damnatur, & confutatur. Et plura adducuntur ad interpretationem l. quod scitis. §. fin autem. C. de bon. q. liber. quæ adeo obscura est, vt omnes Doctores in illius intellectu vacillarint. Renuncians bonis ad effectum ingrediendi Religionem, quæ sit causa finalis renunciationis.

Bononien. *Successionis*.
Lunæ 13. Ianuarij 1625. *Manzanedo*.
Argumentum DLXXXIX.

Testator, si hæredem instituerit eius vxorem, sub conditione, donec, & quousque illa viuat, & vitam vidualem seruauerit, & præ-

& prædictæ quandocunque decedenti, vel ad 2. vota conuolanti substituit alium, qui tamen substitutus si prædecedat vxori, dubitatur modo an d. vxor per mortem substituti effecta fuerit vera hæres, itaut de hæreditate mariti ad libitum potuerit disponere, vel an post mortem d. mulieris, hæredes ab intestato mariti possint prætendere eam hæreditatem, & responsio est ad fauorem vxoris.

Romana *Successionis.*
Lunæ 18. Maij 1626. *Merlino.*
Argumentum DCLXIV.

Filius, quando Bulgare nato, ante patrem, & matrem decedit, quidem ab intestato, tunc ipsi æqualiter admittuntur ad successionem filij, postposita omni distinctione an bona in quiqus æqualis sit diuisio, deueniant ex latere paterno, vel materno, quidquid in hoc scriptitauerit Bart. cum in hoc ipse errauerit, & à frequentiori Doctorum calculo impugnetur eius opinio.

Narnien. *Terrarum.*
Lunæ 9. Februarij 1626. *Manzanedo.*
Argumentum DCXXXIX.

Dos, si alicui fuerit promissa in pecunia, & interim loc bona immbobilia æquipollentia fuerunt consignata, & pactum expressum fuit adiectum, vt quando dator dotis haberet commoditatem pecuniarum possit maritus cogere eum ad exigendum ea bona, & loco illorum exbursare pretium, quæritur modo quando sit locus coactioni, & quidnam probandum veniat.

Maceraten. *Testamenti.*
Veneris 14. Iunij 1624. *Coccino.*
Argumentum DLVIII.

Testator, si in suo testamento ordinet, vt ex bonis, & redditibus suis instituatur, & fundetur Monasterium puta Monialium cum Ecclesia, pro cuius victu, & vestitu, assignauit fructus alicuius prædij, dubitatur modo an fructus dicti prædij interim decursi, dum Monasterium cum Ecclesia fabricaretur, debeantur potius hæredibus defuncti, quam Ecclesiæ postea constructæ, cum legatum fuerit factum pro victu, & vestitu, & manutentione Monialium, & resoluitur ad fauorem Ecclesiæ, eo quia ea dilatio non fuit facta fauore hæredum, sed necessitate, & gratia rei gerendæ.

Romana Testamenti.
Lunæ 9. Decembris 1624. *Vbaldo.*
Argumentum DLXXXI.

Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita, sicuti est illud, quod fit per relationem ad certam scripturam, satis dicitur valide factum, quando illud fuit scriptum, vel subscriptum manu testatoris, & à duobus testibus asserentibus se fuisse præsentes dictæ subscriptioni, & postea consutis folijs, & septem in locis appositis sigillis, traditum fuit Notario ab eodem testatore, asserendo in eo contineri legata, hæredis institutionem, & alia, & Notarius coram septem testibus de prædictis rogatus confecit publicum instrumentum, cui etiam dicti testes subscribere se debent, testantes se fuisse præsentes dictæ consignationi. Testamenta anteriora, quando satis dicantur reuocata per posterius, & diluuntur plures oppositiones.

Brixien. *Thurificationis.*
Lunæ 16. Martij 1626. *Remboldo.*
Argumentum DCXLVII.

Ceremoniale Romanum reformatum à san. mem. Clem. VIII. tanquam lex scripta, & ius commune inuiolabiliter seruari debet. Thurificatio cum sit honor, & obsequium, quod præstatur thurificato, ideo absurdum esset vt superior thurificaret inferiorem, cum in Ecclesia DEI gradatim exhibeantur reuerentiæ.

Carthaginen. *Translationis Monasterij.*
Veneris 1. Februarij 1619. *Innocentio X.*
Argumentum DCCV.

Licentia stante Sedis Apostolicæ transferendi Monasterium in alium locum, si Ordinarius iudicet non esse locum d. translationi iniustè dicitur iudicare causæ iustæ trasferendi Monasterium in diuersum locum, multæ sunt, quarum hic non nullæ recensentur.

Carthaginen. *Translationis Monasterij.*
Lunæ 18. Maij 1620. *Innocentio X.*
Argumentum DCCXIII.

Monasterij translatio ex quo capite iustè dicatur petita, & quando est facienda non solum ad diuersum situm eiusdem loci, sed etiam ad diuersum locum.

Carthaginen. *Translationis.*
Veneris 26. Nouemb. 1621. *Vbaldo.*
Argumentum DCCXXI.

Monasterij translatio ex iustis causis potest fieri, non solum de situ in situm. Sed etiam de vno loco, ad diuersum locum, stante paupertate loci vbi degit.

Perusina *Trebellianica de Alphanis.*
Veneris 27. Martij 1626. *Coccino.*
Argumentum DCLI.

Trebellianica secundum receptissimam opinionem etiam filijs primi gradus potest prohiberi, & quamuis eis vt dicatur illa prohibita, non sufficiat tacita, sed requiratur expressa prohibitio tamen per æquipollens etiã admittitur, & super hoc declarantur nonnullæ decisiones Rotales, & discutitur, quæ prohibitio per æquipollens in his terminis non attendatur.

Romana, *seu Neapolitana Trebellianicæ de Proida.*
Mercurij 29. Aprilis 1626. *Coccino.*
Argumentum DCLVIII.

Trebellianica debetur hæredi grauato fideicommisso vniuersali, & si ipse illam non detraxerit, poterit eius hæres eam detrahere. Trebellianica potest etiam prohiberi filijs primi gradus tàm expressè, quàm tacitè, & quando tacitè prohibetur, quid requiratur. Trebellianicam testator non censetur prohibuisse ex eo, quod omnia eius bona fideicommisso supposuit.

Nepesina *Tutelæ.*
Mercurij 11. Decemb. 1624. *Vbaldo.*
Argumentum DLXXXVI.

Tutor non tenetur reddere rationem de illis bonis, quæ non constant extitisse in rerum natura, tempore decretæ tutelæ.

Nepesina *Tutelæ.*
Veneris 27. Iunij 1625. *Vbaldo.*
Argumentum DCXVI.

Testis vnicus non probat, sicuti si inuerisimilia deponat, vel si patiatur exceptiones, vel contrarietates. Tutor tenetur perquirere bona pupilli, sed non ita, ac taliter, vt diuinare teneatur. Præsumptio si fundetur super possibili, non releuat.

Nepesina *Tutelæ.*
Veneris 20. Nouemb. 1626. *Merlino.*
Argumentum DCCLXXVIII.

Tutor non tenetur reddere rationem de non exactis, quando ipse non probatur fuisse in dolo, vel lata culpa in non exigendo. Positiones vt validè dicantur in actis exhibitæ per procuratorem, quid requiratur, & quid etiam sit necesse vt eisdem dicatur validè responsum per procuratorem, vt ex eis insurgat concessio præiudicialis.

Nepesina

INDICIS ARGVMENTORVM
FINIS.



DECI-



DECISIONES SACRAE ROTAE ROMANAE

A PAVLO RVBEO I.C. ROMANO SELECTAE.

REVERENDISS. PIROVANO.

Fulginaten̄ Alimentorum.

Veneris 12. *Ianuarij* 1624.

ARGVMENTVM.

Testator, quando primogenito alimenta legauit, & declarauit etiam, vt ea præstarentur illius descendentibus, si accidat, vt ille primogenituram non obtineat ante obitum patris decedendo, an eius successores possint prætendere dicta alimenta. Testator, quando vsus est verbis denotantibus tractum temporis, tunc quamuis in aliquibus vocatis eius dispositio euanescat, tamen intrat ad fauorem eorũ, qui post eos sunt vocati. Testator, quando sine dubio dicatur vsus verbis denotantibus tractum temporis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dum habuit effectum in aliquo, & ille amplius in humanis non existat, tunc eumdem effectum habere debet in cæteris vocatis.*
2 *Dispositiones cum effectu intelligendæ sunt.*
3 *Verba quando demonstratiuè sunt posita, non debent disposita coangustare.*
4 Replicatio *non attenditur, si non tollat obiectum.*
5 *Hæredis appellatione, quando agitur de grauamine sustinendo, non venit simpliciter hæres scriptus, sed is, qui hæreditatem adiuit.*
6 Alimenta, *quando sunt relicta aliquibus non simpliciter vti hæredibus, sed in specie vti filijs, tunc non est necessaria aditio hæreditatis.*
7 Bald. *doctrina in consil.* 170. *in fin. lib.* 5. *quando intret, & num.* 8.
9 *Legatum, quando habuit suum effectum, tunc ad alios illud non transit.*
10 *Verba, & illis non existentibus, posita in substitutionibus testamentarijs, quam restrictionem non recipiant.*
11 *Testator, quando vsus est verbis tractum temporis denotantibus, tunc si eius dispositio in aliquibus locum habere non potest, non ea deficit, & nu.* 12.
13 *Dispositioni perpetuæ non dicitur satisfactum ex principio primæ existentiæ.*
14 *Voluntati testatoris non dicitur satisfactum, quãdo vsus est verbis tractum temporis denotantibus, dum aliquis tantum est admissus.*
14 *Testator si vocauerit filios in stirpes, id continet, & gradus, & personas, & ordinem successiuum.*
15 *Descendentes in infinitum, quando testator vocauit, non est dubitandum, an vsus sit verbis tractum temporis significantibus.*
Verba quando sunt indubitata, vanum est, quærere de voluntate disponentis, num. 16.
17 *Verba illa, quæ forma &c. quando non amplient vocationem personarum.*
18 *Testator vocando aliquos in stirpes, id sufficit ad probandum tempus successiuũ ab eo præmeditatũ.*
19 *ad Ascendentem spectat onus alendi descendentes.*
20 *de Filijs dispositio quælibet loquens in materia alimentorum, & stante conformitate oneris, apta est comprehendere nepotes.*
21 *Quæ conclusio procedit, quando dispositio est vndique fauorabilis, secus vero si est fauorabilis respectu filiorum, & odiosa respectu hæredis.*
22 *in* Alimentorum *materia dispositio de filijs, quando non trahatur ad nepotes ex vi voluntatis præsumptæ.*
23 *Filios fratruum, an quis alere teneatur.*
24 *Molin. de primogenit. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 67. *quo in casu loquatur.*
25 *Alimenta, quod sint præstanda non in capita, sed in stirpes, hoc est satis diuersum.*
26 *Testator qua ratione reliquit alimenta filijs, eadem pari affectione moueri quoque potuit ea relinquere nepotibus.*
27 *Legatum alimentorum ne transeat ad nepotes, ex quo eludatur præsumptio, vt pater ea non solum filijs, sed etiam*
28 *Decisio in causa Romana de Bonadies* 21. *Aprilis* 1603. *coram bon. mem. Card. Millino quo casu loquatur.*
Appellatione filiorum ex certo matrimonio natorum, non possunt venire nepotes, num. 28.
30 *Appellatione filiorum, quod impossibile sit, vt non veniant nepotes, ex quo argui non possit.*

DECISIO DV.



VM hæc causa poneretur sub die 15. Maij præteriti,* dictum fuit D. Gregorium Iacobillum teneri præstare alimenta DD. Iulio, & fratribus, & annuum legatũ scutorum 200. & hodie fundamentis eiusdem resolutionis iterum examinatis; Domini in decisis perstiterunt.

Visa enim fuit clara testatoris dispositio, & quidem verbis expressis in præstatione legati, de quo agitur, dum se declarando subdit, quod intelligi, & sortiri voluit in fratribus hæredum primogenitorũ, & illis non extantibus, in filijs ipsorum in stirpem, quod legatum cum habuerit effectum in personam Laurentij patris Iulij, & fratrum nunc agentium,
1 idem † videtur seruandum in filijs eiusdem, cum ille amplius in humanis non existat.

Non obstat quod filij Laurentij inhærendo verbis legati, neque sint filij Gregorij primogeniti, neque filij alicuius ex fratribus Gregorij, aut alterius primogeniti, sed dicti Laurentij, qui numquam fuit frater primogeniti, dum Ascanius prædecessit Iulio patri suo, itaut statum primogenituræ, aut hæreditatis vmqnam habuerit, à qua deduci possit qualitas vo-
2 cationis † cum effectu, prout de iure intelligi debet, *Surdus post alios cons. 381. num. 13. & cons. 274. num. 1. & seqq. & cons. 3. num. 25.*

Quia in decisione, quæ reuidetur, fuit responsum, illa verba stare demonstratiuè de præcogitato hære-
3 de, ideo non † esse coangustanda ad effectiuum primogenitum, & hærdem, *Bald. cons. 170. in fin. lib. 5. Sim. de Prætis de vlt. volunt. lib. 3. fol. 199. solut. 5. num. 33.* & replicatio quæ datur, non tollit sensum
4 germanum dd. verborum, nam etsi † *Dec. cons. 635. num. 14 & 15. Sim. de Prætis. ead. pag. 199. nu. 34. Surd. cons. 274. num. 7.* affirment, quod vbi agitur de grauamine substinendo, vt hic, de præstandis alimẽtis, appellatione hæredis non veniat simpliciter hæ-
5 res † scriptus, sed is, qui hæreditatem adiuit per *l. 3. §. si quis ita. ff. de hæred. instit.* Attamen aduerterunt Domini, quod versamur in claris, qui sint, & dicantur fratres hæredum primogenitorum, dum fratribus Ascanij, qui futurus erat hæres primogenitus in specie vti filijs Iulij, † fuit relictum legatum
6 alimentorum, & Laurentius vti de filijs Iulij, & pater fratrum agentium consecutus est alimenta, iuxta tenorem legati: vnde si testator voluit, quod cæteri filij, quos superesse contigerit, tàm de Iulio eius filio, quàm de Angelo eius nepote, haberent alimenta, certè continuando sermonem, intelligendũ est de filijs in legato supra nominatis, vt declaratio deducta ex illis verbis, quod intelligi, & sortiri voluit &c. habeat suum præexistens à quo consequatur
7 † tanquam limitatio, vel ampliatio de sua regula, & tunc benè intrat ratio Baldi de hærede scripto, tan-
8 quam de præcogitato, non † autem de effectiuo adeunte, qui poterat contingere non esse de filijs Iulij.

Non obstat quod adhuc fratribus germanis legatum alimentorum consequentibus, eisdem deficien-
9 tibus, tanquam † legatum quod habuerit suum effectum transire non possit ad filios *l. si legata. C. de legat. l. post aditam. C. de impub. & al. subst. Honded. cons. 49. num. 35. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 29. num. 23. & art. 43. num. 16.*

Quia verba, & illis non existentibus, non patiun-
10 tur supradictam † restitutionem in substitutionibus testamentarijs, *Calcan. cons. 103. num. 2. Peregr. de fideicom. d. art. 29. n. 9.* & idem sensit *Rota in Meleuitana fideicommissi* 14. Martij 1618. corã *D. meo Caualerio* nam quandocumque non existat, locus est vocationi filiorum, non autem illis non existentibus à principio, quod eo maximè conuincitur, quia
11 † testator vsus est verbis, tractum temporis deno-
12 tantibus, ibi, quæ forma, seu dispositio seruari, † & locum habere debeat etiam in alijs successoribus in infinitum, ex quibus dispositioni satisfactum non dicitur ex principio primæ existentiæ conditionis, se-
13 cundum † opinionem *Cuman. in l. cum ita. §. in fideicom. num. 4. ff. de leg. 2. Seraph. decis. 409. num. 13. & decis. 934. num. 7.* & plenissimè comprobatum legitur *in decis. 357. num. 7. & 486. num. 2. par. 1. recent.* & in hac materia alimentorum põderauit *Surdus tit. 9. q. 36. ante num. 26.* dicens, quod per admis-
14 sionem † filij, non est integrè satisfactum voluntati patris, quando in legato vsus est verbis, tractum temporis denotantibus, nec dubitari potest de existentia similium verborum, successiuum tempus re-
15 spicientium, † quia vocauit filios in stirpes, quæ continet & gradus & personas, & ordinem successiuum, *Soccin. iun. cons. 89. nu. 14. lib. 3. Seraphin. decis. 934. num. 14.* & paulò infra addidit sequentia verba, quæ forma seu dispositio seruari, & locum habere debeat etiam in alijs successoribus in infinitũ:
16 † quæ sunt indubitata ad hunc effectum, *Rota apud Seraph. decis. 409. num. 14. & 15.* Nec replicatio videtur tollere obiectũ, dũ dicitur quod illa verba, quæ
17 † forma &c. non ampliant vocationem personarũ, sed referunt tantummodo grauamen successorum primogenitorum in infinitum eodem modo, & forma prout supra expressum legitur, quia successiuum grauamen semper importat quod testator non ac-
18 quieuit primæ † existentiæ conditionis, & vlterius non tollitur importantia verbi in stirpes, quod sufficeret ad probandum successiuum tempus.

Prædictis omnibus accedunt coniecturæ, & præsumptiones, indubitatæ voluntatis testatoris fauore nepotum, &

19 Prima deducitur ex qualitate testatoris, † qui est ascendens, ad quem spectat onus alendi nepotes descendentes, *l. si quis à liberis, §. non tantum. ff. de lib. agnosc. Ruin. cons. 45. num. 2. lib. 2. Card. Mant. decis. 331. num. 4.* vt ideo qualibet dispositio de filijs
20 loquens, † ratione subiectæ materiæ alimentorum, & propter conformitatem oneris, sit apta comprehendere nepotes *Surd. post alios, de alim. tit. 9. q. 36. num. 8. & seqq.*

Non obstat, quod rationes Surdi deducantur ex *doctrina Bartoli in l. liberorum. num. 5. ff. de verb.*
21 *signif.* † qui loquitur, quãdo prouisio vndiq. est merè fauorabilis, secus vero si est fauorabilis respectu
22 filiorum, & odiosa respectu hæredis, quia † tunc dispositio de filijs, non trahitur ad nepotes, ex vi voluntatis præsumptæ, *Menoch. cons. 215. nu. 95. Honded. cons. 60. num. 61. lib. 1. Odd. cons. 90. num. 1. & 2. Rim. iun. cons. 173. n. 37. & Rota sequendo Menoch. decis. 507. nu. 2. & decis. 667. num. 1. par. 2. recent.*

quia

quia prædicti omnes non loquuntur in materia alimentorum, ad quam hæres ascendentis tenetur propter oligationem illius.

Quod si dicatur, quod immo non tenetur alere fi-
23 lios fratrum, & in hoc consistere † onus hæredis, propter quod impeditur extensio dispositionis ad nepotes prout visus est tenere, *Molina, discussis opinionib. de primog. lib. 2. c. 15. n. 67.* quia Molina paulò
24 † infra vers. his tamen non obstantibus, dicit contrarium fuisse iudicatum, & quamuis ipse sequatur opinionem contrariam, attamen id tenet cum decla-
25 ratione, ibi, nisi dixerimus eo in casu, alimenta † nõ in capita, sed in stirpes esse præstanda, quod conuenit qualitati legati, de quo agitur, vbi filijs fratrum, in stirpes alimenta sunt legata.

Secundo est coniectura eiusdem voluntatis testatoris, quæ etiam fuit ponderata in prima decisione, nam qua ratione testator reliquit alimẽta filijs An-
26 geli, qui erant † pronepotes, eadem pari affectione, voluisse dicendum est, quoad nepotes Iulij, qui eidem testatori in eodem gradu, cum filijs Angeli existant.

Non obstat, quod supradicta coniectura ex contextu eiusdem legati excludatur, dum voluit ali-
27 menta deberi, si per eorum † patrem, & auum respectiuè non fuerit prouisum, quæ verba impediunt aptitudinem legati ad nepotes, vt ponderatum fuit *in Romana de Bonadies 21. Aprilis 1603. coram Illustriss. Card. Millino.*

28 Quia decisio illa loquitur † de filijs ex certo matrimonio natis, & nascituris, quorum appellatione, nepotes venire nòn poterant, huiusmodi autem impossibilitas deduci non potest ex prouisione facien-
29 da per patrem strictè † ad filios, cum & nepotes habere poterat, qui de alimentis ab eo essent prouidendi.

Neque obstant coniecturæ in contrarium ponderatæ, quia ex prædictis satis diluuntur, & leues sunt
30 † ad tollendam expressam legati dispositionem fauore filiorum primogenitorum. Et ita &c.

☞ *Decisio ista quæ hic allegatur in hac causa emanata nempe sub die 14. Iunij præteriti anni 1623. est supra in præcedenti Tomo decisio 479. & infra in eadem habentur aliæ decisiones, videlicet sub diebus 5. Iunij 1624. coram eodem bon. mem. Pirouano, & 21. Februarij 1625. coram bon. me. Francisco Vbaldo, & in Appendice adest altera sub die 18. Aprilis 1599. coram bo. me. Litta.*

R. P. D. REMBOLDO.

Bononien. Prædij.

Veneris 12. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Spolium regulariter intentari non potest, quando aliquid authore Prætore, & maximè cum consensu tacito, vel expresso partis, fuit factum. Immissio ex primo decreto ad quid fiat, cum non transferat nec dominium, nec possessionem. Adiudicatio cum habeat vim emptionis, & venditionis, ideo eisdem regulis moderatur, & quando ea adiudicatio fit alicui ex bonis communibus, qualiter interpretanda veniat. Ad licitandum quilibet admittitur, & quando etiam ipse creditor. Per subhastationis viam quando proceditur, an requiratur æstimatio, & quid in datione insolutum.

SVMMARIVM.

1 *Spolium non intrat, quando aliquid factum est authore Prætore.*
Quodq. multo magis procedit, quando pars ipsa consensit, vel saltem non reclamauit, num. 1.
2 *Spolium quis allegando non auditur, quando facto suo cecidit à possessione.*
3 *Factum Iudicis reputatur factum partis.*
4 *per Immissionem ex primo decreto, non transfertur nec dominium, nec possessio,*
Immissio ex primo decreto, solum transfert detentationem ad effectum, vt postea deueniatur ad subhastationem ex secundo decreto, num. 4.
5 *Peritus deputatus ad vnum effectum non releuat quo ad diuersum.*
6 *Adiudicatio habet vim emptionis, & venditionis, & eisdem regulis metitur.*
7 *Emptio, & venditio vltra rem, duo requirit, scilicet pretium, & consensum.*
8 *Aestimatio facta ob vnam causam, non operatur, quo ad diuersam.*
9 *Consensus excluditur ex contrario actu.*
10 *Mandatum sufficiens requiritur, quando tractatur de recipiendo aliquid insolutum.*
11 *Verba dubia interpretari debent secundum subiectam materiam.*
12 *Adiudicatio facta alicui de bonis communibus qualiter interpretanda veniat.*
13 *Meum, quod est, amplius meum fieri nequit.*
14 *Subhastatio an fuerit facta cum omnibus suis requisitis, id ex processu inquiri debet.*
15 *ad Licitandum, quilibet extraneus, immo etiam creditor admittitur alio non existente, vel existente quidem, sed non tam dignum pretium offerente.*
16 *Bonorum æstimatio an requiratur, in datione insolutum.*
17 *Iudex, quando procedit per viam subhastationis, & vẽdit bona creditori, nõ requiritur æstimatio.*

DECISIO DVI.

DOMINI censuerunt procedendum esse ad vlteriorem executionem, quia mandatum fuit relaxatum pro scutis 3103. auri in auro de marchia, & propterea cum Ceruia vigore subhastationis receperit tantum libr. 11. mill. quæ non constituunt dictam summam scut. 3103. vtique procedendum est ad vlteriorem executionem dicti mandati.

Non obstat exceptio prætensi spolij, quia diuisio prædij, quod Franciscus prætendebat se possidere,
1 pro indiuiso fuit facta authore Prætore quin & ipso Francisco consentiente, aut saltem non reclamante, vnde non potest conqueri Franciscus, quod per subhastationem portionis, quæ obuenit Lelio in dicta
2 diuisione, ipse fuerit spoliatus cum † à possessione dictæ portionis quatenus in ea vmquam extiterit ce-
3 cidit facto suo proprio, præsertim quia † etiam factũ Iudicis reputatur factum partis *l. si ob causam. C. de euict. l. si pignora. ff. eod. tit. Surd. cons. 39. num. 10. & cons. 49. nu. 1. lib. 1. cum alijs per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 13.*

Minus obstat quatenus prætendatur dictam portionem fuisse adiudicatam Ceruiæ, pro lib. 19. mill.

ideo ipsum esse de suo credito integrè satisfactum, itaut amplius locus non sit vlteriori executioni dicti mandati, quia in facto non subsistit quod ei fuerit adiudicata dicta portio, sed immo probatur dictam portionem fuisse subhastatam, & deliberatam Hieronymo filio Ceruiæ pro dictis lib.11.mill. vt dictũ est.

Non obstat, quod Ceruia fuerit in possessionem dictæ portionis immissus, quia per immissionem ex
4 primo decreto† non transfertur, nec dominium, nec possessio, sed solum detentatio ad effectum, vt postea deueniatur ad subhastationem ex secundo decreto *Alex.in l.à Diuo Pio. §.in venditione num.*10. *& ibi Ias.in §. si super rebus. num.*15.*ff.de re iudic. cum aliis per Rot. decis.*192.*num.*2. *part.*4. *diuers.*

Minus obstat æstimatio dicti prædij facta per peritum, & decretum Iudicis, quo mandauit exequi diuisionem à perito factam, quia dictus peritus non
5 fuit† deputatus ad faciendam æstimationem ad effectum adiudicationis dicti prædij, sed tantum ad effectum diuidendi dictum prædium inter Franciscum & Lelium, seu dicti Lelij hæredes, & Ceruia post eiusdem periti relationem petijt mitti sortem super partibus à perito factis, dixitq. velle acceptare partem sibi obuenientem ad effectum illam retinendi, vel subhastandi, & pretium accipiendi ad bonum computum crediti, & protestatus fuit quod per acceptationem dictæ partis non intelligatur facta aliqua adiudicatio insolutum; cum dicta diuisio facta fuerit non ad effectum accipiendi insolutum, sed ad effectum euitandi communionem, & citra præiudicium ipsius comparentis, ex quibus penitus exclu-
6 ditur prætensa† adiudicatio, cum illa habeat vim emptionis, & eisdem terminis, & regulis metiatur *l.eleganter. in princ. & ibi Doct. ff. de pign. act. Tiraq. de retract. lign. d. §.*1.*glos.* 14. *num.* 2. *Rota*
7 *decis.*662.*num.*5. quæ requirit †vltra rem duo alia requisita videlicet pretium & consensum, *§.*1.*instit. de empt. & vend. Rota decis.*115. *num.*1. *par.*1. *diuers.* quæ requisita hic non interuenisse satis apparet, ex quo non adfuit nec consensus Ceruiæ, nec
8 pretium, quia (vt dictum est) æstimatio †non fuit facta ad effectum adiudicationis, vltra quod, nec de tali pretio fuit aliqua facta mẽtio in dicto decreto, & sic apparet non adfuisse etiã cõsensum iudicis ad faciendam adiudicationem, atque hic consensus ma-
9 gis excluditur ex subsecutis, quia nempe †idem Iudex eandem portionem deliberauit Hieronymo filio Ceruiæ, ex quo apparet ipsum minimè prius dictam portionem dictæ Ceruiæ adiudicasse, & tollitur deni-
10 que difficultas, quia non constat †de sufficienti mãdato Hieronymi recipiendi dicta bona insolutum per adiudicationem, ad *text. in l. non abstulit, & ibi glos. C.de nouat.*

Non obstant verba assignauit, & adiudicauit Ceruiæ, de quibus in dicto decreto, quia dicta verba sunt
11 dubia, †& debent intelligi ad effectum separandi à parte, seu portione prætensa à Francisco, ad tradita per *Bart.in l. si constante. num.*93. *ff. solut.matr.*

Quod etiam ex eo suadetur, quia eodem contextu Iudex assignauit, & adiudicauit eidem Francisco,
12 & fratribus aliam medietatem dicti prædij, vnde†sicuti adiudicatio facta dicto Francisco intelligi debet de assignatione ad effectum distinguendi partem suã ab altera parte, non autem ad effectum transferendi dominium in dictum Franciscum, cum iam illa pars
13 verè esset sua, †nec amplius sua fieri posset, ita & eadem ratione adiudicatio facta Ceruiæ intelligi debet de simili assignatione ad effectum separationis, non vero translationis dominij.

Non obstat quod subhastatio non sit facta cum debitis requisitis, quia immo ex processu apparet
14 † illam fuisse factam cum omnibus requisitis, de quibus per *Bart.in l.licitatio. num.*2. *ff. de publ. & vectig.*

Non obstat, quod deliberatio non potuerit fieri filio Ceruiæ creditoris, quia dictus filius obtulit nedum nomine Ceruiæ, sed vti quilibet extraneus, &
15 creditor etiam admittatur ad licitan. alio† emptore non existente, vel existente quidem non tam dignũ pretium offerente *l.*2. *& ibi Bald. & alij. C. si in caus.iudic.* latè *Surd. cons.*256.*num.*5.*& seq. vol.*2. *Rol.cons.*32.*num.*33.*vol.*1. *Rota coram Card. Seraphin.decis.*1478.*& decis.*12.*corã san.me. Greg.XV.*

Non obstat, quod erat necessaria æstimatio, quia
16 quicquid sit dicendum †in datione insolutum id cessat, quando Iudex procedit per viam subhastationis, & vendit bona creditori, vt contra *Afflict. tenet Surd. d. cons.*156. *num.*6. *lib.*2. *& fuit dictum in Mediolanen. euictionis* 5. *Maij* 1603. *coram Reuerendiss.D.meo Decano &c.*

R. P. D. VBALDO.

Romana Diuisionis Officij.

Veneris 12. *Ianuarij* 1624.

ARGVMENTVM.

In quasi possessione exigendi, quis est manutenendus, quæ quasi possessio probatur etiam ex vnica solutione, & solutio, quando versamur in dubio quo titulo, & causa præsumatur facta. Conductio, quando dicatur tacitè reseruata, & an sit ex illis contractibus, qui scripturam requirũt, & quando renouatur, censetur facta iuxta terminos præcedentis locationis.

SVMMARIVM.

1 *Solutio vnica, constituit quem in quasi possessione exigendi, & ideo ei competit manutentio.*
2 *ex Iurium productione resultat confessio eorum in illis contentorum.*
3 *Relatio operatur, vt relatum sit in referente, cum omnibus suis qualitatibus.*
4 *Solutiones præsumũtur factæ ex titulo præambulo.*
5 *Solutio præsumitur facta in extinctionem causæ præcedentis, & hoc maximè quando congruit summa soluta, cum quantitate debita.*
6 *Simulationis exceptio non impedit manutentionem cum respiciat titulum, & proprietatem.*
7 *Conductio, quando dicatur tacitè renouata.*
8 *Locatio, & conductio, neque scripturam, nec verba requirit, sed sufficit solus consensus.*
9 *Locationes, & conductiones vt plurimum tacitè renouantur.*
10 *Possessio, quando cessat, cessare, etiam debent remedia possessoria.*
11 *Rem, & pretium æquum non est vt quis retineat.*
12 *Relocatio præsumitur renouata iuxta terminos locationis.*
13 *in Possessorijs sufficit allegare factum, sine aliqua causa obligatoria.*

14 *In remedio retinendi non licet allegare extinctionem causæ, vel tituli.*

DECISIO DVII.

De Anno 1612. 1. Februarij D. Vincentius emit ratam partem tituli, & scripturarum cuiusdã officij Capitolini ab Angelo, & Octauiano pro pretio scut. 1500. & eandem ratam incontinenti eisdem venditoribus locauit pro annuo affictu, seu responsione scutorum 120. & cum venditio esset facta cum pacto redimendi intra sex annos, ijs elapsis, Vincentius prorogauit tempus redimendi ad alios quinque annos; orta deinde controuersia inter partes super solutione affictuum, Dubitaui, An Vincentio esset dãdum mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi affictus dictæ ratæ partis tituli & scripturarum, & Domini affirmatiuè responderunt, constat enim de eius possessione ex pluribus quietantijs datis in summario à parte aduersa, & nonnullæ etiam fuerunt productæ in actis, ex quibus apparet Vincẽtium recepisse diuersis temporibus ab aduersarijs multas pecuniarum summas, cum tamen vnica so-
1 lutio † sufficeret ad hunc effectum manutentionis, *glos. & Doct. in cap. cum Ecclesia, vbi Rip. nu. 53. de caus. possess. & propr. Seraph. decis. 436. num. 1. & decis. 1411. num. 2. Rota decis. 313. num. 1. coram fel. recor. Greg. decis. 764. sub num. 3. par. 2. recent. in Cusentina pensionis 4. Maij 1616. coram me*, & sæpissimè in alijs, & ex tali productione resultat con-
2 fessio eorum, quæ † continentur in scriptura producta iuxta vulgatam *l. publica. §. fin. ff. depos. cap. cum olim de censib. Dec. in cap. cum venerabilis. num. 122. de except. Surd. cons. 5. num. 37. fuit dictum in Romana dotis 6. Iunij 1611. coram me.*

Neque obstat, quod plures quietantiæ dicant pro fructibus scutorum 1500. non autem pro affictu, quia vna quietantia expressè refertur ad instrumentum inter partes rogatum manu Buratti Notarij, quod est instrumentum affictus, de quo agitur, quæ
3 † relatio operatur, vt relatum sit in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto. ff. de hæred. instit. Bart. in l. 1. ff. de recept. Aym. cons. 45. num. 4. Surd. decis. 291. num. 18. Rota decis. 522. num. 10. coram Gregor. XV. fuit dictum in Anconitana prædij 11. Nouembris præteriti coram me*, & ista vnica solutio sufficeret ex supradictis, & aliæ etiam conferũt, ex quo non constat de alia causa soluendi, vnde præ-
4 sumẽdum † est solutiones fuisse factas ex titulo præambulo locationis, *l. 2. C. de acq. poss. glos. in l. quædam mulier. ff. de rei vendic. Aym. cons. 158. nu. 13. Decian. cons. 60. num. 29. lib. 2. fuit dictum in Mutinen. Canonicatus coram me, quæ est decis. 560. nu. 5. par. 2. in recent. & in decis. 301. num. 3. par. 1.* vbi
5 consideratur etiam † conformitas summæ solutæ de semestri in semestre per plures annos cum obligatione dicti affictus, & est *decis. 511. num. 3. coram Greg. XV. & ibi allgatur decis. Seraph. in Romana societatis 14. Nouembris 1593. quæ est decis. 1093. num. 3. in eius impress.*

Non obstat exceptio simulationis, & vsurariæ prauitatis ex aduerso opposita, quia Domini putabãt sufficere responsionem, quod talis exceptio non im-
6 pedit † manutentionem, cum respiciat titulum, & proprietatem, vt in puncto fuit resolutum apud *san. mem. Greg. XV. decis. 140. nu. 2. par. 1. recent. & fuit deductum in decis. 99. num. 2. par. 1. diuers.* ad quam se referunt istæ posteriores decisiones, & hæc modicam videbantur habere difficultatem, durante locatione sex annorum, quæ expirauit vltima Ianuarij 1618. Neque multum Domini dubitabant, etiam durante alio quinquennio, pro quo tempore Vincentius prorogauit tempus ad redimendam ratam tituli, & scripturarum sibi venditam, vt supra dictũ est, quin esset tacitè renouata locatio saltem in consequentiam prorogati temporis ad redimen. cum
7 † conductores permanserint in eodem exercitio, & soluerint eandem quantitatem antea conuẽtam, iuxta *tex. in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locat. &*
8 *l. legem. C. eod. tit.* cum locatio, & conductio, † neque scripturam, neque verba requirat, sed solo consensu contrahatur *l. 1. ff. locat. l. consensu. ff. de*
9 *act. & oblig.* & plerumq. etiam † tacitè renouetur, vt per *Card. Mant. de tacit. lib. 5. tit. 15. num. 1.* vnde si quid deest Vincentio, quod non fuerit ab aduersarijs consecutus pro annis 11. elapsis, & finitis vltima Ianuarij 1623. putabant Domini ei competere remedium manutentionis ex supradictis, sed post dictum tempus Domini non erant satis concordes, quod Vincentio competeret tale remedium, cũ certũ esse videretur finitã esse locationẽ expressam, vel tacitam, & consequenter quamlibet obligationem conductorum de soluendo affictu esse extinctam,
10 † qua cessante videatur etiam cessare remedia quælibet possessoria, vt *Bart. in l. cum de in rem verso. numer. 14. ff. de vsur. & post alios relatos Peregr. de fideic. art. 46. num. 20.* nec ad rem facit, quod cum conductores receperint pretium pro rata vendita Vincentio non sit æquum, illos retinere pretium, &
11 † fructus pro se percipere, quia id non pertinet ad remedium manutentionis, sed *l. curabit. C. de act. empt.* & in omnem euentum, cum simus in fructibus ciuilibus, qui percipiuntur de die in diem ex commodo
12 scripturarum, de quibus agitur, † prætensa relocatio deberet intelligi de die in diem, iux. *dictũ §. qui impleto*, & ea videretur finita statim atq. conductores recusarunt pensionem, seu affictum soluere, e contra vero, quod in istis possessorijs sufficiat allegare
13 factum perceptionis sine aliqua † causa obligatoria firmat in puncto *Peregr. vbi supra nu. 21.* post plures relatos, & sæpè firmauit Rota, & signantèr in *causa Romana vineæ de Fabris 10. Ianuarij 1611. coram Reuerendiss. Lugdunen. quæ est decis. 275. numer. 5. par. 1. recent.* & quod in remedio retinendæ
14 † non liceat allegare extinctionem causæ, vel tituli, *Caputaq. decis. 317. par. 2.* & in alijs allegatis per informantes, vnde fuit conclusum dandum esse mãdatum de manutenẽdo D. Vincentio quoad affictus decursos pro tempore præterito conuento, & prorogato, sed ab inde citrà poterit denuo, si ipse voluerit, Rota consuli. Et ita decisum &c.

In eadem causa habetur infra in sequenti altera decisio sub die 23. Maij 1625. coram eodem bon. me. Vbaldo.

R. P. D. VBALDO.

Arimineñ Bonorum.

Veneris 19. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Renunciatum tantum dicitur, quantum expressum, & non plus, vnde si facta sit aliqua transactio, & tan-

tum certa bona fuerunt specificata, veluti allodialia sine dubio talis transactio non est extendenda etiam ad bona feudalia, & maximè stantibus pluribus deductis hic in decisione. Ex renunciatione appellationis non bene infertur ad renunciationem iurium sibi in sententia reseruatorum. Verba quæ dispositionem restringunt, absurdum est asserere, ea operari ampliationem.

SVMMARIVM.

1 *Renunciationes, cum regulariter sint stricti iuris non trahuntur, nisi ad expressa.*

2 *Transactio, cum sit stricti iuris, vnde non trahitur nisi ad actus expressos in ea.*

3 *Bona allodialia, propriè dicuntur competere iure hæreditario potius, quam feudalia.*

4 *Bona feudalia competunt ex inuestituris, non autem veniunt ex testamento, vel alia simili voluntate.*

5 *Verba, quando dicantur venire continuatiuè ad præcedentia.*

6 *Dictiones, vt puta, insuper, præterea, & similes solent addere, vel distinguere casum à casu.*

7 *Clausula posita continuatiuè ad aliquam dispositionem, ab ea restringitur.*

8 *Verba restringentia, quando sunt clara, nullatenus admittenda est ampliatio.*

9 *Appellationi dum quis renunciauit, non præsumitur quoque voluisse renunciare, iuribus sibi reseruatis in sententia.*

10 *Bona allodialia possunt cadere sub hæreditate paterna, & num. 11.*

12 *Verba prolata ad alicuius fauorem non debent in eius odium retorqueri.*

13 *Sequela illa non tenet; Titius, & alij credunt, & dicunt se scire Sempronium non habere aliquod ius in certis bonis, ergo Sempronius iuri sibi competenti in illis bonis renunciauit.*

14 *Verba in dubio qualiter veniant interpretanda.*

15 *Transactum non censetur nisi super illis bonis, quæ in transactione clarè fuerunt specificata.*

16 *Confirmatio non auget, nec extendit confirmatum vltra id, quod in eo continetur.*

17 *Transactio, dum confirmat alteram transactionem iam initam, regulatur eisdem terminis.*

18 *Renuncians liti, in qua controuertebatur de bonis feudalibus, ex hac renunciatione nullo modo inferendum est etiam ad renunciationem bonorum allodialium.*

19 *Verba dispositiua, & non narratiua in instrumentis posita sunt attendenda.*

20 *Transactum non potest dici id, quod in transactione non habetur expressum.*

DECISIO DVIII.

AGENTI Constantino, vel eius hæredibus ad rescissionem quarumdam transactionum, necnon cõsequutionem bonorum allodialium q. Comitis Ioan. Baptistæ fuit ex aduerso oppositum de *l. si diuersa C. de transact.* quam tamen non obstare, fuit in Rota resolutum coram me 23. Iunij 16 7. * quia transactiones emanauerant super bonis feudalibus, non autem super allodialibus, super quibus tantum causa rescissionis, & restitutionis bonorum fuit commissa in Rota, vt latius in decisione, cum qua etiam Dñi transierunt die 31. Ianuarij 1620. * cæterum quia pars Domini Comitis Sempronij, & litis consortium cupiebat super hoc particulariter audiri, an dictæ transactiones comprehenderent tantum bona feudalia, an etiam allodialia, proposito eiusmodi dubio, Domini vnanimes censuerunt, allodialia non comprehendi in transactionibus, & sic standum in decisis.

Quia quoad primam transactionem controuerti posse non videtur, quin causa penderet inter partes super Castris Soliani, & alijs expressis, vt apparet ex commissionibus causæ in Camera, & super Castris, & bonis feudalibus, & iurisdictionalibus, fuit etiam lata sententia per bo.me. Cardinalem Cęsium & bon.mem. Cerasium tunc Thesaurarium, per quã pronunciatum fuit dicta Castra, & bona spectare ad Comitem Sempronium, & consortes, vti nepotes ex recta linea quondam Ramberti eorum aui, & comprehensos in inuestituris per dictum Rambertum receptis, & nullum in ijs ius competere Cameræ Apostolicæ, nec Constantino, reseruatis tamen eidem Constantino iuribus, & prætensionibus, si quæ competunt super bonis allodialibus, in transactione vero præuia narratiua litis, & sententiæ prædictæ in specie reseruationis super iuribus bonorum allodialium tantum, Constantinus renunciat appellationi à dicta sententia interpositæ, imò sententiam approbat, & confirmat, & promittit, quod nec ipse, nec eius filij, nepotes, & hæredes, & successores vnquã petent audiri in dicta causa, & appellatione, vnde cum iudicium intentatum, & sententia expresse emanauerint super Castris, & bonis iurisdictionalibus vt supra, transactio, per quam fuit renunciatum appellationi à dicta sententia, non potest comprehendere nisi Castra, & bona controuersa, habentia
1 iurisdictionem, †cum renunciatio regulariter sit stricti iuris, & non trahatur nisi ad expressa, *Tiraq. in l. si vnquam in præfat. num. 126. & seqq. C. de reuoc. donat. & de retract. lignag. §. 36. glos. 2. nu. 50.* Caputaq. *decis. 308. par. 3.* Rota *decis. 624. num. 1. par. 1. diuers. 115. num. 9. par. 1. recent. & decis. 782. num. 4. & 5. par. 2.* & in transactione idem dicitur,
2 † quod sit stricti iuris, & non trahatur ad casus non expressos, sed solum ad ea, de quibus actum est, vt in decisione de qua agitur, & apud *Seraphin. decis. 1384. num. 2. & 9. & per Rot. decis. 63. nu. 2. par. 1. diuers. Surd. cons. 418. num. 11. & 15. lib. 3.* & benè ad propositum *Angel. Aret. cons. 71. num. 10. in fin. & seq. Card. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 6. nu. 1. & 6. cum seqq.*

Non obstant illa verba transactionis, ibi, *Dando il detto Sig. Constantino alli sudetti Signori Conti tutte le sue pretensioni, si per vigore del testamento del Conte Gio. Battista Malatesta, codicillo, & altre ragioni antiche, & moderne, che gli competesse, ò potesse competere sopra la detta heredità,* ex quibus verbis inferunt informantes, quod transactio com-
3 prehendat etiam †allodialia, quæ propriè dicuntur competere iure hæreditario potius, quam feudalia,
4 quæ competunt ex inuestituris, non autem † veniunt ex testamento, vel alia simili voluntate, quia fuit re-
5 sponsum prædicta verba venire continuatiuè ad præcedentia, in quibus de renunciatione appellationis à sententia supradicta actum fuerat, nec adest aliqua
6 dictio, vt puta, insuper, præterea † vel similes, quæ addat, vel distinguat casum à casu, & propterea
7 quæcumque clausula inde † sequens restringitur ad causam

causam proximè expressam, & specificatam *ad l.si de certa, vbi Doctor. C. de transact. l.si ita quis. §. fin. ff.de verb.oblig.Seraph.decis.317.num.1. & 2. Rot. decis.55.num.12.par.2.diuers.* & cessat difficultas
8 † ex verbis subsequentibus, ibi, *conforme alla sentenza ottenuta da loro fauoreuole* in qua sententia nullum verbum de allodialibus, nisi quod præseruatur Constantino ius super illis, vt dictum est, ideo-
9 que eo inuerisimilius est, vt dum † renunciauit appellationi à sententia contra ipsum lata, voluerit etiã renunciare iuribus sibi præseruatis, quæ erant allodialia, non iurisdictionalia, licet prætenderet, Castra super quibus fuerat litigatũ esse etiam talia, & pro-
10 pterea† posse cadere sub hæreditate paterna, & id etiam confirmatum ex pacto resolutiuo non soluendi scuta 80.annua *in euento che detti Conti perdessero lo stato che li fosse tolto dalla ragione*, quod indicat, recompensam, quæ datur in transactione, fuisse datam pro iuribus, & prætensionibus Constantini super Castris, quæ poterant forte in causa appella-
11 tion[...] sicut ante sententiam† prætendebantur declarari allodialia,& sic mediante iustitia perConstantinum auocari, licet per sententiam fuisset iudicatũ, esse feudalia, & sic ad eum non spectare, sed ad Comites.

Nec obstant illa verba, *si contentano, & promettono dare, se ben sanno, che il Signore Constantino non ha che fare nell'heredità del Conte Gio.Battista*, quia ista verba fuerunt prolata ad fauorem
12 Constantini, † ideo non debent retorqueri in eius præiudicium, *l. quod fauore, C. de legib.* nec valet hæc sequela Sempronius, & alij credunt, & dicunt
13 †se scire Constantinum non habere ius super bonis allodialibus patris sui, igitur Constantinus renunciauit iuri sibi competenti super dictis bonis, nec etiam faciunt subsequentia verba, *& quando mancassero li sudetti Signori di darli à detti tempi, gli danno auttorità, che lui se li possa pigliare sù li frutti delle possessioni, che hanno nella Corte di Sogliano dell'heredità del Conte Gio.Battista*, quia debent
14 intelligi retento eodem† themate, de quo proximè videlicet quod ex eo obligantur fructus dictarum possessionum, quia Sempronius, & alij credebant Constantinum nullum ius habere in dictis bonis, quæ
15 de facto ipsi possidebant, † & hodie possident, non autem inde sequitur, quod fuerit super istis bonis transactum.

De alijs verò duabus transactionibus, paucis agẽ videbatur, nam secunda nihil aliud continet, quàm reuocationem cuiusdam protestationis factæ ante primam, & hęc ad effectum vt prima transactio, non obstante dicta protestatione, validaretur, & confirmaretur, quæ confirmatio non auget, nec extendit
16 †confirmatum, vltra id, quod in eo continetur *l. Aurelius §.1.ff.de liber.leg. Dec.in rubr.extra de confir.vtil.vel inutil.num.3.Surd.cons.330 num. 18.& cons.349.num.7.lib.3. Rot.decis.429.num.1. & in eadem causa decis.55.num.2.par.2.recent.*

Tertia verò transactio in prima sui parte expressè
17 confirmat duas præcedentes, † & ideo habent locũ proximè allegata, in alia vero parte continet cessionem, & renunciationem Constantini liti, & causæ per ipsum motæ super deuolutione Castri S. Ioannis in Galilea, vt apparet ex lectura, ideo nullo modo extenditur ad bona allodialia, nec facit, quod in narratiua huius transactionis fuerit facta mentio litis coram Dominis Cornelio, & San Vitali, tum quia attenditur dispositiua, potius quam narratiua, iuxta tradita per *Rot.decis.34.num.12.par.2.diuers. Dec.cons.28.num.38. & fuit dictum in Romana meliloramentorum 24. Nouembris 1617. & in Barbastren.decimarum 10. Nouembr. præteriti coram me*, tum quia etiam illa lis fuerat ex causa restitutionis in integrum aduersus duas priores transactiones, quę vt supra confirmatum est, non comprehendebant bona allodialia. Et ita fuit decisum &c.

☞ ** *Decisiones istæ in hac eadem causa emanatæ sub diebus 23 Iunij 1617.& 31.Ianuarij 1620.coram bon.mem.Remboldo, adsunt infra in Appendice, prout in Indice ibi in princip.posito.*

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Deuolutionis.

Veneris 19. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis deuolutio ob non solutum canonem, vt intret, debet probari transactum esse tempus ad hoc à iure præfixum. A solutione canonis quis est excusandus, ne incidat in caducitatem ex causa absentiæ. Emphyteuta non cadit ab emphyteusi ob alienationem rei facta à creditoribus per viam subhastationis & deliberationis, inscio Domino. Obligatio generalis, non comprehendit prohibita alienari. Melioramenta promissa,& cæteræ conuentiones censentur per emphyteutam adimpletæ, stante cursu longissimi temporis, & præsertim si Dominus directus semper canones receperit, cum etiam per talem receptionem censetur remissa omnis caducitas.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quod sit valida, colligitur ex reuolutione actorum, & quod sit iusta ex decisionibus in causa factis.*
2 *Deuolutio vt intret ob non solutionem canonum debet esse lapsum biennium in terminis emphyteusis ecclesiasticæ.*
3 *Canonem non soluens ex causa absentiæ, non incidit in caducitatem, sed excusandus venit.*
4 *Restitutio alicui competit ex capite iustæ ignorãtiæ.*
5 *Emphyteutica bona alienans irrequisito Domino incidit in caducitatem.*
6 *Alienatio rei emphyteuticæ facta à creditorib. mediante subhastatione, & deliberatione, non facit, vt emphyteuta cadat ab emphyteusi.*
7 *sub Obligatione generali non veniunt bona prohibita alienari.*
8 *Caducitatem intentans, quia linea est finita onus id probandi incumbit agenti.*
9 *Lineam fuisse finitam non dicitur doctum, dum de contrario constat.*
10 *Melioramenta conuenta præsumuntur facta, stante lapsu longissimi temporis.*
11 *Emphyteuta præsumitur fecisse melioramenta conuenta, & adimpleuisse omnes conuentiones, stante cursu temporis, & præsertim, si Dominus directus semper perceperit canones.*
12 *Caducitas incursa omnis censetur remissa stante receptione canonum.*

DE-

21 *Contractus natura quando est in aliquo alterata, ea nihil operatur, quoad reliqua, cum intacta remaneant.*
22 *Esse non dicitur, nisi id perpetuo duret.*
23 *Contractus non potest dici emphyteuticus, si in instrumento de eo nulla mentio habeatur.*
24 *Bona censuata ad quoscumque hæredes, secundum eorum propriam naturam possunt transferri.*
25 *Pactum caducitatis per cessationem solutionis non repugnat contractui censuali.*
26 *Consolidatio dominij vtilis, cum directo, in materia censuali fieri non potest.*
27 *Testamentum si non sit in forma probanti, non releuat.*

DECISIO DX.

DVM quæreretur An esset recedendum à resolutis in hac causa sub die 20. Martij 1623.* placuit Dominis firmare donationem Petri continere contractum censualem,& non emphyteuticum recedendo in hac parte à decisis, & de alijs reseruando videre in separata disputatione.

Voluntas enim donantis relata ad censum patet ex verbis contextus eiusdem donationis huius Casalis reseruatur vtile dominium ipsi donanti, & suis filijs, & nepotibus masculis vsque in infinitum, cum responsione 50. librarum Ceræ nouæ deficientibus autem prædictis, si contigerit superuiuere Ioannem Antonium filium Iannotti fratris germani donantis, seu filium illius,vel nepotem aut pronepotem vsq; in in infinitum per rectam lineam masculinam descendentem, & deinde subduntur formalia verba, quod tunc, & in dictis casibus, vel eorum altero præfatũ Casale sit censuale dictæ Ecclesiæ B. MARIÆ, & paulò infra, qualitas ista repetita legitur respectu descendentiæ Antonij, quod in Vigilia B. MARIÆ Virginis Assumptionis teneantur soluere,& respondere pro censu, & redditu dicti Casalis viginti quinque florenos aureos, & in comminatione si cessauerint soluere per quinquennium sub eadem qualitate exprimitur, nempe si dictum censum, & redditum soluere cessauerint.

Ex quibus duo inferuntur, nempe denominatio
1 qualitatis census, qui specie ab emphyteusi distinguitur *Soccin. sen. cons.* 167. *nu.* 6. *lib.* 2. *Card. Mant. de contr. lib.* 22. *tit.* 3. *num.* 9. & pro tali haberi debet prout à partibus nominatur *l. qui fundum. §. fundi. ff. de contr. empt. Alex. cons.* 3. *num.* 4. *lib.* 1. *Crau. cons.* 20. *num.* 1. *Becc. cons.* 35. *num.* 9. *lib.* 1. *Surd. consil.* 243. *num.* 3. *Card. Mantic. de contr. lib.* 22. *tit.* 8.
2 *num.* 17. secundum vero est ipsa denominatio † dispositiuè non autem incidenter concepta, ibi sit censuale, quæ cum sit expressiua veritatis substantiæ,
3 & † qualitatis contractus *Ias. in l. sciendum num.* 5. *ff. de leg.* 1. *Signor. cons.* 87. *num.* 10. non subiacet inter-
4 pretationi, nedum quia † à proprietate non est recedẽdum, *l. si alij. ff. de vsufruct. legat. Dec. cons.* 22. *col.* 1. *num.* 3. & *cons.* 305. *nu.* 1. *Becc.* latissimè comprobans *d. cons.* 35. *num.* 9. sed nec etiam data possi-
5 bilitate inferendi ad vtrumque contractum, † quia in dubio magis ad naturam census, quam emphyteusis verba sunt referenda, *Afflict. decis.* 129. *num.* 4. *Menoch. præsumpt.* 106. *nu.* 3. *lib.* 3. *Card. Mantic. de contr. lib.* 22. *tit.* 3. *num.* 11.

Non obstat ratio separationis dominiorum, & re-
6 cognitionis promissæ, ex quibus dicebatur † censum esse non posse, sed emphyteusim *gloss. in cap. constitutus de Relig. dom. in verbo iuxta notam*, vbi *Innoc. Abb. Butr.* & *Card.* & *Soccin. sen. cons.* 167. *numer.* 6. *vol.* 2. admittens impossibilitatem census exi-
7 stente † dominio directo penes alterum, & idem dicebatur probasse, *Clar. in §. emphyteusis q.* 1. *Menoch. præs.* 106. *num.* 1. *lib.* 3. & *cons.* 372. *num.* 10. *Mant. de contr. lib.* 22. *tit.* 3. *num.* 10.

Quia fuit responsum de voluntate Petri non esse
8 † dubitandum, & potestatem non deficere, cum versemur in limine contractus, & in traditione rei pro-
9 priæ † in qua potest apponi pactum substantiæ non contrarium, *cap. verum de cond. apposit. lib.* 1. *C. de cond. apposit. insert. Capic. decis.* 135. *num.* 2. & *decis.* 196 *in fine*, *Afflict. decis.* 129. *num.* 8. *in fine*, & prout dicitur de Domino transferente in feudatarium
10 vtrumque dominium, † quod licet videatur contra naturam feudi, non tamen in reliquis desinit esse feudum, *Dec. cons.* 193. *num.* 4. *Becc. cons.* 101. *n.* 74. *Natt. cons.* 114. *num.* 7. *Surd. cons.* 243. *nu.* 26. & 27. *referens Bald. in l. auia in fine, C. de iur. dot.* dicen-
11 tem, † quod natura contractus pacto non mutatur.

Et quamuis idem *Surd. sub num.* 29. distinguat
12 substantialia † contractus ab accidentalibus, & naturalibus, admittendo quod pacta contra substantiam
13 sustineri non possant † sequendo *gloss.* & *Doctores in l. pacta conuenta. ff. de contr. empt.* & *alios ab eodem allegatos.*

Attamen ex separatione dominiorum non subuer-
14 titur † substantia census itaut corruat, vel in aliũ contractum transeat, vt dicitur de pacto apposito in
15 donatione † causa mortis, vt illa remaneat irreuo-
16 cabilis, vel de † commodato, vel præcario, vt in pri-
17 mo transeat dominium, in secundo † ad tempus determinatum duret, de quibus per *Bart. in l. vbi ita donator. ff. de donat. caus. mort. Abb. in cap. fin. de præcar.* & *alios allegatos per Surd. d. cons.* 243. *nu-*
18 *mer.* 31. vel in emphyteusi, † vt non soluatur pensio, vt per *Natt. cons.* 114. *num* 6. quæ omnia tangunt
19 substantiam contractus, sed alteratur † tantummodo natura illius, vt scilicet etiamsi soluatur de re aliena, non autem de re propria quam possidet, prout est de natura census, *Mantic. de controu. lib.* 22. *tit.* 3. *num.* 2. *Menoch. d. præsumpt.* 106. *num.* 2. in reliquis tamen remaneat substantia census, scilicet transferendi rem censuatam ad hæredes quoscumque, & quod per cessationem responsionis, aut alie-
20 nationem † & irrequisito Domino non cadat à dominio rei censuatæ, qui sunt effectus ponderati per eũdem *Menoch. d. præsumpt.* 106. *num.* 16. & *Honded. cons.* 81. *num.* 4. *uol.* 2.

Neque dicatur quod voluntas Petri sit restricta
21 ad † tempus, & personas, nempe ad eius, & Antonij fratris sui germani descendentes, ibi, quod tunc, & in dictis casibus prædictum Casale sit censuale, itaut finitis generationibus, prout euenit, remaneat pri-
22 mordialis † natura contractus de emphyteusi, dum esse non dicitur, nisi perpetuo duret *l. ex facto, vbi Bart. ff. de hæred. instit. l. si fundus. l. quæsitum. l. si chorus. §. his verbis. ff. de leg.* 3.

Quia fuit dictũ quod adhuc non consequitur, quod contractus sit emphyteuticus, quia in toto contextu
23 instrumenti nullum est verbum, † quod denotet emphyteusis naturam, aut quod dominium vtile prouenerit à Monacis, vt ponderat *Bart. in l. si aliquam rem. num.* 9. *ff. de acquir. possess.* interim autem non amit-

DECISIO DIX.

FVIT dictum, sententiam Rotalem, qua declaratum fuit deuolutionem non intrare, esse con-
1 firmandam, quia quod sit valida † apparet ex reuolutione actorum, & de iustitia dictæ sententiæ constat ex decisionibus factis coram Reuerendiss. D. Patriarcha, * in quibus pluribus fuit ostensum, nullum ex quatuor capitibus, ex quibus prætendebatur deuolutio pro parte Monasterij subsistere.

Quo enim ad primum ob non solutionem cano-
2 num cessat, ex eo potissimum, quod non † erat lapsum biennium necessarium ad hunc effectum, *cap. potuit de locat. Card. Mantic. de tacit. & ambig. l. 22. tit. 27. num. 1. Rota decis. 400. num. 11. par. 1. in re-*
3 *centior.* & quia in omnem †euentum, Cæsar esset ex causa absentiæ excusandus, *Dec. cons. 138. sub nu. 7. ad fin. vers. postremo. Corbul. de caus. priuat. ob non*
4 *sol. can. limit. 10. nu. 2.* seu †illi ex capite iustæ ignorantiæ competeret restitutio, *Ruin. cons. 150. sub numer. 13 lib. 1. Rom. cons. 166. in fin. Alex. cons. 169. num. 10. lib. 2. & cons. 45. num. 4. cum alijs per Corbul. de caus. priuat. ob non sol. can. limit. 20. num. 7.*

Minus subsistit secundum ob alienationem vnius
5 partis, † seu stantiæ domus in emphyteusim concessæ, irrequisito Domino factam, quia dicta alienatio non fuit facta à Cæsare, sed à creditoribus Antonij
6 mediante subhastatione, † & deliberatione, nec Antonius dici potest dictam domum hypotecasse ad fauorem creditorum, quia de hypoteca expressa non
7 constat, & sub obligatione † generali non veniunt bona prohibita alienari, *Bart. in l. codicillis. §. instituto. num. 5. ff. de leg. 2. Alex. cons. 41. nu. 2. & seqq. lib. 6. Cuman. cons. vlt. num. 4. cum alijs per Cardin. Mantic. d. tractat. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 28. num. 54.*

Cessat etiam tertiū ob lineam finitam, quia onus
8 probandi, quod linea † sit finita incumbit Monasterio, *Card. Seraph. decis. 1458. num. 1. & fuit dictum in Romana domus de Blanchis 10. Martij 1619. coram* R. P. *D. meo Buratto, & in alia Romana domus 22. Martij 1621. coram R. P. D. meo Caualerio,* & ni-
9 hilominus tantum abest vt probetur pro parte † dicti Monasterij lineam inuestitorū esse finitam, vt etiam de contrario constet ex deductis in dicta decisione Reuerendiss. D. mei Patriarchæ.

10 Denique corruit quartum ob non facta † melioramenta, quia ex lapsu annorum 70. à die inuestituræ ad motam litem, præsumitur melioramenta con-
11 uenta facta, & † adimpletæ omnes conuentiones, cū præsertim Monasterium perceperit canones, per quam etiam perceptionem videtur omnis caducitas
12 remissa † *Honded. cons. 34. nu. 85. lib. 2. Menoch. consil. 206. num. 123. Surd. cons. 86. num. 14. & seq. & Dec. 317. num. 1. & 2. & num. 14. Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 33. num. 3. cum alijs per Corbul. de caus. priu. ob alien. irreq. Dom. fac. lim. 40. & in tit. de caus. priu. ob non sol. can. ampliat. 9. num. 10. & 11.* &c.

Videlicet sub diebus 17. Iunij 1619. & 25. Iunij 1621. & 29. Aprilis 1622. primæ duæ habentur infra in Appendice, tertia est supra in præcedenti Tomo decisio 383.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Casalis.

Lunæ 29. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Contractus emphyteuticus, & censualis specie inter se differunt, ideoq. dum constat per verba dispositiuè prolata partes voluisse constituere contractum censualem, non est tractādum de natura contractus emphyteutici, & in dubio verba potius sunt referenda ad naturam census, quam emphyteusis. Pacta contra substantiam contractus, an sic alterent illorum naturam, vt in diuersum contractū transmutent, responsio est negatiua, quando id procedat.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis specie ab emphyteusi distinguitur.*
2 *Denominatio rei dispositiuè, & non incidenter facta, operatur vt tali denominationi omnino sit standum.*
3 *Denominatio rei, quando est expressiua veritatis, & substantiæ ipsius rei, non subiacet interpretationi.*
4 *à Verborum proprietate non est recedendum.*
5 *Verba in dubio potius sunt referenda ad naturam census, quam emphyteusis.*
6 *Censualis non potest dici contractus, sed bene emphyteuticus, quando agitur de separatione dominiorum, & recognitione promissa.*
7 *Dominio directo penes alterum existente hoc arguit impossibilitatem census.*
8 *Voluntas, & potestas, quando in aliquo actu interuenit, non est de eo dubitandum.*
9 *in Contractus limine, quando quis versatur, & agitur de traditione rei propriæ, rectè in eo, potest apponi pactum substantiæ contractus non contrarium.*
10 *Dominus licet transferendo vtrumque dominium in feudatarium faciat contra naturam feudi, non tamen in reliquis desinit esse feudum.*
11 *Contractus natura pacto non mutatur.*
12 *Accidentalia contractus licet pacto possint mutari non tamen possunt substantialia.*
13 *Pacta contra substantiam contractus non possunt substineri.*
14 *ex Dominiorum separatione non subuertitur substantia census, itaut corruat, vel in alium contractum transeat.*
15 *in Donatione causa mortis, licet apponatur pactū, vt illa remaneat irreuocabilis, non autem exuitur natura donationis causa mortis.*
16 *Commodati contractus natura non tollitur, si fuerit conuentum, vt rei dominium transeat in commodatarium.*
17 *Precarij contractus non præuertitur stante pacto, vt duret ad tempus determinatum.*
18 *Emphyteusis natura non tollitur, si fuerit conuentum, vt pensio non soluatur.*
19 *Contractus natura non tollitur, sed solum alteratur, quando aliquid apponitur contra eius substantiam.*
20 *Censuarius per cessationem solutionis, vel per alienationem factam irrequisito Domino non cadit iure suo.*

21 Con-

24 emittit propriam naturam† transferendi bona censuata ad quoscumque hæredes, *Menoch. eadem præsumpt. 106. nu. 18. & Honded. d. cons. 81. nu. 5. vol. 2.*

Non obstat pactum caducitatis per cessationem
25 intra quinquennium, quia & illud potest conueniri contractui census, *Menoch. eadem præsumpt. 106. numer. 17. Honded. cons. 81. num. 19. Card. Mantic. de contr. lib. 22. tit 3. num. 10.*

Demum non obstat legatum factum Catharinæ in testamento Petri præstandum de fructibus Casalis
26 †controuersi in casum deficientiæ suorum descendentium, quod dicebatur fieri non posse absque consolidatione vtilis cum directo.

Quia scriptura dicti testamenti non fuit habita in
27 †forma probanti, & vlterius non etiam inferri potest ad necessariam consolidationem vtilis cum directo, prout Monaci eam tenentur probare. Et ita &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 20. Martij 1623. coram eodem bon. mem. Pirouano, impressa habetur apud Cenc. de Censib. in addit. decis. 108. & apud Duard. eod. tractat. decis. 433.

REVERENDISS. MERLINO.

Prænestina Bonorum.

Mercurij 31. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Positionibus, dum pars respondere recusat, nec super hoc vult dare specialissimum mandatum procuratori, ad sic, & sic respondendum, non est procedendum ad expeditionem causæ, cum à iure abhorreat quem defraudare suis probationibus, & maximè ex facto aduersarij. Positiones, vt admittendæ veniant sufficit, eas non esse omnino impertinentes, sufficitque aliquo modo facere ad causam, vel præbere adminiculum. Rota licèt de stylo non admittat confessionem illam fictam, quæ prouenit ex contumacia in non respondendo positionibus, non tamen ex hoc improbat vsum positionum. Transactio, vt rescindatur, est necessaria enormissima læsio, & in magno excessu vltra dimidiam.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, vt admittatur ad respondendum positionibus, debet constare de specialissimo mandato ad sic, & sic respondendum.*
2 *Positionibus principalis debet respondere, dum recusat dare specialissimum mandatum procuratori ad sic, & sic respondendum.*
3 *Positionibus dum pars recusat respondere, non est procedendum vlterius in expeditione causæ.*
4 *Probationibus priuare quem, & maximè ex facto aduersarij, id rigidum esset.*
5 *Probatio, quæ fit per positiones regulariter conceditur.*
6 *per Positiones, quis releuatur ab onere probandi.*
7 *Positiones dum sunt irreleuantes, pars non est cogenda eis respondere.*
8 *Transactio non rescinditur, nisi probetur læsio.*
9 *Transactio non rescinditur per quamlibet læsionem sed requiritur, vt sit enormissima, & in magno excessu vltra dimidiam.*
10 *Positiones vt admittantur, sufficit eas non esse omnino impertinentes, sed aliquo modo directè, vel indirectè facere ad causã, vel præstare adminiculũ.*
11 *Positiones, vbi non sunt notoriè impertinentes, itaut aliqua possit esse dubitatio, Iudex illas admittere debet.*
12 *Positiones non est disputandum an sint admittendæ, dum aliquo modo faciunt ad causam, & hoc potissimum vt lites abbreuientur.*
13 *Rota de stylo non admittit confessionem in contumaciam non respondentis positionibus.*
14 *Positionibus respondere pars cogitur, ad hoc vt ponens releuetur ab onere probandi, si aduersarius positiones confiteatur.*
15 *Positionibus pars respondere recusans ob illius contumaciã in Rota, non imponitur pœna, vt habeãtur pro confessatis, sed vt procedatur ad pœnas in monitorio ad respondendum comminatas.*
16 *Rota licèt ex stylo non admittat confessionem contumacialem, non tamen dicendum est, sublatum esse vsum positionum.*
17 *Positionum vsus à Rota non est improbatus.*

DECISIO DXI.

DOMINI recedẽdo à decisis die 9. Iunij 1621. coram Reuerendiss. D. meo Caualerio * dixerunt, non esse ad vlteriora procedendum in causa, nisi prius responsum fuerit positionibus datis per filios, & hæredes Lucretiæ, quæ responsio cum præstari non possit à Liuio asserto procuratore, quia non docet de sui mandato legitimo prout requiritur
1 † & specialissimo ad respondendum, sic, & sic respon-
2 dere tenetur ipsemet † Stephanus principalis, *Bald. in l. fin. num. 3. vers. cum enim habet mandatum C. de procur. Soccin. sen. cons. 55. num. 8. lib. 1. Neuiz. cons. 7. num. 12. & 13. Honded. cons. 66. num. 73. lib. 1. Menoch. cons. 80. num. 64. lib. 1. Rot. recent. decis. 779. num. 3. par. 2. Papien. in prax. in form. posit. act. verbo Simoninus num. 2. & ibi adden.* Et interim donec dictus Stephanus respondeat, non de-
3 bet† ad vlteriora procedi, alias enim si procederetur durante ipsius respondere debentis contumacia dicti
4 hæredes Lucretiæ priuarentur † facultate suas probationes faciendi per positiones, quod rigidum esset
5 cum huiusmodi genus probationis †regulariter cõcedatur ad hoc vt ponens per responsionem, & con-
6 fessionem† aduersarij releuetur ab onere probandi, *cap. 1. vbi glos. in prin. & in verbo statuimus. de confess. in 6. clem. sæpè. §. verum de verb. signific. Specul. in rubr. de posit. §. 2. num. 1. Rimin. sen. cons. 43. num. 3. lib. 1. Rolan. cons. 90. num. 6. lib. 3. Abb. consil. fin. num. 1. lib. 2. Montesell. singul. 37. numer. 2. Marsil. sing. 625. in princ. Gail. pract. obseru. lib. 1. obseru. 79. num. 2. Ioseph. Ludou. decis. Perusin. 8. numer. 1. par. 1.*

Nec visum est subsistere fundamentum decisionis
7 desumptum† ex irreleuantia positionum, quia imò ex nouiter deductis pro parte dd. heredum Lucretiæ, Domini censuerunt euidenter constare de releuantia, præsertim vbi ponitur de valore bonorum mobilium Stephano in transactione assignatorum, probato enim quod illorum valor ascendat ad summam
8 scut. mille expressa in positionibus, cessaret †læsio propter quam ex aduerso prætenditur rescissio transactionis, maximè cum ad huiusmodi effectum rescindendæ transactionis non sufficiat quælibet læsio sed
9 † requiratur enormissima, & in magno excessu, vl-

tra

tra dimidiam, *Dec. in l. cum te. sub nu. 1. verf. sed fœdere, distinct. C. de transact. & conf. 203. nu. 4. Corn. conf. 166. num. 5. lib. 1. & conf. 27 num. 10. lib. 4. Molin. de Hispan primog. lib. 4. cap. 9. num. 36. Cardin. Mantic. de tac. lib. 26. tit. 9. num. 29. Gabr. conclus. 1. num. 68. & 69. tit. de empt. & vend. lib. 3. Gemm. decis. 66. nu. 44. 47. & 48. Rota diuers. decis. 101. nu. 2. part. 1.*

Et in hanc sententiam eo magis inclinarunt Domini, tum quia vt positiones admittantur, sufficit eas
10 non esse omnino impertinentes, † sed aliquo modo directè vel indirectè facere ad causam, vel præstare adminiculum, *Dec. in l. 1. num. 50. ff. si cert. pet. & latè conf. 161. num. 2. vbi apostill. & conf. 517. nu. 2. Peregr. conf. 82. num. 3. lib. 1. Mascard. concl. 1177. num. 15. de probat. Rot. decis. 24. de test. in antiq. & in Burgi Sancti Donnini iurispatronatus 15. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Tum etiam quia vbi positiones non sunt notoriè
11 impertinentes, itaut † aliqua possit esse dubitatio, illas Iudex admittere debet, *Ioan. Andr. in cap. cum contingat num. 24. vbi etiam alij de offic. deleg. Specul. in tit. deposit. § 7. num. 7. in fin. & num. 8. cum alijs alleg. in d. Burgi S. Donnini iurispatronatus,* &
12 omittere † disputationem pertinentiæ, vel impertinentiæ ipsarum positionum, vt lites abbreuientur, *Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. num. 6.* qui refert ita seruari consueuisse, & ibi *Adden. num. 2. post Dec. in cap. in nomine Domini num. 34. de testib. & secuta est Rota in d. Burgi S. Donnini coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Nec applicatur motiuum, quod Rota non admit-
13 tat de stylo † tacitam confessionem in cōtumaciam non respondentis positionibus, iuxta *decis. Card. Seraph. 405. num. 1. & 408. num. 4.* Quia dixerunt Domini quod ad hunc effectum cogitur in Rota pars
14 respondere positionibus, † sed vt ponens releuetur ab onere probandi si aduersarius positiones confiteatur, aliàs ob contumaciam non imponitur pœna,
15 vt habeantur pro confessatis, † sed vt procedatur ad pœnas in monitorio ad responden. comminatas, vt expressè dicit *Vestr. supra loco citato*, vbi ponit hanc praxim, neque enim ex eo quod in Rota non
16 admittatur huiusmodi confessio † contumacialis censeri debet sublatus vsus positionum, cum
17 immò illum à Rota esse † approbatum constet ex *decis. 779. par. 2. in recent. & d. Burgi S. Donnini iurispatronatus coram R. P. D. meo Vbaldo*, vbi fuit resolutum esse responden. positionibus, quæ emanarunt in causis Rotalibus, & passim in alijs causis.

Et ita vtraque parte informante &c.

☞ *Decisio ista in hac causa facta coram bon. me. Card. Caualerio sub die 9. Iunij 1621. est inter eius impressas decisio 562.*

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Palatij.

Mercur. 31. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Confirmanda venit sententia lata in saluiano, dum apparet bene fuisse doctum de illis duobus extremis ad hoc necessarijs, & quando dicantur illa iustificata. Præscriptio ad nihil valet, dum legitimū tēpus ad illā necessarium non probatur fuisse transactum. Emens aliquid, & non soluendo pretium non dicitur esse in bona fide, ad effectum præscribendi dictum pretium, cum præscriptio non possit currere cum mala fide.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in saluiano confirmanda venit constito de duobus extremis ad effectum obtinendi in hoc iudicio.*
2 *in Saluiano primum extremum, scilicet creditum cum hypoteca, ex quibus satis dicatur probatum, & num. 3. & 4.*
5 *de Credito satis dicitur constare, dum debitor partem eius soluit, & pro residuo soluit fructus.*
6 *in Saluiano secundum extremum probari potest ex instrumento adeptæ possessionis.*
7 *Præscriptio non obstat, dum legitimum tempus trāsactum non est.*
8 *Saluianum inter absentes præscribitur spatio 20. annorum.*
9 *Emens aliquid & non soluendo pretium, dicitur esse in mala fide, cum sciat, se ad illud exbursandum teneri, itaque sileat præscriptio.*
10 *Præscriptio aliqua currere non valet, cum graui pondere malæ fidei.*
11 *Causam obtinens ab habente malam fidem, non potest præscribere.*
12 *Præscriptio non currit non valenti agere.*

DECISIO DXII.

DICTVM fuit sententiam Rotalem esse confirmandam, quia de validitate dictæ sententiæ non dubitatur, eamque esse iustam apparet ex deci-
1 sione tunc facta, & † quia de duobus extremis ad effectum obtinendi in saluiano satis constat.

Nam quoad primum extremum, videlicet creditū Franciscæ cum hypoteca, id probatur ex testibus, &
2 † iuribus pro parte dictæ Franciscæ exhibitis, ex illis namq. apparet, quod dicta Francisca est filia, & hæres Renatæ filiæ, & hæredis Petri Regis aliàs de Rois, quodq. dictus Petrus vendidit domum, de qua agitur bon. mem. Card. Vrsino, vel eius procuratori pro persona nominanda 30. Iunij 1573. pro pretio scutorum 1800. ex quibus habuit in numerata pecunia scut. 230. residuum vero scutor. 1570. promisit emptor soluere pro rata tribus anni sequentibus, &
3 interim Petrus venditor † promisit dare cautionem de euictione, & emptor promisit casu quo retineret apud se dicti pretij residuum, soluere pro damnis, & interesse pretij non soluti ad rationem scutorum 4. auri pro singulis centenarijs, & annis, & quod dictus Cardinalis de anno 1578. nominauit quasdam mulieres de Martignonis, quæ vendiderunt eamdem domum Buccamatijs, † qui promiserunt soluere di-
4 cta scuta 1570. Petro primo venditori, & interim fructus ad eādem ratam scutorum 4. auri cum obliga-
5 tione omnium bonorum, vnde cum † non apparet de solutione dicti pretij, & fructuum, clarè constat de credito & hypotecæ dictæ Franciscæ.

Secundum etiam extremum probatur, ex sustentatione litis, iuncto instrumento captæ possessionis
6 per monasterium quod dicitur † successisse Camillo de Buccamatijs ex persona Monachi in dicto monasterio Professi.

Nec obstat allegata præscriptio, quia quoad præ-
7 scriptionem 30. annorum, ea obstare non potest, ex quo

7 quo non † sunt lapsi anni 30. ante motam litem, prout requiritur *l. sicut. C. de præscrip. 30. annorum, Aym. cons. 201. num. 303. Honded. cons. 82. num. 45. lib. 1. cum alijs per Rot. decis. 610. par. 1. in recentior.* contractus enim venditionis dictæ domus fuit celebratus anno 1573. & lis fuit mota anno 1599.

Minus intrat præscriptio in saluiano annorum 20.
8 inter absentes, seu † præscriptio statutaria, tum quia mulieres quæ emerunt domum quam Buccamatijs
9 quibus fuit vendita eadem domus à dictis mulieribus, † fuerunt in mala fide, cum scirent se debere soluere pretium dictæ domus, quia mala fide stante
10 † non potuit nec ad eorum fauorem incipere vlla præscriptio, nec ad fauorem Monachorum habentiū
11 † causam à Buccamatijs, *cap. fin. de præscript. l. male agitur. C. de præscript. 30. vel 40. annorum Card. Seraph. decis. 740. num. 1. Rota decis. 19. num. 6. & decis. 211. num. 7. par. 1. in recent.* Tum etiam quia Petrus, & successores non potuerunt agere ad pretium
12 ante præstitam cautionem, † & non valenti agere non currit præscriptio *l. 1. C. de ann. except. Rot. decis. 671 num. 3. par. 2. in recentior.* & in terminis statuti Vrbis *Card. Seraph. decis. 926. num. 3.*

Reliqua fuerunt in alia decisione sublata.

☞ *Rota recessit ab hac decisione, quia doctum fuit de inualiditate sententiæ latæ, & decisio emanauit sub die 29. Nouemb. 1624. coram eodem bo. me. Rembol- do, est infra suo loco.*

R. P. D. REMBOLDO.

Firmana Saluiani interdicti.

Mercurij 7. Februarij 1624.

ARGVMENTVM.

Testium examen citra discrimen dicitur validum, licet testium iuramentum per Notariū fuerit receptum, dum ipso Notario fuit commissum testium examen, cum per consequens commissum censeatur omne illud, sine quo examen non potest expediri, & sine quo examen non subsisteret. Notario facilè censetur commissa receptio iuramenti testium, quodque ampliatur. Saluianum vt intret contra bona debitoris, sufficit probare eius possessionem de tēpore obligationis, vel post, nō obstante quod licet deinde tertius dicta bona possideret. Præscriptio cursum incipere nequit stante mala fide, quod procedit etiam in illius successore, licet ex propria persona illam incipere intelligeret, & hoc siue immediatus, siue mediatus sit successor &c. Hypoteca non potest dici præscripta, quando adest legitimum tempus.

SVMMARIVM.

1 *Testes, an dicantur nulliter examinati, si coram Notario iurarunt, cui tantum fuit commissum examen.*
2 *Examen testium Notario, quando est commissum, censetur etiam commissum omne, sine quo illud expediri nequit.*
3 *Notarius de iure Ciuili est capax receptionis iuramenti testium.*
Examine commisso videntur concessa omnia, ex quibus examen non valeret, num. 3.
4 *Commissio receptionis iuramenti testium Notario facile præsumitur data.*
5 *Maximèq. quando pars dedit interrogatoria, & de tali nullitate non opposuit.*
6 *Saluianū vt intret ad fauorem creditoris, cui fuerunt hypotecata bona debitoris, sufficit vt constet, vt debitor aliquid de tempore obligationis, vel postea possederit.*
7 *Itaque parum obstat, si probetur deinde eam rem ab alio fuisse possessam.*
8 *Conductor possidens nomine affictus non sibi, sed Domino possidet.*
9 *Debitor non potest incohoare vllam præscriptionem, nec de iure ciuili, nec statutariam, quando scit se esse debitorem.*
10 *Præscriptio vt incohoetur nocet mala fides, quæ etiā obstat successoribus, licet vellent incohoare præscriptionem ex propria persona.*
11 *Idq. habet locum non solum in hærede immediato, sed etiam mediato, & hærede hæredis.*
12 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij si sit creditor hæreditarius, potest tanquam tertius accipere insolutum bona hæreditaria.*
13 *Eaq. possidendo hypotecam anteriorum creditorum præscribere.*
14 *Hypoteca vt præscribatur inter præsentes requiritur spatium decem annorum.*
15 *Præscriptio penitus excluditur, quando legitimum tempus non est transactum.*

DECISIO DXIII.

☞ DOMINI steterunt in decisis 10. Decembris 1618.* reseruato tamen, vt particulariter videretur, quoad exceptiones de anterioritate hypotecæ, quodq societas esset superlucrata; Nam quantum attinet primum extremum necessarium ad effectum obtinendi in iudicio saluiani, id probatur ex inuentario, & testibus iunctis adminiculis in alia decisione ponderatis.

Nec obstat quod testes sint nulliter examinati, eo
1 quod fuerunt examinati † coram Notario, cui erat commissum solum examen, non vero receptio iuramenti, quia commisso examine videntur omnia cō-
2 missa, † sine quibus examen absolui non potest, vt in puncto extat *decis. Put. 251. lib. 1. in nou.* vbi quod
3 de iure ciuili Notarius est † capax receptionis iuramenti, quodq. concesso examine videntur concessa omnia, ex quo examen non valeret, & commissio re-
4 ceptionis † iuramenti facile præsumitur præsertim
5 quando vt in casu isto pars dedit interrogatoria, † & de tali nullitate non opposuit, *vt fuit dictum in Ianuen. pecuniaria coram R. P. D. meo Vbaldo, quæ est decisio 293. num. 2. & seqq. par. 1. in recent.*

Non obstat quod probatur prædium, de quo agitur, fuisse possessum ab alijs, quia sufficit ad effectum
6 de quo agitur, quod † constet semel fuisse possessum dictum prædium à Valerio, vel tempore contractæ obligationis, vel postea etiam, quod tempore obitus
7 dicti Valerij † fuisset possessum ab alio, & nihil facit quod dicitur, quod etiam ante discessum Valrrij à Ciuitate noua, & sic ante contractam obligationem per Valerium, possidebatur dictum prædium à Ca-
8 therina, & alij possederunt dictum prædium † nomine affictus, vt declarat secundus testis examinatus pro D. Vestrio, & per consequens non sibi, sed Valerio possedisse censentur *l. si quis ante, & l. quod meo in princip. ff. de acquir. poss. Corn. cons. 40. num. 6. vol. 4. Socc. cons. 18. num. 28. lib. 1.*

Non

Non obstat etiam exceptio præscriptionis, quia Valerius non potuit inchoare vllam præscriptionem
9 †nec de iure communi, nec statutariam cum sciret, se esse debitorem D. Vestrij propter promissam in-
10 demnitatem, & sic †esset in mala fide, quæ mala fides nocet etiam dicti Valerij successoribus, etiam si vellent inchoare præscriptionem ex propria persona, vt latè per *Balb. de præscript. 2. par. 3. partis principalis quæst. 12. nu. 12. cum alijs per Honded. cons. 17. nu. 85. lib. 1.* idq. locum habet non solum in hærede
11 immediato, †sed etiam in hærede mediato, & hærede hæredis, *Honded. cons. 82. num. 46. & seq. lib. 1. & fuit dictum in Romana canonum* 15. *Aprilis* 1622. *coram* R. P. D. *meo Vbaldo, & alias sæpissimè*.

Non obstat, quod Octauius est hæres Valerij, cum
12 beneficio l. & inuentarij, †ideoq. potuit tanquam tertius accipere insolutum prædium, de quo agitur,
13 illudq. possidendo †hypotecam anteriorum creditorum præscribere, quia etiam hoc admisso, non constat, quod dictus Octauius postquam fecit subhastare
14 dictum prædium, †illud possederit per annos 10. vt requiritur ad effectum, vt intret præscriptio, subhastatio enim facta fuit anno 1608. vt in summar. quod datur num. 2. & iudicium fuit cœptum contra Octa-
15 uium anno 1613. vnde excluditur pœnitus † dicta præscriptionis exceptio.

Decisio ista, quæ hic allegatur in hac eadem causa emanata sub die 10. *Decemb.* 1618. *coram eodem bo. mem.* Remboldo *habetur infra in Appendice.*

REVERENDISS. MERLINO.

Romana Dotis.

Mercurij 7. Februarij 1624.

ARGVMENTVM.

Actione personali agens debet tantū contra personam obligatam iura sua experiri, alias perperam egerit, quando vero agitur actione reali, cum agat contra ipsam rem, potest conuenire etiam personam non obligatam, insequendo rem apud quem reperitur. Pater si obligauerit censum filiæ donec sequatur inuestimentum ipsius dotis, donec illud non habuerit suam perfectionem, census semper erit suppositus tali oneri.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes non extenduntur.*
2 *Actione personali agens debet, experiri tamen contra personam obligatam, & non aliam.*
3 *Actione reali agens contra rem, potest agere etiam contra non obligatum.*
4 *Dictio, vt supra, qualiter sit ad superius referenda. Diuinatio mera non est facienda.*
5 *Relatio fieri debet generaliter ad omnia superius disposita.*
Et hoc multo magis, si aliqua particularis ratio id suadeat.
6 *Relatio fieri debet ad tempus, & ad locum, & admodum ac qualitates supra expressas.*
7 *Dos, quod conuertatur in rem stabilē, ista qualitas respicit securitatem dotis, & respicit vxorem.*
8 *Soluens non debet esse sollicitus, quod pecuniæ conuertantur in rem expressè destinatam.*
9 *Dotis fauore ius quæsitum intrat in vim stipulationis legalis.*
10 *Pater, si fauore filiæ hypotecauit aliquem censum donec dos illius fuerit inuestita in bonis stabilibus, donec non sequatur tale inuestimentum, census non liberatur ab hypoteca.*
11 *Itaque pater non liberatur ab obligatione tradendo simpliciter dotem marito filiæ, dum non sit tale inuestimentum.*
12 *Dotem inuestiendi onus, quando non spectet ad patrem soluentem eam, & quando simul, idest pater, & maritus teneantur id adimplere, & num.* 18.

DECISIO DXIIII.

PERMANSERVNT Domini in decisis coram me sub die 13 Nouēbris proximi præteriti, quia pactum quòd cēsus esset hypotecatus, donec, & quousque dos integrè fuisset soluta, vt supra, hoc est inuestita in emptionem alicuius rei stabilis, vt in instrumento inferebat, adhuc dictum censum esse hypotecatum in fauorem Angelicæ, cum vsque adhuc pecunia dotalis non fuerit erogata in emptionem rei immobilis.

Nec obstare dixerunt Domini, quod dictum inuestimentum ex forma instrumenti faciendum esset per Augustinum maritum, non autem per Gasparem pa-
1 trem, & quod † obligationes non extenduntur ad tradita per *Dec. in c. si pro debilitate num. 3. de offic. delegat. & Rot. in Cæsenaten. bonorum 9. Decembris* 1588. *coram Bubalo*, quoniam obiectum intraret, si Angelica ageret actione personali, quia vtique deberet agere contra Augustinum maritum pro implemento promissionis de inuestiendo, quæ nullo
2 † modo extenditur ad Gasparem patrem, qui nihil tale promisit, sed Angelica modo agit actione reali contra censum vigore hypotecæ sibi competentis ex pacto expressè apposito ab eodem Gaspare patre
3 donec †dos fuerit soluta, & inuestita, & hoc casu nihil Angelicę refert, à quo inuestimentū fieri deberet.
4 Nec obstat, quod dictio illa relatiua, vt† supra, de qua in instrumento dotali, & ponderata in decisione referenda videatur ad tempus, quo dos erat soluenda, non autem ad qualitatem, & obligationem de inuestiendo in rem stabilem, quoniam vltra quod hæc mera diuinatio visa fuit, regula est in contrariū
5 q† relatio fieri debeat generaliter ad omnia *l. talis scriptura. §. hanc autem, vbi Bart. num. 3. ff. de legat. 1. l. 3. §. filius. ff. de lib. & posthum.* & ad tempus, & ad locum, & ad modum ac qualitates supra expressas, *Bart. in l. sanctio legum. nu. 7. vers. præterea ff. de pæn. Castren. cons. 283 num. 5. lib. 1. Rol. cons. 58. num. 23. lib. 3.* & ratio etiam particularis in
6 præsenti casu suadet †dictam relationem esse faciendam ad qualitatem inuestimenti, quia hypotecatio dicti census fuit facta nedum in fauorem Augustini generis, sed & Angelicæ filiæ, dum autem consultū fuit Augustino non fuit apposita illa dictio, vt supra,
7 quia illius solum intererat solui dotem, dum † verò consulitur filiæ, addita fuit dictio illa, vt supra, quia hæc qualitas quod dos conuerteretur in rem stabilē respiciebat securitatem dotis ipsius filiæ, & sic relatio esset habenda ad pactum inuestimenti.

Minus etiam obstare Domini dixerunt, quod re-
8 gulariter soluens †nō debet esse sollicitus, quod pecuniæ conuertantur in rem expressè destinatam, ex *Surd. decis. 156. num. 9. & alijs*, quia placuit responsio data in decisione, quod hic id ratio non applicatur, quia dictum pactum inuestiendi fuit fauore dotis

Angelicæ, & proinde illi ex promissione patris, &
9 mariti ius quæsitum fuit in vim †stipulationis legalis, de qua *in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. act.* cum alijs in prima decisione allegatis, vnde dum pa-
10 ter fauore filiæ hypotecauit †censum vsquequo dos esset integrè soluta, & inuestita, non potuit deinde ipse pater soluendo dotem marito, & prætermittendo inuestimentum auferre ab ipsa filia hypotecam,
11 & sic censum in illius †præiudicium liberare, vt in similibus terminis arguunt *Modern. Rom. discept. forens. cap. 45. nu. 2. & 23. & Amat. decis. Maceraten. 50 num. 38.*

Et eo magis in præsenti facti specie in qua dictum inuestimentum non erat faciédum post solutionem
12 dotis, † quia hoc casu totum inuestiendi onus fuisset mariti recipientis, nec pater postquam munus suum absoluerat soluendo aliud curare debuisset, sed inuestimentum debebat fieri in actu solutionis, itaut &
13 patris soluentis, † & mariti accipientis videbantur partis esse erogare pecuniã dotalem in emptionem rei stabilis, & sic consulere securitati dotis Angelicæ. Et ita in decisis vtraque parte informante &c.

Decisio, quæ hic allegatur in hac eadem causa emanata sub die 13. Nouembris anni præteriti 1623. coram eodem clar. mem. Merlino, est supra in præcedenti Tomo decisio 498.

REVERENDISS. PIROVANO.

Syracusana Canonicatus.

Lunæ 12. Februarij 1624.

ARGVMENTVM.

Episcopus successor an possit reuocare decreta antecessoris concernentia statum Ecclesiæ, vide reliqua in summario.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, et Capitulum non possunt subuertere decreta circa statum Ecclesiæ, qui iam firmatus transactione, & etiam auctoritate Apostolica, ac obseruantia comprobatus fuit.*
2 *Collatio præbẽdarũ in Cathedrali ad quem spectet.*
3 *Casus omissus remanet in dispositione iuris cõmunis*
5 *Episcopus successor potest eadem auctoritate ordinaria cum consensu Capituli reuocare decreta Episcopi antecessoris, quoad statum Ecclesiæ.*
6 *Potestas reuocandi ea, quæ sunt valide confirmata à Sede Apostolica semper deficit.*
7 *Text. in cap. 2. de institut. quando habeat locum.*
8 *Tituli perpetui beneficiorum non debent supprimi.*
9 *Collationes pluræ præteritæ, dant statum sufficientem pro substinenda collatione, de qua controuertitur.*
10 *Prouisiones Apostolicæ non mutant statum benefiςij, & quando hoc procedat, vide num. 11.*

DECISIO DXV.

CENSVERVNT Domini standum esse in decisis * ex eisdem rationibus, & fundamentis. Quibus non obstant quæ de nouo ponderantur pro Capitulo hodie informante, quod dum constat de statu anteriori receptiuo ex transactione anni 1532. iurata inter Capitulum, & Episcopum interueniente etiam auctoritate Vicarij Apostolici ad hoc specialiter deputati, & de collationibus postea subsecutis secundum eundem statum, vsque ad annum
1 1602. non potuit Vicarius †Rabalius statum iam firmatum transactione, & pari auctoritate Apostolica, & obseruantia comprobatum subuertere, *Abb. in cap. ex parte. num. 10. & 14. de concess. præb. Seraph. decis. 590. par. 1. num. 3.*

Quia quantum ad transactionem fuit responsum illam non emanasse inter Capitulum, & Episcopum super statu controuerso de receptiuo, vel numerato, sed super collatione canonicatuum, vt patet ex illius lectura in 17. Capitulo, & 22. ac in versiculo decernimus, quæ ex decretis Rabalij non fuit sublata, & seruari potest etiam in statu Eccl esiæ numeratæ (ces-
2 santibus reseruationibus Apostolicis) cum id † totũ pendeat ex consuetudine, statuto, vel pactione, *Cassad. decis. 22. de præben. Seraph. decis. 1402. num. 4. & 1091. num. 3. par. 2.* neque dicatur quod saltem ex eisdem capitulis oriatur formalis essentia Ecclesiæ non numeratæ & receptiuæ, quia non inde sequitur, quod prohibitio mutandi statum comprehendatur
3 in transactione, vt ideo tanquam † casus omissus remaneat in dispositione iuris *l. commodissimè. ff. de lib. & posthum. Grau. cons. 63. num. 14.* Menoch. *cons. 4. num. 33. vol. 1. Rot. diuers. decis. 61. par. 1. num. 2. & in recent. 463. par. 1. num. 4.*

Quo vero ad continuatas collationes, etiam illis suppositis non defecit auctoritas Vicarij Rabalij ex
4 ordinaria cum †consensu capituli pro reducenda Ecclesia Syracusana ad statum numeratæ Ecclesiæ, *c. 2. de instit. vbi Imol. & alij allegati in decisione, quæ reuidetur.*

5 Non obstat, quod Episcopus † modernus potuerit eadem auctoritate ordinaria cum consensu Capituli reuocare decreta Rabalij, & Ecclesiam in pristinum statum de receptiuo ponere prout fecit.

6 Quia stante confirmatione †Apostolica semper deficit potestas reuocandi iam valide firmata, vt dictũ fuit in alia decisione, præterea cum non sit par ratio reducendi Ecclesiam de receptiua ad numeratam & è conuerso de numerata ad receptiuam, ex quo
7 in primo casu † conuenit iuris dispositio *cap. 2. de in-*
8 *stit.* in secundo vero repugnet, ne supprimantur †tituli perpetui iam creati *cap. ex parte. de constit. cap. constitutus de rescript.* semper deficit argumentum à paritate auctoritatis deductum.

Concurrit etiam effectuatio ex collationibus datis ab anno 1602. vsque ad annum 1613. quæ dant sta-
9 tum † sufficientem pro sustinenda collatione Ioannis Baptistæ *c. consultationibus. de iurepatr. Rota decis. 14. in antiq. eod. tit.*

10 Nec obstat, quod prouisiones Apostolicæ † non solent mutare statum *Achil. decis. vlt. de iurepatr. nec illum probant cap. cum de beneficio de præben. in 6. Rot. coram Papa Greg. XV. decis. 482.* quia in præsen-
11 ti †non agitur de probando statu, vel probanda mutatione illius, qui patens est ex decretis Rabalij, sed de probanda effectuatione vacãtibus Canonicatibus in eadem Ecclesia, quod factum negari non potest quin pateat ex ipsis prouisionibus, & signanter ex isto, qui vacauit per obitum Corrales, qui illum etiam à Sede Apostolica obtinuerat. Et ita &c.

Videlicet sub die 1. Decembris 1623. coram eodem bon. mem. Pirouano est in præcedenti Tomo decisio 499. in eadem causa tres aliæ decisiones emanarunt scili-

scilicet sub diebus 1. Februarij, 17. Maij, & 3. Iulij eiusdem anni 1623. sed ponere neglexi, cum ferè totæ in facto consistant.

R. P. D. REMBOLDO.

Taruisina Feudi.

Lunæ 12. Februarij 1624.

ARGVMENTVM.

in Feudi successione filius intrat in locũ parentis, eiusque personam, & gradum repræsentat. Feudum quando est concessum pro se, suisque hæredibus, & successoribus, cuius naturæ dicatur. In feudi hæreditarij successione locus est repræsentationi, cum gradus non corrumpatur, sed repræsentetur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, quando est concessum pro se, suisq. hæredibus, & descendentibus, tunc dum quis probat se esse hæredem, & descendentem citra discrimen est admittendus.*
2 *in Feudi successione filius intrat in locum parentis eiusq. gradum repræsentat.*
3 *ad Feudum, quando aliqua mulier admittenda erat si antea mortua sit, tunc earum filiæ admittendæ sunt.*
4 *Feudum dicitur hæreditarium, quando fuit concessum pro se, hæredibus, & descendentibus, vel mixtum.*
5 *in Feudo mixto, quando quis intendit succedere in eo etiam debet concurrere qualitas hæreditaria.*
6 *in Feudi hæreditaria successione locus est repræsentationi, cum gradus non corrumpatur, sed repræsentetur.*
7 *Filia alicuius an quis sit probari potest ex particula testamenti patris, in qua illam vti filiam nominauit, & hæredem instituit.*
8 *ad Causam quando quis fuit admissus vti talis absque vlla partis contradictione, non potest opponi legitimitas personæ.*

DECISIO DXVI.

DVBITATVM fuit an Angela, & Marietta veniant æqualiter admittendæ, vna cum Augusta, & Laura Marterterijs, ad successionem portionis feudi per q. Franciscum possessæ, & DD. dictis Angela, & Marietta tantum informantibus censuerunt eas esse admittendas, quia constat dictum feudũ
1 fuisse concessum pro se †suisq. hæredibus, & descendentibus; vnde dubium non est, quin dictæ Angela, & Marietta, quæ sunt nepotes Francisci ex Diana eiusdem Frãcisci filia sint admittendæ ad portionem dicti Francisci tum ex propria earum persona, quia scilicet ipsæ sunt hæredes, & descendentes, *Dec. cons. 115. num. 2. Clar. in §. feudum q. 9. num. 8. Molin. de primogen. Hispan. lib. 3. c. 6. num. 43. vers. quamuis hæc &c.*

Tum etiam ex persona Dianæ earum matris, quia
2 in successione † feudi filius intrat in locum parentis eiusq. gradum repræsentat, ita quod sicuti in casu isto esset admittenda Diana, ita pari ratione veniunt quo-
3 que dictæ filiæ dictæ †Dianæ admittendæ, iux. *tex. in cap. 1. in princ. de success. feud. & in cap. 1. vers. bis gradibus de success. fratr.* Rol. *cons. 68. nu. 29. lib. 1. Rossentall. de feud. cap. 7. conclus. 16. num. 10. & ibi adden. littera L. Tiraq. de iure primogen. q. 40. numer. 19. & seq. Peregr. de fideicom art. 21. num. 13. & seq. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 30. num. 1. & seqq.*

Idq. eo magis, quod concessio feudi, de quo agitur facta fuit, vt dictum est pro se, hæredibus, & de-
4 scendentibus, †ideoq. vel dictum feudum est hæreditarium iuxta deduct. *per Decian. cons. 24. nu. 68. & seq. vol. 1. Card. Mantic. d. lib. 23. tit. 3. num. 41.* vel
5 mixtum, quo etiam † casu requiritur qualitas hæreditaria, *Ceph. cons. 303. per tot. Surd. cons. 382. n. 29.* ac propterea indubitanter locus est repræsentationi,
6 nam in† hæreditaria successione gradus non corrũpitur, sed repræsentatur, vt bene per *Card. Mantic. d. tit. 30. num. 20. Molin. d. lib. 3. cap. 8. num. 17.*

Quod autem dictæ Angela, & Marietta sint neptes Francisci, & Diana filia Francisci, probatur ex
7 particula testamenti dicti Francisci, in quo † vti tales fuerunt nominatæ & institutæ, *Ruin. cons. 53. numer. 6. lib. 5. Natt. cons. 235. num. 1. cum alijs in Baren. beneficij 1. Iulij 1611. corã R. P. D. meo Vbaldo.*
8 Et cessat difficultas, quia vti †tales fuerunt admissæ ad causam absque vlla partis controuersia.

☞ *Causa ista prius agitata coram Sanctiss. D. N. Innocentio X. & deinde coram alijs diuersis bon. me. Auditoribus nẽpe Vbaldo, Remboldo, Virili, & Queipo, eorum decisiones annotaui in præcedenti Tomo ad decisionem 271. in fin. quæ est in eadem causa coram eodem Sanctiss. D. N.*

R. P. D. REMBOLDO.

Hyldesmeñ Optionis.

Lunæ 4. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Causa dicitur deserta, & sententia transitum suum facit in rem iudicatam, quando fuit appellatum, & Iudex dedit apostolos reuerentiales, si intra decem dies cõmissio non fuerit signata, & transmissa ad Banchum Cursorum, itaque nec auditur appellans, quod intra dictum tempus non potuerit reperire Reuisorem commissionum, cum id non sit verisimile, & quatenus id admitteretur, non esset excusandus, quia alia via, scilicet per recursum ad Superiorem, poterat sibi prouidere, & quando copiam superiorum habere non potuit, tunc vt excusetur, necessaria est super hoc protestatio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, quando dat apostolos reuerentiales, tunc causa debet remitti intra decem dies.*
2 *Causa, si non reperiatur commissa intra decem dies, quando fuerunt habiti reuerentiales, dicitur deserta, & sententia transit in iudicatum.*
3 *Sententia vt non dicatur deserta, eo quia intra legitimum tempus non fuit commissa causa, sufficit, vt fuerit facta diligentia, vt commissio signaretur.*
4 *Sententia ne transeat in iudicatum, quia intra legitimum tempus non fuit causa commissa, requiritur vt de aliqua diligentia adbibita constet.*
5 *Commissionum reuisor verisimile est, si fuisset facta diligentia, quod intra spatium 10. dierum repertus fuisset.*

6 *Commissionum reuisor, quando intra legitimum tempus non potuit reperiri, vt cesset desertio, quid sit faciendum.*
7 *Appellationem, quis non dicitur prosequi debita diligentia, nisi penes Regentem Cancellariæ institerit pro signatura commissionis obtinendæ, & ad Cursores transferendæ, infra spatium 10. dierum.*
8 *Appellans non excusatur si intra tempus debitum commissionem non obtinuit, quare sibi poterat consulere per recursum ad superiorem.*
9 *Appellans, vt excusetur à desertione causæ, quia intra legitimum tempus causa non fuit commissa, si nec Reuisorem commissionum, nec Regentem Cancellariæ potuit accedere, requiritur, vt de hoc protestetur.*

DECISIO DXVII.

LATA sententia diffinitiua * ad fauorem Arnaldi super optione, de qua agitur, Procurator Remberti ab ea intra legitima tempora appellauit. Verum quia pro apostolis redeunti, fuerunt die 20. Decembris proximè præteriti dati reuerentiales in forma, & ipse causam dictæ appellationis nõnisi 15. Ianuarij commisit: Dubitatum fuit an causa appellationis dici possit deserta, itaut constet de re iudicata,
1 & DD. censuerunt † constare de re iudicata, quia quando Iudex dat reuerentiales, tũc causa committi debet de stylo Palatij intra decem dies, alias transacto dicto tempore causa remanet deserta, *Caputaquen. dec. 31. & 32. par. 1. Rot. decis. 25. sub num. 1. vers. hæc procedunt de appell. in nou.* ac propterea cum in casu isto dicta causa non fuerit commissa intra dd. decem dies, merito censeri debet deserta, ita
2 † quod sententia dicatur fecisse transitum in iudicatũ, *Vestr. in prax. lib. 7. cap. vlt. nu. 6. cum alijs congestis per Modern. de appell. lib. 3. cap. 2. q. 14. nu. 6. & seq.*

Non obstat, quod ad hoc vt causa non dicatur deserta sufficit, quod fuerint factæ diligentiæ, quod si-
3 gnaretur commissio, † licet postea non fuerit expedita intra decem dies *ad trad. per Cassad. decis. 4. de appell.*

Quia in casu isto non constat, quod fuerit adhibi-
4 ta † aliqua diligentia, quod signaretur commissio.

Nec dicatur quod non fuerit intra dd. 10. dies repertus reuisor, cui solent præsentari commissiones,
5 quia † si fuisset facta diligentia, vtique fuisset dicto decem dierum spatio repertus.

Et in omnem euentum, quod reperiri non potuisset, non propterea cessaret desertio, quia debebat eo
6 casu † præsentari commissio Regenti Cancellariæ, vel Illustriss. D. Signaturæ Præfecto, *Put. decis. 379. num. 2. lib. 2.* vbi quod non dicitur quis prosequi ap-
7 pellationem debita diligentia, prout † tenetur nisi penes Regentem loco Vice Cancellarij institerit pro signatura commissionis obtinendæ, & ad Cursores perferendæ infra decem dies post appellationem.

Non enim excusatur appellans, quando sibi po-
8 test † cõsulere per recursum ad superiorem *ad trad. per Butr. in c. ex ratione q. 7. de appell.* quem sequitur *Alex. cons. 72. num. 11. & seq. lib. 3. Dec. cons. 636. nu. 3. & fuit dictum in Perusina de Vbaldis 17. Iunij 1586. coram bon. mem. Gard. Pamphilio.*

Quinimò si nec Regentem Cancellariæ potuisset
9 accedere, † debebat de eo protestari, *Rota dec. 25. de appell. in nou. cum alijs per supradictum Modern. de appell. d. lib. 3. cap. 2. quæst. 14. num. 5. & seq.*

Scilicet per bon. mem. Reuerendiss. Coccinum Decanum, & decisiones coram eodem in hac causa facta sunt sub diebus 25 Iunij, & 15. Octobris 1621. & 20. Maij, & 28. Nouembris 1622. Prima habetur infra in Appendice, aliæ vero tres sunt in præcedenti Tomo decisiones 313. 397. & 434. Et infra de hoc eodem anno 1624. adest infra altera sub die 15. Nouembris coram eodem bon. mem. Remboldo.

R. P. D. VBALDO.

Bononien. Fideicommissi de Luparis.

Lunæ 11. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

De fideicommisso absoluto, & perpetuo satis dicitur constare, dum testator ordinauit, vt omnia bona sua deuenirent, & permanerẽt in domo, familia, & agnatione sua, non enim bona possunt conseruari, & permanere in familia, absque tali fideicommisso, quodque maximè procedit, quando etiam adiunctum est onus perpetuo adimplendum per hæredes, & vlterius id ampliatur, quando verba conseruandi bona non fuerunt directa in persona hæredum, sed in ipsa bona, quo casu dicitur inductum reale, & perpetuũ fideicommissum, & afficit omnes hæredes, itaut vnum teneatur alteri bona restituere.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an sit iusta, probatur ex decisionibus in causa factis.*
2 *Fideicommissum simpliciter ordinatum ad fauorẽ proximiorum, expirat quando aliquis ex vocatis decedit cum liberis.*
3 *Testator, quando apparet voluisse inducere fideicõmissum absolutum, & perpetuum, tunc cessat celebre consil. Oldrad. 21.*
4 *Bona omnia, dum testator voluit vt in sua domo, & familia permanerent, id non potest fieri absque perpetuo fideicommisso.*
5 *Fideicommissum perpetuum censetur inductum ex grauamine pariter perpetuo iniuncto.*
6 *Fideicommissi verba, quando sunt inducta non in persona, sed in bona, dubium non est quin fideicommissum sit reale.*
7 *Fideicommissum, quando est reale, afficit omnes personas, & quilibet successor tenetur per fideicommissum alteri restituere.*
8 *Identitas bonorum fideicommisso subiectorum probatur ex diuisione bonorum facta inter cohæredes.*
9 *Quæ sola probatio sufficit aduersus habentes causam si non immediatam, saltem mediatam ab hæredibus grauatis.*
10 *Fideicommissum, quando sine dubio dicatur inductum.*
11 *Bona aliqua quando constat esse testatoris, qui fideicommissum in bonis suis ordinauit, tunc absque dubio ea quoque sunt restituenda.*
12 *Fideicommissarius non potest in præiudicium vocatorum à testatore nouum grauamen imponere super bonis fideicommissarijs.*
13 *Reus, & possessor necesse minimè est, vt aliquid probet, sed sat est, si vincat per non ius actoris.*

DE-

DECISIO DXVIII.

FVIT responsum pro parte informante videlicet, sententiam Rotalem esse confirmandam, nam
1 contra eius validitatem nihil opponebatur, †& de iustitia constat ex decisionibus in causa factis coram R.P.D. meo Remboldo, licet enim Fulchus antiquus institutis hæredibus filijs Ioan. Baptistæ fratris sui eos si sine filijs, & descendentibus decederent, grauauerit per fideicommissum bona restituere proximiori pauperi de familia & agnatione ipsius testatoris, & ambo filij Io. Baptistæ decesserint cũ filijs, &
2 proinde videretur†expirasse fideicõmissum ad fauorẽ proximioris, iux. *cons. Oldr.* 21. tamẽ ex verbis testamenti, & ex alijs coniecturis apertè colligitur voluisse
3 testatorem †facere absolutum, & perpetuum fideicommissum, vt bene deducitur in decisione 26. Ianuarij 1618.* in causa facta, & præsertim, quia idem testator voluit omnia bona sua deuenire, &
4 † permanere in domo, familia, & agnatione sua, cum enim non possent bona conseruari, & permanere in agnatione absque tali fideicommisso, vnde illud censetur inductum *ad Paris. cons. 37. num. 3. lib. 2. Rot. decis. 568. num. 5. par. 1. diuers.* Et accedit onus iniunctum hæredibus institutis & substitutis, vt perpetuò facerent celebrari Missam qualibet hebdoma
5 da pro anima ipsius testatoris, †vnde sicuti respectu piæ causæ grauamen fuit perpetuum, ita dicen. videtur ipsos fuisse perpetuo quoad bona grauatos, vt post *Ancbar. arguit Natt. cons. 531. num. 28. & seq.* Et accedit demum quod verba fideicommissi non
6 sunt directa in personas, sed †in res ipsas, & bona ibi, & sic voluit ipse testator omnia bona eiusdem deuenire, & permanere in domo, familia, & agnatione, & in proximiorem, & pauperiorem &c. quo casu dubium non est, quin fideicommissum sit reale, *Bart. in l. peto. §. fratre. num. 2. vers. dic ergo, & ibi Cuman. numer. 5. ff. de legat. 2.* quod afficit om
7 nes personas vocatas, & † quoscumque possessores, itaut quilibet successor teneatur per fideicommissũ alteri restituere, donec hæreditas perueniat ad vltimum substitutum, *Bald. in l. precibus. num. 65. vers. tu dic. & ibi. Salic. num. 36. C. de impub. Paris. cons. 18. num. 50. lib. 2. Surd. cons. 315. sub num. 20. vers. ad id autem lib. 3.* & fuit latè deductum *in causa Reatina fideicommissi* 14. Martij 1622. *coram me*, vbi aliæ decisiones allegantur, & hoc fideicommissũ Fulchi senioris consistere dicebatur in quodam prædio nuncupato Rocca maggiore, & quod hoc præ
8 dium fuerit in bonis †eiusdem Fulchi satis probat diuisio bonorum cum fratribus facta, in qua dictum prædium obuenit Fulcho, quæ diuisio sufficit ad hũc effectum contra DD. de Luparis habentes causam à Pirro vltimo ex descendentibus Io. Baptistæ, & hæ
9 rede †grauato, si non immediatè, saltem mediatè, *Peregr. de fideicom. art. 44. num. 5. & 6. & sequitur Rota, vt fuit latè deductum in illa Vrbeuetana fideicommissi coram R.P.D. meo Decano.*

Alterum fuit etiam fideicommissum iniunctum ab Hercule nepote ex filio dicti Fulchi senioris, qui instituto hærede Pirro fratre suo, ei quandocumque
10 decedenti absque †filijs masculis legitimis, & naturalibus substituit Carolum Leonellum, & Galeatium fratres, & cuiuscumque eorum filios ordine successi
11 uo, † & in prædicto fideicommisso Herculis supponitur adesse domum, & creditum, de quibus agitur, quæ fuisse in bonis Herculis probatur ex testibus, & alijs iuribus datis in summ. num. 2. neque ex aduerso cõtrouertitur, vnde Pirrus duplici hoc fideicommis
12 so grauatus non videtur †potuisse Leonello, & fratribus à se institutis nouum onus imponere, & eos grauare, prout fecit de restituendo bona Dominis de Luparis, prout fecit *l. vnum ex familia. §. si fundũ, vbi Doctor. ff. de leg. 2. Seraph. decis. 848. num. 4. & decis. 855. in princ. Rota in Viterbien. Castrorum 14. Decembris 1616. coram bon. mem. Card. Sacrato, & fuit firmatum in decisione in hac causa facta 10. Ianuarij 1622. coram D. meo Remboldo*, * vbi etiam latè respondebatur ad donationẽ, quæ prætẽdebatur de eisdẽ bonis antea ab Hercule facta Pirro.

Et his rationibus nituntur hæredes fiduciarij instituti à Galeatio, qui fuit vltimus decedens ex substitutis ab Hercule, & possident prædicta bona, cum onere restituendi vna cum fructibus primo masculo nascituro ex Cornelia filia Galeatij aduersus quos agunt DD. de Luparis, prætendentes esse factum locum fideicommisso ad suum fauorem ex testamento Pirri, quod tamen non subsistere patet ex decisionibus in causa factis, & ex supra deductis, vnde isti hæ
13 redes fiduciarij, & possessores non tenentur †probare quoad prædium de quo supra, quod ipsi vel Cornelia sint de pauperioribus de agnatione, vel cognatione Fulchi senioris, & quoad creditum, & domum, quod sint vocati ex testamento Herculis, sed eis sufficit vincere per non ius actoris iuxta regulas vulgares &c. Et ita fuit decisum &c.

Decisio ista in hac causa facta sub die 26. Ianuarij 1618. coram bon. mem. Remboldo est in præcedenti Tomo decis. 4.

R. P. D. VBALDO.

Romana pretij viridarij.

Lunæ 11. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

In præscriptione, tanquam in re satis odiosa silet illa regula, vt actio de proximo complenda habeatur pro completa. Statutum Vrbis de præscriptione debiti fundatum reperitur super præsumpta satisfactione, quæ præsumptio prosternitur ex alia validiori præsumptione non satisfactionis. Et d. statuti dispositio cessat per solam extraiudicialem interpellationem, & præsertim non intrat prædictum statutum contra fideiussores, cum in eo sint exceptuati.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio, vt intret, debet probari elapsum fuisse totum tempus ad id requisitum.*
2 *Præscriptio de proximo complenda non habetur pro completa.*
3 *Statutum Vrbis de præscriptione debiti fundatur super prætensa satisfactione.*
4 *Præscriptio non currit non valenti agere.*
5 *Lis, vt dicatur validè cœpta debet constare de mandato procuratoris.*
6 *Præscriptio statutaria Vrbis, quo ad debita, an semel interrupta per actum iudicialem possit reuiuiscere ad instar primæ præscriptionis, vel secundum ius commune, anceps est quæstio.*
7 *Et Rota in hoc articulo variauit.*
8 *Præscriptio debiti, quando per litem est interrupta, vt nouiter ea possit currere, debet computari tempus, quo cessatum est litigare, vel à die perempta instantiæ.*

9 *Iudicium agitatum cōtra vnum non afficit tertiū.*
10 *Debitor ad effectum, vt non soluat, quando nullatenus possit se tueri præscriptione, vel præsumptione satisfactionis.*
11 *Solutionis præsumptio, quæ oritur ex negligentia creditoris in non petendo creditum certo temporis spatio per statutum præfixo eliditur ex contraria præsumptione.*
12 *Scilicet, quando apparet creditorem fecisse omnem diligentiam ad illud assequendum.*
13 *Statutum Vrbis de præscriptione debiti non intrat, quando contraria præsumptio præponderans adducitur.*
14 *Præscriptio non interrumpitur per citationes nullas ex defectu iurisdictionis.*
15 *Derogationis fideicommissi causa, si sit commissa sub conditione quatenus non adsint bona libera in necessarium antecedens Iudex potest vocare ad iudicium omnes debitores petentis derogationem, & quare.*
16 *Statuti Vrbis præscriptio quo ad debitum interrūpitur per solam extraiudicialem interpellationem.*
17 *Statutum lib....cap....de præscription. non procedit contra fideiussores, cū sint in eo specialiter excepti.*

DECISIO DXIX.

DOMINI vnanimes perstiterunt in decisis in hac causa coram me die 19. Iunij præteriti videlicet, exceptionem præscriptionis non obstare Illustriss. D. Cardinali *Sfortiæ*, quia obligatio D. Constantiæ de extinguen. censibus, de quibus agitur, emanauit in publico instrumento celebrato die 22. Decembris 1584. prima autem citatio contra ipsā cadit sub die 27 Septembris 1600. & sic non inter-
1 cedunt anni sexdecim completi, requisiti † per Statutum Vrbis, cum deficiant ferè tres menses, & sufficit superesse vel vnam diem, vt præscriptio de pro-
2 ximo † complenda non habeatur pro completa, *Ias. in l.3. §.labeo.num.17. ff de acquir. possess. Balb. de præscr.3.par.6. par. princip.q.1.num.11.Rota decis. 304.num.2. par.1.recent.* & fuit firmatum in decisione de qua agitur, immo cum vsque ad annum 1595. fuerint à DD. de Cuppis soluti fructus censuum, vt
3 constat ex relatione periti, vel interrupta est † præscriptio, & cessat præsumptio satisfactionis, in qua fundatur statutum, vt in decisione, vel non potuit præscriptio incipere, nisi à die, qua fuit cassatum in
4 solutione, † cum non valenti agere non currat præscriptio *l.1. C.de ann.except. Alexan.cons.58.num.9. lib.5.cum alijs per Modernum Perus.de censib.par.2. cap.2.q.5. art.9. num.49. & seq. vbi alleg. decisiones Rotales.*

Neque obstat, quod lis incœpta de anno 1600. fuerit cum Paleario, tanquam procuratore Constan-
5 tiæ, & filiorum, † de cuius mandato non constat. Quia hodie obiectum cessat ex facto, cū fuerit ostensum mandatum procuræ D. Constantię nomine proprio, & tanquam tutricis filiorum.

Neque censebant Domini ab anno 1600. potuisse inchoari, aut perfici nouam præscriptionem, quia
6 quicquid dicendum esset de illa quæstione, † an præscriptio semel interrupta per actum iudicialem possit reuiuiscere ad instar primæ præscriptionis statutariæ
7 vel sit † potius necessaria præscriptio iuris communis, in quo articulo Rota variauit, vt videre est apud *Seraph.decis.920.num.3 & 4.& decis.926.num.1.& ex decisionibus Cardinalis Sacrati in hac causa 26. Nouembris 1618. & in Romana pecuniaria 20 Nouembris 1609.& in alia Romana pecuniaria 10.Iunij 1613. coram* R.P.D. *meo Buratto*, in hoc casu videtur cessare difficultas, quia lis mota de anno 1600. durauit vsq; ad annum 1610. vt firmatur in decisio-
8 ne, & vtique † noua præscriptio non incipit, nisi ex quo partes cessarunt litigare, vel à die peremptæ instantiæ *l fin. C.de præscript.30. ann. Balb.de præscr. 3.par.6 par.princip. q.4 num.42. vers.idem est cum alijs per Modern.discept.forens.cap.2. nu.46. & seq.*

9 Neque dicatur, illud iudicium † non afficere, nisi fratres de Cuppis, contra quos fuit obtentum Breue derogationis fideicommissi, & commissa causa Vicario Vrbis, quia cum, & ipsa Constantia teneretur ad extinctionem censuum, vna cum fratribus de Cuppis, qui fideiusserant pro dicta extinctione, & fuerit citata in illo iudicio, quod postea fuit introductū in Rota coram bon.mem. Card. Lancellotto, coram quo emanarunt plures decisiones super credito D. Pauli auctoris D. Cardinalis ratione istorum censuū, tàm contra Dominos de Cuppis, Domini non vide-
10 bant, quomodo † Constantia possit se tueri ratione nouæ præscriptionis, vel præsumptionis satisfactionis, quam etiam excludit aliud iudicium intentatum de anno 1615. contra possessores viridarij, necnon præsens iudicium inceptum de anno 1618. cum appareat D. Cardinalem fecisse omnem diligentiam pro consecutione huius crediti contra omnes à qui-
11 bus credebat † posse sibi satisfieri, & sic eliditur illa præsumptio solutionis, quæ solet oriri ex negligentia creditoris in non petendo suum creditum certo
12 † temporis spatio per statutum præfinito, *vt fuit dictum in causa Romana seu Ianuen. pecuniaria 30. Octobris 1581. coram Card. Lancellotto seniori*, & potius est locus limitationi, quæ affertur ad dictum
13 statutum, vt non procedat, quando contraria † præsumptio præponderans adducitur *Seraph. decis.692. num.4.& decis.926.num.3. & fuit dictum in causa Romana discussionis de Ferratinis 29. Aprilis 1622. coram me.*

Non obstat, quod citationes contra Constātiam emanatæ coram exequutore Breuis derogationis fi-
14 deicommissi fuerint nullæ † ob defectum iurisdictionis, quæ non interrumpūt præscriptionem, *Rota decis.689.num.5.par.1.recent.* cum ille esset delegatus Apostolicus super dicta derogatione, in qua habebāt interesse tantum fratres de Cuppis, quia fuit respōsum, quod cum esset commissa derogatio sub condi-
15 tione quatenus non adessent † bona libera, ex quibus posset satisfieri D. Cardinali in necessarium antecedens, potuit Iudex vocare ad iudicium etiam Constantiam pro extinctione censuum obligatam, ad hoc vt sibi constaret, an aliud posset se Cardinalis reualere, abq; eo quod tangerentur bona fideicommisso subiecta *l ad rem mobilem. ff.de procur. cum similib.* Vltra quod ad effectum interruptionis præ-
16 scriptionis statutariæ, † dicitur sufficere etiam interpellatio extraiudicialis, vt per *Bou. de stat.Vrb. præscr.glos.16 num.6. & glos.21. num.1. & nu.16.* & cauetur in eodem statuto. Et in omnem euentum vigent alia fundamenta, de quibus supra. Quibus nonnulli ex Dominis addebant etiam aliud ab informantibus excitatum, quod licet ab initio Paulus Sfortia imposuerit census, de quibus agitur, tamen ex quo Constantia eos sibi accollauit, Paulus eius

respe-

respectu remansit fideiussor, & consequenter Cardinalis hæres Pauli, vnde præscriptio statutaria non potuit currere contra Paulum, vel eius hæredem
17 † cum non competat contra fideiussores, *Achill. decis. 1. de præscr. Bou. d. tract. glos. 19. num. 239. & fuit resolutum in Romana pecuniaria 22. Iunij 1615 coram Reuerendiss. Seleucien.*

Ex quibus Domini permanserunt in decisis.

R. P. D. VBALDO.

Seneñ Coadiutoriæ.

Veneris 15. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Subrogato gratiosè nō potest denegari immissio probatis illis tribus requisitis, nempe clericatu, obitu beneficiati in possessione, & reseruatione. Clericatus satis dicitur probatus ex litteris patentibus Ordinarij. Obitus beneficiati in possessione, clarè dicitur iustificatus, quando aduersarius agnouit illius possessionem. Reseruatio quoque concludenter apparet iustificata, quando beneficiatus mortuus est in mēse Papæ reseruato. Et quid sit dicendum, casu quo Ordinarius habebat Indultum Apostolicum conferendi beneficia reseruata. Indultum habens conferendi beneficia reseruata per cessum, vel decessum non releuat, quoad beneficia vacatura, itaque collatio nec validatur ex obitu superuenienti beneficiati.

SVMMARIVM.

1 *Immissio subrogato gratiosè danda est, probato clericatu, obitu beneficiati in possessione, & reseruatione.*
2 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
3 *in Beneficij possessione, quod quis obierit, ex quo rem incat iustificatum.*
4 *Obitum alicuius beneficij confitens, non tamen inde sequitur, vt fassus sit, eum in illius possessione decessisse, cum potuerit alius possidere.*
5 *Possessionem defuncti, quando certum est, quod aliquis agnouerit.*
6 *Mensis Augusti reseruatum est regula 8. hodie 9. Cancellariæ.*
7 *Obitus alicuius in certo mense non controuertitur, dum alterutra pars id fatetur.*
8 *Reseruatio debet esse indubitata, ad hoc vt detur immissio subrogato gratiosè, & quando non dicatur indubitata, num. 9.*
10 *Indultum conferendi beneficia reseruata, si sit restrictum ad vacantia per cessum, vel decessum, non extenditur ad vacatura.*
11 *Prouisio de beneficio non vacante, & viuentis est ipso iure nulla, dum ea prætenditur valida vigore Indulti Apostolici concessi alicui conferendi beneficia vacantia per cessum, vel decessum, & n. 18.*
12 *Itaque, nec conualidatur ex obitu superuenienti illius, qui beneficium possidebat.*
13 *Reseruatio vigore mēsis Apostolici dicitur satis clara, dum etiam docetur de indulto conferendi beneficia reseruata, quando ab habente indultum prouisio nulliter fuit facta.*
14 *Papa potest prouidere de beneficijs non obstante indulto ab eo alteri concesso de illis conferendis, præueniendo in collatione, vel ei derogando.*
15 *Prouisus ab Ordinario vigore indulti Apostolici, dicitur habere parem titulum cum prouiso Apostolico, & sic cessat immissio, cum procedendum veniat via ordinaria.*
16 *Prouisus ab Ordinario, tunc dicitur habere parem titulum cum prouiso Apostolico, quando sunt eiusdem speciei, aliàs secus.*
17 *Prouisus ab Ordinario, quando quis nulliter est non potest dici, quod habeat titulum cum prouiso Apostolico.*
19 *Contradictor legitimus, an quis sit, potissimum spectari debet, an se opponat, cum titulo æquali.*
20 *Papa, quod velit præuenire Ordinarium in conferendo beneficia, ex quo satis appareat.*
21 *Titulus, quando est redactus ad non titulum, est omnino irreleuans.*
22 *Via executiua vulneratur, dum Iudex procedit per viam sententiæ, & maximè, quando dicta sententia transiuit in iudicatum.*
23 *à Sententia dicitur appellatum, licet appellans vsus non sit verbo, appello, dum habuit recursum ad Sanctissimum.*
24 *Appellatio valide, quod fuerit interposita, non est dubitandum, quando causa fuit commissa, ac omnia acta fuerunt transportata.*
25 *Via executiua licet Iudex procedat per viam ordinariam, quando non dicatur vulnerata.*
26 *Iudex si fuerit deceptus in intelligentia alicuius Indulti, id veritati præiudicare non debet.*
27 *Litteræ Apostolicæ, quando sunt iustificatæ, non est deneganda immissio prouiso.*

DECISIO DXX.

DOMINI dixerunt Matthæo esse dandam immissionem gratiosè subrogato in iuribus, & possessione Canonicatus, & præbendæ vacantium per obitum Marci Antonij Amaronii de mense Au-
1 gusti 1622. Visum enim† fuit constare de illis tribus ad hunc effectum à Rota requisitis, videlicet Clericatu Matthæi, obitu Marci Antonij in possessione, & de reseruatione, *vt in Burgen. præstimonij de Pancoruo 24 Octobris 1588. coram Gipsio, Seraph. decis. 1426. num. 1.* & perpetuo seruauit Rota, *vt in Pampilonen. parochialis de Arcos coram me, quæ est decis. 321. nu. 1 par. 1. recent. & decis. 700. sub numer. 1. & 715. num. 3. eadem par. 1. & nouissimè in Asculana plebaniæ 12. Ianuarij præteriti coram Reuer. P. D. meo Merlino.*

Clericatus Matthæi probatur ex litteris patenti-
2 bus sui Ordinarij, † *iuxta decis. Gramm. 81. sæpè canonizatam, Felin. in cap. post cessionem sub num. 3. & num. 15. de probat.* Rota *d. decis. 321. num. 5. & d. decis. 715. num. 3. & sæpè alias.*

Obitus Amaronij in possessione probatus remanet
3 ex confessione † Capaccij aduersarij, qui venit ex eadem vacatione, *Rota in d. decis. 715. sub num. 3. & fuit latè dictum in causa Aretina plebaniæ coram D. Merlino.*

Neque dicatur confessionem emanasse super eo,
4 quod Canonicatus † vacauerit per obitū Marci Antonij, non autem inde sequi quod obierit in possessione, cum posset alius possidere. Quia cum Capaccius petierit, & obtinuerit à Capitulo immitti in realem, & actualem possessionem Canonicatus vacantis per obitum Marci Antonij necessario sequitur, vt agno-
5 uerit possessionem † defuncti vti vacuam aliàs impossibile fuisset eum immitti in plenam possessionem,

& eam

& eam continuare *ad notat. per Mohed. decis. 11. sub num. 1. & seq. vt lit. pend.* Rota *decis.* 258. *numer.* 5. *& decis.* 307. *num.* 2. *& seqq. coram san. mem. Greg. XV.*

Demum de reseruatione constat ex obitu in men-
6 se † Augusti reseruato ex regula 8. *Seraph. decis.* 1296. *num.* 6. *& decis.* 700. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* & quod tali mense obierit Marcus Antonius non contro-
7 uertitur inter partes, † & probatur ex confessione ipsius Pacciotti in sua instantia pro immissione in possessionem, vt in decisionibus proximè allegatis.

Neque obstat quod reseruatio non sit indubitata
8 sed potius turbida, † cum Capaccius fuerit prouisus ab Archiepiscopo Seneñ habente Apostolicum Indultum conferendi sex Canonicatus, quos appellãt
9 supranumerarios etiam in † mensibus reseruatis, & sit in possessione, *Rota in dicta Burgen. de Pancoruo coram Gipsio, vt in decisionibus relatis per Garz. de benef. par.* 6. *cap.* 4. *nu.* 11. *&* 17. *& per Gonzal. ad reg.* 8. *gloss.* 11. *num.* 100. *& seq. & fuit latè dictum in Burgen. Abbatiæ de Salas* 28. *Nouembris* 1615. *coram me, vbi aliæ decisiones allegantur*, quia placuit responsio, quod Indultum cõcessum Archiepiscopo fuit restrictum ad Canonicatus vacantium
10 per cessum, † vel decessum, vel alio modo illos obtinentium, vt apparet ex lectura Indulti, non autem concessum fuit, vt Archiepiscopus posset Canonicatos vacaturos conferre, prout fecit in personam Capaccij conferen. ei Canonicatum de mense Maij 1622. quem primo loco vacare contigerit, qui vacauit de mense Augusti proximè sequentis per mortẽ Amaronij vt supra dictum est, & Capaccius vigore dictæ collationis ante vacationem sibi factę adeptus est possessionem à Capitulo, & hæc omnia iustificãtur in summario ipsius Capaccij num. 1. 2. & 3. & sic
11 † prouisio de beneficio non vacante, & viuentis fuit ipso iure nulla, *iuxta text. in cap.* 2. *de praben. in* 6. *glos. in cap. vlt. in verb. Apostolica de renunciat. eod. lib. cum adductis per Gonz. glos.* 51. *num* 43. Ne-
12 que potuit conualidari ex obitu superuenien. † Amaronij qui Canonicatum possidebat *Felin. in cap. in nostra. num.* 38. *vers. & adde de rescript. cum alijs per Paris. de resignat. lib.* 8. *q.* 7. *num.* 150. qua stan-
13 te nullitate remanet reseruatio † clara ratione mensis Augusti in quo contigit vacatio, & in quo Papa contulit Canonicatum Matthæo etiam cum deroga-
14 tione, vel suspensione prædicti Indulti, † quo casu valuit prouisio saltem per modum præuentionis, *Cassad. decis.* 8. *num.* 10, *de praben. Gonz. supra gloss.* 53. *num.* 39 *& seqq.* Rota *in causa Papien. beneficij* 10. *Aprilis* 1617. *coram bon. mem. Andrea, & in Salisburgen. Præpositura* 7. *Iulij* 1621. *coram R. P. D. meo Verospio.*

Ex quibus etiam cessat, quod Capaccius dicatur habere parem titulum cum prouiso Apostolico ex
15 † quo prouisus ab Ordinario vigore Indulti Apostolici, & sic cesset immissio, & sit procedendum via ordinaria, quia omisso quod id procederet, si prouisio Apostolica Capaccij esset eiusdem speciei, cum
16 † prouisione Matthæi, vt puta ex alia subrogatione gratiosa, *vt fuit dictum in Vrgellen. Archidiaconatus* 15. *Iunij* 1592. *coram Penia, & in alia Senen. Canonicatus* 13. *Maij* 1588. *coram Bubalo*, & refert *Garz. de benefic. par.* 6. *cap.* 4. *sub num.* 16. *& n.* 21.
17 sat est dicere nullam † adesse paritatem tituli, cum Archiepiscopus nulliter prouiderit vigore Indulti
18 † de beneficio viuentis ante vacationem ex supra deductis, & alias certum est, quod in hac materia
19 an quis sit legitimus contradictor, † potissimum spectatur, an quis se opponat cũ titulo æquali, *Bart. in l. fin. num.* 21. *an compareat. C. de edict. D. Adr. toll. & fuit dictum in Leodien. Abbatiæ* 25. *Maij* 1622. *coram me, vbi aliæ decisiones allegantur.*

Nec potest suffragari alia prouisio ab eodem Archiepiscopo facta eidem Capaccio die 8. Febr. 1623. de eodem Canonicatu, & præbenda per obitum eiusdem Amaronij de mense Augusti præcedentis, quia
20 cum † Papa præuenisset conferendo die 29. eiusdem mensis Augusti, & declarasset se velle concurrere, & præuenire Ordinarium, vt deducitur ex deroga-
21 tione indulti, † titulus Capaccij remanet omnino releuans, & ipse non potest dici legitimus contradictor ad impediendam immissionem ex proximè allegatis.

Demum non obstat quod litteræ Matthæi saltem per sententiam Vicarij Seneñ fuerint vulneratæ, &
22 † sic cesset via exequutiua immissionis, præsertim cum dicta sententia dicatur transijsse in iudicatum ob non interpositã appellationem, quia fuit responsum quoad appellationem obiectum cessare ex facto cum Matthæus licet non fuerit vsus verbo, appel-
23 lo, tamen habuit recursum † ad Sanctissimum, qui recursus habet vim appellationis, *Bald. in cap. sancimus sub num.* 3, *quo temp. Mil. inuest. per deb. in vsib. feud. cum alijs per Lancell. de attent. cap.* 19. *numer.* 7. *& per Modern. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 19. *rem.* 3. *num.* 30. *&* 33. præsertim sequuta commissio-
24 ne causæ in Rota, & † trãsportatione omnium actorum de partibus *cap. ad audientiam. vers. licet autem vbi Abb. num.* 1. *& seq de appell. Gaill. obseruat. lib.* 1. *obseru.* 2. *num.* 4.

Quo vero ad vulnerationem illa cessare videbatur
25 ex quo Vicarius non pronunciauit pro † non exequutione litterarum, sed Matthęum non esse immittendum in possessionem Canonicatus, cum non reperiretur vacans, immo ex concessione Apostolica possideretur à Salimbeno, & sic deceptus est in in-
26 telligentia † indulti, & denegauit immissionem ex prætenso defectu iustificationis litterarum circa va-
27 cationem, vnde cum hodie appareat iustificatio † iustè petitur exequutio, *vt in Astoricen. Archidiaconatus* 6. *Nouembris* 1602. *coram bon. mem. Cardinali Lancellotto iuniori, & in Neritonen. pensionis* 26. *Nouembris* 1627. *coram D. meo Caualerio nunc Datario dignissimo, quæ decisiones sunt apud Marches. de comm. par.* 1. *fol.* 376. *num.* 9. *& fol.* 620. *num.* 3. *in fin. & seq.* Et ita fuit decisum &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Firmana Hæreditatis.

Veneris 15. *Martij* 1624.

ARGVMENTVM.

Diluuntur nonnullæ exceptiones obiectæ contra validitatem sententiæ, & præsertim quando valida sit, licet lata super petitorio, quod iam per partes fuit suspẽsum. Citationis omnis defectus sanatur per comparitionem partis citatæ, vel si eius nomine compareat procurator. Post citationem minus legitimè executam, quando quis comparet, quid ex tali comparitione lex præsumat. In seruatione terminorum

rum substãtialium includitur etiam citatio ad dicendum contra commissionem, & an ex ea dicatur firmata iurisdictio ante sententiam. Mandatum speciale requiritur ad petendam restitutionem in integrum, & an sufficiat generale amplissimum.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Sentẽtia lata super petitorio postquam illud à partibus fuit suspensum, est nulla ex defectu iurisdictionis.*
3 *Iudex, quando non obstante suspensione petitorij valide procedat super eo pronunciando.*
4 *Arbitrium an intret super cumulatione petitorij, & possessorij, stante suspensione, hoc est disputandum. cum arbitrium à iure soleat regulari.*
5 *Rota satis dicitur cognoscere de viribus cumulationis petitorij cum possessorio, dum gustat de meritis causæ, & ad vlteriora procedit.*
6 *Possessorij suspensio, quando dicatur reiecta.*
7 *Petitorij cumulatio cum possessorio stante turbiditate etiam in remedio retinendæ nõ solet denegari.*
8 *Iurisdictio solet firmari per citationem ad dicendum contra commissionem.*
9 *Citationis omnis defectus sanatur per comparitionem citati.*
10 *Quia per talem comparitionem, quis certus redditur de eo, de quo erat citandus.*
11 *Citationis terminus circumducitur lapso die constituto, & exinde comparitio nõn validat, id quod iam extinctum est.*
12 *Citatus ad duo tenetur, nempe comparere, & in termino ædicti.*
13 *Citatus, quando comparet, lex præsumit, & fundat validitatem citationis, super præsumpta notitia, & scientia citationis in tantum, quod contra eum potest procedi ad vlteriora.*
14 *post Citationem, quando quis comparet, præsumitur contra eum citatio executa minus legitimè ad eius notitiam peruenisse.*
15 *Sententia lata sine valida citatione est nulla.*
16 *Protestatio dissensus in iurisdictionem Iudicis eluditur ex verbis, vt nihil Iudex faciat, nisi seruatis seruandis, & præcedentibus citationibus.*
17 *in Terminorum substantialium seruatione solet includi etiam citatio ad dicendum contra commissionem.*
18 *Mandatum speciale requiritur ad petendam restitutionem in integrum.*
19 *Et quid stantibus clausulis amplissimis, in mandato generali, videlicet, vt procurator possit omnia facere, quæ & ipse principalis potest.*

DECISIO DXXI.

DVBITATVM fuit in hac tertia instantia, an vltima sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & quoad validitatem affirmatiuè fuit responsum, reseruando de reliquis videre in separata disputatione. *

De ea namq. constat ex reuolutione actorum ex
1 quibus probantur requisita † validitatis enunciata per Caputaq. *decis.*260. *par.*2. commissio cum citatione ad dicendum contra, mandata procuratorum, & termini substantiales.

Nec obstant oppositæ nullitates contra primam sententiam Rotalem iam discussę, & reiectę coram *R.P.D. meo Caualerio* 27. *Aprilis* 1622.

Quia quoad primam de nullitate causata ex sen-
2 tentia super petitorio † post eius suspensionem propter defectum iurisdictionis secundũ decisiones *Caputaq.* 322. *par.*2. *&* 143. *par.*3. *Card. Mantic. decis.* 328. *nu.*3. visum fuit posse euitari dum ante sententiam superuenit rescriptum super cumulatione pos-
3 sessorij cum petitorio, cum† quo Iudex potuit non obstante suspensione manum apponere, & vtrumq; agnoscere *Honded. cons.*24. *num.*55. *lib.*2. *Osasc. cons.* 67. *num.*11. *Men. de recuperanda rem.*15. *num.*369.

Nec obstat, quod huiusmodi cumulatio facta non fuerit præcedente cognitione, nempe suscipiendo di-
4 sputationem †super arbitrio prout necessaria dicebatur, dum à iure solet regulari.

Quia cũ de expressa cognitione loquatur verum est, sed illa non est necessaria, quia sufficit ꝙ Rota de
5 viribus cumulationis †cognouerit merita degustando, & ad vlteriora procedendo, *vt dictum fuit in Anconitana bonorum* 12. *Ianuarij* 1602. *coram Reuer. P. D. Manzanedo nunc Patriarcha Hierosolymitano, & coram me in Abulen. pensionis* 15. *Decembris* 1620. si vero de tacita cognitione agatur, & hæc ipsa negari non potest, quia disputatum fuit dubium, cui esset dandum mandatum de manutenendo sub die 14. Febr. 1620. & vtrique parti manutentio denegata fuit cũ decreto, quod remaneret sequestrũ,
6 vnde ex hoc processu ad vlteriora † satis dignoscitur suspensionem possessionis fuisse reiectam propter illius turbiditatem, & suspensionem, per quam etiam
7 in remedio retinendæ non solet † denegari cumulatio, vt expressè tenuit *Rot. in decis.*557. *par.*1. *recen.*

Quo vero ad secundam nullitatem ex defectu ci-
8 tationis ad dicen. contra commissionem † per quam solet firmari iurisdictio, & quæ deducebatur ex inualida illius executione scilicet per diligentias, per affixionem per contradictas, & ad domum procuratoris Raccagni, fuit respõsum in decis 27. Aprilis 1622. sanatum fuisse omnem defectum per comparitionem
9 Archigenij Riccij † procuratoris Eneæ, & vera est responsio, quia per comparitionem citati, vel eius procuratoris satis redditur certus de eo, de quo
10 † erat citandus, *Bald. in l. fin. C. de procur. Caputaq. decis.*112. *par.*1. *Cassad. decis.*2. *de iud. Felin. in c. illud. num.*8. *de præscript. Vant. de nullit. Def. cit. num.*16. *Rot. decis.*94. *num.*6. *coram Papa Greg. XV. & decis.*42. *par.*2. *recent.*

Neque obstat, quod illa comparitio debet esse in termino citationis alias de se terminus circumduci-
11 tur lapso die constituto, † & exinde comparitio non reualidat, quod extinctum est, *Aegid. decis.*364. & vlterius procuratorem comparẽdo dixisse citra consensum in iurisdictionem, & allegasse tenorem citationis tantummodo in genere.

12 Quia reus citatus† ad duo tenetur nempe comparere, & in termino ædicti, & quamuis secundum circumducatur, remanet tamen primum, vnde si comparet, vel mittit procuratorem ad comparendum
13 † lex præsumit, & fundat validitatem citationis super præsumpta notitia, & scientia citationis in tantum, quod contra eum potest procedi ad vlteriora *cap. dilecti de dol. & contum. Rot. in nou. eod. tit. decis.*11. nec contrarium dicit *Aegid. in allegata decis.* 364. sed magis confirmat hanc partem, dum asserit, qui per se, vel procuratorem legitimè deputatum post

14 post † citationem comparet, præsumitur citatio contra eum executa minus legitimè ad eius notitiam peruenisse, quod sufficit etiam si post terminũ compareat ex quo saluæ sunt comparentis exceptiones,
15 quod diuersum esset si ageretur de † sustinenda citatione ad sententiam, quia post tempus esset irreparabile præiudicium comparentis, vt aduertit *Rot. in decis. 409. num. 1. par. 1. recent.* nec refert, quod procurator non consenserit in iurisdictionem, & habuerit tantum generalem notitiam citationis, in qua
16 lex fundat † reualidationem illius, & à dissensu recessit ex protestatione in fine posita, quod nihil fieret contra suum principalem, nisi ipso comparente legitimè citato. Quibus omnibus accedunt citationes eiusdem Archigenij procuratoris in seruatione
17 terminorum † substantialium, in quibus, & ipsa citatio ad dicen. contra commissionem solet includi, itaut semper dicatur firmata iurisdictio ante sententiam, *vt Rota firmauit in causa Bracharen. de Granfeis 19. Nouembris 1602. coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*

Nullitati vero excitatæ ex eo quod sententia lata
18 per Vicarium Vrbis † pro Enea fecerit transitum in iudicatum, itaut procuratori Alexandri ad petendam restitutionem in integrum fuerit necessarium mandatum speciale, *l. illud. in fine. ff. de minor. l. coram de rest. in integr. Ioseph. Ludou. concl. 30. vers. secundo requiritur*, benè respondet decisio diei 27. Aprilis 1622. quod cum in eo mandato, quod datum fuit nunc per extensum adsit clausula amplissima nempè, & generaliter omnia alia facienda, quæ ip-
19 semet † constituens facere, posset si præsens, & personaliter interesset, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, vel magis generale, quam expressum est, sufficienter constat de facultate ad petendam restitutionem in integrum, vt ponderatum fuit *in Prænestina bonorum 21. Febr. 1614. coram bon. mem. Card. Sacrato,* & in terminis formalis clausulæ bene determinat *Couarru. variar. resol. lib. 1. cap. 6. num. 2. vers. quarto manifestè per tex. in c. qui ad agendum de procur. in 6. Cassad. d. 1. de procur.*

Superest quarta nullitas propter omissam cognitionem hæreditatis Hieronymi in sententia Reuerendiss. Seleucieñ, sed quia magis pertinet ad articulum iustitiæ, quam validitatis poterit, de ea plenius videri in parte reseruata. Et ita &c.

Hic enim reseruata videre, fuerunt ventilata sub die 3. Maij præsentis anni 1624. quæ decisio est infra suo loco.

Causa ista primo fuit coram bon. mem. Archiepiscopo Seleucien. & tres decisiones coram eo emanatæ nempe sub diebus 7. Iunij 1619. 27. Ianuarij 1621. & 15. Martij eiusdem anni. sunt supra in præcedenti Tomo decisiones 122. 272. & 278.

Ac deinde in altera instantia ponens fuit bon. me. Card. Caualerius coram quo pariter tres aliæ decisiones fuerunt factæ nempe sub diebus 27. Aprilis 1622. 31. Martij 1623. & 7. Iunij eiusdem anni 1623. sunt inter eius impressas decisiones 590. 640. & 650. in quibus sententia lata in prima instantia fuit confirmata.

REVERENDISS. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano.

Cordubeñ Pecuniaria.

Lunæ 18. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Executio sententiæ impossibile est, vt à vitio nullitatis saluetur, quando fuit excessum in tempore, & in quantitate, itaut nec illa saluari potest ratione indiuiduitatis, quo ad tempus, & quantitatem debitam. Mandatum nulliter relaxatur contra bona hæredis, quando constat ipsum adiuisse hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij. Iudex satis dicitur nulliter procedere quando absque citatione partis processit, sicuti etiam quando post inhibitionem ei factam cognoscere non cessauit, ac pariter, quando executio fuit facta non obstante appellatione.

SVMMARIVM.

1 *Executio facta pro maiori tempore, & quantitate, quam in sententia continetur, sine dubio est nulla.*
2 *Executio, si sit nulla in parte, est quoque nulla in totum ratione indiuiduitatis, itaut nec substineatur pro parte debita.*
3 *Fructus nulliter calculantur supra tempus debitũ.*
4 *Hæres, quando adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, tunc pro debitis hæreditarijs non potest relaxari mandatum etiam contra bona hæredis.*
5 *Iudex procedens absque citatione partis nulliter procedit.*
6 *Iudex procedens, postquam fuit inhibitum nulliter ex defectu iurisdictionis postea clarum est sententiare.*
7 *Executio est nulla, & pars dicitur grauata, si ea fuerit facta non obstante interpositione appellationis.*
8 *Attentata, & nulla est executio facta post interpositam appellationem.*

DECISIO DXXII.

PROPOSITO per me dubio in hac causa vna tantum parte informante alia vero renuente, An constaret de grauamine Iudicum exequutorum. Domini responderunt affirmatiuè ex triplici capite. Primo, quia sententiæ latæ in partibus pro Aluaro de Cardennas creditore contra Nicolaum Rodriquez, ac successiuè contra Alphonsum de Lara eius fideiussorem per Iudices exequutores cuiusdam concordiæ inter partes initæ super quadam Cappellania, & fructibus condemnant Alphonsum pro medietate fructuum dictæ Cappellaniæ ab anno 1583. vsque ad diem 31. Augusti 1584. vt patet in summ. num. 3. Vnde cum exequutio pro dicto credito fuerit facta à dicto anno 1583. vsque ad annum 1590. vt
1 in d. summ. num. 6. 7. & 10. dicitur procul dubio † excessiua vti facta pro maiori tempore, & quantitate contentis in dictis sententijs, & proinde vti talis in
2 totum vitiatur, † nec sustinetur ratione indiuiduitatis pro parte debita, *Rot. coram fel. rec. Greg. XV. decis. 198. & decis. 480. num. 5. & decis. 485. num. 4. & inter recen. decis. 359. num. 8. par. 1. & decis. 630. sub num. 3. par. 2. & in Romana pecuniaria de Pinellis 8. Aprilis 1598. coram Orano.*

Deinde resultat etiam excessus ex eo, quia reser-

uatio

uatio fructuum dictæ Cappellaniæ secundum concordiam inter ad partes celebratam incipit à die expeditionis confirmationis dictæ concordiæ, quæ cum fuerit expedita sub di e 1. Septembris anni 1589. vt in summ. num. 2. non potuit liquidatio illorum, & exequutio fieri pro toto integro anno 1589. & sic pro octo mensibus ante diem 1. Septembris pro
3 quibus † certum erat nullos deberi fructus vti non comprehensos sub dicta reseruatione *ad text. in l. 2. C. de excess. rei iud. & fuit dictum in Calaguritana restitutionis in integrum 28. Aprilis 1589. coram Card. Platto.* Vltra quod fuit etiam excessiua exequutio, quia fuit facta contra Petrum Valenzuela hæredem prædicti Alphonsi de Lara, cum beneficio
4 legis, & inuentarij non solum super bonis † hæreditarijs, sed etiam super ipsius bonis proprijs, quæ sine dubio non erant supposita dictæ exequutioni, iuxta *text. in l. fin. §. et si præfatam. C. de iur. deliber. Corn. cons. 31. num. 1. lib. 3. Surd. cons. 7. num. 31. Monticul. de inuent. cap. 9. num. 59. Rota decis. 451. num. 10. par. 1. recent.*

Secundo constat de grauamine ex capite nullitatis quia fuerunt lata duo decreta liquidatoria à pro-
5 uisore, & tria à Synodalibus Cordubeñ non † solum absque citatione, & sic nulliter, iuxta *tex. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. cum alijs per Gabr. de citat. conclus. 1. num. 1.* sed etiam absque iurisdictione quæ defecerat propter inhibitionem emanatam à Synodali Toletano Delegato Apostolico coram
6 † quo lis pendebat, quæ fuit præsentata die 6. Nouembris, & sic octo dies ante prolationem secundi decretorum dd. Synodalium, *cap. at si Clerici in princip. de iudic. l. 1. C. si à non compet. iud. l. 1. §. hac autem verba. ff. quod quisque. iur. l. 1. §. fin. ff. ad Tertul.*

Tertium caput ex quo Domini dicebant pariter resultare grauamen dictorum Iudicum exequuto-
7 rum erat, † quia dictis decretis fuerat pro parte Petri hæredis Alphonsi interposita appellatio, vt in summar. num. 6. & 7. & tamen illa non obstante fuit facta exequutio, vt in d. summ. num. 7. & 10. Vnde
8 non potest negari quia illa vti † facta post appellationem, ac inhibitionem fuerit nulla, & attentata, vt latè per *Lancell. de attent. post inhib. ampliat. 6. & tradit Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 435. num. 3. & decis. 546. num. 5. & in vna Rauennaten. attentatorum 20. Maij 1611. coram D. meo Decano.* Et ita &c.

In eadem causa habentur infra duæ aliæ decisiones nempe sub 1. Iulij 1624. & 31. eiusdem mensis, & anni coram eodem Reuerendiss. Manzanedo.

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Vrbeuetana Hæreditatis.

Veneris 22. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Fideicommissi renunciatio, vt validè dicatur facta, & maximè à muliere, & insuper minori, debet clarè constare, ipsam habuisse plenam notitiam suæ vocationis, de qua tamen notitia non dicitur satis constare, ex verbis puellæ, nempe, ipsam esse bene instructam de tenore testamenti, & tractatur hic an substineatur renunciatio fideicommissi facta à puella ad quod erat exclusa propter existentiam masculorum, sed inclusa in defectu eorum, quando constat ipsam tantum habuisse notitiam suæ exclusionis, non autem inclusionis, veluti quia de ea nullum verbum habetur in renunciatione. Renunciationum verba quantumuis ampla, & generalia debent intelligi de iure competenti, de tempore renunciationis, non autem de futuro.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbeuetanum excludit fœminas dotatas vel dotandas à successione parentum stantibus masculis.*
2 *Fideicommisso renuncians, quando dicatur habuisse certam scientiam de eo, & de sua vocatione.*
3 *Fideicommisso ex quibus arguatur, quod quis noluerit renunciare.*
4 *Renunciatio non debet referri ad id, de quo renuncians non habuit notitiam.*
5 *Puella renuncians fideicommisso sibi obuenienti, non dicitur de illo satis certificata, dum in renunciatione asseruit, se esse bene instructam de testamento, in quo illud fuit relictum.*
6 *Quod multo magis procedit, quando vltra minorem ætatem, puella semper fuerit educata in aliquo Monasterio.*
7 *Renunciationis materia, est satis de sui natura strictissimi iuris, & nullo modo extendenda.*
8 *in Renunciationibus facienda est omnis interpretatio, vt minus quam fieri potest lædatur ius renunciantis.*
9 *Renunciationum verba generalia, & ampla debent intelligi de iure competenti de tempore renunciationis, non autem de iure competituro de futuro.*
10 *Renuncians in dubio censetur voluisse renunciare iuribus præsentibus non autem de futuro.*
11 *Quod procedit etiam stante generalitate, & amplitudine verborum.*
12 *in Renunciationibus, quantumuis verba sint vniuersalia, non comprehendunt vmquam ea, de quibus renuncians non habuit notitiam prout requiritur.*
13 *ex Testamenti notitia an resultet scientia omnium contentorum in eo.*
14 *Et quatenus opinio affirmatiua sit vera, non tamen procedit in renunciationibus, maximè facta per puellam iuribus sibi competentibus.*
15 *Renunciatio vt inducatur, necessaria est scientia certa, & indubitata, aliàs quam per mentionem alicuius testamenti.*
16 *Renunciationes, quod deseruiant de vento, non est facienda interpretatio.*
17 *Renunciatio ad hoc, vt extendatur est fragile fundamentum, quod alias renunciatio deseruiet de vento.*
18 *Renunciationes, quæ fiunt per puellas quoad successionem parentum sunt strictè interpretandæ, & maximè, si agatur de fauore extraneorum.*
19 *Renunciatio sat est, vt aliquid operetur, & nu. 20.*
21 *Renunciatio dum fuit facta ad maiorem cautelam, sufficit, vt quid minimum operetur.*
22 *Renunciatio dum aliquid operatur, non est aliud quærendum ad effectum, vt illa extendatur.*

DE-

DECISIO DXXIII.

DOMINI steterunt in decisis coram me sub die 14. Iunij præteriti, nempè renunciationem factam per D. Catherinam non comprehendere fideicommissum ad sui fauorem institutum ex rationibus, & fundamentis in decisione adductis, contra quæ non obstant, quæ hodie opponuntur per informantes pro DD. de Capizucchis. Et primò quod dum D. Catherina affirmauit se esse bene instructam, quod stante fideicommisso Monaldi senio-
1 ris, ac statuto Vrbeuetano, quo † cauetur mulierem dotatam, vel dotandam non succedere in bonis paternis, & maternis stantibus masculis, ipsa erat exclusa à successione dictorum bonorum, & quod nihilominus intendebat renunciare, si quid iuris forsan sibi super illis competeret, videatur ex his habuisse certam scientiam dicti fideicommissi, quod cum
2 fuerit vnicum, & ferè scriptum sub vnica clausula non potuerit esse certificata de sua exclusione propter masculos, quin etiam fuerit certificata de sua vocatione in defectum illorum, iuxta *text. in l. non est ferendus. ff. de transact.*

Quia fuit responsum huic primo obiecto, quod dum D. Catherina fecit mentionem dicti fideicommissi, non dixit stan. fideicommisso quod existentibus masculis, fœminæ non succedunt, vt inferunt informantes pro DD. de Capizucchis, sed dixit quod stante fideicommisso, ac Statuto Vrbeuetano intendebat renunciare bonis paternis, ac maternis, nulla tamen facta mentione bonorum fideicommis-
3 sariorum ex quo † bene datur intelligi ipsam non habuisse voluntatem renunciandi dicto fideicommisso ad quod erat in defectum masculorum vocata, & licet ex mentione facta, vt supra de dicto fideicommisso in renunciatione prædicta possit dici habuisse notitiam illius in capite exclusiuo, nempè existentiæ masculorum, tamen non propterea sequitur
4 ex hoc, quod habuerit notitiam † alterius capitis fideicommissi, ad quod erat vocata ex deficientia illorum cum nullum verbum reperiatur in dicta renunciatione, quod hoc præseferat, & ideo renunciatio non potest referri ad fideicommissum cuius
5 vim, & effectum non potuit D. Catherina vti † mulier intelligere, quamuis dixerit se esse bene instructam de dicto testamento, vt bene in similibus terminis tradit *Angel. in l. qui Romæ. §. duo fratres. numer. 8. & ibi etiam Alex. num. 54. vers. sed iusta hæc. ff. de verb. obligat.* refert, & sequitur *Rvin. cons. 107. num. 4. & 5. lib. 1. Rota coram Cæs. de Graß. decis. 1. num. 1. & 2. de recent.*

Quod eo magis procedere debet ex eo, quia vltra personam renunciantis, de quo tempore erat etiã
6 † puella annorum 17. ac semper educata in Monasterio, quod semper animaduertit *Angel. loco nuper citat.* versamur in materia renunciationis, quæ de
7 sui natura est † strictissimi iuris, & nullo modo extendenda, *Aym. cons. 1. pro genero. num. 454. vers. quod in renunciatione. Curt. iun. cons. 16. num. 11. Decian. cons. 7. num. 75. lib. 3. Paris. cons. 110. numer. 96. lib. 1. Bece. cons. 111. num. 31. lib. 1. Gabr. cons. 60. num. 6 lib. 1. Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 25. Ossasch. decis. Pedem. 112. num. 5. Seraph. decis. 559. num. 4. & decis. 658. num. 2.* adeout in
8 ea debet fieri omnis interpretatio, vt minus † quam fieri possit lædatur ius renunciantis, *Dec. in l. post quam liti num. 15. C. de pact. Curt. iun. cons. 13. numer. 1. Grat. cons. 17. num. 46. lib. 1. Bece. cons. 111. num. 31. lib. 1. Surd. cons. 446. num. 23. lib. 3. Honded. cons. 29. num. 93. & seqq. lib. 1. Rota decis. 242. num. 2. par. 2. diuers.*

Secundo non obstant verba amplissima, quibus est concepta dicta renunciatio, ex quibus propterea dicitur D. Catherinam voluisse renunciare cuicumque
9 iuri sibi super dictis bonis competenti. Quia † dicta verba etsi generalia, & ampla debent intelligi de iure dictæ D. Catherinæ competenti de tempore renunciationis, & masculis extantibus, non autem de iure competituro in futurum dictis masculis de-
10 ficientibus, † & sic de tempore præsenti non autem
A de futuro A secundum *Bald. cons. 38. num. 1. vers. tertia ratio, & vers. quinta, & sexta ratio lib. 2.* & alios adductos in altera decisione facta in hac causa coram me, quibus addi possunt *Felin. in cap. si diligenti. num. 33. vers. decimo fallit. de for. competen. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 19. & ibidem Ias. num. 69. Rip. num. 47. Bolognett. num. 110. vers. quinto ampliat. ff. de verb. oblig. Dec. in l. 1. numer. 32. vbi etiam Rip. numer. 26. C. de pact. Grat. cons. 173. num. 44. lib. 1. Rim. iun. cons. 204. num. 79. & seq. Dec. cons. 86. num. 4. vers. sed tamen his non obstan. Boer. decis. 147. num. 12. Rot. in recen. decis. 624. num. 2. par. 2. & coram bon. mem. Card. Sacrato in Leodien. fideicommissi de Renene 12. Decembris*
11 1611. vbi in specie † consideratur generalitas, & amplitudo verborum.

Vltra quod etiam quod dicta verba in renunciatione posita essent apta comprehendere dictum fideicommissum, non tamen debet censeri compre-
12 hensum, ex quo non constat D. Catherinam † habuisse scientiam dicti fideicommissi, prout requiritur, *per text. in l. de his. C. de transact.* Neque releuat quod dicatur ex notitia dicti fideicommissi in genere habita ex mentione facta de testamento Monaldi
13 senioris resultasse † quoque scientiam omnium contentorum in eo, quia dato quod hoc esset verum,
14 tamen non procedit in † muliere minore, prout erat D. Catherina de tempore renunciationis, *Bald. consil. 440. circa fin. vers. non obstat quod not. Bart.*
15 *lib. 3.* nec etiam habet locum in renunciatione, † ad quam inducen. necessaria est scientia certa, & indubitata, alias quam ex mentione testamenti, *Aym. cons. 193. nu. 8. vers. illud tamen. Roman. cons. 403. num. 17. & seqq. Soccin. iun. cons. 98. num. 5. lib. 2. Socc. sen. cons. 283. num. 2. lib. 2. Corn. cons. 139. lib. 4. Bero. consil. 177. numer. 9. & 10. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 21. & fuit dictum in Aesina bonorum 17. Iunij 1596. coram bon. mem. Corduba, Romana pecuniaria, seu dotis 10. Maij 1602. coram Card. Pamphilio, & in Bononien. fideicommissi de Aguccbijs 8. Iunij 1618. coram Reuerendiss. D. meo Seleucien.*

Tertiò denique non obstat, quod hoc modo re-
16 nunciatio prædicta seruiret † de vento, & nullum operaretur effectum, & D. Catherina, tam vigore dicti statuti, quàm testamenti iam erat exclusa ob existentiam masculorum absque dicta renunciatione; quia fuit responsum huiusmodi obiectum esse
17 parui ponderis, & parum † considerabile ad effectum extendendi renunciationem, quæ de sui natura est
18 strictissimi iuris, cum præsertim agatur de † fauore
B extraneorum, B vt dixit *in Bononien de Armis 12. Decem-*

Decembris 1622. coram D. meo Merlino. Vltra quod potest dici quod in omnem casum dicta renū-
19 ciatio plures † etiā poterat operari effectus nempe quod aliud non posset petere in bonis maternis. Secundo, quia non potest conqueri de dote minus
20 congrua. Tertio, † quod fideicommissum non posset impugnari ex dispositione, *Authen. res quæ. C.*
21 *comm. de leg.* & denique quod ad maiorem † cautelam facta fuerit, quod sufficit, vt considerauit *Rota in d. Bononien. de Armis* pro quibus faciunt notata per *Eugen. cons. 88. num. 83. & per Peregr. de fideicom. art. 52. num. 25. ad fin.* quod vbi renunciatio
22 † aliquid operata est, nihil amplius operari debet. Et ita resolutum &c.

Decisio ista in hac causa emanata sub die 14. Iunij 1623. coram eodem Reuerendiss. Manzanedo est infra in Appendice.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS AD DECISIONEM DXXIII.

1 *Renuncians non præsumitur voluisse renunciare iuri in futurum sibi competenti.*
2 *Quod procedit etiamsi renunciatio facta sit per verba, quæ sonent in futurum, veluti omnibus iuribus sibi competentibus, & competituris in futurū.*
Iuribus in futurum sibi competentibus renuncians non intelligitur renunciatum iuri acquirendo ex noua causa de futuro, & ignorata, sed tantum illi iuri, quod ex causa de præsenti competebat, nu. 2.
3 *Renunciatio non extenditur ad ignorata, licet quis renunciet etiam iuribus, quæ habere sperat.*
4 *Promissiones omnes restringuntur ad statum, & qualitates existentes de tempore contractus.*
5 *in Contractibus omnibus, & dispositionibus quantumuis etiam præcisis, & in quacumque materia subintelligitur ex iuris præsumptione tacitè illa conditio, rebus sic stantibus, & num. 57.*
6 *Stoici, quamuis in suis promissionibus, & consilijs tenacissimi, tamen semper omnia subintelligebant cum conditione illa, rebus sic stantibus.*
7 *Sapiens non mutat consilium, omnibus his manentibus, quæ erant de tempore consilij, & num. 8.*
9 *Fidem tunc quis fallit, & inconstantiæ crimen audit, si dum aliquid promisit, omnia sint in eodem statu, & num. 10.*
10 *Constans, & leuis, quis esse debet, prout tempus postulat.*
11 *Sapiens sine crimine mutat mores temporibus.*
12 *Seuerus nec pius non est bonum, vt quis semper sit.*
13 *Tempus omnia habent.*
14 *DEVS semper est idem, immobilis, & immutabilis, qui et per Malachiam Prophetam dixit, Ego Dominus, & non mutor.*
15 *DEVS sententiam suam mutat, rebus in eodem statu non permanentibus.*
16 *de Peccatis suis, si quis agat pœnitentiam, ipse etiam DEVS agit pœnitentiam super malo, quod constituit facere.*
17 *Impio, si DEVS dixerit, morte morieris, & ipse egerit pœnitentiam de peccatis suis, vita viuet, & non morietur.*
18 *Peccator, si nouerit mutare vitam, & mores, DEVS etiam nouerit mutare sententiam.*
19 *DEVS est seuerus seueris, & pius pijs, & quibus alias seuerus erat, mox efficitur mitis absque mutatione sui.*
20 *Rebus sic stantibus, id intelligitur in qualibet dispositione quamuis immobili, firma, & praes, & num. 21.*
22 *Monasterio si aliquid detur pro dote, restituitur si dans non ingreditur, vel inde exeat.*
23 *Monachis in apostasiam euntibus, bona sua sunt eis restituenda à Monasterio, ne in deteriora præcipitentur, & ne in perniciem Monachorum, & incendium Monasterij occasione suorum bonorum ardescat.*
Inimicis, & persecutoribus necessaria subministrare debemus.
24 *Causa à principio in quolibet contractu verisimiliter non cogitata, semper dicitur excepta.*
25 *Dispositio nulla quantumuis generalis, & prægnās reperiri potest, vt trahatur ad incognita, & incogitata.*
26 *Renuncians, contrahens &c. si de contrario statu cogitasset, nec sic renunciasset, nec sic contraxisset.*
27 *de Nouo ea, quæ emergunt, nouo indigent auxilio. in Rebus nouis, nouum consilium, & remedium suggerendum est, num. 27.*
28 *Status mutatione eueniente, perinde est, vt sicut contractus conditionalis nō purificata conditione euanescit, ita expirat mutato rerum statu,*
29 *Quod procedit, quamuis in contractu adsit aliquod verbum extensiuum ad futurum.*
30 *Promissio durat etiam mutato rerum statu, quando ea est comprehensiua temporis futuri, & futurus status potuit in genere cogitari, & quando id procedat, num. 31.*
32 *Futurorum prospectus spectat ad virū sapientem. Sapiens vir ille est quidem, qui cuncta volutat, omnia perpendit, inspicitq. finem, num. 32.*
33 *Malis, bonum est ab initio occurrere, quàm ex post facto remedium quærere.*
34 *Prudens qui vult esse, in futura prospectum intendat, et quæ possunt contingere animo suo cuncta proponat.*
35 *Prudenti nihil subitum est, sed totum ante prospicit, nam qui prouidens est, non dicit, non putaui hoc posse fieri.*
Prudens non dubitat, sed expectat, non suspiratur, sed cauet. num. 35.
Admittere id, quod caueri potest stultum est, melius est prospicere, quā vlcisci accepta iniuria. n. 35
36 *ante Tempus melius est occurrere, quàm post vulnus acceptum, remedium quærere.*
Melius est præcauere, quam pauere, num. 36.
37 *Futurorum prospectus non afficit damno, non cogitantem, nisi ex præsenti statu debuerit futurus excogitari.*
38 *Causa noua dicitur iusta, vt recedatur à contractu, si de nouo superueniat, & ab initio ipso fuit incognita.*
39 *Dispositio qualibet intelligitur, rebus sic stantibus, quod procedit, etiamsi interueniat iuramentum.*
40 *Iuramēti proprietas est sequi naturam ipsius contractus, super quo apponitur.*
Contractus sicut euanescit mutato rerum statu, ita euanescit iuramentum in eodem contractu interpositum. num. 40.
41 *Iuramentum non debet continere vinculum iniquitatis.*

42 *Renunciatio iurata non includit casus, quos non iurata non includeret.*

43 *Renunciatio non comprehendit casum ignoratum. Iuramentum non facit, vt contractus deducatur ad casum ignoratum, num.43.*

44 *Iuramentum non auget obligationem, sed ei tantum intra limites sui manenti, addit religionis vinculum.*

45 *Iuramentum auget obligationem non extensiuè, sed tantum intensiuè.*

46 *Iuramentum quoque habet in ventre tacitam illam conditionem, rebus sic stantibus, seu eodem manente statu.*

47 *Doctoratum Bononiæ, si quis iurauerit recipere, & ibi superueniat pestis, non efficitur periurus, si alibi illum sumat.*

48 *Scholaris iurans creditori suo non exire districtum loci, vbi manet absque eius licentia, quando non dicatur periurus, licet absq; illius licentia exeat, & vide num.50.*

49 *Vir non tenetur eam in vxorem ducere, cui dos non datur.*

51 *Statuta alicuius loci, si quis seruare iurauerit, licitum est iuranti, eis mutatis absque incursu periurij contrauenire.*

52 *Promissio de non offendendo, non habet locum, vbi promissor de nouo offenditur.*

53 *Filia, si iuramento renunciauerit successioni paternæ contemplatione certarum personarum, dato, vt illæ moriantur ante obitũ patris, poterit absque incursu periurij redire ad bona renunciata, & num.54.*

55 *Pactum super successione viuentis, tenet accedente eius consensu.*

56 *Filia quamuis bonis paternis renunciauerit cum iuramento, nihilominus potest licitè ei succedere, si pater instituerit eam hæredem.*

57 *Pactum de non succedendo alicui, intelligitur nisi nouum ius superueniat paciscenti.*

59 *Filia renuncians successioni patris, intelligitur de successione ab intestato, non autem ex testamento, & num.60.*

61 *Beneficium alicuius Ecclesiæ, si quis renunciauerit accipere, potest illud licitè accipere, si sibi conferatur.*

62 *Patronus, si non aluerit libertum, priuatur successione bonorum, nisi libertus in testamento eumdem patronum hæredem instituerit.*

63 *Pactum super successione viuentis, tunc tenet accedente illius consensu, & etiam si in eadem perseuerauerit voluntate vsque ad supremum vitæ spiritum, & num 64. & 68.*

65 *Quare constito de dissensu euanescit pactum, & ex quo dicatur constare de tali dissensu.*

66 *Filia renuncians successioni paternæ, ad fauorem fratrum, cum consensu ipsius patris, ex tali consensu nullum ius acquiritur fratribus, cum necesse sit, vt permaneat in eadem voluntate vsque ad mortem. num.79.*

67 *Pater potest hæredem instituere filiam, quamuis ipsa renunciauerit futuræ successioni eius, quia intelligitur, quatenus ipse pater permaneat in eadem voluntate, cum lex resistat huiusmodi renunciationibus.*

69 *Testandi libera facultas dicitur etiam alicui auferri, dum non potest instituere eum hæredem, quem vult.*

70 *Filia, si renunciauerit bonis paternis ad fauorem fratrum, licet verum sit patrem posse eam hæredem instituere, tenetur tamen ipsa cedere bona hæreditaria fratribus, ad quorum fauorem renunciauit;*

71 *Quia libertas testandi respectu fratris iam habuerit suum effectum, & num.72. & an vera sit prædicta opinio, vide à num.74.*

74 *Testamento facto, sicuti corruit pactum respectu eius, cuius bona fuerunt renunciata, ita respectu eorum ad quorum fauorem fuit renunciatum.*

75 *Duo, quando simul concurrunt, quorum alterum prodest, & alterum nocet, præualet, quod nocet.*

76 *Filia renuncians bonis paternis ad fauorem fratrum, intelligitur si pater permanserit in eadem voluntate.*

77 *Afflict. in decis. 350. num. 4. reprobatur, nam, & in ea opinione, de qua supra num. 40. fuit singularis, & contra eum fuit iudicatum.*

78 *Succedere alicui, dũ quis cum iuramento renunciauit, & hoc ad fauorem alterius, tunc si ille de cuius hæreditate agitur, reuocauerit consensum, eo casu renuncians ab omnibus liberatur,*

80 *Itaut, nec hoc casu committatur stipulatio pœnæ à renunciante promissæ ei, ad cuius fauorem fuit renunciatum, cum id pendeat à conditione perseuerantiæ eius, cuius bona fuerunt renunciata.*

81 *Surd. in decis. 14. circa finem, reprobatur dum conatus fuit saluare opinionem Afflict. in decis. 350. num.4.*

Renunciatio, & donatio in effectu non differunt, num.82.

82 *Renunciare numquam censetur quis voluisse iuri de futuro ex noua causa superuenienti, sibi incognita, & num.83.*

84 *Renunciantes caueant in renunciationibus à verbis generalibus, ne ex eorum nimium effuso sermone in promptum incidant periculum.*

85 *Generaliter loquens sibi imputet, dum non cogitauit sub verbis generalibus omnia comprehendi.*

86 *Stultitia eius, qui generaliter locutus est, non debet alteri obesse.*

87 *Renunciatio amplissima facta de quibuscumque iuribus sibi quomodolibet competentibus non admittit reclamationem, etiamsi in eius prætensione plus inesset, quam in relicto.*

88 *Administrator, quando reddidit rationes, & computa sunt solidata, & Dominus fecit ei quietantiam amplissimis clausulis conceptam, tunc ex causa solius erroris, non potest amplius calculus reuideri, & computatio retractari.*

89 *Filia Monasterium ingressura, si renunciet bonis paternis, maternis, & fraternis, alijsque successionibus, & iuribus etiam ex testamento quomodolibet ei obueniendis, & deuoluendis.*

90 *Sub hac renunciatione venit etiam fideicommissum ad filiæ fauorem non dum purificatum.*

91 *Renunciatio generalis facta à Monacho obstat etiam Monasterio agenti ad bona renunciata.*

92 *Monasterio nullum ius competit super bonis Monachorum ab eis ante ingressum, renunciatis.*

93 *Quod procedit etiamsi bona essent subiecta fideicommisso, eiusque purificatio accidisset post emissam professionem, & ista est vera opinio.*

94 *Monasterium eius respectu non potest dare de læsione ex causa amplæ renunciationis factæ à Monacho*

nacho ante ingressum, cum sit licitum ei, de bonis suis ad libitum disponere. & num. 95.

96 Testamentum religionem ingressi, non rumpitur ex eo, quia nihil Monasterio reliquerit, & nec de illo cogitauerit.

97 Filia monialem se facere intendens, si renuntiet omnibus bonis, iuribus, & actionibus paternis, maternis, fraternis auitis ad fauorem patris eiusque hæredum, & successorum, adhoc, vt bona conseruentur in agnatione,

98 Dubitatur, his stantibus vtrum deficiente agnatione & patre instituente persona extranea, dicatur defecisse causa renunciationis, & vide num. 99. & 101.

100 Monialis renuncians ad fauores familiæ & familia non extat, perinde est, ac si non esset renunciatum.

101 Monialis numquam vocatur ad successionem parentum, dum extat persona, quæ mediante eius renunciatione illam excludat.

103 Parentes, quare procurent à filiabus Monasterium ingressuris renunciationem bonorum, & num. 108.

104 Filia ingressura Monasterium renunciando bonis ad effectum conseruandi ea in agnatione, videtur incongruum, vt pater possit illa relinquere extraneis, incognitisque.

105 Monialis renunciando bonis suis, censetur voluisse priuare Monasteriũ in concursu suæ agnationis, non autem extraneorum.

106 Monialis præsumitur habere affectionem ad ipsum Monasterium, in quo, & ipsa vsque ad mortem degere debet.

Monasterij facultatibus auctis, commodius etiam ipsæ Moniales subeunt onus religionis.

107 Renunciatio, dum stipulata fuit pro renunciatario eiusque hæredibus, & successoribus si ille decedat relinquendo hæredem, quamuis extraneum, non ex hoc euanescit renunciatio.

108 Filia renunciando bonis fauore agnationis cõfert in patrem, & pater acquirit facultatem testandi in præiudicium filiæ.

109 Filia, si renunciauerit bonis in manibus patris ad fauorem agnationis, pater tunc testando in præiudicium agnatorum, non tenet tale testamentum, secus testando in præiudicium ipsius filiæ.

110 Agnationis contemplatio, quæ fit per Monialem, quando renunciat successionibus, operatur, vt patre decedente ab intestato absque agnatis, filia possit succedere.

111 Item operatur, vt pater, vel alias renunciatarius non possit testari in præiudiciam agnatorum existentium.

112 in Agnatorum præiudicium quis non potest dici testari, dum ipsi non extant.

113 Renuncians bonis ad fauorem hæredum, & successorum, an in hærede extraneo instituto terminus iste verificetur, & num. 114

115 Filia renuncians ad fauorem hæredum, & successorum, id intelligendum est de hæredibus, & successoribus sanguinis.

116 Correctio incontinenti non est admittenda.

117 Verba generalia ex antecedenti protestatione, & verisimili mente loquentis, sunt interpretanda.

118 Stipulatio, pro hæredibus, & successoribus, tunc debet intelligi tantum, de hæredibus, & successoribus sanguinis, quando subiecta materia repugnat.

Veluti si agatur de re sui natura non transitoria ad extraneos, sed tantum ad agnatos.

119 Hæredum appellatione veniunt etiam extranei quando sumus in materia transitoria ad omnes.

120 Verbum, hæredes, tunc est restringendum ad hæredes sanguinis, quotiescumq. exstarent agnati, secus agnatis non extantibus.

121 Renunciatarius, decedendo ab intestato & non extantibus agnatis, ad quorum fauorem fuit renunciatum, tunc renuncians ei succedit.

122 Descendentium appellatione, licet non veniant fœminæ, quando habita fuit ratio conseruandæ agnationis, tamen quando id non procedat. nu. 123.

124 in Fideicommissis perpetuis, & absolutis, ordinatis ad fauorem descendentium & agnationis licet mens testatoris sit procliuior ad masculos, quam ad fœminas,

125 Nihilominus id verum est, & quatenus adsint masculi, quare eis non existentibus, fœminæ admittuntur, quasi per posterius vocati.

126 Renunciationes, successionibus, quæ fiunt per Moniales latius sunt interpretandæ, quàm illæ, quæ fiunt à nubentibus in seculo.

127 Renunciationes, quæ fiunt à filiabus nubẽtibus in seculo, expirant, e si persona contemplata deficiãt, sed secus, quando renunciatio est facta à moniali, & quare.

128 Monialis renunciando successionibus parentum, solent id facere, vt humanarum rerum curis exemptæ, DEO feruentiori, & quieto animo valeant inseruire.

129 Bona terrena, personis religiosis, impedimenta, & non adiumenta sunt, onera, & subsidia, possessione enim, & vsu opum non suffulcitur Ecclesia, sed euertitur.

130 Terrena calcat, qui cœlestia desiderat.

Diuina, qui meditatur, humanorum terminos non curat.

131 Religiosi post aggressam CHRISTI militiam, non debent rursus sæcularibus implicari negotijs.

132 Lupicini Abbatis eorumque Monachorum respõsum præclarum refertur, datum Regi Chilperico, dum voluit agros, & vineas donare Monasterio.

Monachi non decet facultatibus terrenis extolli, sed in humilitate cordis Regnum DEI, iustitiamq. eius exquirere.

133 Nicetas Imperator, post ædificatum Monasteriũ S. Michaelis, noluit vineas, & possessiones Monachis assignare, sed iussit ex fisco tantumdem illis annuatim exsolui, quantum eis ad alimenta, & vestitum satis esset.

134 Alimenta, & quibus tegamur dum habemus, his contenti esse debemus.

135 in Monasterijs plures moniales recipi non possunt, quàm ex redditibus ipsorum Monasteriorum ali possunt. & num. 136.

137 Simonia est, quando interuenit aliqua pactio de soluendo aliquid pro receptione Monialis.

138 Exemplum notabile, & simul lacrymabile refertur de quodam Monasterio Monialium, in quo non recipiebatur aliqua Monialis, nisi secum afferret certam pecuniarum summam. & nu. 139. & 140.

ANNOTATIO AD DECISIONEM DXXIII.

A CONCLVSIO ista,vt in dubio renuncians non
censeatur voluisse renunciare iuribus de futuro,
amplia procedere, etiam, quando verba re-
1 nunciationis sonant † in futurum, veluti si facta
sit renunciatio omnium iurium sibi competentiũ,
& competiturorum in futurum, in, & super certis
bonis; nam tunc non censetur renunciatum iuri
2 acquirendo,† ex noua causa de futuro, & ignorata,
sed tantum illi iuri, quod tunc ex causa de qua
agebatur,competebat, vel ex eadem causa compe-
tere poterat. l.2.ff. de stat. lib. & notatur in l. tres
fratres. ff.de pact. in l.mater.ff.de inoffic. testam. &
in l.1 §.decretalis. ff. de success. edict. Bart. in l. qui
cum tutoribus. ff. de transact.& in l.1 quod seruius,
per illum text.ff.de condit.ob caus. & in l.si vxor.§.
diuus. ff.de adult. & in l. qui rebus. §. duo fratres.
in 6 quæst. ff. de verb. obligat. latè Ripa in d.§. duo
fratres. num.11. vbi etiam ait, id procedere, licèt,
3 quis renunciasset etiam ea, quæ † habere sperat,
quia nec ista renunciatio trahitur ad ignorata.
Castr.consil.448.in fin.vol.1. Curt.iun. consil. 101.
num.7. Aretin. consil. 93. num. 8. Benedict. Capr.
cons.12.circa fin.& cons.530.nu.11. Dec. cons. 270.
& cons.352.ad fin. Cels.Hug.cons.81.num.8, Corn.
cons.2.vol.3. Euer.cons.12.nu.39. Cuman.cons.187.
Riminald.iun.cons.72.num.18.lib.1. Menoch. cons.
749.num. 11, Aldobrand.cons.66. num.2. Ludoph.
Schrader.de feud.par.8.cap.5. num.31. vers. renun-
ciatio generalis omnium iurium etiam futurorum,
numquam extenditur ad iura futura, ex causa po-
stea emergenti superuenientia, &c. ibique plura
allegantur,& adde Gephal.cons.467.num.27. vol.4.
Port.Imol.cons.19. num.33. Grat.cons.22. num.14.
& 15.vol.1. Alba cons.2. num. 17. vbi testatur de
communi, & cons. 66. num. 2. Alexand. de Neuo
cons.29.num.4. Decian.cons.52.nu.17.par.1.Bursat.
cons.347.nu.19. vbi etiam de communi lib.4. Surd.
cons.332.num.5.& cons.398 num. 12. & cons.413.
num.24. Andr.Molfes.ad consuetud.Neapolit.par.4.
titul.de renunciat.quæst.6. num.23. Cordul. de iur.
emphyt.titul.de caus.priuat.ob renunciat. à nu. 18.
Peregr. de fideicomm.art.52.num.35.Beltram. in
annotat.ad decis.265. Gregor.XV.in litera A.nu.6.
Gonzal.ad regul.8.Cancell glos.9. §.5. nu.35. Cost.
de claus.conuent.claus.94. sub num. 2. Ciriac. con-
trouers.292. num.8. Afflict. decis. Neapolitan. 350.
num.4. vers. ista renunciatio, quod habet,vel habe-
re sperat, intelligitur ex causa aliqua subsistente de
præsenti. Francisc.Viu. decis.Audient. Baren. 316.
num.11. vers.renunciatio minimè extenditur ad
bona superuenientia ex causa de nouo,& ignorata,
etiam si quis renunciasset ea quoq. quæ habere spe-
rat,&c.lib.2. Martius Giurba decis.Senatus Siciliæ
42.n.5. vers.renunciatio nõ extenditur ad ius,quod
superuenit ex noua causa, &c. Boer.decis. Senatus
Burdegal. 147. sub num.12.vers.licet,quis renunciet
omni iuri, quod habet, vel habere sperat, intelligi-
tur de spe subsistente ex causa de præsenti, non au-
tem de futuro,&c. Ioachin. Mynsig. obseruat. Im-
perialis Cameræ centur.2.obseru.7 sub num.4 vers.
etiam si renunciauerit iuri quod habet,vel habere
sperat, quia intelligitur ex causa nunc subsisten-
te,&c. & sæpius sensit Rota, & potissimum coram
bo.me.Coccino decis.549. sub num.3.vers.renuncia-
tio iuri de futuro est intelligenda ex causa de præ-
senti,&c. ibique testatur de communi par.1. recent.
& coram bo.me.Card.Sacrat.decis.782. sub num.2.
vers. quia illud non erat purificatum,& sic erat ius
de futuro &c.par.2.recent. & coram bo. me. Card.
Caualer.decis.340. num.6. vers. renunciatio non
extenditur ad ius de nouo superueniens, & de futu-
ro,&c. ac in puncto fuit dictum in causa Romana
Renunciationis 7.Iunij 1634.coram Reuerendiss.D.
meo Dunozetto Decano, est in seq. part. decis. 543.
nu. 27. & facit decisio in causa Romana Pecunia-
ria 28.Iunij 1638.coram rec.me.Merlino.§.Nõ ob-
4 stant solitæ clausulæ, vers.hoc priuilegium † erat in-
certũ de tẽpore contractus, & pendens à contingen-
ti casu, & ideo non venit sub clausulis generalibus.
Huius verò conclusionis multæ possent assigna-
ri rationes, sed illa, ni fallor, potentissima est,quia
promissiones restringuntur ad statum, & qualita-
tes existentes de tempore contractus. l.tale pactũ.
§.fin.ff de pact.l.in lege, l.Rutilia. ff.de contrahend.
empt.l.2.§.fin.ff.de hæred.vel act.empt.quippe per-
5 petuum † est in omnibus, obligationibus, & pro-
missionibus quantumuis etiam præcisis, & in qua-
cumque materia, vt ex legis præsumptione ha-
beant in ventre eam tacitam conditionem, scili-
cet rebus,sic se habentibus, sic stantibus, nec non
in eodem statu perseuerantibus, nihilq. de nouo
superueniente. l.cum quis in princip. ibi, si in eo-
dem statu maneat, quo fuit, cum stipulatio inter-
poneretur, & infra, ibi, tacitè enim inesse hæc con-
uentio videtur, si in eadem causa permaneat, &c.
ff.de solut.l.item legato. §.penult.ff.de legat. 3. l.2.ff.
de aur.& argent. legat. l.fin. ff. qui satisdar. cog. l.
quæro. §.inter locatorem ff. locat.l.qui seruum,ff.de
de verb.oblig.l quid Seruius, ff.de condit. caus. dat.
l.tale pactum. §.fin ff de pact. l.si cum Cornelius, ff.
de solut. l.continuus. §. cum quis, ff. de verb. oblig.
l.ex facto, in princip.ff de vulg.& pupill. l.penult.ff.
de spons.cap quemadmodum extra de iureiur.
Stoici etiam huic opinioni adhæserunt, quam-
6 uis alias essent † in promissionibus, consilijsque
tenacissimi, ex quibus haud inglorius ille Seneca
prædictorum Stoicorum facili negotio Princeps,
lib.5.de benefic. multa in hanc sententiam scripsit,
7 & præsertim, ibi, Non mutat consilium † sapiens,
omnibus his manentibus, quæ erant cum sumeret,
& ibi, Promisi beneficium, nisi, si quid incidisset
8 quare non debeam dare, & ibi, Promisi † tibi fi-
liam in matrimonium, postea peregrinus appa-
ruisti, non est mihi cum externo connubium. & ibi
Tunc fidem fallam, tunc inconstantiæ crimen
9 † audiam, si cum eadem omnia sint, quæ erant pro-
mittente me, non præstitero promissum, & tandem
10 subdit, Omnia esse debent, † quæ fuerunt cum pro-
mitterem, vt promittentis fidem teneam, &c. ex
quibus optimè apparet, quàm multis defendat, ac
tueatur hanc opinionem Seneca, omnia intelli-
genda esse rebus sic stantibus, vide etiam Marc.
Tull.lib.3.offic.vbi multa. Hic pulchrum illud Ca-
tonis monitum.

11 Constans,& leuis, cum tempus postulat, esto.
Temporibus mores sapiens sine crimine mutat.

Non est enim bonum, hominem semper esse seue-
12 rum, nec semper esse † nimium pium.

Sed

Sed pro vt tempus expostulat, dicente *Rege Sa-*
13 *lamone*, Omnia tempus habent, † Tempus plan-
tandi, Tempus eradicandi, Tempus vti misericor-
dia, & mansuetudine, Tempus vti iustitia, & seue-
ritate, &c. Vnde benè dixit Cato, *Temporibus mo-*
res sapiens sine crimine mutat. Quemadmodum
14 ipse Omnipotens DEVS, † semper idem, immobi-
lis, & immutabilis, vt ipsemet testatus est per Ma-
lach. Prophet. cap. 3. ibi, *Ego DOMINVS, &*
non mutor. Mutat tamen idem misericors DEVS
15 † rebus in eodem statu non permanentibus suam
sententiam. sicut per Hieremiam dicit, cap. 18. *Si*
16 *populus meus egerit pœnitētiam de peccatis*, † *agā,*
& ego pœnitentiam super malo, quod constitui fa-
cere. Et per Ezechielem cap. 18. *Si dixero impio*
17 *morte morieris, & ipse egerit pœnitentiam † de*
peccatis suis, vita viuet, & non morietur. Vnde
18 S. Augustinus, ibi, inquit, *Si tu noueris † mutare*
vitam, & mores, DEVS *nouerit mutare sen-*
tentiam, est enim seuerus seueris, & pius pijs, &
19 *quibus aliàs seuerus erat, † modo efficitur mitis*
absque mutatione sui &c. & videatur text. *in*
can. immutabilis DEVS. 22. quæst. 4. Ex supradi-
20 ctis, optimè, quidem percipi potest, † nihil adeo
esse præcisum, firmum, immobile, quin semper in-
telligatur, rebus sic stantibus.

21 Prædictamque sententiam, consulti, aduoca-
runt *Dec. in cons. 335. nu. 3. & 4. & cons. 475. num. 5.*
Ruin. cons. 170. num. 13. lib. 1. Aym. cons. 95. num. 4.
Natt. 525. num. 16. Alex. cons. 85. col. 2. vers. pro hoc
etiam, quia verba lib. 5. Bald. cons. 104. Supersunt.
lib. 1. & cons. 396. Quidam habens. col. 2. lib. 3. An-
ton. Rub. in consil. 147. Vis, Instrumento. col. 1.
Gozad. consil. 27. num. 1. & 19. Hippoly. consil. 76.
num. 31. Paris. consil. 24. num. 72. vol. 2. & cons. 110.
num. 25. vol. 1. cum alijs copiosè adductis per *Ti-*
raquell. in repetition. l. si vmquam in proœm. n. 167.
C. de reuoc. donat. & addo *Casanat. consil. 44. Petr.*
Benintend. decis. Bononien. *65. num. 5. vers. quali-*
bet dispositio, & obligatio, & promissio intelligitur,
rebus sic stantibus. Giurb. decis. Siciliæ *45. nu. 17.*
vers. qualibet dispositio intelligitur rebus sic stan-
tibus, &c. Osasc. decis. Pedemont. *91. num. 2.* vers.
in qualibet dispositione etiam conuentionali, &c.
Afflict. decis. Neapolit. *328. sub num. 4.* vers. *pro-*
missio intelligitur rebus sic se habentibus, & plu-
ries iudicauit Rota, ac iam olim in *causa Pitiliana*
Dotis 21. Iunij 1549. apud Put. decis. 258. num. 3.
vers. quia promissio intelligitur rebus sic stanti-
bus &c. & in altera Romana Dotis de Fucherijs
19. Martij 1586. coram bo. me. Robusterio Episcopo
Oriolen. & in causa Romana Bonorum de Zabrerijs
4. Maij 1580. coram bo. me. Cantucc. est decisio 133.
num. 16. vers. obligationes sicuti reliqui actus sunt
intelligendi rebus sic stantibus, & in eodem statu
permanentibus &c. & in Leodien. fideicommissi 12.
Decemb. 1611. coram bo. me. Card. Sacrato, est de-
cisio 782. num. 3. vers. etenim qualibet dispositio in-
telligitur rebus sic stantibus, &c. par. 2. recent. & fuit
dictum in *causa Rauennaten. Saluiani 10. Iunij*
1639. coram R. P. D. meo Bicho. §. Et ratio, vers.
quia promissiones restringuntur ad statum, & qua-
litates existentes de tempore contractus &c.

Hinc etiam discedit, vt datum Monasterio pro
22 dote, si † ille non ingreditur, vel inde exeat
restituitur. *Abb. in cap. quod ad te, num. 5. & 6. de*
cleric. coniug. Natt. consil. 180. num. 3. Concil. *Trid.*
sess. 25. cap. 6. de regul. Gratian. discept. forens. cap. 96.
nu. 24. Rota in causa Neapolitana Pecuniaria 27.
Iunij 1601. coram bo. me. Card. Lancellotto, & in
Toletana Nullitatis Professionis 20. Iunij 1598. &
28. Maij 1599. coram bo. me. Orano, & recentius
facit decisio in *causa Bononien. successionis de Za-*
nis 17. Maij 1641. coram eodem R. P. D. Bicho, &
hic incidenter, & à fortiori adduco notabilem
textum in can. quicumque 17. quæst. 4. vbi in fine
concluditur, Monachis in apostasiam euntibus
bona sua reddenda sunt à Monasterio, quia sicuti
23 tenemur inimicis, † & persecutoribus necessaria
subministrare, sic dictis euntibus, propter scanda-
lum vitandum, ne in deteriora præcipitentur, ne
in perniciem Monachorum, & incendium Mona-
sterij occasione suorum bonorum ardescat lauda-
biliter ea restituenda veniunt, &c. sed persistendo
in terminis nostris.

Ratio rationis verò, quare omnis dispositio,
obligatio, promissio &c. intelligatur rebus in eo-
24 dem † statu perseuerantibus est, quia causa à prin-
cipio verisimiliter incognita à quacumque mate-
ria dicitur excepta. iuxta *text. in l. mater decedens.*
ff. de inoffic. testam.

Et satis apud nos indubitatum est, nullam di-
spositionem quantumuis generalem, & prægnan-
25 tem reperiri posse, † vt trahatur ad incogitata, &
incognita. *l. cum aquilana, & l. qui cùm tutoribus.*
§. 1. ff. de transact. l. si de certa. C. eod. l. 1. & in fin. C.
de pact. l. Paulus. §. Pomponius ff. de legat. 3. Bart.
in l. Aurelio. §. Caio. ff. de liberat. legat. & in l. qui
Romæ. §. duo Fratres. num. 11. ff. de verb. oblig. &
ibidem Alex. num. 27. Ias. nu. 21. Hieronym. Grat.
consil. 111. num. 26. lib. 2. Capra consil. 103. num. 5.
Thob. Non. consil. 42. num. 21. Cephal. consil. 455.
num. 81. Aym. consil. 3. num. 11. Angel. consil. 185.
aliàs 194. Gozad. consil. 94. num. 5. Peregr. de fidei-
commiss. Rota coram bo. me. Card. Seraph. decis.
1278. num. 4. vers. *restricta videtur ad cognita, &*
cogitata, &c. & coram bo. me. Card. Caualer. decis.
340. num. 4. vers. *renunciatio non extenditur ad non*
cognita, &c. & deinde fuit dictum *in causa Roma-*
na Donationis 16. Martij 1643. coram R. P. D. meo
Bicho. §. Nam semper. vers. *deficit renunciantis*
consensus, qui non porrigitur ad ignorata, &c. sic
pariter antea fuit resolutum *coram eodem in causa*
Bononien fideicommissi 22. Iunij 1639. §. Ex alio
etiam capite, vers. *quia non censetur renunciatum*
iuri, quod renuncians ignorabat, &c.

Considerare enim debemus, si ille, qui renun-
ciauit, contraxit, disposuit, &c. cogitasset de nouo
26 statu, nec † sic renunciasset, vel aliter contraxis-
set, aut disposuisset, *ad textum in l. in conuentioni-*
bus, ff. de verb. signif. nam ea, quæ de nouo emer-
27 gunt † nouo indigent auxilio. *l. 1. in princip. ff. de*
ventr. inspiciend. & l. de ætat §. ex causa, ff. de inter-
rogat. action. & in rebus nouis nouum consilium,
& remedium est suggerendum, ex iuribus supra
allegatis. Stante ergo mutatione status perinde
28 † est, vt sicuti contractus conditionalis non pu-
rificata conditione euanescit. *l. si quis conditione.*
ff. si quis omiss. caus. testament. l. itaq. ff. si cert. petat.
l. cedere diem. ff. de verb. signif. ita expirat mutato
rerum statu. *Honded. consil. 111. num. 50.* vbi am-
29 pliat etiam † si adsit aliquod verbum extensiuū ad
futurum. *lib. 2. Cephal. consil. 425. n. 26 Felin. in cap.*
causam quæ. n. 20. vers. similiter dicit. de rescript. &

Nec me fugit, promissionem durare, etiam mu-
30 tato rerum statu, † quando promissio est compre-
hensiua temporis futuri, & futurus status potuit
in genere cogitari. *l. si quis domum §. 1. & ibi glos. in verbo prospicere. ff. locat. Roman. cons. 22. num. 2. in fin.* vers. *secundo quia. Natta consil. 525. nu. 20. ante finem*, quia id procedit, quando ex præsen-
31 ti † statu debuerit futurus excogitari, vt explicat *Bald. in l. ædes. 3. sub num. 17. C. de locat. & conduct.*
32 vbi ait, quamuis prospectus † futurorum pertineat ad virū sapiētem, & ad hoc expendo illud Hesiod.

Vir sapiens est ille quidem, qui cuncta volutat,
Omnia perpendens, inspiciensque modum.

Hinc admonet Imperator in *l. vltim. C. in quibus caus. restitut. in integr. non sit necess.* ibi, *præstat*
33 *ab † initio malis occurrere, quàm ex post facto remedium quærere, &c.* Præclarè quidem dixit Senec. de 4. virtut. ibi, *Si prudens esse cupis in futura*
34 *prospectum intende, † & quæ possunt contingere animo tuo cuncta propone, nihil tibi subitum sit, sed totum ante prospicias, nam qui prouidens est,*
35 *† non dicit: non putaui hoc fieri, quia non dubitat, sed expectat, non suspicatur, sed cauet.* Vnde optimè scripsit Comicus in Enuch.

Sed quod cauere possis, stultum admittere est
Malo ego prospicere, quàm hunc vlcisci, accepta iniuria.

Nam, & vt inquit textus notabilis in *l. liberam resistendi I. C. quando lic. sine iudic. &c.* Melius
36 est ante † tempus occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere. Et longè plus expedit præcauere, quàm pauere.

Quare redeundo in viā quamuis prospectus futurorum pertineat ad sapientem, vt dictum est, ta-
37 men non afficit damno non cogitantem, † nisi ex præsenti statu debuerit excogitari, & his adstipulatur. *Ruin. in consil. 105. in fin. lib. 5.* vbi post *Bart. Bald. Angel. & Imol.* inquit, nouam causam dici
38 iustam, vt recedatur à contractu, si de nouo † superueniat, & ab initio ipso non fuerit cognita, & adducit *l. si is à quo*, quam non credo allegare voluisse; sed *l. planè*, quæ est sequens, *ibi, Inopinatè, ff. vt in possess. legat. seu fideicomm. caus. esse lic.* id quoque refert *Cacheran. decis. Pedemont. 91. nu. 16.* aduertitque *Rota in d. Rauennaten. Saluiani 10. Iunij 1639. coram eodem R. P. D. Bicho. §. ex quibus non obstat.* vers. *id enim procedit, dummodo ex præsenti statu debuerit futurus excogitari, &c.*

Nec illud præterire volo, quod illa conclusio, de qua supra, vt omnis stipulatio, renunciatio &c.
39 ex iuris præsumptione † habeat in ventre tacitam conditionem, dummodo res in eodem statu perseuerent, vera est, licet in stipulatione, renunciatione, &c. appositum sit vinculum iuramenti, nam vltra generalem responsionem, nempe naturam, & proprietatem iuramenti esse, vt sequatur conditionem ipsius contractus super quo apponitur,
40 † & sic quemadmodum contractus euanescit, mutato rerum statu, ita, & cum eo euanescit ipsum iuramentum in eodem contractu interpositum. *cap. quemadmodum 25. de iur. iurand. l. fin. C. de non numerat. pecun.* Suarez *de relig. tom. 2. tract. 5. de iuram. cap. 15. num. 3. lib. 2.* Sot. *in 4. disput. 29. quæst. 2. artic. 1.* Gutierez *de iurament. confirmat. part. 1. cap. 40. num. 4.* Seraph. *de priuileg. iurament. priuileg. 49. num. 7. & 88. num. 4. & 148. num. 4.* Bursat. *consil. 40. num. 27. lib. 1.* Surd. *consil. 264. num. 45. lib. 2. & consil. 484. num. 8. lib. 4.* Decian. *consil. 10. num. 75. lib. 1. & consil. 81. num. 60. lib. 4.* Hering. *de fideiuss. cap. 10. num. 99. & cap. 27. par. 1. num. 42.* Hierem. Serz. *de iurament. lib. 1. cap. 25. num. 18.* Cellenbeuiz. *de success. renunc. success. quæst. 15. num. 4.* Viu. *decis. Audient. Baren. decis. 421. num. 15.* Cacheran. *decis. Pedemont. decis. 41. num. 5. & decis. 49. num. 4.* Afflict. *decis. Neapolit. 24. num. 56. decis. 111. num. 3. & decis. 335. num. 11.* estque regula in iure satis trita, & sæpissimè respondit Rota, & præsertim infra in *recent. par. 7. dec. 11. num. 21.* vers. *substantia contractus cum nulla sit, iuramenta eamdem naturam sequuntur, & dec. 27. num. 16.* vers. *iuramenti proprietas est sequi naturam actus, cui apponitur, &c.* fuitque dictum in causa *Hispalen. Sponsalium 11. Februarij 1639. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo. §. Nec releuat,* vers. *Iuramentum non potest ea confirmare cum sequatur naturam cui adhæret, &c.* ibique plura allegantur, vbi etiam subditur, si aliàs dice-
41 retur, † iuramentum diceretur vinculum iniquitatis, contra textum in *cap. quanto 18. de iureiur. can. necesse 14. can. inter cætera 22. quæst. 4. l. non dubium. C. de legib. l. si quis pro. ff. de fideiuss.*

Accedit quoque, renunciationem iuratam non
42 includere † casus, quos non iurata non includeret *Neuiz. consil. 32. num. 13. & 14. Osasc. decis. 112.*
43 *num. 11.* At renunciatio generalis † non comprehendit casum ignoratum. *l. mater, §. Cæterum, ff. de inoffic. testam. & l. legitimam, ff. de petit. legit.* & iam probatum est, ergo nec iurata ad illum porrigitur, *cap. veniens, de iureiur.* latè *Becc. consil. 147. n. 41.* non enim iuramentū auget obligationē,
44 sed † ei tantùm intra limites suos manenti addit religionis vinculum. *arg. l. Titius, in fin. ff. ad Trebell. Bald. in l. si procurator, vers. & prædicta sunt vera. ff. de cond. indeb.* Et quatenus aliqui velint, iu-
45 ramentum augere promissionem, † id intelligendū est, non extensiuè, sed tantum intensiuè. *arg. dicta l. Titius. ff. ad S. C. Trebell. Oldrad. consil. 294. n. 3. Gaill. obseruat. Imperial. lib. 2. obseruat. 98. num. 13. vers. non auget extensiuè, &c.*

Illud tamen ponit falcem ad radicem, quoniam
46 † & ipsum iuramentum quoque, habet in ventre tacitam illam conditionem, rebus sic stantibus, seu eodem manente statu. *cap. quemadmodum, de iureiur. cap. venerabilem. de elect. cap. 2. & ibi gloss. Anton. & Panorm. de renunc. l. qui iurato. ff. qui satisdar. cog. l. clari. C. de fideicomm.* cum alijs copiosè relatis per *Tiraquell. in l. si vnquam. in proœm. num. 166. C. de reuoc. donat. & per Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 74. num. 5.* plures etiam alios adducit *Giurb. decis.* Siciliæ *45. num. 17. &* adde *Boer. decis.* Senatus Burdegal. *204. num. 21.* vers. *iuramentum debet intelligi rebus sic stantibus, &c. Guidopap. decis.* Senatus Gratianopolit. *199. num. 3.* vers. *iuramentum habet in se tacitam illam conditionem, si res in eodem statu permanserit, &c.* sensitq. Rota *in causa Romana nullitatis obligationis 23. Ianuarij 1602. coram clar. mem. Card. Pamphil. est decisio 50. sub num. 7.* vers. *Obligationes etiam iuratæ, sicut cæteri actus intelligantur rebus sic stantibus, & in eodem statu manentibus, &c. part. 1. recent.* & antea fuit dictum in *causa Romana Laudi 16. Iunij 1589. coram bo. me. Gypsio.*

Gypsio. §. Nec refragatur. vers. quoniam iuramentum semper intelligitur rebus sic stantibus.
Sic habemus, si quis iurauerit accipere Doctoratum Bononiæ, & ibi superueniat pestis, si alibi
47 † insignia Doctoratus sumat, excusabitur à periurio, quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus, ita voluit *Salicet. in l. fin. C. de pact.* Item si Scholaris iurauit creditori suo non exire districtũ
48 Pisarũ ante solutionem sine ipsius licentia; Demũ iste scholaris fuit ex iusta causa reuocatus à patre in patriam, vel si esset clericus, fuit ex causa reuocatus ab Episcopo ad residentiam, nam si recessit, & non satisfecit, est excusatus, *vt post Io. Andr. & Federic. de Senis, scripsit. Afflict. decis. 328. nu. 4.*
49 Item vir non tenetur eam in † vxorem ducere, cui dos non datur, vt tenent *Bald. in cap. iurauit, num. 3. de probat. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 42. nu. 47. Valer. Reginald. in prax. for. pœnitent. lib. 31. num. 264. & 304. Augustin. Barbos. in Collectan. Iur. Canonic. lib. 2. titul. 24. cap. 25. num. 4.* Item si Doctor iurauerit legere per triẽnium Senis, si ha-
50 bebit † hospitium cum taxata pensione, poterit in secundo anno non legere, absque incursu reatus periurij, si in secundo anno non habebit hospitium, vt per *Scribentes, in l. si quis hæredem. C. de instit. & substitut.* refert, & sequitur *Corn. in cons. 7. col. penult. ad finem vol. 1.*
51 Item si quis iurauerit seruare statuta, licet † eis mutatis, absque incursu periurij, contrauenire eis, quia intelligitur illis manentibus, & consequenter rebus sic stantibus. *Abb. in cap. cum accessissent, & ibi Dec. de Constitut.* Sic etiam dicimus,
52 quod promissio de non offendendo non habet locum, vbi promissor de nouo offenditur. *l. quæro. in §. inter locatorem, ff. locat. l. qui seruum, ff. de verb. oblig. l. qui ergo. §. hæres. ff. de legat. 1. & est notabilis decisio Bononien. apud Beninten. decis. 65. sub nu. 15.*
Item videmus, si filia iuramento renunciaue-
53 rit successioni † paternæ, contemplatione certarum personarum, iuxta *cap. quamuis, de pact. in 6.* si illæ decesserint ante obitum patris, licitum est ei, absque incursu periurij patri succedere, & re-
54 dire ad bona renunciata, † quia intelligitur supradictis personis manentibus, & consequenter rebus sic stantibus. *Roman. in l. pactum dotali. C. de collat. cum alijs copiosè à me allegatis in princip. sequentis annotat. infra num. 99.*

Huic conclusioni, illa alia non dissimilis est,
55 nempe, † si filia cum iuramento renunciauerit successioni paternæ, vel maternæ ad fauorem alterius, puta fratrum, sororum &c. quamuis tale pactum accedente consensu patris, vel matris valeat, & teneat, iuxta *text. in l. fin. & ibi Cyn. nu. 5. Bart. num. 17. Bald. num. 12. Castren. num. 2. Ias. num. 10. & seq. Curt. num. 10. & 26. Dec. num. 46. Alciat. num. 40. & communiter scribentes. C. de pact. Rota in causa Asculana bonorum 13. Iunij 1618. coram bo. me. Card. Sacrato, est in præcedenti Tomo decis. 40. num. 11. & in causa Romana, seu Aquilana donationis 31. Martij 1631. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano. est infra decis. 33. num. 1. par. 6. recent.* Tamen prædicto pacto
56 iurato non obstante † filia poterit patri, vel matri succedere, si eam hæredem instituerint, *secundum Baldum in l. pactum dotali. in 3. quæst. C. de collat. Aretin. cons. 93. col. 5. Capra consil. 29. col. 3. ad fin.* & sic poterit succedere ex testamento *Bart. & communiter alij in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat. Ruin. cons. 98. col. 4. vers. ex alio. vol. 1. Vasquez. de success. creat. lib. 2. requisit. 18. & 29. limit. prima. num. 182.* Scheplitz *in prompt. iuris Clammeri titul. 29. de viduis §. 10. num. 3.* Bartholom. Cellenbentz. *de renũc. success. quæst. 31.* Muscul. *de success. conuent. claus. 80. memb. 2. conclus. 7. littera G. num. 366.* Cassan. *ad consuetud. Burgund. rub. 7. §. 12. verb. Ne retourne.* Boer. *decis.* Senatus Burdegal. 204. *num. 24.* Andr. Gaill. *obseruat. Imperial. lib. 2. obseruat. 148. num. 11.* Mynsig. *eadem obseru. Imperial. cent. 2. obseruat. 7. num. 2.* Surd. *decis. Mantuan. 14. num. 4. & 7.* vbi post *Ias. & Vasq.* asserit, hanc esse pulchram decisionem, ac elegantem, nec non menti tenendam, *& arbitrata est Rota in causa Romana donationis 16. Martij 1643. coram R. P. D. meo Bicho, vers. facto testamento corruit pactum, &c.* & pro ratione adduci potest regula supradicta, quia dispo-
57 sitiones omnes intelliguntur † rebus sic stantibus. *d. l. continuus. §. illud. ff. de verb. obligat. l. si quis in principio. ff. de solut. cum alijs iam supra copiosè adductis.* Et sic intelligitur pactum de non
58 succedendo locum habere, nisi nouum † ius superueniat paciscenti, vt in simili dicit *Corn. in cons. 60. ad fin. vol. 1.*

Animaduertendũ quoq. venit, renunciationem successionis esse intelligendam de successione ab
59 intestato, & pater filiæ, † quæ eius successioni renunciauit cum iuramento, eam instituendo in testamento censetur iuramentum remittere, vt notanter sensit *Bald. in l. vltim. col. 3. de pact. vbi ait,* si pater instituat hæredem filiam, quæ dum tradebatur nuptui, iurauerat, se non habituram regres-
60 sum † ab bona paterna, poterit non obstante iuramenti religione, hæreditatem ex testamento petere, quia tacitè remissum illi censetur à patre iuramentum. Et faciunt ad hoc duo textus, qui id videntur comprobare, nempe in *cap. 2. & ibi Butr. & Imol. de renunc.* vbi habetur, si quis renuncia-
61 uerit † accipere beneficium de aliqua Ecclesia, possit licitè accipere, si sibi conferatur, de quo vide *Lud. Bolog. in l. fin. ff. ad municip.* Alius text. est *in l. si patronus. ff. de bon. libert.* vbi dicitur, si patronus non aluerit libertum, priuetur secun-
62 dum legem Æliam † Sentiam successione bonorum liberti, nisi libertus in testamento suo eũdem patronum hæredem instituerit, & istud tenet *Bart. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, vers. facio aliam quæstionem. in fin. & ibi Alex. Ias. ff. de verb. signif. Bald. in cap. ad nostram. 2. de iureiur.*

Vlterius ista est natura renunciationis, seu pa-
63 cti de non † succedendo alicui stante eius consensu, quatenus iste in hac voluntate pergat ad vltimum vitæ spiritum, pro tuenda libertate testandi non sane obnoxia pactionibus quibuscumque *text. est apertus l. de quæstione, ibi, Nisi ipse forte,*
64 *de cuius hæreditate † pactum est, voluntatem suã eis accommodauerit, & in ea vsq; ad extremum suæ vitæ spacium perseuerauerit, tunc enim sublata acerbissima spe, licebit eis, illo sciente, & iubente, huiusmodi pactiones seruare, &c. C. de pact.* Quare constito de dissensu, de quo satis dicitur apparere, quando ille, qui consensit, fecit testa-
65 mentum, & renunciantem instituit † hæredem, & tunc procul dubio euanescit renunciatio, & perinde est ac si renunciatio non fuisset facta, nec

non

non infirmatur iuramentum à renunciante præ-
stitum *Bald. in cap. ad nostram il 2. num. 7. de iur. iur. Molfes. consil. 38. num. 18. Gomes. ad l. Tauri 22. sub num. 31. Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 3. nu. 4. Anchar. cons. 104. num. 3. Gozzad. cons. 98. numer. 3. vers. sed clarum. Bero. cons. 3. num. 18. & 21. lib. 1. Menoch. cons. 806. num. 1. vsque ad numer. 13. Surd. cons. 100. num. 18. & cons. 113. num. 34. Ciriac. controuers. 351. num. 1.* cum pluribus relatis per *Cost. in tract. de fact. & scient. ignorant. titul. vltim. regul. 18. num. 6. & per Seraph. in tract. de priuileg. iurament. priuileg. 20. num. 6.* & apposite considerauit Rota in illa *Romana, seu Aquilana nullitatis donationis coram Reuerendiss. P. D. Dunozetto Decano, est infra decis. 33. à num. 1. par. 6. recent.* vbi
66 etiam dicitur, † ex tali consensu à principio præstito nullum ius parti acquiritur.

Quippe conclusio prædicta procedit, licet filia renunciauerit futuræ successioni patris, vel matris;
67 quia † ius non est in voluntate renunciantis sed in resistentia legis, quæ huiusmodi renunciationibus resistit, quamuis factæ fuerint ad fauorem fratrum, sororum &c. & in manibus ipsius patris, vel matris, quorum hæreditati renunciatur, nisi
68 ipsi in eodem consensu perseuerent † vsque ad obitum, vt dictum est, idque quia cum contineat virtualiter pactum affirmatiuum de succedendo inter eos, ad quorum fauorem fiunt, auferunt ei,
69 de cuius hæreditate † agitur, liberam facultatem testandi cum aliàs non posset renunciantem hæredem facere. *Suarez. in repetit. l. quoniam in prioribus limitat. 5. ad l. Regni num. 7. C. de inoffic. testam. Menoch. d. cons. 806. num 13. Franc. Ant. Cost. cons. 7. num. 23. & seqq. Beltramin. in annotat. ad decis. 85. coram sanct. mem. Gregor. XV. sub nu. 32. R. P. D. meus Ferentillus in annotat. ad decis. 894. numer. 12. & 13. coram bo. me. Buratt. Surd. decis. Mantuan. 14. num. 8. & per tot. Afflict. decis. Neapolitan. 350. num. 8. & iudicauit Rota coram bo. me. Gard. Seraph. decis. 850. num. 2. & coram bon. mem. Gyps. in causa Romana Laudi 16. Iunij 1589.* & recentius fuit resolutum in dicta causa *Romana Donationis 16. Martij 1643. coram R. P. D. meo Bicho §. Non obstat quod Viginia &c.*

Nec infringitur relata opinio ex illa obiectione,
70 nempe † licet verissimum sit huiusmodi renunciationem non potuisse auferre patri, vel matri facultatem instituendi filiam renunciantem, tamen non inde sequitur filiam prohibitã esse, quidquid ex testamento patris, vel matris accepit cedere
71 eis ad quorum fauorem renunciauit, quibus propterea cedere tenetur, cum libertas testandi respectu patris &c. iam habuerit effectum per liberam institutionem filiæ, ac si non renunciasset. *Afflict. d. decis. 350. sub num. 12. vers. sed ego dicebã quem sequitur Thæsaur. 1 in. quæst. forens. 98. sub num. 3. & 9. lib. 1.* vbi distinguit inter renunciationem factam soli matri de cuius hæreditate agi-
72 tur, vel simul fratribus, † nam secundo casu cõtinet pactum de non succedendo ad fauorem fratrum quod iuramento firmatur, & proinde licet reuocato consensu matris per testamentum euanescat pactum affirmatiuum respectu testatricis.
73 † manet tamen pactum negatiuum respectu fratrum, quibus ex eo fuit ius quæsitum *Ciriac. controuers. 351. num. 11.*

Cui obiectioni non longe quærenda est solutio, nam sicuti facto testamento corruit pactum, re-
74 spectu † eius, cuius bona fuerunt renunciata, ita respectu eorum, ad quorum fauorem fuit renunciatum, tum quia vtrumque resultat ex vno, & eodem verbo renunciauit, & quando simul cõ-
75 currunt † duo quorum alterum prodest, alterum vero nocet, præualet, quod nocet *l. 3. §. fin. & ibi gloss. & Bart ff. ad S. C. Sillan. Ias. in l si is ad quem num. 28. ff. de acquir. hæred. Alb. cons. 20. numer. 9.* tum etiam quia renuntiando simul, & in eadem oratione fratribus, vel ad fauorem alterius ac pa-
76 tri † viuenti, videtur renunciasse sub hac virtuali, & subintellecta conditione, si pater in eadem voluntate permanserit, vt supra dictum est, nam id venit ex natura rei *arg. l. fin. C. de non numer. pecun.* Vnde renocato consensu definit prorsus obligatio pacti, & iuramenti, tamquam deficiente conditione à qua pendebat, vt in puncto per has rationes asserit *Franc. Ant. Cost. d. cons. 7. num. 15. & seq.* vbi reprobat contrariam opinionem *Afflicti d. decis. 350. sub num. 12. Molf. cons. 38. num. 18. Surd. decis. 14. num. 4. & seq.* vbi circa finem aduer-
77 tit, † Afflictum in dicta opinione fuisse singularem & contra ipsum fuisse iudicatum. *Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. requis. 29. limit. 1. num. 199. & seq. Barthol. Kollembemb. de renunc. success. q. 31. sub num. 9. Sanch. in præcep. Decalog. lib. 7. cap. 2. num. 18.* qui omnes firmant, quod reuocato consensu per eum, cuius bonis fuit renunciatum,
78 † renuncians liberatur prorsus ab obligatione renunciationis, & iuramenti, & negant insimul ex renunciatione ius aliquod quæsitum fuisse eis ad
79 quorum fauorem † fuit renunciatum, quia pendebat à conditione perseuerantiæ consensus, vt supra dixi, & considerat in his terminis *Vrsill. ad d. decis. Afflict. 350. num. 4.* & in fortiori casu *Suarez. in repetit. l. quoniam in prioribus limitat. 5. ad l. Regni C. de inoff. testam.* vbi ait, ita vitiari renunciationẽ reuocato consensu, de cuius hæreditate agitur,
80 † vt nec etiam ad fauorem fratris committatur stipulatio pœnæ à renunciante promissæ in casu, in quem contra renunciationem veniret. Et quamuis *Surd. in d. decis. 14. circa finem videatur admittere opinionem Afflict.* quando renunciatio continet donationem, seu iurium cessionem; tamen
81 in hoc † *Surd. reprobatur à Franc. Ant. Cost. dicto cons. 7. num. 26.* eo quia rennnciatio, & donatio in effectu non differunt. *Dec. in l. postquam lit. num. 11. C. de pact. Couar. variar. resolut. cap. 4. n. 8. Menoch. in addit. ad tract. de arbitr. cas. 436. nu. 10.* quæ omnia fuerunt perpensa à *Rota in d. Romana donationis 16. Martij 1643. coram R. P. D. meo Bicho.*

Inuictè corroborari possunt supradicta per rationem, quæ expenditur in præsenti decisione & supra dixi, videlicet, quia filia renunciando successioni patris, vel matris ad fauorem fratrum, vel
82 aliorum non præsumitur voluisse † renunciare iuri de futuro ex noua causa obuenienti, & sibi incognita prout accidit, dum postea fuit instituta hæres ab eis, cuius bona renunciauit; quin verò illi id facere potuerint, iura sunt satis aperta vt iam demonstraui. Plura in hac materia asserere hic se offerunt, quæ tamen breuitatis studio silen-
83 tij nube tego, quare † adhuc dicta sufficiant ad probandum, rennnciationes numquam extendi ad iura futura originem habentia ex noua causa,
cum

cum qualibet dispositio quantumuis præcisa habeat in ventre tacitam illam conditionem, rebus sic stantibus, & hoc licet dispositio iuramento sit roborata &c.

Pro fine illud tantum subnectam, admonendo vt caueant renunciantes à verbis nimis generalibus

84 & † vniuersalibus, ne ex effuso nimium sermone in promptum incidant periculum. *l. vltim. in fin. C. de dot. promiss.* nam qui generaliter loquitur, sibi

85 imputare debet, † dum non fuerit arbitratus sub verbis generalibus omnia comprehendi, neque

86 stultitia eius, qui generaliter loquitur † alteri debet obesse *l. tres fratres cum ibi notatis, ff. de pact. & l. sub prætextu specierum C. de transact.*

Hinc Rota in causa *Cæsenaten. Redditionis rationis* 10. *Iunij* 1641. *coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo* dixit quod stante amplissima renuncia-

87 tione de quibuscumque † iuribus sibi quomodolibet competentibus, quis non potest amplius reclamare, etiam si in eius prætensione plus inesset, quam in relicto, quia potuit sibi prospicere aliter renunciando &c. congruitq. etiam alia decisio in causa *Romana Computorum* 23. *Ian.* 1640. *coram R.P.D. meo Cerro*, vbi habetur, quando administrator reddidit rationes, ac computa sunt solidata, & deinde Dominus fecit ei quietantiam ge-

88 neralissimis, † & amplissimis clausulis conceptam, tunc per illam generalitatem verborum ex causa solius erroris non potest vlterius calculus reuideri, & computatio retractari, ibique plura allegantur, quæ decisio fuit deinde confirmata coram eodem sub die 20. Aprilis 1640. & in puncto de filia Monasterium ingressura renunciante bonis paternis, maternis, & fraternis, alijsque successionibus,

89 † & iuribus, etiam ex testamento quomodolibet ei obueniendis, & deuoluendis vt sub his verbis nimis effusis, & generalibus comprehendantur

90 etiam fideicommissa ad eius † fauorem non dum purificata, admonuit *Rota in causa Viterbien. bonorum* 10. *Iunij* 1615. *coram bon. mem. Remboldo est decis.* 714. *num.* 3. *vers. sibi imputare debet, qui non cogitauit sub verbis generalibus omnia comprehendi* &c. *par.* 2. *recen.* vbi etiam in fine dicitur

91 talem renunciationem † obstare quoque Monasterio, cum ei nullum ius competat super bonis à Monacho renunciatis ante ingressum *ad text. in can. si qua mulier* 19. *quæst.* 1. *auth. nunc autem C. de Episcop. & Cleric. §. illud auth. de Monach.* quodq; procedit, quamuis bona renunciata essent fidei-

92 commisso subiecta † & illud accidisset purificari post emissam professionem, quidquid nonnulli scriptitauerint, quoniam ista est vera, & magis

93 † communis opinio vt iudicauit *Rota in d. causa Viterbien. bonorum coram bon. mem. Reuerendiss. Manzanedo, est decisio* 587. *num.* 10. *part.* 1. *recent. & addo decisionem in causa Vlixbonen. bonorum* 28. *Ianuarij* 1594. *coram bon. mem. Penia* vbi dici-

94 citur Monasterium nullatenus † posse dare de læsione ex causa amplæ renunciationis factæ à Monacho, quia in hoc Monasterium nullũ ius habet ex quo licitum est ingredienti ante ingressum de

95 † rebus suis, aut ad se pertinentibus disponere, per iura supra allegata, idem quoque deinde fuit comprobatum *coram bon. mem. Buratto decis.* 639. *num.* 7. vbi habetur testamentum religionem ingressi non rumpi ex eo, quod Monachus nihil

96 Monasterio reliquerit, † & nec de illo cogitauerit, iuxta veram, & communem opinionem, de qua latè per *Sanchez in præcepta Decalog. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 34. & 35.

B

97 VTILE, & non iniucundum erit hic quærere, quidnam statuendum veniat, quando † filia Monialem se facere intendens renunciauit ad effectum conseruandi bona in agnatione, & pro familiæ decore, &c. omnibus bonis, iuribus, & actionibus paternis, maternis, fraternis, & auitis ad fauorem patris, eiusque hæredum, & successorum, si

98 modo eueniat, vt † pater, defecta agnatione, testatus decedat, instituto sibi hærede persona extranea, vtrum Monasterium ex persona d. Monialis renunciantis, possit excludere dictum hæredem

99 extraneum à patre institutum, responsio † enim primo aspectu videtur plana, & absque difficultate ad fauorem Monasterij, cum ea renunciatio penitus inefficax reddita videatur, eò quia in dicto hærede extraneo nec agnatio, nec familiæ decor, conseruari poterat, itaque nullo modo terminus ille agnationis, & conseruationis decoris familiæ à Moniali renunciante expetitus in illo verificari poterat, vt comprobat *Gomes. in l.* 22. *Tauri num.* 10. & 11. & 12. & tenuerunt *Alex. cons.* 29. *num.* 9. *lib.* 3. *Rub. Alexand. consil.* 12. *sub num.* 12. *vers. cum ergo defecerunt. Paris. consil.* 26. *sub num.* 20. *vers. & quia par.* 3. Ruin. *cons.* 204. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *in l. pactum num.* 9. *C. de collat. & cons.* 370. *sub num.* 4. *vers. & hoc in simili casu.* Couarr. *in cap. quamuis pactum §.* 3. *sub num.* 4. *vers. si paternam*, & ibi etiam *Guttierez in verb. omnino seruari num.* 14. *de pact. in* 6. Sanchez *super Decalog. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 16. & 19. Cyriaci *controuers. forens.* 475. *num.* 3. & *seq.* Boer *decis.* 204. *nu.* 27. Osasch. *decis.* 98. *num.* 11. *Rota in Romana donationis de Carcanis* 3. *Aprilis* 1620. *coram bo. me. Card. Sacrato.* Et dum Monialis renunciauit in fauorem familiæ, & familia non extat, perinde est, ac si non

100 renũciasset, † & bona spectant ad Monasterium. *Couar. & Guttier. vbi supra. Gomes. Sanchez. Paris. & Osasch. loco citat.* Bald. *consil.* 437. *nu.* 2. *vers. in contrarium est veritas. vol.* 1. Socin. *sen. consil.* 34. *num.* 4. *lib.* 4. Paris. *cons.* 26. *num.* 19. *lib.* 3. Dec. *consil.* 553. *num.* 9. Alex. *cons.* 29. *num.* 7. *lib.* 3. Cranet. *cons.* 42. *post princip.* Menoch. *cons.* 6. & 335. *num.* 14. Io. Francisc. à Ponte *cons.* 39. *num.* 1. & *seqq.* Beneuentan. Stracc. *in annotat. ad consil.* 4. Grauett. *num.* 3. Bart. Muscul. *de success. conuent. clas.* 2. *memb.* 2. *conclus.* 6. Treutl. *disput.* 6. *thes.* 6. *litera G.* Cellenbetz. *de renunc. success. quæst.* 27. *n.* 7. Afflict. *in cap.* 1. *§. si quis num.* 25. *fall.* 5. *de feud. dat. in vic. leg. commiss.* Guillielm. Benedict. *in cap. Rainutius. verb. duas habens filias num.* 297. *num.* 7. Petr. Heigius *part.* 1. *quæst. iur. quæst.* 26. *num.* 37. *vbi dicit eam opinionem esse magis communem.* Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 8. *titul.* 5. *num.* 28. Domin. Tass. *obseruat. iurisdict. Prag. de Antis. vers.* 5. *obseruat.* 1. *num.* 50. And. Gaill. *obseru. Imperial. lib.* 2. *obseruat.* 148. *num.* 10. Grass. *in §. successio ab intestato quæst.* 10. *num.* 12. *Azor. instit. moral. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *vers. vndecimo quæritur.* Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *cap.* 92. *num.* 24. & 25. Vasquez *in opuscul. moral. titul. de testam. c.* 6. *§. secundo dub.* 12. *num.* 47. Harthm. Pistor. *quæst. iuris lib.* 4. *quæst.* 6. *num.* 45. & *seq.* Fab. *de error. Pragm. tom.* 1. *decad.* 13. *error.* 9. *num.* 1. Genu. *pract. Eccles. quæst.* 211. *num* 4. Hodiern. *in l. hac edictali, de secund.*

secund.nupt.quæst.11.num.55. & seqq. respondItq; *Rota in puncto coram clar.me. Merlino, in causa Maceraten. pecuniaria 14. Iunij 1641. & 2. Maij 1642. & antea de mense Ianuarij die 15. eiusdem anni 1642.* latè fuit dictum in *causa Romana successionis de Comitibus coram Reuerendiß.P.D. meo Dunozetto Decano.*

Contraria tamen sententia in terminis, de quibus supra, est verior, ac validior, nempe vt si defecta agnatione pater instituat extraneum, nullatenus bona renunciata † posse redire ad Monasterium ex persona Monialis renunciantis, cum adhuc extet persona, quæ ex voluntate patris renunciantem excludit, & ita constanter plures Doctores determinarunt, & præsertim *Molin. de ritu nupt.lib.3.cap.92. num.35. & 48. Sanchez. ad præcepta decalog.lib.7.cap.7. num.27. in fin. & nu. 28.* Læl.Caput. *in consuetud.si moriatur par.3.§.8.n.1. & 11. & seq.* Pignatell. *controuers. forens. cap.5. num.4. & 8. cum alijs relatis ab Altograd.cons.66. num.36.* & censuit *Rota in causa Romana pecuniaria de Perottis 7. Iunij 1634. coram Reuerendiß. P.D.meo Dunozetto* Decano, *est decis.543. nu.31. & 32.par.5.tom.2.recent. quæ quoque impressa habetur apud Tamburin.de Iure Abbat. decis.6.n.25. & 27.* & nouissimè in *d.causa Maceraten.Pecuniaria 10.Iunij 1644. corā R.P.D.meo Otthobono*, vbi Rota à splendore † veritatis capta, parū curando ostinato animo (vt plerique, & quidē malè faciūt) proprias defendere opiniones, recessit à decisionibus emanatis in eadē causa sub dictis diebus 14.Iunij 1641.& 2.Maij 1642.corā Merlino, ac in *d.decisione coram R. P. D. Otthobono*, (more solito tanti Auditoris acerrimi iudicij, ac solidæ, probatæq. doctrinæ conspicuo, quem admiranda quadam obseruātia prosequor) magistraliter materia ista perpenditur, ac declaratur, & dicitur, id generaliter in qualibet renunciatione procedere, pro vt quoque docuerunt *Angel. cons.52.sub nu.2.vers. nec obstat quietatio. Afflict. in cap.1. num.4. vers. & hoc est verum tit.de eo, qui fin.sec. agnat. Gabr. cons.135. num.25.& seq.lib.2.* inquiens, similes renunciationes procurari à parentibus ad † impinguandam eorum hæreditatem, & vt ipsi disponere possint de bonis renunciatis, de quibus seclusa renunciatione disponere non possent. *Couar. in cap. quamuis pactum in 3.parte relectionis §.3.num.4. vers. nono idem, de pact.in 6.* Aym. *cons. 42. num. 1. vers. sed præsumpta, & consil. 289. num. 2. vers. secundo retorqueo.* Aldobrand. *cons.26. num. 149. lib.1.* Cephal. *cons. 62. sub num.41. vers. & hæc conclusio.* Spin. *in specul.testament.glos.12. num. 52. vers. in qua quæstione, & seq.* Bursat. *cons. 264. num. 6. & seq.* Franciſc.à Ponte *cons.40. num. 6. vers. aut loquitur, & num.7. lib. 1. Menoch. cons.6. num. 1.* Molphes. *ad Consuetudines Neapolitanas tom. 1. titul.de renunc.quæst.13. num.3.& quæst.17.nu.2.* Gallerat. *de renunciat.lib.3. cap.7. num.9. vers. sed ex his.* Cancer. *var. resolut. cap. 15. num.42. par.3.* Marant. *disput.10. num.14.* Scipio Theod. *allegat. 36.num.26.* Harthman Pistor. *lib.4.quæst.6. nu.58.* Montan. *controuers. forens.10. num. 20.* Mastrill. *decis. Regni Sicil. decis. 65. num. 15. & 16.* Rouit. *decis.22. num.6.* Pappon. *de arrestis lib. 16. titul.4. arrest.18.in 3.casu.* Fab. *in Cod. decis. Senatus Sabaud.lib.2.tit.3.de pact.diffin.22. vers.quid si pater.* D. Capyc.Latr. *decis.Neapolit.3. num.26. & seq.*

Nec quis moueri debet, licet in his terminis, filia renunciando fauorem agnationis contemplauerit, dum expressit, ibi, *ad effectum conseruandi bona in † agnatione, ac pro familiæ decore, &c.* vnde videtur incongruum, vt dum filia sentit, vt bona, & præsertim sua acquisita ex linea materna, vel alio modo aduentitia, vt ea transire deberent in agnatos, & illos de familia, ac deinde pater possit filiam illudere transmittēdo † ea bona ad extraneos, censendum enim est, Monialem voluisse priuare Monasterium in concursu suæ agnationis, non autem extraneorum, ac ignotorum: nam, & Monialis præsumitur habere affectionem ad ipsū monasterium, in quo, & ipsa vsque ad mortem degere debet, & auctis facultatibus monasterij commodius, etiam † ipsę Religiosæ subeunt onus Religionis, vt in simili aduertit *Sanchez super decalog.dict.lib.7. cap.7. num. 29. & Molfes. ad consuetud. Neapolit.de renunc. q.17. num.26. & 37.*

Tamen intrepidè respondetur, quod vis renunciationis non expirauit per obitum Patris, aut alij renunciatarij sine agnatis, quia renunciatio, vt est dictum supra num.97. fuit stipulata pro se, eiusque hæredibus, & successoribus, † vnde cum pater decesserit relinquendo hæredem quamuis extraneum, & declarauit eius successorem, non est amplius dubitandum de duratione renunciationis, & secundum communem vsum † propter hoc procurantur huiusmodi renunciationes à parentibus, vt filiæ eis succedere non valeant, & ipsi possint de bonis renunciatis ad libitum disponere, adeo quod filia renunciando fauore agnationis, confert in patrem, & pater acquirit facultatem testandi in præiudicium filiæ, vt dicunt *Angel. in d.consil.52.sub num.2.& alij supra allegati*, & prę sertim *Gabr.d.cons.135. num.25. & seqq. lib.2.* vbi egregiè distinguit, An pater testatus fuerit in pręiudicium, & exclusionem agnatorum, quorum fauore facta fuit renunciatio, † an verò ad exclusionem filiæ renunciantis, & primo casu negat tenere testamentum, secus verò secundo casu. *Rota in d.Romana successionis de Perottis, quæ est decisio 543.par.5.recent.tom 2.* & appositè animaduertit *Rota in dicta Maceraten. Pecuniaria 10.Iunij 1644 coram R.P.D.meo Otthobono.*

Agnationis enim contemplatio, quæ fit per Monialem, quando renunciat successionibus &c. duo operatur. Primū, nempe, quod patre † decedente ab intestato absq.agnatis, filia possit succedere, perinde, ac si non renunciasset, vt inferius dicam. Alterum est, vt pater, aut renunciatarius, † nō possit testari in pręiudiciū agnatorum existentium, iuxta distinct. *Gabr. consil. 135. & aliorum allegatorum.* Sed in casu de quo supra pater decessit cū testamento † hærede relicto, nec supersunt agnati, quibus non existentibus abest eorum præiudicium *l.cum pater §.libertis, & l. qui in solidum. §. penult.ff.de legat.2. Natt. cons.470. num. 30. Gabr. cons.132. in 9. quæst. num.69. lib.1. Gabr. de fideicomm. art.52. num.2.* & adde *Rotam in causa Romana successionis 17. Iunij 1624.corā bo.me. Merlino, post tract.de legitim.decis.49.num.13.*

Vnde sic intrat facultas disponendi de bonis renunciatis ad libitum, quia fuit renunciatum, vt dictum est, ad fauorem hæredum, & successorum, † quare licèt in hærede extraneo instituto non verificetur terminus agnationis, verificatur tamen

tamen terminus hæredis, & successoris, à renunciante expetitus, remanetq. efficax renunciatio,
114 nam dispositio † repetit requisitam à disponente qualitate. *Cephal. consil.81. num.13. Barzius decis. Bononien.25 num.26.*

Neque in aliquo titubare debemus, vt dum filia
115 renunciauit ad fauorem hæredum,† & successorum, idque tantum intelligendum veniat de hæredibus, & successoribus sanguinis. *ad text. in l.ex facto, §.fin.ff.ad Trebell.* nam, & alias daretur cõtrarietas, quia si prouisum fuit expressè, vt inter
116 agnatos, & illos de familia bona renũciata † conseruentur, admitteretur incontinenti hæc contrarietas, si ipsa bona ex voluntate renunciantis in familia conseruanda, transmitti ex prædicta sti-
117 pulatione potuissent in extraneos, & sic † verba illa generalia, ex antecedenti protestatione, & verisimili mente renunciantis ad hæredes sanguinis sunt coangustanda *arg. text. in d. l. ex facto. §. fin.ff.ad Trebellian.Bald.consil. 437. num.2. vol.1. Bertrand.consil.338.num.2. vol.3. Becc.consil. 74. num.3.vers.vltimò non obstat. lib. 1. Honded.cons. 29.num.101.& seqq. vol.1.Harthm. Pistor. quæst. iuris lib.4. quæst.6. num.54. & seq. Molin. de ritu nupt. lib.3.quæst.85. sub num.57. vers. quarto non obstat. Cyriac.controuers.475. num.10. & seq. Hodiern.in d.l.hac edictali. quæst.11.num.56. & seqq. Pignatel.controuers.forens.cap.32.num.25.*

Nam respondetur, quod illa conclusio, vt stipulatio pro hæredibus, & successoribus intelligi debeat tantummodo de hæredibus, & successoribus
118 † sanguinis, tunc solum videtur recipienda, quãdo subiecta materia repugnat, nempe quando agitur de re sui natura non ad extraneos, sed ad hæredes agnatos tantum transitoria. *Imol. in l. quod dicitur 130. num. 8. & 13. ff. de verb. obligat.* vbi etiam *Alex.num.18.* idem *Alex. cons. 120. num.1. vol.1. Couarr.var.resol. lib.2. cap.18. num. 3. in 6. conclus. Marcabrun. consil.100. num.4. Cald. de nominat.emph.quæst.24. num. 38. Peregr. de fideicomm art.32.num.13.& seq. cum allegatis in causa Sarsinaten. Feudi 10. Decemb. 1638. coram bo. me. Coccino*, vbi autem, prout in præsenti casu, materia subiecta est transitoria ad omnes, verius
119 est appellatione † hæredum, etiam extraneos cõprehendi, vt in terminis renunciationis factæ patri stipulanti pro se, & hæredibus tradunt *Molin. de ritu nupt.lib.4.quæst.85.num.60.cum seq.Faber in Cod.titul.3.diffinit.22.vers.sed si vt plerumque. Rouit. consil. 42. num. 11. lib. 1. Mart. de success. part.1. quæst.14.art.1. num. 11. Rota in recent. decis. 587. num.2. & 3. part. 1. & decis. 251. num.6. par.5. & coram Burat.decis.894. nu.4.* & recentius in *Romana successionis de Comitib. 23.Iunij 1641. & 22.Iunij 1642.coram Reuerendiss.P.D.meo Dunozetto Decano,* ac nuper in *d. Maceraten.pecuniaria 10.Iunij 1644 coram R.P.D.meo Ottobono.* Vbi quoque animaduertitur, quod tunc verbum illud,
120 hæredibus, sit restringendum ad † hæredes sanguinis, quotiescunque extarent agnati, secus agnatis non extantibus, vel demum eorum defectus
121 prodesse potest renuncianti, si † renunciatarius decessisset ab intestato, secus verò condito testamento ex supra allegatis. quia cõtemplatio agnationis semper habet locum existentibus agnatis, cessat autem illis non existentibus, sicut in simili
122 licet † appellatione descendentium nõ veniant fœminæ, si fuit habita ratio agnationis conseruandæ, vt tradit *Bart.in l.hæredes mei. §. cum ita. ff.ad Trebellian.vbi Castren. num. 3. Alexand. num. 8. Rip.num.75.* & notant etiam communiter *Doctores in l.Gallus. §. nunc de lege, ff. de liber. & posth.* & præsertim *Angel. num.3. Socin.sen. num.6. Ias. num. 16.* ac docent *Molin. de primogen. lib.3. c.5. num.38.* Gabr. *cons. 132. num. 38. lib.1.* Menoch. *consil.1012. num.27.* Cyriac. *controuers. forens. 283. num.9. & 18.* Ioannes Andr. *in addit. ad Speculat. in titul.de testam.in rub. in 3. colum.* Peregr. *de fideicomm. artic.25. num. 47.* Fusar. *in tract. de substitut. quæst.352.nu. 10.* & sic sæpè sæpius respondit *Rota in causa Carpentoracten. fideicommissi coram bo.me.Reuerendiss.* Manzanedo, *est dec. 203. num.4. & decis.217.num.1. quæ est in eadem causa coram bo.me.*Card.Lancellotto, *& coram bo. me.* Card.Sacrato, *decis.432.num.5. omnes par.2.recen. coram bo.me.* Buratt. *decis. 272. num. 2. & 12. ac decis.454.num.2.& coram R.P.D. meo* Ghisilerio, *in causa Bononien. fideicommissi de Glauarinis 5.Maij 1636.est decis.126. num.4.par.7. recent. nec non coram clar. me.* Merlino, *in altera Bononien. fideicommissi 17.Februarij 1642.* & antea fuit dictum *coram Eminentiss. & Reuerendiss. Card. Verospio iun. in Bononien. Transactionis 30. Apri-*
123 *lis 1638.* & tamen prædicta † conclusio intelligitur temporaliter, quamdiu adsunt agnati, illis vero deficientibus etiam fœminæ admittũtur. *Gabr. d.consil.132.num.54.lib.1. Pereg. consil.42. nu.10. & consil.58. num.9. lib. 5.* Quibus in locis *Peregr.*
124 inquit, quod licet in his dispositiuis † fideicommissis perpetuis, & absolutis ordinatis fauore descendentium, & Agnationis mens Testatoris appareat procliuior erga masculos, quam fœminas, ideo extantibus masculis cuiuscumque gradus, per quos agnatio, & familia propriè conseruatur, per
125 illud verbum successorum,† numquam censentur admisse fœminæ, sed vbi masculi non extant, tunc fœminæ admittuntur quasi per posterius vocatæ, vt pluribus relatis admittunt Card. *Mant. de coniectur.vltim.volunt.lib.8.titul. 12.num.7. Fusar.de substitut.quæst.352.n.12.Surd. decis.Mantuan.84. num.9.* & Rota perpetua constantia hanc amplexa est opinionem, nempe coram *bon.mem. Burat.decis.107.num.1.ad fin. & coram Reuerendiss.Vrgellen.decis.126 num.9. & coram bon.mem.Card.Verospio sen. in causa Ferrarien. de Rasurijs 24. Maij 1621. & coram bon.mem. Merlino in eadem causa 25.Februarij 1622.* quas decisiones posui infra *in seq. part.5. recent. tom.2. deciss.422.427 & 437.* & deinde itaque fuit tentum *in causa Bononien. fideicommissi de Boatterijs 13. Maij 1641. & 17. Februarij 1642.coram eodem Merlino, & in eadem causa 12.Decembris eiusdem anni corã R.P.D. meo Cerro, & in altera Bononien. fideicommissi de Pancaldis 16.Februarij 1640.coram Eminentiss.et Reuerendiss. Card. Panzirolo, & in eadem causa 10.Iunij 1642.coram eodem R.P.D.Cerro.* Et hæc circa istam cõclusionem hic incidenter dicta sufficiant, nam alibi ampliori dote eam locupletabo, meliusq. declarabo.

Vnde redeundo ad terminos renũciationis Monialium, eò libentius supradicta opinio est admittenda, vt in eo casu extraneus excludat Monaste-
126 rium, quia huiusmodi renunciationes, † quæ fiũt à Monialibus sunt latiùs interpretandæ quã illæ,

quæ

quæ fiunt à nubētibus in seculo, tum quia censentur eo animo factæ, & receptæ, vt renunciatarius disponere possit, etiamsi personæ contemplatæ deficiant, vt distinguendo inter vnam renunciationem, & aliam distinguit *Pater Molina Theologus in tractat. de Iustitia, & iure tom.3.disputat.579. sub nu.19 vers.sed dixi regulariter*, vbi postquam firmauit renunciationes factas in seculo expirare,
127 † si personæ contemplatæ deficiant, dicit contrarium tenendum esse, si renunciatio fiat à volente ingredi religionem ob rationem illam, quia similes renunciationes videntur eo animo factæ, & respectiuè receptæ, vt parentes ad libitum de bonis renunciatis disponere possint *Rouit.consil.44. num.7.& 14.lib.1.Mar.Castell.de donat. contemplat.matrim.fol.579.num.127.vers.ex quo,& supra dictum est.*

Tum etiam, quia huiusmodi renunciationes à Monialibus fieri solent inter alias causas, vt hu-
128 manarum † rerum curis omnino exemptæ, & liberæ DEO feruentiori, & quieto animo valeant inseruire, vt sæpius ponderauit Rota & præsertim in *decis.714. circa finem vers. Monasterium ingredi, & in perpetua poupertate DEO seruire &c.p.2. recent.& nuper in d.Maceraten.Pecuniaria* 10 *Iunij* 1640.*coram R.P.D. meo Ottobono §.Quod vero vers.vt humanarū rerum curis omnino exēpta &c.* nam & vt inquit *Saluianus lib.2.ad Eccles.Cathol.* Impedimenta hæc, non adiumenta, onera non sub-
129 sidia: Possessione † enim, & vsu opum non suffulcitur Ecclesia sed euertitur &c. Terrena vtiq. cal-
130 cat, qui cœlestia desiderat & † humanorum terminos non curat, qui semper diuina mediatur.

Et contra religiosos aliter facientes inclamat Mellifluus *Bernardus in homil.3.super Missus est, ante finem*, ibi. *Video, & alios (quod non sine do-
131 lore videri debet) post aggressam † CHRISTI militiam, rursus sæcularibus implicari negotijs, rursus cupiditatibus terrenis immergi, cum magna cura erigere muros, & negligere mores, sub prætextu quoque communis vtilitatis, verba vendere diuitibus, & matronis salutationes, sed & contra Imperatoris sui edictum concupiscere aliena, & sua cum lite repetere*, & aliàs pro vt ibi latè, quæ hic non refero, cum de prædictis religiosis non loquar sed tantum de illis, qui diuinarum rerum contemplatione ducuntur, & ideo bonis temporalibus se spoliarunt eis renunciando vt melius DEO inseruiant vt iam dixi *num.128.* & considerauit Rota, vt ibi habes. Præclarum est exemplum Lupicini Abbatis, relatū à *Gregorio Turonensi in vit.patr. lib.1.& ex nostris refert Ann.Robert.rer.iud. lib.2. cap.2.* Cum prædicto Abbati eiusque Monachis Rex Chilpericus vellet agros, & vineas donare, *Non decet* (generosè respondit) *Monachos facul-
132 tatibus † mundanis extolli, sed in humilitate cordis, Regnum DEI, iustitiamque eius exquirere.* Rex tamen Chilpericus eis donauit annis singulis trecentos modios tritici, eiusdemque mensuræ numero vinum, adiecta centum aureorum quantitate ad emenda fratrum indumenta.

Sic etiam Nicetas Imperator, vt scribit Com-
133 nenus in annalibus, post quam † Monasterium S. Michaelis nomini dicatum construxisset, noluit agros, vineas, aut possessiones Monachis assignare, cum indecens, & Monasticæ professioni contrarium existimaret prædia possidere, sed iussit ex fisco tantumdem illis annuatim pendi, & exolui, quantum eis ad alimenta, & vestitum satis esset, & hoc ne in Monachis nascentis auaritiæ nulla esset satietas. Hinc egregiè admonuit Doctor gentium Paulus Apostolus scriebndo ad *Timoth.1.cap.6. ibi*, Habentes autem alimenta,
134 † & quibus tegamur: his contenti sumus.

Hinc fortè est, loquendo de Monialibus, de quibus in præsenti annotatione sermonem habe-
135 mus, ne Monasteria solicitè insisterent † in augendis opibus, Ius Canonicum sanciuit, vt in Monasterijs Monialium redditu arum plures non recipiantur, quàm ex redditibus ipsorum Monasteriorum ali possunt, attendamus verba textus in *cap. periculoso. §.1.ibi*, districtius inhibemus, ne in Monasterijs Ordinum non Mendicantium Mulierum, de cœtero aliquæ recipiantur in sorores nisi
136 quot † poterunt de ipsorum Monasteriorū bonis, vel prouentibus sine penuria substentari, quod si secus factum fuerit irritum decernimus &c. *de regular.in 6.idem quoque fuit sancitum per Sacrum Concil.Trid.sess.25.cap.3 & innouatum per fel.rec. Pium V. vt apparet in eius Constit.8. in nouo Bullario Romano, & vide Franc.Viu. in Sylua comm. opin.724.* vbi sub num.10. etiam dicit inter alias causas id fuisse sancitum ad euitandum omnem
137 notam simoniæ; † nam secundùm cōmuniorem & tutiorem opinionem simonia est, si aliqua pactio interuenerit de soluendo aliquid pro ingressu religionis etiamsi Monasterium esset tenue vt apparet ex *glos.Abb.Felin.S.Thoma, Caetano, S.Anton. & alijs allegatis à Viu.in d.opin.724. num.9.* Atq. in terminis supradictæ simoniæ ad lucit memoran-
138 dum, † & lacrymabile exemplum in hac materia, relatum à S. Cyrillo Episcopo Hierosolymitano in fine Epistol.S.Augustini, & est sequens.

In quodam Monasterio Monialium talis vigebat consuetudo, vt ibi nulla reciperetur Monialis,
139 nisi secū † afferret certam pecuniæ summam. Erat verò in Monasterio hoc quædam Sanctimonialis annosa, & virtutibus prædita, quæ huiusmodi vitium, & labem peccati plurimùm abhorrebat, cúmque hæc quadam nocte orationi vacaret, illi apparuit, affuitq. S.Hieronymus, pręcipiens ei, vt ad Abbatissam iret, eamq. admoneret, vt à mentionata simonia se abstineret, cum cœteris suis Monialibus, aliàs grauis ira DEI super Monasterium citò descenderet, his itaq. dictis disparuit visio,
140 Mane igitur facto antedicta Sanctimonialis, hæc nota fecit Abbatissæ, ac toto Monasterio, non solū semel, sed bis, & ter etiam, verùm semper fatua reputabatur, & deridebatur, post dies igitur decem, iterum ea orante affuit S. Hieronymus præcipiens, vt iterum rediret ad sorores suas, & illis denunciaret ex parte Omnipotentis DEI, quod se abstinerent ab ipsa labe, & sic vt vir sanctus ordinauit, denuò id eis nunciauit, ac præcepit, sed neque sic admonitæ pœnitere voluerunt, quinimo eam minis, & cachinis repulerunt, post hæc illa Sanctimonialis diuinitus admonita, limites prædicti Monasterij egressa, ecce mox totum illud Monasterium corruit opprimendo, perimendo, ac occidendo omnes prædictas Moniales. Reliqua vide apud eūdem *Viu.in d.loco*, aliaque notanda subiungerem, nisi iam breuitatis cancellos transgressus essem.

Paulus Rubeus.

RE-

REVERENDISS. PIROVANO.

Bononien. de Maluetijs.

Mercurij 27. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Hæredi scripto non potest impediri immissio, quando exceptiones incapacitatis sunt perplexæ, obscuræ, & nodosæ, & quid si consistant in iure, & simus in supremis Tribunalibus. Spurius non est capax bonorum Ecclesiasticorum. Feuda quando sint transitoria etiam ad extraneos.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi non potest denegari immissio, si ostendat testamentum non abolitum, & non cancellatum.*
2 *Et sufficit illud ostendere, in quo est hæres scriptus.*
3 *Testamenta ideo habent executionem paratam, quia Iudices tenentur sequi oculatam scripturæ apparentiam.*
4 *Spurij sunt incapaces bonorum feudalium.*
5 *Spurius si sit legitimatus cum clausula sine præiudicio venientium ab intestato, quid operetur talis legitimatio, vide num. 6. & 8.*
7 *Exceptio incapacitatis requirens altiorem indaginem, non impedit immissionem hæredi scripto.*
9 *Feudum concessum tibi, tuisq. hæredibus, ac successoribus quibuscumque ista verba comprehendunt etiam extraneos.*
10 *Verba generalia debent restringi secundum subiectam materiam.*
11 *Quæstio si dependeat à discussione opinionum, quando non sit indubitata.*
12 *Doctorum opiniones, quando sunt variæ, tunc controuersiæ facti æquiparantur.*
13 *Remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. non admittit exceptionem proprietatis, nisi de facili sit liquidabilis.*
14 *Remedium d. l. fin. est possessorium quasi recuperandæ possessionis, ex quo quasi spoliata hæreditas fuerit, quæ in personam hæredis restituenda venit.*
15 *Spurius non est omnino incapax possessionis, licet non sit capax feudorum.*
16 *Immissio hæredi ex qua exceptione possit denegari.*
17 *in Feudi concessione si adsint verba, successoribus quibuscumque qualiter sint accipienda secundum casuum diuersitatem controuersum est.*
18 *Intelligentia alicuius concessionis, quando non dicatur requirere probationem extrinsecam.*
19 *Et maximè si simus apud suprema Tribunalia.*
20 *Inuestitura si sit producta, & præ manibus habeatur, & causa agatur apud supremum Tribunal, dici non potest requirere altiorem indaginem, & vide num. 21.*
22 *ad Immissionem, quando æquum non sit procedere reiectis exceptionibus ad petitorium. limita numer. 23. & 24.*
25 *Exceptio, quæ dicatur requirere altiorem indaginem, & quæ non, secundum casuum contingentiam id Iudex arbitrari debet.*

DECISIO DXXIV.

CENSVERVNT Domini dandam esse immissionem D. Francisco Pyrro, in possessionem Castri, de quo agitur.

Fūdat enim intentionem suam in testamento Pyrri, in quo hæredem instituit Herculem vti filium, & tanquam Amicum, pro quo exinde emanarunt legitimationes D. de Campeggijs, & Principis Massæ, ac demum fel. recor. Clementis Papæ VIII. vt ideo
1 cum illud † non reperiatur in aliquo abolitum, neque cancellatum denegari non possit immissio ex *remedio l. final. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* sufficit
2 enim† illud ostendere, in quo hæres sit scriptus, vt dicunt *Bart. Castr. & Ripa, & alij allegati per Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 50. Surd. decis. 184. numer. 12. & cons. 214 num. 2 et cons. 263. num. 10.* di-
3 cens ob id testamenta † habere executionem paratam, quia Iudices tenentur sequi oculatam scripturæ apparentiam.

Neq; obstat exceptio incapacitatis oppositæ personæ Herculis, quia spurius sit, nec valens ex testa-
4 mento capere feudalia bona, qualia † sunt, de quibus agitur, siue sit filius, siue amicus propter Pij V. Constitutionem contra illegitimos editam, ad quam non se extendunt legitimationes Campeggij, & Principis Massæ defectu potestatis, neque legitimatio Papæ Clementis VIII ex defectu volūtatis, quæ pura non est, sed qualificata sine præiudicio venien-
5 tium † ab intestato, & vocatorum ex inuestituris, nec suffragari possit, nisi in his feudis, quæ transitoria essent ad extraneos.

Quia quicquid sit de veritate opinionis, quando
6 agnatus possidet, prout hic † præsupponitur, possit per exceptionem proprietatis impedire immissionē hæredi scripto, quam tenuerunt *Isernia in tit. si de feud. fuer. controuer. int. dom. et agnat. Osasc. decis. 26. num. 2. cum pluribus ab eo allegatis, Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 753. et cons. 180. nu. 19. et latissimè Bursatt. cons. 129. num. 53. lib. 2. Landerch. cons. 122. num. 2.* attamen certum est exceptionem
7 † incapacitatis requirentem altiorem indaginem non impedire immissionem hæredi scripto, *Gozad. cons. 6. num. 87. Bursatt. d. cons. 129. num. 53. lib. 2. Contard. de moment. lim 12. nu. 19. Peregr. de fideic. art. 48. num 29. Menoch. cons 180. num. 30. Caputaq. decis. 342. par. 2. Rot. decis. 387. num. 5. et 6. par. 1. recent. et in Ferrarien. de Tasson. 27. Iunij 1614. coram R.P.D. Pamphilio.*

Neque dicatur, quod hæc altior indago non probetur, sed contrarium incontinenti doceatur, dum respectu D. Perithei extent antiquæ inuestituræ huius Castri, de quarum comprehensione non dubitetur, respectu vero hæredis instituti constet ex testamento Pyrri de manifesta incapacitate, & legitima-
8 tiones supradictæ non releuent † ad remouendam incapacitatem, itaut intentio D. Perithei incontinenti remaneat probata, quæ sufficit ad impediendam immissionem, vt admittunt supra allegati Doctores & probant *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 759. et cons. 180. num. 33. lib. 2. Landerch. cons. 122. num. 1. cum alijs allegatis.*

Quia hodie non est absolutum nos versari in feudo ex pacto, & prouidentia propter ampliationem ad extraneos hæredes, de qua in concessione Pauli
9 Papæ III. ibi, ac tibi, tuisq. hæredibus, † ac successoribus quibuscumque quæ verba secundum veriorem comprehendunt extraneos, & iustificant Clementis legitimationem, *Osasc. decis. 26. nu. 14. vers. et hanc partem, Clar. in § emphyteusis quæst. 28. vers. secundus est casus, Surd. cons. 440. num. 11. cum alijs alle-*

allegatis in decis.14.Iunij 1621. quibus accedunt Seraphin decis.325.num.8. Rolan.cons.79.nu.29.lib.2. Curt.iun.cons.1.num.1. Bursatt.cons.22.nu.2.lib.1. & quamuis non desint, qui contrarium tueantur, vt
10 scilicet illa verba, quamuis generalia† restringi debeant secundam subiectam materiam ex allegatis in eadem *decis.vers.quia etsi secundum, et Osasch.* latè prosequitur *in eadem decis.26. nu.4. Alba cons.382. num.8. Surd.cons.395.num.30.* in hac tamen parte consistit altior indago, dum quæstio pendet à discus-
11 sione opinionum, †& causæ producentes restrictionem proprietatis verborum generalium nō sunt indubitatæ, sed pendent à coniecturis, vt ex eadem *dec. 14.Iunij 1621.* videre licet, quæ omnia ad hunc effectum respectiuè ponderantur per *Capic. decis.10. num.18.et 19. Contard. de moment. lim.12.num.20.*
12 dicentem vbi variæ sunt Doctorum † opiniones, tūc controuersiæ facti æquiparari, idem dicit *Ruin.cons. 87.in fin. lib.3. Dec. cons.424. num. 19. Soccin.iun. cons.75. num. 18. vol.1. Rol.cons.22. num.14. et 34. lib.3. Rim.cons.69. num.14. Menoch. de adipisc. remed.4. num 759. Peregr.art.48. num.29. et Bart.in l.fin.num.22. de edict. Diu. Adr.tollen.* non admit-
13 tit exceptionem defectus † proprietatis, nisi quæ de facili sit liquidabilis, versamur enim in possessorio quasi recuperandæ possessionis, ex quo quasi spolia-
14 ta †hæreditas fuerit, quæ in personam hæredis restituenda venit, vt *Bald.aduertit cons.126. vol.3.* incipit præmissis verbis, quem sequuntur *Osasc. d.decis.26. num.15. et Affl. decis 159. in fin.* & vlterius
15 spurius non †est omnino incapax possessionis, quāuis non sit capax successionis feudorum, vt ideo incontinenti magis indubitata probatio offerenda sit, *Caputaq. d.decis.342. par.2. Osasc. eadem decis.26. num.16. Caphal. cons.387.num.15. et 16.*

Neque vrget replicatio, quod cum exceptio incapacitatis Herculis oriatur ex ventre legitimationū
16 eiusdem, inde possessor semper admittatur †ad impediēdam immissionem, quamuis requirat altiorem indaginem, *Rot. decis.8. impressa post tractatum Gallesij, et in Imolen. bonorum 21. Maij 1593. corā bon.mem. Card. Pamphilio, et in recent. decis.242. num.5.par.1.* quia & si oriatur ex legitimationibus tollitur tamen ex Bulla concessionis Pauli III. contra quam D. Peritheus replicat de intelligentia ver-
17 borum †successoribus quibuscumq; vt de habilibus intelligi debeant, ex qua replicatione adhuc controuersa desumitur altior indago, quæ releuat, vt dictum fuit in *eadem decis.Imolen.bonorum.*

Demum non obstat, quod cum hæc disputatio,
18 quæ contigit circa intelligentiam † Bullæ prædictæ non requirat aliam extrinsecam probationem, sed tota deducatur ex publicis documentis antiquarum inuestiturarum, & articulus non sit difficilis, sed iam resolutus ex decis.in hac causa facta, & si aliquam
19 difficultatem haberet illam non esse † considerabilem apud suprema tribunalia, quin dicatur probatio incontinenti oblata, vt aduertunt *Menoch.cons.180. num.47.& 48. Bursatt. cons. 129. num.57. & Rot.* idem sensisse videtur *in Ariminen. bonorum 6. Febr. 1589.coram bon.mem Card.Platto* in qua dicitur ex-
20 ceptionem, quæ †pendet ex lectura, & interpretatione inuestituræ, quæ producta est, & præ manibus habetur dici non posse requiri altiorem indaginem.

Quia quoad decisionem in hac causa factam ea reproposita Domini senserunt nodosas difficultates,& ordinarunt, vt informaretur super effectu immissionis, quód vero etiam nodosæ, & perplexi iuris sint
21 decidendæ †apud suprema tribunalia, id videtur attendēdum secundum subiectam materiam quod scilicet offerens probationem incōtinenti fundaret intentionem suam, & difficultas oriretur in responsio-
22 ne petentis immissionem, † tunc æquum non esset procedere ad immissionem reiectis exceptionibus ad petitorium, & in his terminis procedunt supra allegata, & dicta per *Osasc.eadem decis.26.nu.2.& 16. & per Rot. in d. Ariminen. bonorum*, secus autem vbi petens immissionem fundat intentionem suam
23 & offerens probationem incontinenti †non iustificat suam replicationem, sed deducta requirunt discussionem, & iudicium, vt hic D. Peritheus tendit contra verborum proprietatem per coniecturas, & argumēta, & tunc donec iudicetur de qualitate controuersia
24 non est retardāda immissio †ad instantiā possidentis & consouentis se in quasi spolio hæreditatis restituendæ, & hoc est, quod ponderat *Osasch.decis.26.* in qua data fuit immissio non obstante, quod iura per agnatos producta non requirerent extrinsecam probationem, & idem voluisse videntur *Ruin.Contard. Rimin.& alij supra allegati*, & in hoc pariter versa-
25 tur arbitrium †Iudicis in iudicando, quæ dicatur exceptio requirens altiorem indaginem, vel probatio incontinenti facta, cui secundum casuum contingentiam videtur hoc arbitrium à lege indultum *gloss. in l.1. à quo. ff. vt in possess. legat. Menoch. de recup. remed.1.num.230.& de arbitr. casu 12.& 20.* quem Rota sequuta est *in Tiburtina Castrorum 14. Iunij 1621.coram R.P.D.meo Buratto.* Et ita &c.

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 11.Decembris 1624.coram eodem bon.mem. Reuerendiss. Pirouano.

REVERENDISS. MERLINO.

Reatina Iuris redimendi.

Mercur.27. Martij 1624.

ARGVMENTVM.

Pactum, seu ius redimendi est transitorium ad hæredes. Hæreditatis aditio cum non præsumatur, ideo probanda venit. Legatarius certæ quantitatis habet hypotecata omnia bona testatoris pro consecutione sui legati, & qua via agere potest ad illud consequendum, & an directè via executiua agere possit contra detinentes bona testatoris. Mandatum de associando, quando detur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas fratris ab intestato defuncti spectat ad sorores pro virili.*

2 *Pactum, seu ius redimendi trāsit etiam ad hæredes de Hæreditatis aditione debet constare, cum in dubio non præsumatur.*

3 *Legatarius certæ quantitatis habet omnia bona testatoris pro ipsius legati consecutione tacitè hypotecata.*

4 *Legatarius potest agere hypotecaria, vel petere se immitti in possessione, vel quasi bonorum defuncti ex remedio vtilis saluiani interdicti.*

5 *Non tamen directè via executiua agere contra detinentes aliquid ex iuribus testatoris.*

6 *Man-*

6 *Mandatum de associando non datur, nisi habenti constitutum, vel precarium, aut licentiam capiendi possessionem propria auctoritate.*
7 *Mandatum perperam relaxatur, quando non adsunt causæ ad hoc necessariæ.*
8 *Mandatum speciale semper est necessarium, quando aliquid declarandum est, quod ab animo principalis pendet.*

DECISIO DXXV.

OMISSIS nullitatibus, quæ pro parte D. Hippolyti obijciebantur, censuerunt Domini decretum A.C. siue ab eo deputati esse infirmādum ex capite iniustitiæ. Nam quamuis hæreditas Claudij ab intestato prædefuncti, cui vigore instrumenti inter ipsum, & D. Hippolytum celebrati competeret ius redimendi prædium aliàs per eundem, D. Hippolytū emptum, delata fuerit Ægidio ipsius Claudij patri,
1 †& Euphemiæ, siue Prudentiæ sorori pro æquali portione, iuxta *tex. in auth. defuncto. C. ad Senat. Conf. Tertull.* & vera sit conclusio quod pactum,
2 siue ius redimendi transit †etiam ad hæredes *l. si pactum. ff. de probat. glos. Cyn. Bart. Bald. & alij in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 6. nu. 6. Surd. cons. 540 num. 32. Mantic. de tacit. & ambig. conuent lib. 4. tit. 32. num. 17. & 18. Rot. dec. 502 num. 2. par. 1. recent.* Videbatur tamen non constare de eiusdem hæreditatis aditione, quæ in dubio non præsumitur, † sed probari debet ab illo, qui in ea se fundat *l. pro hærede. ff. de acq. hæred. Bald. cons. 437 num. 2. vol. 3.* cum alijs congestis per *Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 9. num. 3. 4. & seqq. & fuit dictum in Romana seu Tiburtina castrorum 14. Iunij 1621. coram R. P. D. meo Buratto.* Vnde DD. de Cappellectis tanquam à dd. Aegidio, & Euphemia causam habentes vigore dicti pacti de retrouendendo contra D. Hippolytum agere non potuerunt.

Et nihilominus etiam si de aditione constaret, adhuc tamen dictum decretum relaxationis mandati de associando sustineri non posset, etiamsi ipsi DD. de Cappellectis egerint, tam vti legatarij d. q. Aegidij in summa scutorum mille monetæ, quam etiam vti cessionarij dictæ Euphemiæ, legatarius enim cer-
3 tæ quantitatis habet quidem omnia † bona testatoris pro ipsius legati consecutione tacitè hypotecata ex dispositione *l. primæ. C. comm. de legat.* Ideoque DD. de Cappellectis potuissent forsan agere hypo-
4 tecaria, vel petere se immitti in possessionem, † vel quasi dicti iuris remendi, tanquam in bonis Aegidij legantis relicti ex remedio vtilis saluiani interdicti iuxta tradita per *Gabr. cons. 46. nu. 19. & seq. lib. 1. Surd. decis. 76. num. 4. Rot. decis. 674. num. 3. lib. 3. par. 3. diuers.* cum alijs allegatis *in Viterbien. castrorum 11. Martij, & 10. Iunij 1622. coram Reuerendiss. D. meo* Decano, vel aliquo alio remedio vti, non
5 autem potuerunt directè, †& via executiua D. Hippolytum ad reuendendum cogere, & multo minus
6 mandatum de associando obtinere, † quod non datur nisi habenti constitutum, vel precarium, aut licentiam capiendi possessionem propria auctoritate, *Bald. in repet. l. creditores. num. 18. & 19. C. de pignor. Galles. de oblig. Camer. q. vlt. num. 41. vers. vel etiam si sit formido, Menoch. de adipisc. remed. 5. numer. 77. & fuit dictum in Bononien. bonorum de Zaualeis 13. Iunij 1611, & 4. Iulij 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo,* quæ tamen in instrumento, quo fuit d. Claudio data facultas redimendi, nullo modo leguntur.

Quo vero ad cessionem factam per Euphemiam vltra quod videbatur, illam non fuisse factam ab ea vti hærede ab intestato d. q. Claudij, & huiusmodi iura hæreditaria minimè comprehēdere, de his enim
7 nullum ibi verbum) Domini dicebant, †in omnem casum semper obstare d. defectum constituti, vel precarij, aut licentiæ, & facultatis capiendi possessionem propria auctoritate, sine quibus decerni non potuit mandatum de associando ex præallegatis.

Ad oblationem de retrouendendo restituto pretio fuit responsum, illam non fuisse factam ab ipso D. Hippolyto, sed ab illius asserto procuratore, quem non constat, ad id sufficiens, ac speciale mandatum
8 habuisse, †quale in similibus oblationibus, ac declarationibus, quæ ab animo pendent, requiritur, *Alex. cons. 78. num. 14 lib 5. Paris. cons. 31. num. 112. lib. 1. Caputaq. dec. 168. par. 1. Rot. coram san. mem. Greg. XV. dec. 268. num. 7.* & in materia retractus *Tiraq. post alios de retract. lign. §. 1. glos. 10. num. 97.*

Et ita &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Vlixbonen. Matrimonij.
Mercurij 27. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

Remissoriæ petitio non solet reijci, maximè si simus in prophanis, quando articuli sunt releuantes. Vis, & metus tangit substantiam matrimonij, qui articulus est valde releuans dum dubitatur super validitate matrimonij, sicuti etiam ille, quod matrimonium non fuerit contractum coram proprio Parocho, aut alio sine eius tamen licentia. Remissoria licet non concedatur in iudicio restitutionis in integrum, id tamen intelligitur, quando non concurrunt requisita.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in materia prophana non solet denegari, quando articuli sunt releuantes.*
2 *Causa vt dicatur prophana, sufficit vt titulus causæ, non se extendat ad beneficium.*
3 *Vis, & metus tangit substantiam matrimonij in consensu contrahentium consistentem.*
4 *Consensum integrum ad contrahendum matrimonium Ecclesia non admittit in minori quatuordecim annorum.*
5 *Matrimonia ex Concilio Tridentino non recipiuntur sine præsentia proprij Parochi.*
6 *Articuli etiam releuantes sunt reijciendi, quando apparet de manifesta calumnia partis.*
7 *Remissoria ob præsumptam calumniam non ita de facili solet denegari.*
8 *Articuli satis dicuntur calumniosi, quando constat de veritate in contrarium. & nu. 9. & 10.*
11 *Articulo vno releuanti dato, valens est, vt cæteri admittantur.*
12 *ad Matrimonium infringendum, sufficit vt non sit celebratum coram proprio Parocho, nec coram alio de eius ordine; itaut non constet de eius valida subdelegatione.*
13 *Matrimonium, quod fuerit contractum per vim, & metum, ex quibus facile possit præsumi, ac detur suffi-*

sufficiens fumus. & numer. 14. & 15.

17 *Metus dicitur durare, quoties, quis non reperitur in sua libertate.*

18 *Remissoria non conceditur in iudicio restitutionis in integrum.*

19 *Remissoria non solet denegari in iudicio restitutionis in integrum, quando concurrunt requisita.*

DECISIO DXXVI.

RESOLVTVM fuit dandam esse remissoriam Emanueli, quia versamur in causa profana, 1 & articuli sunt releuantes, † quibus concurrentibus Remissoria non solet denegari. *Put. decis. 212. lib. 1. numer. 3. in noua impress. Caputaq. decis. 68. par. 3. Cassad. decis. 2. de dilat.* quod versamur in pro- 2 fanis † sufficit titulus causæ, qui ad beneficium non se extendit. *Caputaq. decis. 99 par. 1.*

Releuantia etiam est indubitata, quia articulatur vis, & 3 & metus, † quæ tangunt substantiam matrimonij in consensu contrahentium consistentem, *cap. tua nos. in fine, vbi gloss. de sponsal. l. nuptias ff. de reg. iur.* & 4 similiter † ad eundem finem tendit articulus minoris ætatis, postquam Ecclesia non admittit integrũ consensum ad contrahendum cum minori ætate 14. annorum *cap. attestationes. cap. ex litteris de dispens. impub. Sanchez. de matrim. lib. 7 disput. 104. num. 1.* nec articulus inualiditatis subdelegationis Antonij Reposi ad cōtrahendum matrimonium videtur irre- 5 leuans; † quia ex Tridentino non recipiuntur matrimonia contracta sine præsentia proprij Parochi.

Nec obstat quod etiam releuantes articuli sint 6 reijciendi, † quando apparet de manifesta calumnia partis, *Seraphin. decis. 1364. num. 5. Rota decis. 578. n. 2. p. 2. recent. & dec. 253. coram Papa Gregor. XV.* Quia ob præsumptam calumniam non ita de facili 7 solet † denegari remissoria *Egid. dec. 624 in fin. Rot. decis. 348 nu. 6. p. 1 recent. & coram Papa Gregor. XV. dec. 161. n. 5.* nisi illa sit vehemens, & probabilis, *vt Rota dixit coram Cardinale Mantica in simili causa decis. 311. nu. 9.*

8 Et quamuis quoad articulum † ætatis detur fides Parochi de maiori ætate quatuordecim annorum, ac etiam testes ad perpetuam rei memoriam exami- 9 nati, & respectu subdelegationis † Parochi incalescant fundamenta decisionis in hac causa factæ, ac demum concurrat decursus decennij & vltra, quod 10 hæc causa in partibus fuit agitata, † nec de prædictis aliquid fuerit exceptum, aut articulatum, cum tamen infiniti articuli fuerint dati pro excludenda veritate matrimonij, attamen semper vrget articulus continens metum & vim, qui caret calumnia, & nõ 11 sine fumo remanet, & † dato vno articulo releuanti, omnes exinde solent admitti. *Cassad. decis. 5. in fine. de sequestr. possess. & propr. Mant. decis. 312. n. 2. & decis. 677. n. 1. part. 1. & 661. nu part. 2. recent.*

Ex eo enim potest præsumi articulatum non esse metũ 12 in illo contractu matrimonij; quia articulus † inualidæ subdelegationis parochi poterat esse sufficiẽs pro victoria causæ, & prout fuit, ex quo pro Emanuele emanarunt duæ sententiæ in partibus, & ipsa facti 13 series pro fumo † sufficienti deseruire potest; dum Parochus in accessu, & introitu cubiculi vbi degebant contrahere volentes, fuit per vim retentus, 14 † vt audiret verba contrahentium, concurrebat etiã tempus noctis, absentia propinquorum Emanuelis, concursus multorum affinium Margaritæ, ex quibus 15 verisimiliter † potuit cadere metũ probabilẽ, & possibilem in Emanuelem, cum quo exinde contraxerit.

Nec vim facit, quod pernoctauerit cum eadem 16 Margarita; quia eadem possibilitas retinendi † per vim toto illo tempore potest probari, et quamuis per Margaritam censeatur euitare hãc præsumptionem; tũc magis vrget admissio articulorum ad probandum contrarium.

18 Demum non obstat quod in † iudicio restitutionis in integrum non detur remissoria; quia neque tunc 19 solet denegari, si concurrant † requisita; *vt sæpè Rota tenuit, signanter coram Papa Gregor. XV. decis. 275. num. 2.* Et ita, &c.

In eadem causa habetur supra altera decisio scilicet sub die 16. Nouembris 1622. coram bo. mem. Reuerendiss. Manzanedo, est in præcedenti Tomo decisio 431. Et infra adsunt duæ aliæ coram eodem bo. me. Pirouano nempe sub diebus 1. Iulij præsentis anni 1624. & 19. Nouembris 1625.

R. P. D. VBALDO.

Camerinen. Bonorum.

Lunæ 22. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Filij, quod adiuerint hæreditatem matris, ex quo probari possit, & an probetur ex eo, quod pater pro eis retineat dotem maternam. Statutum excludens filias ab hæreditate patris, & matris, non intrat, quãdo agitur de hæreditate fraterna, quod procedit etiã si bona fratris sint paterna, vel materna, nam adita illorum hæreditate per filium efficiuntur propria. Pater transeundo ad secunda vota tenetur reseruare filijs primi matrimonij, quidquid ad eum peruenit ex bonis primæ vxoris, & quid de bonis mediate acquisitis ex persona filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Mors alicuius probatur ex fide Parochi.*

2 *Filij, quod adiuerint hæreditatem matris ex quo probetur.*

3 *Libellus probat contra producentem.*

4 *Pater retinendo dotem maternam censetur adiuisse hæreditatem pro filijs.*

5 *Liberis ab intestato descendentibus succedit pater vna cum fratribus in capita & nu. 6.*

7 *Statutum excludens fœminas à successione patris, & matris, non habet locum, quando agitur de bonis fraternis.*

8 *Filius adeundo hæreditatem patris, vel matris, desinunt ea bona esse talia, & efficiuntur propria filij.*

Ita vt amplius non subiaceant dispositionibus loquentibus de bonis paternis, vel maternis.

9 *Pater transeundo ad secunda vota, tenetur ipse vel eius hæres restituere filijs primi masculi, quidquid ad eum imediatè ex hæreditate, vel bonis primæ vxoris ad eum peruenit.*

10 *Matre ab intestato decedenti, succedunt eius liberi & pater habet solum vsumfructum.*

11 *Pater transeundo ad secunda vota, lucrum dotis quod habet ex statuto, vel pacto tenetur reseruare filijs primi matrimonij.*

12 *Pater, vel mater transeundo ad secunda vota, an teneantur etiam reseruare filijs primi matrimonij,*

nij, id quod non immediatè ex persona primi coniugis acquisiuerunt.

13 *Sed mediatè ex persona filiorum, qualis quæstio anceps est, & multi DD. affirmatiuam tenuerunt opinionem.*

14 *Rota tamen cum contraria opinione, scilicet vt Pater, vel Mater non teneantur talia bona restituere filijs primi matrimonij, transire solet.*

DECISIO DXXVII.

MORTVA ab intestato Francisca Vxore Ludouici de Sancta Cruce relictis septem filijs, ex quibus tres videlicet Lelius, Constantinus, & & Liuia decesserunt patre superstite, qui postea ad secundas nuptias conuolauit, & suscepto Hieronymo filio ex secundo matrimonio obijt, fuit contra Hieronymum actum in partibus, & Rota pro parte Portiæ & aliarum trium sororum filiarũ Franciscæ, & Ludouici ex primo matrimonio pro restitutione dotis, & hæreditatis maternæ, & sub die 10. Februarij 1620. fuit resolutum coram R. P. D. meo Verospio Portiam, & sorores ad successiones dd bonorum concurrere, sed fuit reseruatum videre pro qua parte concurrant. Quo dubio hodie proposito Domini responderunt vt infra. In primis enim distinguenda sunt duo tempora, primum est ante transitũ Ludouici ad secundas nuptias, secundum post transitum circa primum tempus, supponen. quod Francisca mortua est de anno 1591. de mense Iulij, &
1 inde ad paucos dies mortua est † Liuia, vt ex fide Parochi quæ datur, eodem anno mortuus est Lelius & vltimo decessit Constantinus, quibus stantibus Franciscæ matri successerunt prædicti tres filij videlicet Liuia, quæ erat innupta Lelius, & Constantinus reliquæ etiam quatuor filiæ videlicet Portia, & aliæ sorores cum essent nuptæ, erant penitus exclusæ à successione matris, neque potest dubitari quin præ-
2 dicti tres filij adierint hæreditatem † matris, prout colligitur ex libello à sororibus porrecto, in quo dixerunt ad eas fuisse deuolutam dotem maternam, & per eas aditam mediante persona eorum Patris, qui retinuit semper penes se florenos mille, qui libel
3 lus † probat contra producentem *l. cum præcum C.*
4 *de lib. caus.* & quod per retentionem dotis † maternæ censeatur adita per patrem hæreditas pro filijs latè *Natt. cons. 74 num. 10. & seq. Surd. decis. 140. in princ. nu. 1.* & vbi de communi, *& cons. 244. nu. 20. lib. 2. cum alijs per Rotam dec. 259. nu. 3. & dec. 723. sub num. 14. par. 2. recent.* Quamobrem cum primo
5 decesserit Liuia, & succedere † debuerunt pater nec non Lelius, & Constantinus & aliæ sorores nuptę in capita *Auth. defuncto vbi glos. &* DD. *ad pertisium in §. successio ab intestato q. 23. num. 3. & 5. vbi de communi &* pariter cum secũdo loco obierit Lelius
6 & debuerunt succedere † pater, Cõstantinus frater, & sorores nuptæ, & demum cum tertio loco obierit Constantinus, debuerunt succedere pater, & dictæ sorores nuptæ.

Nec obstat quod sorores dictum Statutum exclu dens fœminas dotatas, & maritatas, quia non exclu-
7 dit † à successione fratrum, vel sororum sed solum à bonis paternis, & maternis disponens, quod nihil petere possint à fratribus nisi quantum sibi fuerit re lictum in testamento de bonis patris, vel matris, vt
8 patet ex eius lectura, hic † autem non agitur de bonis paternis, vel maternis, sed fraternis, quæ talia sunt post aditam hæreditatem, *vt latè fuit dictum in causa Bononien. de Armis 18. Aprilis, & 12. Decembris 1622. coram R. P. D. meo Merlino.*

Quo verò ad secundum tempus, & sic post transitũ Ludouici ad secũdas nuptias, qui fuit de anno 1595. in primis non est dubium quin Ludouicus, vel eius
9 hæres teneatur restituere filijs † primi matrimonij, quicquid ad eum immediatè ex hæreditate, vel bonis Franciscæ vxoris peruenit *l. fœminæ §. illud principaliter C. de secund. nupt. Gabr. in tit. de secund. nupt. concl. 1. num. 2. & bene firmatur in decisione D. mei Verospij*, & cum mortua Francisca superessent tres filij, duo masculi, & vna fœmina innupta,
10 vt dixi, illi successerunt † matri, sed pater habuit solum vsumfructum *l. 1. C. de bon. matern.* & sic quod lucrum habuisset ex Statuto, vel pacto illud tenere-
11 tur omnino seruare filijs † primi matrimonij *per dictam l. fœminæ & auth. ex testamento C. de secund. nupt.* quia verò mortui sunt illi tres filij quibus successit pater vna cum alijs filijs, & sic non immedia-
12 tè ex persona † vxoris, sed mediate ex persona filiorum cum præsupposito, quod filij adierint hæreditatem maternam, vt supra firmatum est, licet multi
13 DD. tenuerunt, quod † etiam hoc casu pater teneatur seruare etiã ista bona mediate quæsita filijs primi matrimonij, *Bald. in l authentica ex testamento sub num. 1. Ruin. cons. 58. nu. 7. vers. cum ergo lib. 5. Gabr. de secund. nupt. conclus. 3. n. 9. Capra cons. 27. num. 2. & 5. Dec. cons. 87. num. 3. vers. nec obstat & alij diligenter congesti* per informantes pro Portia,
14 tamen Domini transierunt, † cum contraria opinione *Corn. cons. 286. num. 2. lib. 1.* quam approbauit expressè *Rota in Romana domorum 10. Iunij 1616. coram bon. mem Andrea*, & sequuta est etiam in decisione in hac causa facta coram D. Verospio in fine, quæ decisio in hac disputatione præsupponitur iuxta stylum.

Ex quibus fuit conclusum ex tota hæreditate Franciscæ matris quatuor portiones spectare ad quatuor sorores nuptas, & vnam portionem ad Hieronymum fratrem.

REVERENDISS. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano

Anconitana Pecuniaria

Veneris 26. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Protestatio illa, generalia contra, cum nullam exceptionem ad speciem deducat, ideoque nihil operatur, quoad recognitionem iurium. Mandati relaxatio valida dicitur, dum est seruatus stylus Tribunalis, in quo illud fuit relaxatum. Iudex iuribus informibus potest adhibere fidem, dum pars id non opponit. Simulationis exceptio vt impediat executionem obligationis Cameralis quidnam sit necessariũ.

SVMMARIVM.

1 *Mandati relaxati validitas non est controuertenda, quando iuxta stylũ Tribunalis fuit relaxatũ.*

2 *Mandatum vigore obligationis Cameralis potest relaxari, etiamsi dicta obligatio non fuerit extensa: & quando, & quid si aliquid fuerit oppositum. num. 3.*

4 *Protestatio illa, generalia contra, præseruat tantum*

tum facultatem opponendi, exceptiones in genere.

5 *Protestatio, generalia contra, non deducit exceptiones ad speciem.*

6 *Protestatio, generalia contra: nihil releuat quoad recognitionem iurium.*

7 *Iuribus etiam informibus Iudex fidem adhibere potest, dum pars in specie non opponit eorum recognitionem.*

8 *Simulatio non impedit executionem obligationis Cameralis.*

9 *Simulatio tunc prosternit vires obligationis, quando est clara, & liquida, aliàs non.*

10 *Simulatio prætensa, si sit, quoad caput diuersum à quo petitur executio multo magis debet impedire executionem obligationis Cameralis.*

11 *Simulationis exceptio dum non cadit super re, quæ petitur, non potest retardare illius solutionē.*

DECISIO DXXVIII.

DOMINI perstiterunt in decisis sub die 27. Martij præteriti * nempe mandatum relaxatum à R. P. D. Sacchetto contra D. Carolum esse exequendum ex rationibus, & fundamentis adductis in decisione, in qua cum fuerit responsum ad ea
1 quæ obijciebantur ex aduerso circa † nullitates dicti mandati cum eo quod ita se haberet stylus A.C. & de illo sic testabatur Salust. Tiber. placuit Dominis responsio data in decisione.

Nec visum fuit obstare, quod deducta ex dicto
2 stylo procedant tantum, quando pars † non opposuit aliquid releuans, quo etiam casu A.C. solet pro-
3 cedere præuia iurium recognione, † secus vero quādo prout hic fuit oppositum generalia contra, quia
4 fuit responsum quod protestatio huiusmodi † præseruat tantum facultatem opponendi exceptiones in genere, vt per *Vestr. in prax. lib.* 5. *cap. vlt. num.* 10. *&* 13. *& lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 23. *Put. decis.*
5 159 *lib.* 1. non † autem illas deducit ad speciem, *Castr. in l. Titia textoris num.* 2. *&* 3. *ff de leg.* 1. Caputaq. *decis.* 323. *par.* 1. *Rot. decis.* 254. *num.* 6. *par.* 1. *& in causa Bracharen. iurispatronatus de Padronello* 28. *Nouembris* 1601. *coram bon. mem.*
6 *Card. Sacrato.* Vnde † nihil releuat protestatio prędicta quoad recognitionem iurium cum Iudex par-
7 te non opponente possit † illis fidem adhibere etiam informibus, vt notum est.

Quo vero ad secundam partem decisionis respicientem iustitiam mandati. Carolus iterum insistebat prout prius fecerat in simulatione istius cōtractus, cui decisio facta satisfacere videtur, & vtcum-
8 que sit † simulatio non impedit exequutionem obligationis Cameralis nisi sit clara, & liquida, qualis
9 non est ista, † sed de qua opponit Zacchias, qui refert decisiones Rotales *de oblig. Camer. q.* 18. *num.* 1. *& seqq. cum alijs in decisione adductis.*

Et quod videbatur Dominis tollere difficultatem est, quia vt dictum fuit in præterita decisione Ioan-
10 nes creditor non agit, nec petit † aliquid circa ipsam donationem insolutum, sed petit scuta 2000. sibi debita ex eo quod Carolus elapsis 15. mensibus non redemit iuxta suam obligationem pretium terræ datum insolutum, nec soluit scuta 2000. ad quæ se
11 obligauit, & ideo † cum exceptio simulationis non cadat super solutione dd. scut. 2000. non potest retardare illorum solutionem, & consequenter executionem obligationis Cameralis super dicta solutione oppositæ.

Ex quibus ita fuit resolutum &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 27. Martij 1623. & quæ hic confirmatur, est supra in præcedenti Tomo decisio 472.

R. P. D. REMBOLDO.

Papien. Fructuum.

Veneris 26. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Fructus inexacti beneficiorum, quamuis à solo separati, non tamen in horreum reconditi, an spectent ad successorem in beneficio, vel ad hæredes antecessoris, & responsio est ad fauorem successorum, quæ conclusio tamen non procedit, quando adest consuetudo in contrarium, quæ tamen vt habeat locum debet cū suis debitis requisitis probari, & inter alia, vt in specie de ea doceatur, & sic eam vigere in loco controuerso, & an talis consuetudo adsit in statu Mediolanen. Fructus inexacti beneficiorum vigore Bullæ Iulij III. debentur successoribus in beneficio non autem hæredibus beneficiati, quæ tamen Bulla ab eodem Pontifice declarata, ac limitata fuit, vt habes hic in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij inexacti, licet à solo separati, non tamen in horreum reconditi spectant ad successorem in beneficio, non autē ad hæredes antecessoris.*

2 *Glos. in cap. præsenti de officio Ordinarij in 6. falsa est, dum facit differentiam inter clericum & administratorem, quoad fructus inexactos.*

3 *Fructus beneficij inexacti, tunc non spectant ad successorem in beneficio, quando adest in contrarium consuetudo.*

4 *Consuetudo in specie debet probari.*

5 *Consuetudo, nisi in specie probetur, nō suffragatur.*

6 *Spolia personarum Ecclesiasticarum, quod ex antiqua consuetudine spectent ad hæredes beneficiati in statu Mediolanen. ex quo nititur probari. & num.* 15. *&* 16.

7 *Spolia Clericorum, si fuerit probatum, quod spectent ad eorum hæredes, id debet intelligi, de illis spolijs, quæ verè dicuntur spolia Clericorum, videlicet de fructibus exactis, & reconditis.*

8 *Fructus beneficij inexacti, nunquam fuerunt in bonis, seu peculio Clericorum.*

9 *Spoliorum, quod veniant etiam fructus inexacti, id asserens probare tenetur, cum regula sit in contrarium.*

10 *Fructus beneficij inexacti debentur successoribus in beneficio, & non hæredibus beneficiatorum, vt clara est Constitut. Iulij III. edita de anno 1550. Quæ munita est decreto irritanti, clausula sublata ac alijs clausulis amplissimis.*

11 *Bulla Iulij III. de fructibus inexactis, vt pertineant ad successorem in beneficio, declarata fuit ab eodem Pontifice, vt cesset in locis, vbi Collectores spoliorum deputantur, seu esse consueuerunt.*

12 *Exceptio, vbi non intrat standum est generali dispositioni.*

13 *in Ciuitate aliqua, quod fuerit consuetudo deputandi*

tandi Collectores spoliorum, ex quo non dicatur probatum, & num. 14.
17 *Ciuitas Papien. an sit sita in Dominio Mediolanen. dubitatur.*
18 *Consuetudo non extenditur de loco ad locum, nam, & in specie est probanda.*
19 *sub Exceptione regulæ generalis, quando quis aliquid asserit esse comprehensum, id iustificandum venit.*
20 *Bulla Iulij III. de fructibus inexactis etiam limitata fuit ab eodem Pontifice, vt non habeat effectum in locis illis, vbi adsunt contrariæ consuetudines, & priuilegia.*
22 *Consuetudo, si fuerit probata, vt spolia Clericorum spectent ad hæredes, non tamen ex hac dicitur probatum ad hæredes quoque spectare fructus inexactos, & num. 23.*
24 *Fructus beneficij inexacti, licet à solo separati non spectant ad successorem in beneficio, sed ad hæredes defuncti, quando talis probatur consuetudo.*
25 *Et hoc non obstante, quod dispositio iuris communis sit in contrarium, ac Bulla Iulij III. super fructibus inexactis, quia cessant probata cõsuetudine.*

SVMMARIVM ANNOTATIONIS.

26 *Papia, quod sit de statu Mediolani probatur ex fœdere Bononien. inter Carolum Quintum, & Ducem Franciscum Sfortiam inito de anno 1529.*
27 *Papia est pars Ducatus Mediolani.*
28 *in Statu Mediolani vnicus est tantum Senatus, qui & curã habet Vniuersitatis Papien. & vide n. 29.*
30 *in Mediolanensi dominio inter alia, quæ admiranda sunt, numeratur etiam Ticinense, seu Papiense Gymnasium, cum sit omnibus ætatibus illustre, ac amplis priuilegijs quoque à Romanis Pontificibus decoratum existat &c.*
31 *Subditis omnibus dominij Mediolani prohibitum est sub certa pœna, ne causa studiorum in alijs Gymnasijs, quam in Ticinensi se conferant.*
32 *Eademq. pœna tenentur etiam ij, qui insignia Doctoratus alibi, quam in Ticinensi Gymnasio assumpserint.*
33 *Ciuitas illa, quæ ligatur constitutionibus alicuius status, & regitur ab illis ministris, qui præsident eidem statui, dicendum etiam est dictam Ciuitatem esse de eodem statu.*
34 *Papiam esse de statu Mediolani, multi ex Iurisconsultis affirmãt, & præsertim Menoch. Tiraqu. etc.*
35 *Papia an de statu Mediolani sit, id non est necesse probare, cum ipsa rei euidentia, satis superq. ita ostendat.*
Papiam non esse de statu Mediolani, qui hoc dicere auderet, insanus posset dici, num. 35.
36 *Historiis creditur in antiquis, & maximè quando illæ sunt ab vsu receptæ, & approbatæ.*
37 *Consuetudo facit ius, & tantum operatur sicut, & lex ipsa.*
38 *Ciuitatem Papiæ Ptolomæus descripsit inter Ciuitates Insubrum Mediolanensium, qui sunt ab Occidente Cenomanorum.*
39 *Papia, quæ etiam Ticinum dicitur, subiacet Regi Hispaniarum, & comprehenditur sub statu Mediolanensi.*
40 *Papia iniũcta fuit statui Mediolani per Io. Galeat. Vicecomitem Ducem Mediolani.*
41 *Io. Galeatius Vicecomes fuit creatus Comes Papiæ.*
42 *Papia semper fuit sub dominio Dominorum Mediolani, tàm tempore Vicecomitũ, quàm Sfortiadũ, & Regum Galliæ, & deinde deuenisse ad Carolum V. Romanorũ Imperatorem, cũ toto statu Mediolani.*
43 *Papia hodie paret Hispaniarum Regibus, subque statu Mediolanensi comprehensa est.*
44 *Mediolanensium Ducum primogeniti denominantur Principes Papiæ.*
45 *Principes Mediolani se intitulabant Comites, & Principes Papiæ.*

DECISIO DXXIX.

DOMINI steterunt in decisis 21. Februarij 1622.* quod fructus inexacti, licet à solo separati, non tamen in horreum reconditi, spectent ad modernum Reuerendiss. D. Episcopum, non vero ad hæredes Episcopi prædecessoris, quia quoad dictos fructus, dictus D. Episcopus habet fundatam intentionem, nedum in dispositione iuris communis, sed etiam in Constitutione Iulij III. ædita anno 1550.

Nam inspecta dicti iuris communis dispositione,
1 certum est, dictos fructus †spectare ad successorem in beneficio, non vero ad hæredes antecessoris, vt latè post alios *Couar. in cap. officijs. num. 6. de testam.* vbi dicit *glos. in cap. præsenti de officio ordinarij in 6.*
2 esse †falsam, cum faciat distinctionem inter Clericũ, & administratorem, *Calder. cons. 2. sub num. 2. post med. vers. puto concludendum esse de pecul. cleric. Rot. decis. 809. par. 1. diuers.*

Non obstat quod iuris dispositio locum non ha-
3 bet, quando † in contrarium adest consuetudo. vt per eundem *Calder. d. cons. 2. sub num. 2. vers. puto concludendum esse, Couar. vbi sup. nu. 9. Bero. cons. 7. num. 9. vers. fallit primo vol. 2. & fuit dictum in Oriolen. fructuum* 13. Maij 1602. *coram bon. mem. Penia, & in Gerunden. fructuum* 24. Maij 1599. *coram bon. mem. Iusto.*

Quia dicta cõsuetudo non probatur saltem in spe-
4 cie prout requiritur, † videlicet in Episcopis in Ciuitate Papien. & in fructibus non exactis, ideoque
5 suffragari non †potest *glos. in l. 1. in verb. probatis. C. quæ sit consuetudo. Aymon. cons. 96. num. 4.* cum alijs in alia decisione adductis.

Non obstat quod dicta consuetudo videatur probata ex quodam Breue Iulij III. in quo mandat Episcopo Tenacinen. tunc Nuntio in dominio Medio-
6 lanen. quod abstineat infuturum ab omni † executione spoliorum eo quod fuerat deductum, quod in statu Mediolanen. antiqua vigebat consuetudo, quod spolio personarum Ecclesiasticarum ad earum hæredes etiam ab intestato transeant. Quia DD. adhæserunt responsionibus alias huic obiectioni datis, & præcipuè quod etiam quod admittitur ex dicto Breui sufficienter probari dictam prætensam consuetu-
7 dinem, †quod spolia Clericorum spectent ad hæredes, id tamen intelligi debet de illis spolijs, quæ verè dicuntur spolia Clericorum, videlicet de fructibus exactis, & reconditis, non autem etiam de inexactis
8 qui nunquam fuerunt in bonis seu peculio † Clericorum, *Rota coram bon. me. Card. Seraph. decis. 592. in fin. & 594. num. 15.* adeo quod quatenus prætendatur ex dicto Breui probari consuetudinem etiam
9 quoad fructus inexactos, † necesse esset ostendere quod appellatione spoliorum veniant fructus etiam inexacti.

Est

Est etiam intentio Domini Episcopi fundata in dicta Constitutione Iulij III. ædita anno 1550. quia in dicta Constitutione claris verbis disponitur, quod
10 † fructus inexacti debeantur successoribus in beneficijs, & non hæredibus dictorum beneficatorum, cum decreto irritanti, & clausula sublata, ac alijs amplissimis.

Nec obstat quod idem met Iulius Tertius per aliã Constitutionem æditam anno 1553. declarauit dictã
11 † eius priorem Constitutionem effectum sortiri non debere in locis, in quibus Collectores deputari, seu esse consueuerunt, quia non probatur, quod in Ciuitate Papien. consueuerunt deputari, seu esse Collectores, ita quod dici possit dictam Ciuitatem Pa-
12 pien. comprehendi in dicta exceptione, seu † declaratione prioris constitutionis generalis, ideoq. locus esse videtur dictæ generali constitutioni.

Nec dicatur satis etiam ex supradicto Breui Episcopo Terracinen. directo probari quod consueuerũt
13 antequam emanasset dictum Breue † deputari Collectores in dicta Ciuitate Papien. cum, vt dictum est, mandet Papa in dicto Breue dicto Episcopo, quod imposterum abstineat ab omni exactione spoliorum, quia immo ex hoc ipso potius colligitur, quod non consueuerunt deputari Collectores in dicta Ciuita-
14 te, † nam si consueuissent deputari dicti Collectores Papa non mandasset dicto Episcopo, quod abstineret imposterũ ab omni exactione spoliorum, & tollitur difficultas, quia vt in dicto Breui legitur, Papa
15 motus † fuit ad ita mandandum eo quod vigebat, antiqua consuetudo in dominio Mediolanen. quod spolia personarum Ecclesiasticarum transirent ad eorũ hæredes, hinc enim apparet non adfuisse consuetu-
16 dinem in † dicto dominio deputandi Collectores, sed magis dictam consuetudinem, quod spolia transirent in hæredes.

Accedit quod non probatur, quod Ciuitas Papieñ
A sita † sit in dominio Mediolanen., A ac propterea
17 quatenus etiam ex dicto Breui probaretur dicta consuetudo, non tamen inde posset dici probata ea-
18 dem consuetudo in † Ciuitate Papien. nisi probetur dictam ciuitatem esse de dominio Mediolanen. quia Breue loquitur de dominio Mediolanen. non autem de dicta ciuitate.

Atque ex his apparet quatenus prætendatur dictã ciuitatem Papien. non esse comprehensam in dictã priori constitutione Iulij Tertij, omnino necesse fore probare, quod in dicta ciuitate consueuerint
19 deputari Collectores, ita quod † dicta ciuitas cadat sub exceptione posterioris constitutionis, per quam idem met Iulius Tertius declarauit priorẽ constitutionem effectum sortiri non debere in locis, in quibus consueuerunt deputari Collectores.

Nec obstat, quod Iulius Tertius in posteriori constitutione declarauit non solum priorem consti-
20 tutionem † effectum sortiri non debere in locis in quibus consueuerunt deputari Collectores, sed etiã in locis in quibus diuersæ consuetudines, diuersaque iura particularia, seu priuilegia vigent, quia neque
21 hoc probatur, quod in ciuitate † Papien. vigeant particularia iura, seu diuersæ consuetudines.

Nec suffragatur dicere, quod ex Breui dicto Episcopo Tenacinen. directo probatur vigere consuetudinem in dominio Mediolanen. quod spolia Cleri-
22 corum transeant ad hæredes, † quia ex dictis verbis non probatur consuetudo, quod etiam fructus inexacti transeant ad hæredes; non enim sequitur probatum est quod adsit consuetudo quod spolia Clericorum transeant ad hæredes, ergo est probata con-
23 suetudo, quod † fructus inexacti transeant ad hæredes, & si hæc consequentia valeret, tunc cessaret fundamentum, quod fit pro parte D. Episcopi tàm
24 in dispositione iuris communis † quàm in dicta cõstitutione Iulij Tertij, quia nec dispositio iuris communis procedit vbi diuersa viget consuetudo, nec
25 dicta † constitutio, vt patet ex lectura posterioris constitutionis per quam dicta prior constitutio declaratur.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 21. Februarij 1622. coram eodem R.P.D. Remboldo adest infra in Appendice, prout in Indice ibi in principio posita, vbi quoque habetur altera in hac causa pariter facta sub die 15. *Maij* 1623.

ANNOTATIO.

QVod dicitur hic, nõ probari Ciuitatem Papiensem sitam esse in dominio Mediolanensi, & quia Rota hoc particulari dubio voluerit disputare, cum secuta fuerit die 15. Ianuarij 1638. coram R.P. D. meo Ghisilerio Vicedecano, ac subrogato in locum d. bon mem. Remboldi, placuit in hac parte recedere à decisis plenè firmando in terminis, & ad effectum, de quo agitur, Papiam sitam esse in statu Mediolanensi, quod ex pluribus fuit decisum tum
26 † ex fœdere Bononien. 23. *Decembris* 1529. inter Carolum Quintum, & Ducem Frãciscum Sfortiam inito, cum in eo dicatur Papiam esse partem Duca-
27 tus † Mediolani, ex quo in eo præcipuè legitur, quamprimum Dux Franciscus obtinuisset liberam, & expeditam possessionem Ciuitatum Mediolani, & Papiæ, pro vero, & integro possessore ipsius status Mediolani haberetur; tum ex constitutionibus totius status Mediolani ab eodem Carolo Quinto editis, & confirmatis Mediolani 27. *Augusti* 1541. in quibus habetur. Quod in toto statu Mediolani vni-
28 cus † tantùm sit Senatus, & quod idem curam habeat Vniuersitatis Papien. Lectores deputando, & amouendo, salaria constituendo, & alia faciendo, veluti facere consueuerat, ex eisdem Constitutionibus *in titulo de Præfectis Annonæ lib.* 1. Vbi sancitur, quod Bladæ per Nautas conduci non possint per Padum, Ticinum, vel Abduam sine speciali licentia,
29 nisi illas conducat recto itinere ad † Ciuitatem Papiæ, & ibi exonerent ad effectum eas consumendi in ea ciuitate. In eisdem *Constitutionibus tit. de Aduocatis miserabilium personarum* disponitur tres deputari Aduocatos ab Abbatibus, seu Rectoribus Collegij Ciuitatum Papiæ, & Cremonæ, & quod dicti Aduocati debeant obseruare sancita in dicta constitutione. Ex eisdem Constitutionibus *lib.* 4. *tit. de Gymnasio Ticinense*, vbi habetur inter ea, quæ in Mediolanensi dominio admiranda sunt, Ticinense
30 † Gymnasium esse omnibus ætatibus illustre, amplis priuilegijs, etiam à Summis Pontificibus decoratũ, & ad illud non solum confluere subditos, sed etiam alios exterarum gentium, & nationum ad bonas ar-
31 tes ediscendas. Insuper subditur † omnibus subditis dominij Mediolanensis prohibitum esse, ne se causa studiorum in alijs Gymnasijs, quàm Ticinensi conferant sub certa pœna, eademque pœna tenentur ij, qui

qui Insignia Doctoratus alibi, quam in Ticinensi
32 Gymnasio †assumpserint. Ad quod faciunt decretum eiusdem Caroli Quinti ad fauorem Ciuitatum Cremonæ, & Papiæ factum sub *anno* 1546. contra Fiscos earumdem ciuitatum, necnon Taxa de *anno* 1560. facta per Senatum Mediolani super ciuitatibus status, & signanter super ciuitate Papiæ. Ex
33 quibus cum ciuitas Papiæ ligetur †constitutionibus ipsius status, quæ non seruantur, nisi in ciuitatibus ipsi statui subiectis, & pateat, quod regitur ab his, qui præsident statui Mediolani, dicendum etiam est Papiam esse de statu Mediolani, *Bart. in l.* 1. *num.* 5. *C. de Metropol. Beryto*, vbi etiam *Ioan. de Platea num.* 5. *verb. prouinciæ dicitur Abb. in cap. coram num.* 4. *de electione. Afflict. super constit. Regni lib.* 3. *rubr.* 31. *§. consuetudinem. num.* 4. *Bald. in auth. & omnino num.* 13. *C. ne vxor pro marito*. Et in termi-
34 nis quod ciuitas †Papien. sit de statu Mediolani affirmat *Menoch. cons.* 1144. *num.* 1. *in vltim. vol.* vbi quod hoc non est necesse probare, cum ipsamet rei
35 euidentia satis superq. ita ostendat, †subdendo vt insanus dici is posset, qui negare auderet, *idem firmat cons.* 1156. *num.* 17. & quod sit ditionis Ducatus Mediolanensis tradit *Tiraquel. in tract. le mort saisit le vit. declarat.* 2. *præfationis num.* 4. & deponunt etiam plures testes in hac causa formiter examinati.

Supradictis accedunt libri Historiarum, & annalium, seu Cronicarum editarum per infrascriptos
36 quibus † creditur in antiquis, vt notatur *in l. Celsus de probat. in cap. inter dilectos de fid. instrum.* & facit *text. in l.* 1. *de off. Præf. Præt.* maximè cum dicti libri vsu approbati fuerint, quo casu, quando recepti sunt ab vsu, & approbati, ipsis credendum est, cum
37 †consuetudo faciat ius, & tantum operetur sicut, & lex ipsa *l.* 1. *&* 2. *C. quæ sit longa consuetudo. l. de quibus. ff. de legib. §. constat. instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Ptolomeus enim *in Tabula sexta Europæ*
38 †Ticinum, hoc est Papiā, Pauia describit inter Ciuitates Insubrum Mediolanensium, qui sunt ab occasu Cenomanorum per hæc verba, Nouaria, Mediolanum, quæ & Mediolanium, Comum, & Ticinum. *Maginus in descriptione vniuersali in parte secunda in descriptione Insubriæ*, Inquit Papia, quæ
39 etiam Ticinum dicitur, †subiacet Regi Hispaniarū, & comprehenditur in statu Mediolani, & *Ioannes Doglionus in suo Amphitheatro Europæ in descriptione Italiæ in cap. Insubriæ* loquens de origine, & Principibus, qui ciuitatem Papiæ rexerunt tradit Ioannem Galeatium Vicecomitem Ducem Medio-
40 lani illam iunxisse †statui Mediolani, & ita durasse, & durare etiam sub Hispanis. Idem testatur *Frater Leander Albertus in descriptione totius Italiæ in cap. Galliæ Traspadanæ Insubrum fol.* 415. adden.
41 Ioannem †Galeatium Vicecomitem fuisse creatum Comitem Papiæ, & semper fuisse sub dominio Dominorū Mediolani tàm tempore Vicecomitum, quā Sfortiadum, & Regum Galliæ, deinde deuenisse ad
42 Carolum Quintum Imperatorem, †cum toto dominio Mediolani. Idem affirmat *Paulus Merula in Cosmographia generali lib.* 4. *par.* 2. *fol.* 1224. concludendo Papiam hodie parere Hispaniarum Regi-
43 bus sub Mediolanensi statu comprehensam, †postquam cum vniuersa Insubria Carolo Quinto cessit ad hoc allegans *Paulum Diaconum, Luitprandum Leuitam lib.* 3. *Historiarum, Platinam in vita Leonis Primi, & alios, & Flauius Tortus ad statuta Pauiæ ciuilia cap.* 37. *num.* 32. testatur Maximiliani Diplomate cautum fuisse, vt primogeniti Mediolanensium Ducum Principes Papiæ denominarentur, cum à Vincislao Primo Imperatore in Comitatum,
44 †deinde à Maximiliano in Principatum erecta fuerit, & hinc esse quod Principes Mediolani se intitulabant Comites, & Principes Papiæ. De quibus omnibus meminit Rota *in d. Papien. fructuum* 15. *Ianuarij* 1638. *coram eodem* R. P. D. *Ghisilerio.*

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. PIROVANO.

Ferrarien. Canonicatus.

Vener. 26. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Institutio electo quando non possit denegari, & quando est denegata, causaq. deuoluitur ad Rotam, tunc collatio spectat ad Auditores Rotæ. Doctori attestanti de facto suæ patriæ, vel consuetudine, an credatur. Iuris conferendi pertinentia ex quibus probari possit. Cardinales ordinarij collatores exempti sunt à dispositione Regulæ 8. Cancellariæ, qua exēptione gaudent etiam simul Capitula cū eis conferentibus ratione consortij. Et an Cardinales fruatur dicta exemptione, vt eos prædicta regula 8. non liget, quando ad ipsos tantum spectat confirmatio electionis factæ ab alio ad aliquod beneficium, & sic casu quoad Cardinales non pertinet beneficiorū collatio, nominatio, aut præsentatio, aut electio, sed solum confirmatio, & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *Electus ad beneficium ab eo, qui habet tale ius, debita est ei institutio.*
2 *Aliàs si sit denegata, & causa deuoluatur ad Rotam, tunc institutio spectat ad Auditores Rotæ.*
3 *Doctori attestanti de facto propriæ habitationis, & domicilij credendum est.*
4 *Doctori attestanti de consuetudine non creditur, quod non procedit dum attestatur de consuetudine illius Curiæ, in qua est versatus.*
5 *Doctor dum attestatur de consuetudine loci, in quo est versatus, potuit esse informatus de voce, & fama occurrenti.*
6 *Iuris conferendi pertinentia probari potest per publicam vocem & famam.*
7 *Iuris conferendi pertinentia indubitato testimonio probatur, & ipsa possessione, & continuatione ex pluribus electionibus firmata.*
8 *Quasi possessio, dum habet causam vniuersalem non restringitur solum ad illum ad actum specialem.*
9 *Mensis Aprilis est de reseruatis Papæ, vt constat ex regula 8. Cancellariæ.*
10 *Beneficia Protbonotariorum Apostolicorum sunt Sedi Apostolicæ reseruata.*
11 *Cardinales Ordinarij collatores excipiūtur in verbis regulæ 8. Cancellariæ.*
12 *Priuilegia, quæ competunt Cardinalibus Ordinarijs collatoribus, nedum ipsis, sed etiam Capitulo consortium habente suffragantur.*
13 *Regula 8. Cancellar. non reseruat beneficia spectantia*

ctantia ad confirmationem collatorum, cum ea debeantur electo non ex voluntate, sed ex necessitate.

14 *Cardinalium exceptio à dispositis in regula 8. Cancellar. non comprehendit casum, quando ad ipsos tantum spectaret confirmatio electi ad beneficiũ.*

15 *Confirmans electionem ad beneficia, dicitur prouidere, quia tribuit electo facultatem administrandi.*

16 *Indulta concessa à Papa S. R. E. Cardinalibus, an capiant beneficia de simultanea in octo mensibus in regula reseruantis vacantia, quid sit ponderandum.*

17 *Cardinales non collatores, dum conferunt, beneficia, quo iure dicantur conferre.*

Cardinales Ordinarij collatores conferendo benecia, dicuntur iure proprio conferre, & non Papæ. num. 17.

18 *Cardinalibus Ordinarijs collatoribus per indulta eis nihil datur, sed tantummodo remouentur obstacula reseruationum.*

19 *Garz. opinio in tract. de benef. par. 5. cap. 1. nu. 628. refutatur, cum tendat contra veriorem opinionẽ.*

20 *Beneficia Cardinalium non conferentium in tempore, ad quem fiat.*

21 *Cardinales conferentes beneficia iure ordinario, si in tempore non conferunt, an deuolutio fiat primo ad Archiepiscopum, & deinde ad Papam.*

22 *Cap. cum illis. §. fin. de præbend. respicit Cardinales Indultarios non habentes ordinariam collationem.*

23 *Beneficij deuolutio spectan. ad Cardinales, quia in tempore non prouiderunt, fit ad Papam, ergo iure Papæ, Cardinalis collator confert, non est concludens argumentum.*

24 *Cassad. decis. 3. de priuileg. & 8. de præben. in quo casu loquantur.*

25 *Capitulum ratione consortij cum Ordinario potest vti facultate sibi communicata.*

26 *Cardinalium indulta conferendi beneficia si plus contineant, quam remotionem obstaculi, tunc conferunt iure Papæ, non autem ordinario.*

27 *Priuilegiorum declaratio tota pendet à tenore ipsorum.*

28 *Reseruatio in corpore iuris clausa vnica est, de qua in cap. 2. de præbend. in 6.*

29 *Reseruatio beneficiorum Prothonotariorum inserta in Extrauag. ad regimen, non dicitur in corpore iuris clausa.*

Reseruatio de qua in Extrauag. ad regimen semper renouatur per regul. primam Cancell. 29.

30 *in Indultis, quæ conceduntur Cardinalibus Ordinarijs, etiam si exprimantur beneficia Prothonotariorum nihil plus importat, quam remotionem, impedimentorum.*

31 *Indulta Cardinalium, an extendantur ad ius quæsitum tertio in collatione beneficiorum, id pendet ab intelligentia clausularum indulti.*

32 *Papa per suum priuilegium non censetur tollere ius tertij.*

33 *Priuilegium Papa alicui concedendo, sumenda est interpretatio contra concedentem non autem ad damnum superioris, quoties salua ratione recti sermonis id fieri potest.*

34 *Proemij verba sunt ponderanda ad aliquid interpretandum, & num. 39.*

36 *Ius tertij vt saluetur, facienda est interpretatio in declaratione priuilegiorum.*

37 *contra Concedentem priuilegium est facienda interpretatio, non autem contra tertium.*

38 *Verba priuilegiorum interpretanda sunt, vt remoueatur præiudicium tertij.*

39 *Verba (per te ipsum) inferunt separationem, & distinctionem à facto aliorum.*

40 *Priuatio iuris alterius ne inducatur ex priuilegio alicui concesso facienda est interpretatio.*

41 *Verbi, solus, proprietas, & natura semper non est, vt excludat actum simultaneum.*

42 *inter Capitulum, & Episcopum adest magna communio, & talis, vt insimul faciunt vnum corpus.*

43 *per Episcopum solum, si Papa aliquid mandet fieri ex hoc non excluditur Capitulum.*

Capitulum de iure habet consortium cum Episcopo in consumatione actus demandati. num. 43.

44 *Papa non est præsumendum voluisse tollere ius tertio quæsitum.*

45 *Episcopus, quod possit solus conferre beneficia, & tamen sine Capitulo non possit conferre, hoc inter se videtur pugnare.*

46 *Episcopus, quod possit solus conferre beneficia, quæ sunt de simultanea collatione cum Capitulo, potest dari casus.*

Veluti Capitulo non eligente, vel non conferente, quia tunc Episcopus solus confert, num. 46.

47 *Patrono non præsentante, Episcopus confert beneficia de iurepatronatus, & tamen ad illius collationẽ nõ pertinent dicta beneficia iurispatronatus.*

48 *Verborum relatio singula singulis congruè facienda est, & num. 49.*

50 *Episcopus semper censetur auctoritate ordinaria prouidere, quamuis conferat vigore indulti.*

51 *Ordinarius conferendo beneficia, eatenus vtitur indulto, quatenus per illud impedimenta remouentur, non autem respectu amplioris facultatis.*

52 *Decis. in causa Reatina Præpositura 23. Ianuarij 1615. coram Coccino. intellectus.*

53 *in Indultis, vt plus contineatur, quam remotio impedimentorum reseruationis, quid sit spectandum.*

54 *Ius tertij ne includatur in priuilegio cõcesso à Principe alicui, semper facienda est interpretatio, quantum fieri potest.*

55 *Beneficij collatio, quando fit vigore indulti, debet impetrari noua prouisio à Sede Apostolica.*

56 *Beneficium, quando quis obtinuit iure Ordinario non est necesse, vt impetretur noua prouisio à Sede Apostolica.*

57 *Princeps non est nouum, vt concedat gratiam, & iura Cameræ reseruentur in expeditione litterarum, & n. 58.*

---

59 *Regula 9. Cancellariæ non comprehendit Cardinales, & Indulta eisdem concessa conferendi beneficia suffragantur etiam Capitulis, & Canonicis, & num. 60. 61. & 62.*

63 *Hodie tamen contrarium venit respõdendum, cum in contrarium cantet Constit. fel. rec. Vrbani Papæ Octaui, quæ prohibet Capitulis, vt nullum ius prætendere valeant super dd. Indultis, sed solum Cardinales prouideant. Et num. 65. refertur ad verbum d. Constitutio Vrbani VIII. & vide nu 66. vbi in terminis deducuntur nonnullæ decisiones.*

64 *Lex, quando clarè aliquid disponit, & quis de ea conqueritur sat erit asserere, ita scripta est.*

DE-

DECISIO DXXX.

VACANTE Canonicatu in Ecclesia Ferrarien. per obitū Ioannis Pauanati de mense Aprilis 1622. Capitulum processit ad optionem, & postmodum elegit Franciscum Perinellum ad Canonicatum, & præbendam vacantes per dimissionem optantis. Illustrissimus vero Cardinalis Ordinarius de eisdem Canonicatu, & præbenda alium prouidit nēpe Anibalem Prouenzalem. Causa inter eosdem prouisos in hoc tribunali introducta dubitatum fuit, An Franciscus Perinellus esset instituendus, quod affirmatiuè fuit resolutum.

Fundat enim intentionem suam in antiqua consuetudine, & possessione Capituli Ferrarien. eligen-
1 di ad Canonicatum vltimo dimissum, à quo † cum fuerit electus, debetur illi institutio *cap. si confirmationem de elect. in 6.* quæ cum fuerit denegata ab Or-
2 dinario, & seu ab eius Vicario eadem facultas † ad Rotam transiuit per *Clem. Auditor de rescript.* consuetudo Capituli sufficienter probatur testimonio duorum nempe Cardinalis, & Felini, quorum alter Patritius fuit Ferrarien. alter vero publicus in eadē
3 Ciuitate professor, quibus attestantibus † de facto propriæ habitationis, & domicilij credendum est, *Bart. in l. de quibus num. 21. ff. de legib.* & admittunt *Menoch. cons. 54. num. 5. & cons. 190. num. 1. Becc. cons. 67. num. 32. Surd. cons. 74. num. 14.* limitantes
4 conclusionem quod Doctori † attestanti de consuetudine non credatur, vt intelligatur de illius Curiæ consuetudine, in qua est versatus, nec ratio huius di-
5 cti inconuenit, cum de voce, † & fama occurrenti potuerint esse informati, quæ etiam sufficere ad pro-
6 bationem † iuris conferendi, dixit *Rota de probat. in nou. decis. 3. & Menoch. d. cons. 190. num. 1. vol. 2.* de hac igitur consuetudine testatur *Card. in cons. 103. & Feli. in cap. in nostra. num. 26. de rescript.* sed maiore, & indubitato roboratur testimonio nempe ex ipsa possessione antiquissima, & continuata, &
7 pluribus † electionibus firmata, quæ sola etiam sufficeret ad sustinendum ius Capituli, & validam Perinelli electionem, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. n. 53. de caus. possess. & propr. Rota decis. 14. de iurepatr. in antiq. Achill. eod. tit. decis. 5.* nam vsq. de anno 1429. dantur electiones factæ per Capitulum, & confirmationes per Ordinarium, & de vltimo possessore per cuius dimissionem vacauit Canonicatus, de quo nunc est controuersia, nempe Paulo Containo datur electio Capituli, & confirmatio ab Episcopo, & possessio subsequuta, cuius effectus restringi non potest ad Canonicatus tantum, pro quibus emana-
8 uit confirmatio, † sed ad omnes extenditur propter causam vniuersalem, vt *in Maioricen. sacristiæ 26. Iunij 1602. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Astoricen. Canonicatus 14. Iunij 1600. & in alia Maioricen. Thesaurariæ 18. Maij 1622. coram Reuerendiss. Decano.*

Non obstat quod adhuc electio ad Capitulum nō pertineat, ex quo Canonicatus vacauit in mense
9 † Aprilis, qui est de reseruatis in regula 8. & vlterius Pauanatus per cuius obitum Bellagrandius, & Cā-
10 tainus optarunt, erat Prothonotarius † Apostolicus & per consequens Sedi Apostolicæ ex alio capite reseruatus, cuius prouisio ad Illustrissimum Cardinalem ordinarium vigore Indulti spectabat.

Nam si de reseruatione mensis agatur, illa verè
11 Capitulo non obstat, quia † S.R.E. Cardinales ordinarij collatores excipiūtur in verbis regulæ, & exceptos esse sæpe Rota censuit, *vt in decis. 537. par. 3. diuers. 624 num. 8. 702. num. 2. par. 4. diuers. & coram Papa Gregorio XV. dec. 99. & in Reatina Præposituræ 23. Ianuarij 1615. coram Reuerendiss. De-*
12 *cano,* illorumq. fauor, & priuilegium † nedum ipsis, sed & Capitulo consortium habente suffragatur per *l. si communem ff. quemadm. seruit. amittatur,* quam in his terminis locum habere firmauit *Rot. in Hispalen. portionis coram bon. mem. Card. Pamphilio, quæ est decis. 702. par. 4. diuers.* & eundem sensum habuit *in Bononien. præben. 5. Octobris 1608. coram bon. mem. Card. Sacrato,* & latissimè firmauit *Gonz. in reg. 8. gloss. 24. num. 52. & 59.*

Non obstat, quod regula 8. in verbis non reser-
13 uet beneficia ad confirmationem collatorum † spectantia, quæ solet fieri electo non ex voluntate, sed ex necessitate, vt *Rota censuit coram Papa Gregorio XV. decis. 240. num. 10.* vnde cum Canonicatus, de quo agitur non spectet ad Ordinarium ratione collationis, nominationis, aut præsentationis, aut ele-
14 ctionis, sed habeat † tantummodo confirmationem dicebatur Cardinalium exceptuationem à regula non comprehendere hunc casum, & reseruationem quoad Capitulum in suo robore permanere.

Quia fuit responsum in verbis etiam colligi reseruationem beneficiorum ad confirmationem spectantium, dum Papa voluit reseruare ea, quæ perti-
15 nerent ad prouisionem † collatorum, at qui confirmat dicitur prouidere, quia tribuit electo facultatem administrandi, *cap. transmissam, & cap. qualiter. de elect.* latè *Gonzal. super reg. 8. glos. 17. per totam. Gabr. cons. 197. num. 1. vol. 1.* & hoc est, de quo Rota nunquam dubitauit *vt in decis. 537. par. 3. diuers. & in Bonon. præbeminentiarum 5. Octobris 1608. coram Card. Sacrato, & coram eodem in Spoletana iurispatronatus 16. Iunij 1619. Achil. decis. 3. de præben. Put. decis. 462. & 477. lib. 2. in noua aditione.*

Si vero principaliter quæratur de Indulto Illu-
16 strissimi Cardinalis Ordinarij, & illius effectu, † an capiat beneficia de simultanea in octo mensibus in regula reseruatis vacantia, & in hac parte negatiuè etiam fuit responsum.

Nam quoad Cardinales non collatores dictum
17 fuit eos conferre, quia † totum quod habent, desumunt ex facultate translata per indultum, quo verò ad Ordinarios collatores, prout Illustrissimus Cardinalis Ordinarius iure proprio conferunt, & non
18 Papæ, quia per indulta eis nihil datur, † sed tantummodo remouentur obstacula reseruationum, vt de antiquis indultis affirmant *Cassad. decis. 3. de priuil. Put. decis. 200. num. 2. lib. 1. in nou. & decis. 93. numer. 3. lib. 3.* & de modernis in quibus sunt ampliores clausulæ, *Caputaq. Mohed. & alia decis. relatæ per Gonz. super reg. 8. glos. 24. num. 25. & 68.* & signanter *decisio in Hispalen. portionis, quæ est decis. 702. par. 4. diuers. & alia Bonon. optionis, quæ est 642. eadem par. 4. diuers. & decis. 537. lib. 3. par. 3. diuers. coram Papa Gregor. XV. decis. 99 Argentina canonicatus 4 Maij 1611. coram D. Pamphilio in Hispalen. beneficij de Xerses 12. May 1603. coram bon. mem. Litta, & in Reatina Præposituræ 23. Ianuarij 1615. coram Reuerendiss. Decano,* quæ superuenerunt post indulti formulam per Germon. commenta-

mentatam quod de anno 1586. fuit concessum; & cum hac opinione transierunt idem *Germon. de indulto §. regularia ad fin. Gonzal. in regul. 8. gloss. 24. nu. 25. & 68. Moneta de option. cap. 3. q. 3. numer. 82. & sequen.* qui hanc materiam latissimè prosequuti sunt.

19 Neque est curan. de opinione † *Garziæ de benefic. par. 5. cap. 1. num. 628.* quia vltra quod tendit contra veriorem, adhuc rationes illius non subsistũt,
20 nam dum mouetur ex *decis.* † *Cassad. 8. de præben.* ad probandum, quod beneficia Cardinalium non conferentium in tempore, deuoluuntur ad Papam, cuius contrarium esset dicendum, si iure ordinario
21 conferrent, ex quo deuolutio fieret † prout de iure, scilicet primo ad Archiepiscopum, deinde ad Papam, nam videndũ est fundamentũ eiusdem decis. quod
22 ponitur *in cap. cum illis. §. fin. de præben.* cuius † dispositio respicit Cardinales indultarios non habẽtes ordinariam collationem, prout ita intelligunt *Gonzal. dicta glos. 24. num. 66. & Moneta eod. tract. de option cap. 3. q. 3. num. 89. & 90.* & ideo indicat alia decisio eiusdem *Cassad. 3. de priuil.* sed præterea ar-
23 gumentum non concludit pernecesse † deuolutio fit ad Papam, ergo iure Papæ Card. collator confert, quia non est incompatibile, quod cessarent impedimenta ex indulto, vt ordinarius collator iure proprio conferre possit, & tamen eo non conferente vinculum non sit sublatum, in quo vtraque decisio
24 Cassadori † videtur concurrere, dum præsupponitur fingi, perinde ac si reseruati non emanassent, propterea Archiepiscopus de deuoluto non poterit vinculo non sublato conferre, & Capitulum ratione
25 consortij † vtendo facultate communicata ex persona ordinarij poterit eligere durante tempore ad conferendum.

Non obstat retinendo opinionem *Cassador. decis. 3. de priuil.* quæ verior est, quod adhuc si indulta
26 plus contineant † quam remotionem obstaculi in eo conferant indultarij iure *Papæ*, non autem Ordinario, vt admittit ad finem idem *Cassad. dicta decis.*
27 *3. de priuil.* quia vera est declaratio, cum tota † hæc materia pendeat à tenore indulti *c. porro de priuil.*

Sed erit aduerten. quod istud plus poterit considerari, vel quia indulta capiant reseruationes in
28 corpore † iuris clausas, quæ vnica est, de qua *in cap. 2. de præben. in 6. Germon. de indult. §. volumus autem. num. 35. Alphons. Soto in regula 33. Milis in verbo reseruatio §. 2. in fine, Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 128. & 130.* & de ista non agitur, sed de reseruatione Prothonotariatus inserta in extrauaganti ad regimen, quæ non dicitur de corpore iuris,
29 † sed ad vitam Benedicti, vt ideo semper nouetur per regulam primam, vt dicunt *Glossator antiquus in regula prima ad finem Cassad. decis. 3. de constit. Put. decis. 190. in fin. lib. 3. Caputaq. decis. 75. par. 3. Mandos.* latè ad eamdem regulam 1. q. 1. *cum alijs per Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 192.* ratione cuius Prothonotariatus etiam quod expressum fuerit
30 † in indulto, nihil plus datum est, quam remotis impedimentis ex reseruationibus particularibus continetur in ordinaria collatione.

Si vero consideretur, quia plus concessum fuerit
31 respectu eorum, quibus ius quæsitum † esse potuit ex persona indultarij ratione consortij, & sic de aliena collatione, & hoc pendet ab intelligentia clausularum indulti, ex quibus visum fuit nihil tale
32 posse inferri, in primis aduertendo, † quod Papa per suum priuilegium non censetur tollere ius tertij, & interpretatio sumitur contra concedentem, non
33 autem ad damnum interioris † quoties salua ratione recti sermonis, id fieri potest, *Put decis. 190. lib. 3. de priuil. decis. 16. Gabr. conf. 197. num. 1. lib. 1. Simon. de reseruat. q. 71. num. 3. Cassad. eadem decis. 3. num. 3. de priuileg.*

34 Si igitur verba proemij † ponderentur (ibi sublatis impedimentis quibuslibet possis de beneficijs Ecclesiasticis tuæ dispositioni cõmissis personis idoneis, & alias tibi gratis, & acceptis disponere) in prima parte conuenit conclusio supra firmata, quod scilicet sint remota impedimenta, in secunda de personis gratis, & acceptis non repugnat gratiæ conces-
35 sæ, quia plura sunt beneficia, † quæ non pertinent ad simultaneam collationem personis acceptis, & beneuisis de alijs ad simultaneam personis idoneis, vt
36 saluetur præiudicium tertij collatoris, † & iudicium Ordinarij versetur in cõfirmando electum idoneum à Capitulo prout tale esse debet *secundum Bart. in Extrauag. ad reprimendum in verb. videbitur n. 1.*

Si verò sequens clausula attendatur ibi (tibi quoad vixeris solus per te ipsum, vel alium, seu alios quos ad hoc duxeris deputandum, vel deputandos quæcumque beneficia ad tuam etiam cum alio, vel alijs collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu aliam quamuis similem, vel dissimilem dispositionem quibusuis personis idoneis, quibus tibi videbitur liberè, & licitè possis & valeas conferre) toto insimul contextu ponderato semper saluatur derogatio iuris Capituli referendo præiudicium
37 † ad concedentem prout esse referendum etiam quoad beneficia electiua voluit *Put. decis. 190. lib. 3.*

Si vero particularia verba totius clausulæ separatim
38 examinentur bene † etiam se compatiuntur ad saluandum ius tertij collatoris.

Non enim repugnat verbum (solus per te ipsum,
39 per quod dicebatur inferri separationẽ, & † distinctionem Ordinarij à Capitulo, *Rota decis. 445. num. 8. par. 5. & decis. 426. num. 5. par. 2. recent.* quia dum potest referri ad indiuidualem personam, quæ sola possit conferre, & exinde sequatur facultas conferendi per alios quod ad hoc duxeris deputandum,
40 vel deputandos, clarè patet † suum effectum posse operari quoad ampliatam delegationem iuris facultatis conferendi absque eo quod contineat priuationem iuris alterius, sed nihilominus sequendo singularitatem sensus prædicti verbi (solus) non etiam intelligitur priuatiuè quoad Capitulũ habens ius eligendi, vel simultaneam cum Episcopo, quia vltra
41 quod † natura, & proprietas huius verbi non est talis, quæ semper possit excludere ius simultaneum *Angel. in d. l. 1. C. vbi, & apud quem Dec. cons. 3. numer. 7. vers. superest respondere. Gramm. cons. 28. n. 6.*

Est etiam verum, quod propter magnam communionem quam habet Episcopus cum Capitulo, qui
42 insimul faciunt † vnum corpus, vt dicit *Calderin. cons. 22. de præbend.* & sequuntur *Put. decis. 88. lib. 3. in nou. Simon. de reseruat. q. 7.* quæ fieri mandantur per Papam soli Episcopo non excludunt Capitulum
43 de iure habens † consortium cum Episcopo in consumatione actus demandati *cap. 1. in fin. de hæret. in 6. vbi glos. in verb. solus*, quam sequuntur ibidem *Menoch. in princ. Archidiac. nu. 1. in vers. reliquum, & Franc. in fine, & Gemin. num. 3. Rota in Calagu-*

ritana

ritana iurisdictionis coram Bubulo 17. Nouembris 1579. omnes moti ea ratione, quia non præsumitur
44 † Papam voluisse tollere ius tertij.

Maior videbatur difficultas, si verbum (solus) iungitur cum sequentibus (ibi ad tuam etiam cum alio, vel alijs collationem) quæ videbantur implicare incompatibilitatem, quod Episcopus posset conferre
45 beneficia, quæ cum alijs habet † collationem, & tamen non sine Capitulo conferat, & in hac parte possit resultare illud plus concessum, de quo dicit *Cassad. dicta decis. 3. in fine de priuil.*

Verum, & hæc apparens incompatibilitas benè euitatur, quia possunt dari casus in quibus Episco-
46 pus solus potest conferre beneficia † de simultanea, vel ad electionem, nempe Capitulo non eligente, vel non conferente, solus Episcopus conferat, pro-
47 ut patrono non præsentante † Episcopus etiam confert beneficia de iurepatronatus, quæ ad libitum illius collationem non pertinent, & hic est casus ponderatus per *Put. decis. 16. de priuil.* quæ supplet *decisio* 190. *eiusdem lib.* 3. & idem visus est sentire *Germon. de indulto. §. ac beneficia. num.* 32.

Non obstant sequentia verba (quibusuis personis
48 idoneis quibus tibi videbitur,) quia † singula singulis sunt referenda vt supra dictum est, scilicet, quæ non sunt ad electionem, quibus videbitur, quæ sunt electiua idoneis personis.

Demum non aduersantur vltima verba (liberè, & licitè valeat conferre,) quia prædictis respondet *Cassad. d. decis. 3. num. 3. vers. non obstat verbum*
49 *liberè*, † *& non obstantibus reseruationibus liberè valeas*, &. quamuis subdantur alia verba tàm ordinaria, quàm concesso tibi per præsentes indulto vti va-
50 leas, nihilominus semper Episcopus censetur † auctoritate ordinaria prouidere, quamuis conferat vigore indulti, quia vtitur indulto, quatenus per illud
51 impedimenta † remouentur, non autem respectu amplioris facultatis, de qua non constat attributa
52 Ordinario collatori, & iste fuit † sensus *decis. Reatina Præpositura* 23. *Ianuarij* 1615. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quæ autem dicuntur de alijs verbis (ibi, & beneficia huiusmodi ratione mensiũ Apostolicorum &c.) quæ dicuntur sola contineri in Indulto Illustrissimi Cardinalis Lenij non autem in alijs indultis, quasi ex illis inducta sit collatio in mensibus reseruatis per
53 reg. 8. & in hac parte plus concessum, facile † etiam euitatur, quia illud plus debet esse in dispositione nõ autem in verbis tantummodo, ideo quia aut possunt continere pleniorem impedimentorum dissolutionem, aut expressionem eius, quod in exceptione regulę iam Cardinalibus fuit concessum, aut possunt referre facultatem ad beneficia non electiua, nihil
54 plùs dispositiuè videtur concessum, † & ita pernecesse non includunt ius tertij, quod semper in priuilegio Principis excluditur si fieri potest, vt dicit idem *Put. eadem decis.* 190. *in fine lib.* 3. prout euitatur alia ponderatio deducta ex clausula quod intra sex menses obtineant nouam prouisionem à Sede Apo-
55 stolica, quasi sit signum euidens, † quod collatio fiat vigore indulti non autem auctoritate ordinaria, se-
56 cundum quam non est necesse obtinere † nouam prouisionem, vt per *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 37. *& sequen.* quia non est nouum quod gratia
57 Principis concedatur, & iura Cameræ † reseruentur in expeditione litterarum, quod non tangit liberam Ordinarij collationem, quo vacatio non datur vt priùs, sed noua ob non expeditionem litterarum,
58 quæ præsupponit conscriptionem prioris per Ordinarium expeditæ, *Gonzal. super reg. 8. glos. 51. numer.* 108. *qui allegat decis. Hispalen. beneficij de Xerses coram bon. mem. Litta* 12. *Maij* 1603. *& ita fuit resolutum nedum in hac causa, sed in Cremonen. canonicatus coram Reuerendiss. Decano, & in alia Ferrarien. canonicatus coram* R. P. D. *meo Remboldo*, super quibus hac eadem die 26. Aprilis 1624. fuit suscepta disputatio, & per eadem fundamenta capta resolutio.

☞ *Confirmata fuit præsens decisio in eadem causa in altera instantia coram bon. mem. Francisco Vbaldo sub die* 11. *Decembris præsentis anni* 1624. *est infra suo loco.*

ANNOTATIO.

NON casu, seu fortuitu in hac eadem Rota, nempe sub die 26. Aprilis 1624 tres causæ fuerunt propositæ, quæ ferè omnes ad idem, ac ad eandem conclusionem firmandam tendunt, sed hoc ex industria de ordine Rotæ fuit orditum, necnon simul propositæ fuerunt, vt totius supremi huius Areopagi sententia haberetur vnanimis Prima enim causa fuit *Cremonen. canonicatus coram bon. mem. Coccino, quam decisionem posui supra in 2. tom. par.* 5. *recent. decis.* 444. vbi fuit decisum regulam octa-
59 uam Cancellariæ † non comprehendere Cardinales, & ipsum indultum suffragari Capitulo, quando canonicatus sunt simultaneæ collationis, vel electiui, *& in causa Ferrarien. canonicatus coram bon. me. Pirouano, quæ est præsens decisio* 530. in qua habetur responsum quod indulta Cardinaliũ conferendi be-
60 neficia, † suffragantur etiam Capitulis, quando canonicatus sunt reseruati alias, quam ratione mensis, & canonicatus sunt simultaneæ electionis, vel electiui, *& in altera Ferrarien. canonicatus coram bon. mem. Remboldo, quæ est decisio* 531. *sequen.* fuit pariter resolutum, regulam 8. Cancellariæ, & in-
61 dultum † Cardinalium suffragari Capitulo, quando canonicatus sunt simultaneæ, vel electiui.

Et quamuis multa hic adducere valerem in terminis præsentis decisionis, tamen consultò, sicco pede prætereo, nam cum ampla sint, sicuti quoque ad alias decisiones facere possem, eas amplissimis dotibus locupletando, sed quia defraudarem partes istas Decisionum debito eorum numero si aliquas meas forsitan non omnibus gratas annotationes annecterem, quapropter ob dictam causam, & etiam ne libri Decisionum Rotæ Romanæ sine decisionibus excrescant, scilicet mediante cumulo dd. annotationum, putaui in voluminibus separatis, & quidem pluribus si incœpta DEVS OPTIMVS MAXIMVS benè fortunet omnibus partibus Decisionum à me selectarum, annotationes separatim typis in communem studiosorum vtilitatem committere in dies spero, & separatim quoque edere intendo amplas annotationes ad Decisiones bon. me. Peniæ, & iam prælo commisi dd. decisiones.

Illud tãtum in terminis præsentis decisionis animaduertere puto necessarium, vt dum hic firmatur, & præsertim num. 12. sicuti quoque in pluribus similibus decisionibus, quod indulta conferendi beneficia

62 neficia concessa † Cardinalibus, suffragentur etiam Capitulis, quæ simul cum ipsis Ordinarijs Cardinalibus conferunt; hodie hoc firmare amplius non poterit, ideoq. totum oppositum erit respondendum, stante Constitutione fel. record. Vrbani Papæ VIII. *edita de anno 1626. die 10. Septembris incip. accepto. quod S.R.E. &c. quæ est in nouo Romano Bullario inter alias eiusdem Vrbani Constitutiones in ordine 59. eamq. ponam infra.*

In qua cauetur, quod Cardinales soli per se ipsos,
63 vel alios ad id deputandos absque † Capitulis, & Canonicis alijsq. quamcumque ordinariam dispositionem eorumdem beneficiorum similiter coniunctim, vel diuisim cum eisdem Cardinalibus habentibus, dummodo aliàs sub indulto eis concesso comprehendantur, liberè prouideant, neque Capitula, aut Canonici huiusmodi priuilegio, quod Cardinalibus Præsulibus nullo habitu Capitulorum, & Canonicorum respectu concessum esse dignoscitur, gaudere, frui, aut ius aliquod inde prætendere possint. Vnde hac de causa certum est, quod Capitula non possunt iuuari ex gratia, quam habent Ordinarij col-
64 latores, quare cum † super hoc claram habeamus legem, sat erit, (vt alibi dixi) quando aliquis de ea conqueritur asserere, ita scripta est *ad l. prospexit 12. vers. ita lex scripta est &c. ff. qui, & à quib. manumiss. &c.*

Et quia in d. Constitutio Vrbani VIII. omnibus præstò sit, & cum etiam non admodum prolixa sit, placuit hic de verbo ad verbum referre, tenor enim sequens est.

ARGVMENTVM.

Declaratio, quod Capitula Ecclesiarum Cathedraliũ, quibus S.R.E. Cardinales præsunt ex indultis conferendi Beneficia ecclesiastica reseruata, vel affecta eisdem Cardinalibus concessis, nullum ius prætendere valeant.

VRBANVS DIVINA PROVIDENTIA PAPA OCTAVVS.

Causa huius Constitutionis.

§. 1. 65 Accepto quod S.R.E. Cardinales super indultis, & facultatibus dispoẽndi de beneficijs Ecclesiasticis Sedi Apost. reseruatis, & affectis à Sede prædicta sibi concessis per Capitula, & Canonicos Cathedralium Ecclesiarum, quibus illi ex concessione, & dispensatione Apostolica præsunt, impediũtur, sub prætextu quod ipsi Capitula, & Canonici ius nominandi, vel præsentandi, aut aliàs quomodolibet disponẽdi de beneficijs in mensibus non reseruatis pro tempore vacantibus cum prædictis Cardinalibus locorum Ordinarijs coniunctim, vel diuisim habentes, tanquam membra capiti adhærentia, à Cancellariæ Apostolicæ regula mensiũ reseruatoria, à qua Cardinales præseruãtur etiam excipi, & facultates, ac indulta, quæ certarum reseruationum obstacula tollunt, sibi quoque suffragari prætendunt, & attendens priuilegium, quod Cardinales in prædicta regula præseruentur, eis intuitu Cardinalatus concessum esse, neque rationi consonum fore, vt Capitula, & Canonici dum sui Præsules Cardinalatus honore præfulgẽt plus iuris in præiudicium Sedis Apostolicæ, seu ipsorum Cardinalium Præsulum ius, & indultum conferendi ab ipsa Sede habentiũ obtineãt, quàm si ipsi Cardinales non forẽt.

Cardinales exempti sũt à regula reseruatoria mensium.

Cardin. quo ex capite

Præseruãtur à regul. 8. Cancell.

§. 2. Motu proprio sub die vigesima nona Decembris anni ab Incarnatione Domini millesimi sexcentissimi vigesimi quinti declarauit, intentionis & volũtatis suæ esse, quod Cardinales Præsules de omnibus, & singulis beneficijs Ecclesiasticis quomodolibet nuncupatis, & qualificatis ad eorum, etiam cum alio, vel alijs collationem, prouisionẽ, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem ratione Ecclesiarum, quibus ipsi Cardinales præsunt coniunctim, vel diuisim spectañ, nõ tamen in libris Cameræ Apostolicæ descriptis, nec ex personis familiarium Suæ Sanctitatis, vel Conclauistarum, aũt ratione vacationis apud Sedem prædictam reseruatis, vel affectis, quæ omnia Sanctitas sua sibi, & successoribus suis pro tempore existentibus specialiter, & expresse reseruauit, ad præsens vacantibus, & in futurum vacaturis soli per se ipsos, vel alios ad id deputandos absque Capitulis, & Canonicis, alijsque quamcumque ordinariam dispositionem eorumdem beneficiorum similiter coniũctim, vel diuisim cum eisdem Cardinalibus habentibus, dummodo aliàs sub indultis eis concessis comprehendantur liberè prouideant.

Declaratio Constitutionis.

Cardinales possunt cõferre beneficia absque Capitulis, & Canonicis.

§. 3. Neque Capitula, aut Canonici huiusmodi priuilegio quod Cardinalibus Præsulibus nullo habito Capitulorum, & Canonicorum respectu concessum esse dignoscitur gaudere, frui, aut ius aliquod inde prætendere possint.

Priuatio facta Capitulis vtendi Indultis.

§. 4. Decernens declarationem prædictam à dicta vigesima nona Decembris robur obtinere debere etiamsi necdum publicata fuisset, ac irritum &c.

Decernitur quando robur obtinere debeat præsens Constitutio.

Placet publicetur, & describatur M.

Papæ subscriptio.

Lecta, & publicata fuit supradicta Regula in Cãcell. Apost. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, die vero decima mensis Septembris, Pontificatus prælibati Sanctiss. D.N. anno 4.

Marcus Antonius Ascentius Procustos.

Publicatio in Cancellaria cum die, & Anno.

66 Super ista † Constitutione fel. recor. Vrbani VIII. vide quæ dixit Rota, *in causa Cremonen. canonicatus* 14. Ianuarij 1630. *coram* R.P.D. *Durano, deinde Episcopo Vrgellen. est inter eius impressas decisio 233. quæ & antea impressa fuit in par. 5. recent. decis 335. nu. 12. vers. & hodie cessat pariter hac prætensio ex declaratione S.D.N. &c. ac in causa Hispalen. dimidiæ portionis 17. Decembris 1635 & 14 Ianuarij 1636. coram bon. mem. Reuerendiss. Coccino olim Decano, & decis. 585. supra d. par. 5. recent. tom. 2. à num. 47. vers. tamen secus est post Constitutionem Vrbanum S.D.N. &c. vbi etiam respondetur nonnullis dubijs, ac difficultatibus in terminis dictæ*

dictæ constitutionis excitatis, *addi etiam potest decisio in causa Ferrarien. præbendæ* 11. *Maij* 1637. *coram bon. mem.* Reuerendiss. *Pirouano pariter olim Decano, & decisio in causa Mediolanen. canonicatus* 8. *Februarij* 1638. *coram* Reuerendiss. *P. D. meo Dunozetto nunc Decano.*

Paulus Rubeus.

R. P. D. REMBOLDO.

Ferrarien. Canonicatus.

Veneris 26. *Aprilis* 1624.

ARGVMENTVM.

Adducuntur plura circa regulam reseruatoriam octo mensium, quoad exceptionem Beneficiorum, quæ spectant ad collationem S. R. Eccl. Cardinalium, vt scilicet non intret, quando beneficia sunt simultaneæ, vel electiua. Indultum conferendi beneficia concessum Ordinario, qualiter sit intelligendum. Capitulum, & Episcopus faciunt vnum corpus solum, & inter eos reperitur tanta communio, tàm in iure conferendi, quàm in alijs, quæ spectant communiter ad vtrumque, vt etiam si fiat mentio de solo Episcopo, tamen numquam censetur exclusum ius Capituli, & quid ex hoc inferendum veniat. A mente Papæ verisimiliter semper præsumitur alienũ per priuilegium alicui ab eo concessum, voluisse tollere ius iam tertio quæsitum, vnde licèt priuilegia in præiudicium concedentis latè veniant interpretanda, in præiudicium vero tertij strictissimè.

SVMMARIVM.

1 *Institutio est actus necessarius, & electo debetur de iure.*

2 *Canonicatuum electio Ecclesiæ Cathedralis Ferrarien. spectat ad Capitulum.*

3 *Electiones ad beneficium præsumuntur effectuatæ, si apparent factæ per obitum vnius ad fauorem alterius ordine successiuo.*

4 *Mensis Aprilis est vnus ex octo mensibus reseruatis Sedi Apostolicæ.*

5 *Cardinales cum sint excepti à regula reseruatoria 8. mensium, perindè est quoad eos, quin numquam d. regula emanasset.*

6 *à Regula reseruatoria 8. mensium excipiuntur tãtum ea beneficia, quæ spectant ad collationem S. R. E. Cardinalium.*

7 *in Regul. reseruatoria octo mensium reseruantur generaliter omnia beneficia spectãtia ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem quorumcumque collatorum, & num.* 8.

9 *Alternatiua circa reseruationem beneficiorum concepta sicuti regula reseruatoria 8. mensium, capit beneficia cuius electio seu præsentatio spectat ad inferiorem collatorem, & sola confirmatio, seu institutio ad Episcopum.*

10 *Exceptio debet esse de regula, & comprehendere in actu exceptuato omnes casus in regula comprehensos.*

11 *Cardinalium exceptio in regul. reseruatoria octo mensium, non auget facultatem conferendi beneficia de iure communi eis concessam.*

12 *Ordinarius debet conferre beneficia vna cum Capitulo, quando collatio spectat ad vtrumque.*

13 *Priuilegium concessum consocio suffragatur etiam alteri socio in re communi, & indiuidua, & numer.* 18. *&* 31.

14 *Capitulum, & Episcopus faciunt vnum corpus, & quanta sit communio inter eos.*

15 *Papa si reseruet omnia beneficia præterquam spectantia ad collationem Episcopi, in tali reseruatione exceptuantur & ea, quæ spectant ad collationem Episcopi & Capituli.*

16 *Papa, si scribat Episcopo, vt conferat beneficium, intelligitur cum consensu Capituli, vel ad eius electionem, si illud beneficium antea spectabat ad simultaneam electionem.*

17 *Indulta conferendi beneficia non ampliant iurisdictionem ordinariam, sed remouent tantum obstacula, & num.* 23.

19 *Alternatiua concessa Episcopo prodest Capitulo in beneficijs spectantibus ad collationem vtriusque.*

20 *Papa si dicat solus Episcopus conferat beneficia, hoc casu non excluditur Capitulum in suo iure, quod habet cum Episcopo.*

21 *Papa non præsumitur per Indultum concessum Ordinario, quoad collationem beneficiorum velle præiudicare Capitulo, & ius suum, quoad d. collationem tollere, & num.* 28.

22 *Papa non præsumitur per suum priuilegium tollere ius tertij.*

24 *Priuilegia sunt strictè intelligenda, maximè quãdo agitur de præiudicio tertij.*

25 *Priuilegia in præiudicium concedentis largè interpretantur, in præiudicium vero tertij strictissimè.*

26 *Priuilegiorum verba sunt interpretanda iuxta verisimilem mentem concedentis.*

27 *Verisimile id, quod est, pro expresso habetur.*

29 *Singula singulis sunt referenda.*

30 *Beneficia Prothonotariorũ Apost. sunt reseruata.*

DECISIO DXXXI.

DOMINI censuerunt Casanouam esse instituendum, quia constat ipsum fuisse à Capitulo (ad quod spectat electio Canonicatuum Ecclesiæ Cathedralis Ferrarien.) canonicè electum, vnde ei
1 debetur institutio, institutio † enim est actus necessarius, & electo debetur de iure, *ex alleg. coram bon. mem. Greg. XV. decis.* 240. *num.* 12. *& in Lucana iurispatronatus de podijs* 20. *Aprilis* 1621. *coram* Reuerendiss. *D. meo Decano.*

2 Quod autem electio Canonicatuũ † Ecclesiæ Cathedralis Ferrarien. spectet ad Capitulum, probatur non solum ex attestatione *Felin. in c. in nostra. numer.* 26. *de rescript.* sed ex statuto dictæ Ecclesiæ Apostolica auctoritate confirmato, & ex pluribus electionibus ab eodem Capitulo factis, & ab Episcopis pro tempore confirmatis ab anno videlicet 1429. vs-
3 que ad annum 1608. quæ omnes suum † effectum sortitæ sunt, quia scilicet apparent factæ per obitum vnius ad fauorem alterius ordine successiuo *iux. cõsil. Oldr.* 229. *num.* 2. *sæpius in Rota canonizatum.*

Non obstat quod d. Canonicatus vacauerit in mẽ-
4 se Aprilis, † qui est vnus ex octo mensibus Sedi Apostolicæ reseruatis, quia in eadem met regula expressis verbis excipiuntur beneficia spectantia ad prouisionem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac propterea cum Ordinarius Ecclesiæ Ferrarien.

ad quem spectat institutio, seu confirmatio electi per Capitulum ad dictum Canonicatum Cardinalitia di-
5 gnitate fulgeat, vtique non cadit collatio dicti † Canonicatus sub dicta reseruatione, sed perinde est, ac si dicta regula quoad dictum Canonicatum nunquã emanasset, *Rot. coram san.mem. Greg.XV. decis.99. num.3. & ibi adden. num.6. & in vna Reatina Præpositura 23. Ianuarij 1615. coram Reuerendiss. D.meo Decano cum ibi allegatis.*

Nec obstet quod à dicta regula non excipiuntur,
6 † nisi ea beneficia, quæ spectant ad collationem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, non autem etiam illa quorum electio spectat ad Capitulum, institutio vero seu confirmatio ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, qualis est Canonicatus, de quo agitur, quia hoc neutiquam subsistit.

7 Nam in dicta regula reseruãtur † generaliter omnia beneficia spectãtia ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, & quamuis aliam dispositionem quorumcumque collatorum, & deinde subiungitur, non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, vnde sicuti negari non potest, quod per
8 dicta verba, & quamuis aliam dispositionem, † censeantur reseruata beneficia, quorum confirmatio competit collatoribus Ordinarijs *iux. gloss. in clem. 1. in verbo dispositionem, de supplen. neglig. Prælat. Put. dec.462. l.2. iux. nou. impress.* vbi in puncto de-
9 ciditur, quod alternatiua † concepta similibus verbis quibus est concepta dicta regula, capit beneficiũ cuius electio, seu præsentatio spectat ad inferiorem collatorem, & sola cõfirmatio, seu institutio ad Episcopum cum alijs per *Gonzal. super reg. 8. gloss.20. num.1.* ita etiam fateri oportet, quod eadem beneficia censeri debent per dictam exceptionem non tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium à dicta
10 reseruatione exceptuata, exceptio † enim debet esse de regula, & comprehendere in casu exceptuato omnes casus in regula comprehensos *l. nam quod liquide. §. fin. ff. de pœna leg. Dec. cons.656. num.6. & seq. Cassad. dec.8. num.5. de concess. præb.*

Nec obstat, quod exceptio dictæ regulæ emanauit ad fauorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ita quod quatenus Canonicatus, de quo agitur, caderet sub dicta exceptione, collatio ipsius esset facienda per Illustrissimum D. Cardinalem Ordinariũ Ferrarien. tum quia dicta exceptio nihil tribuit de
11 nouo Cardinali, † neque auget facultatem conferendi de iure communi concessam, sed solum operatur, quod beneficia spectantia ad prouisionem Cardinalium non sint reseruata, vnde etiam D. Cardinalis Ordinarius non confert huiusmodi beneficia vigore dictæ exceptionis, sed iure Ordinario, & sic eo-
12 dem modo quo illa contulisset, si dicta regula † non emanasset, videlicet insimul cum Capitulo, quando collatio spectat ad vtrumque, vt latè explicat post *Gonzal. d. tract. gloss.24. num. 24. & seqq. Garz. de benef. par.5. cap.1. num.34. & 452.*

Tum etiam, quia in omnem euentum quod dicta exceptio aliquid de nouo tribueret Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus priuilegium, quod competeret D. Cardinali vigore dictæ exceptionis prodesset etiam Capitulo quoad illa beneficia in quibus ius conferendi non spectat ad solum Episcopum, sed est commune inter Capitulum, & Episcopum, non so-
13 lum ex regula generali, quod priuilegium † concessum consocio suffragatur, etiam alteri socio in re communi & indiuidua, *iux. tex in l. si communem ff. quemad. seruit. amitt.* cum alijs per *Gonzal. dicta gloss.24. num.52. & seqq.* verum etiam, quia Capi-
14 tulum, & † Episcopus efficiunt vnum corpus estque inter eos tanta communio, tám in iure conferendi, quàm in alijs quæ spectant communiter ad vtrumque vt etiam si fiat mentio de solo Episcopo tamen nunquam censetur exclusum ius Capituli, vt per *Calde-*
15 *rin. cons.22. de præb.* vbi quod si Papa reseruat † omnia beneficia præterquam spectantia ad collationem Episcopi, in tali reseruatione censentur etiam exceptuata beneficia spectantia ad collationem Episcopi & Capituli, quia ipsi faciunt vnum corpus, & propter ius reseruatum Episcopo Capitulum quoque re-
16 tinet ius suum, & si Papa † scribit Episcopo vt conferat beneficium, intelligitur cum consensu Capituli, vel ad eius electionem si illud beneficium antea spectabat ad simultaneam electionem vtriusque *Archid. in c. licet nu.1. vers. vnde notat. 8. quæst.1. Fel. in cap. super eo nu.5. vers. & de hoc est dictum, Archid. vbi Dec. nu.4. de offic. deleg. & cons.541. n.18.*

Atq; hinc etiam tollitur quod dicitur, quod quatenus D. Cardinali Ordinario non suffragetur exceptio de qua in d. regula ad effectum vt possit conferre solus etiam illa beneficia in quibus collatio est ei communis cum Capitulo saltem poterit eadem beneficia solus conferre vigore indulti amplissimi quod habet à Sede Apostolica, quia præterquam quod di-
17 ctum etiam indultum † remouet tantum obstaculi reseruationis, ita quod illius vigore non possit magis D. Cardinalis solus conferre dicta beneficia quam potuisset sine eo, *Cassad. dec.3. de priuileg. Put. dec. 200. num.2. lib.1. in nou. etiam dec.93. num.3. l.3. & fuit dictum in Hispalen. portionis 19. Ian. 1594. coram bon.mem. Card. Pamphilio,* dato etiam quod dictum indultum aliquid de nouo tribueret D. Cardi-
18 nali id prodesset etiam † Capitulo quoad dicta beneficia propter dictam communionem iuris conferendi *ad d. l. si communem ff. quemad. seruit. amitt. & fuit resolutum in d. Hispalen. portionis coram bon. mem. Card. Pamphilio,* & quia vt supra dictum est in facultate concessa à Papa Episcopo conferendi beneficia semper censetur inclusum ius Capituli, *Put.*
19 *dec.88. l.3.* vbi quod alternatiua concessa † Episcopo prodest Capitulo in beneficijs spectantibus ad collationem vtriusque, cum alijs supra allegatis.

20 Quod procedere videtur etiam si Papa † dicat solus Episcopus conferat, neq; enim etiam in illo casu excluditur Capitulum in suo iure quod habet cum Episcopo *ad not. per glos. in c.1. in fin. de hæretic. in sexto, & in c. Episcopus in verb. Clericorum. & ibi Gemin. num.3. dist.24. Bald. in l.1. num.4. Ias. nu.7. C. de bon. poss. contra tab. Ang. in l.1. C. vbi & apud quem Dec. cons.3. num.7. vers. superest respondere.*

Et cessat in casu isto difficultas, quia in omnem euentum quod dictum indultum aliquid de nouo tribueret D. Cardinali idq. non prodesset Capitulo adhuc dictum indultum non caperet canonicatum, de quo agitur in præiudicium Capituli, quia cum vt supra probatum est, d. canonicatus non sit reseruatus, sicq. illius collatio circumscripto indulto fieri debuisset ad electionem Capituli, & Illustriss. D. Cardinalis Ordinarij confirmationem censeri non potest
21 quod Papa voluerit † per dictum indultũ iuri quod capitulo competebat præiudicare atque ita dictum ius capitulo tollere, & Illustriss. D. Card. liberam col-

collationem d. canonicatus attribuere; quia Papa
22 non † præsumitur velle per suũ priuilegium ius tertij tollere, *c. dudum de priuil. l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, & ibi DD. ff. ne quid in loco pub. gloss. in cap. ad aures. in ver. intentionis. de rescript. Fel. in causam quæ. num. 10. in eod. tit.* Rot. *dec. 21. num. 5. de præb. in nou. Menoch. de arbitr. quæst. 9. num. 11.*

Nec obstãt verba & clausulæ amplissimæ dicti indulti quibus scribentes pro Illustrissimo Card. Ordinario contẽdunt fuisse tributam facultatem eidem Illustriss. D. Cardinali conferendi per se solum, etiam ea beneficia quæ sublato indulto non potuisset solus conferre, quia quicquid dicatur, nulla legitur clausula in toto indulto per quam possit censeri exclusũ ius capituli, & in dubio vt sæpè dictum est, indultum
23 nihil de nouo † tribuit Episcopo Cardinali, sed solũ remouet obstaculum, ideoq. ius conferendi remanet in eodem statu, prout ante reseruationem, & quatenus aliquid de nouo tribueret, id prodesset capitulo, atque in facultate concessa Episcopo Cardinali censeretur inclusum ius capituli, aut saltem indultũ non potest obesse dicto capitulo, ac propterea vbi agitur de præiudicio eiusdem capituli, vt in casu isto
24 † omnis interpretatio sumi debet per quam capitulo non præiudicetur *Ias. in l. beneficium nu. 20. ff. de constit. Princip. Gonzal super d. reg. 8. glos. 28. numer. 3. Card. Seraph. dec. 605. nu. 2.* priuilegia enim
25 in † præiudicium concedentis largè interpretantur in præiudicium vero tertij, strictissimè *Surd. cons. 140. num. 72. & seqq. l. 1. Alex. cons. 110. nu. 10. l. 6. & cons. 215. num. 4. l. 7. Rot. dec. 537. num. 20. par. 3. diu. Card. Seraph. dec. 827. num. 1.*

Nec propterea etiã applicatur in casu isto quod
26 dicitur, quod † in dubio potius verba dicti indulti interpretari debent iuxta verisimilem mentem Papæ concedentis dictum indultum, *c. inspicimus de reg. iur. in 6. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1.*
27 quod enim est verisimile † id habetur pro expresso *l. Titius. §. 1. ff. de lib. & posth. cum simil.* ita quod quod cum verisimile sit quod Papa voluerit dictum indultum suffragari Cardinalibus non autem alijs collatoribus inferioribus, adeo vt vigore dictorum indultorum ipsi soli valeãt conferre beneficia reseruata, sit faciẽda in dubio ea interpretatio, vt d. indulta prosint tantũ S.R.E. Cardinalibus non vero etiam capitulo, quia quidquid sit quoad beneficia quorum collatio ante indultum pertinebat ad Papam, in quibus facilius intrat d. ponderatio quod Papa voluerit, vt illa per solum Cardinalem conferantur, cessat in casu isto difficultas, quia cum agatur de canonicatu cuius collatio, vt dictum est, ante indultum erat facienda ad electionẽ capituli verisimile non est, quod
28 Papa voluerit per indultũ † ius quod capitulo competebat tollere, ac per consequens etiam quod interpretatio esset facienda iuxta verisimilem mentem concedentis, non posset fieri interpretatio per quam præiudicetur capitulo quoad dictam electionem ex sup. allegatis.

Vnde nec quidquam faciunt illa verba, ad tuam etiam cum alio, vel alijs collationem, præsentationem, electionem, institutionem, seu aliam quamuis similem, vel dissimilem dispositionem, quia ista verba sunt apposita non ad effectum vt solus Episcopus possit conferre beneficia spectantia ad electionem aliorum, sed ad tollendã dubitationem, an sub indulto comprehendantur tantum beneficia spectantia ad solam dispositionem Episcopi, vel etiam beneficia spectantia ad dispositionem Episcopi insimul cum alijs.

Minus faciunt verba liberè, & alia subsequentia personis idoneis, quia ista verba, prout, & alia quæ
29 ponderantur, semper intelliguntur singula † singulis referendo, vt scilicet D. Cardinalis Episcopus conferat liberè, & personis sibi bene visis ea beneficia, quæ sublata reseruatione ad ipsius D. Cardinalis liberam collationem pertinent non autem sunt trahenda dicta verba ad ea beneficia, quæ sublata reseruatione spectant ad electionem capituli, & ipsius D. Episcopi Cardinalis confirmationem.

Atque ita interpretata est Rot. hac eadem die aliud simile indultum in vna *Cremonen. canonicatus coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & hoc idem indultum *in alia Ferrarien. canonicatus coram R.P. D. meo Pirouano*, quæ quidem decisio est in casu fortiori, in eo enim agebatur de canonicatu vacante per
30 obitum Prothonotarij, & sic de canonicatu † Sedi Apostolicæ reseruato, cuius propterea collatio spectabat sublato indulto ad ipsam Sedem Apostolicã, non vero ad capitulum, atque ita in dicto casu non agebatur de aliquo præiudicio capituli, & nihilominus
31 Rot. respondit quod indultum concessum † Illustriss. D. Cardinali conferendi dictum canonicatum suffragabatur capitulo, vt sæpè etiam alias firmauit, & præsertim *in dicta Hispalen. portionis coram bon. mem. Card. Pamphilio &c.*

Faciunt ad hanc decisionem, quæ superius annotaui in præcedenti decisione.

R. P. D. REMBOLDO.

Ianueñ Separationis Thori.
Lunæ 29. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Compensatio in alimentorum materia non admittitur. Alimenta, quæ debentur post motam litem, dicuntur futura. Alimenta alicui præstita de mandato Iudicis non repetuntur in casu succumbentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta futura non admittunt compensationem, nec retentionem occasione pecuniarum prius solutarum.*
Quod procedit etiam si pecuniæ fuissent solutæ ex eadem causa alimentorum, num. 3.
2 *Alimenta petenti compensatio obijci non potest, & num. 5.*
4 *Alimenta, quæ debentur post litem motam dicuntur alimenta futura.*
6 *Alimenta nec repetuntur ab eo, cui fuerunt præstita mandato Iudicis, etiam quod postea is in plenario iudicio succumbat.*
7 *Compensationi non est locus, dum super ea pendet iudicium.*
8 *Rescripta intelligenda sunt prout de iure.*

DECISIO DXXXII.

IN hac causa quæ vertitur inter D. Marcellum, & D. Barbaram super separatione Thori, & alimentorum, & sumptus litis, interim præstatione, emanarunt rescripta à Signatura Gratiæ, & Iustitiæ.

Prima vice fuit rescriptū quod in hac causa procederetur sine retardatione scutorum annuorū 800. Deinde obtinuit D. Barbara ab eadem Signatura rescribi sine retardatione scutorum 1850. Rursus adita Signatura à partibus, fuit rescriptum R.P.D. meo Pirouano, vt procederet perinde ac si prior commissio fuisset signata ab initio cum clausula non retardata solutione arbitrio Rotæ, cuius commissionis vigore cum postea idemmet R.P.D meus Pirouanus pronunciasset procedendum esse in causa non retardata solutione annuorum scutorum 1200. Genuæ fuit à dicta eius sententia pro parte D. Marcelli appellatum, causaq. mihi commissa cum clausula sine retardatione annuorum scutorum 1200. monetæ Romanæ.

Et licet huic rescripto ambæ partes acquieuissent, orta tamen fuit inter eos controuersia in positione calculi, pro parte enim D. Barbaræ prætendebatur quod calculus erat faciendus ad rationem scutorum annuorum 1850. vsque ad diem quo fuit per Signaturam rescriptum cum clausula, perinde ac si ab initio præinserta signata fuisset arbitrio Rotæ, & à die dicti tantum rescripti ad rationem scutorū 1200. annuorum. E contra vero D. Marcellus dicebat totum id, quod fuit per ipsum solutum vsque ab initio vltra dictam summam 1200. monetæ Romanæ esse accepto ferendum in sequentibus paghis.

Vnde fuit iterum adita per dictas partes Signatura, quæ denique nolens iuxta petita per D. Marcellum rescribere apposuit cōmissioni per ipsum porrectæ secundam partem videlicet, vel si magis placet committatur eidem qui procedat perinde, ac si vltima commissio signata fuisset ab initio sine retardatione alimentorum quoad scuta 1200. monetæ Romanæ.

Quare dubium dedi, an dicto rescripto stante solutiones factæ vltra scuta 1200. monetæ Romanæ in prioribus annis sint accepto ferendæ in sequentibus. Quo proposito Domini negatiuè responderunt; moti autem sunt, quia agitur de alimentis futuris. Ali-
1 menta † enim futura non admittunt compensationē, nec retentionem occasione pecuniarum prius solu-
2 tarum, *l. in ea. C. de compensat.* vbi quod † petenti alimenta compensatio obijci non potest, *Surd. de*
3 *alim. tit. 8. priuil. 53. num. 5.* etiam quod † pecuniæ fuissent solutæ ex eadem causa alimentorum, vt per *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 83. num. 5. cum plur. ibi per eum adduct.*

Nec obstat quod non agitur de alimentis ab hodie in posterum debendis, sed de alimentis pro tem-
4 pore præterito debitis, quia alimenta, † quæ debentur post motam litem dicūtur alimenta futura, *Caputaq. decis. 22. n. 2. & decis. 24. par. 1. & fuit dictum in Bisuntina separationis thori 17. Iunij 1596. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & alias sæpissimè,* idcoque non potest D. Marcellus compensare ali-
5 menta † post motam litem debita pro anno 1623. seu alio tempore cum pecunijs prius per eum solutis D. Barbaræ etiam quod dictas pecunias ei soluerit ex causa alimentorum, quæ dictæ D. Barbaræ præstare tenebatur pro annis antea elapsis vigore sententiæ Vicarij Ianuen.

Nec obstat quod hac ratione nihil aut parū prodesset D. Marcello appellatio per eum interposita à dicta sententia Vicarij Ianuen. quia poterit prodesse ad effectum obtinendi moderationem taxationis dictorum alimentorum factæ per dictum Vicarium, non autem etiam ad effectum dictæ compensationis, quæ in materia alimentorum non admittitur ex supra allegatis.

6 Quinimò nec repetūtur alimenta † ab eo cui fuerunt præstita mandato Iudicis, etiam quod postea is in plenario iudicio succumbat, *glos. vlt. in l. vlt. C. de carbon. edict.* quam sequuntur frequentius iuris ciuilis interpretes, vt testatur *Couar. pract. quæst. cap. 6. in fin. Afflict. decis. 152. num. 4.* cum alijs per *Surd. d. tract. de alim. tit. 1. q. 124. num. 3.*

Et in casu isto cessat difficultas quia licet fuerit moderata per decretum R.P.D. mei Pirouani taxatio facta per Vicarium Ianuen. eaq. redacta ad summam scutorum 1200. monetæ Romanæ. Tamen ab hoc eodem decreto fuit appellatum, & sic pendet
7 adhuc iudicium super dicta reductione, † ac propterea eo minus potest interim locus esse dictæ compensationi.

Nec obstat rescriptum Signaturæ, quia Signatura quæ non iudicat non rescripsit, quod calculus esset faciendus iuxta prætensionem D. Marcelli, quia imò petitionem eiusdem D. Marcelli reiecit, & solum rescripsit quod procederetur perinde, ac si commissio ab initio signata fuisset cum clausula sine retardatione alimentorum quoad scuta 1200. monetæ Romanæ, & sic determinauit tantum quod posset procedi, ac si ab initio dicta commissio signata fuisset cum dicta clausula, nihil autem disposuit circa
8 dictam compensationem, & † dictum rescriptum intelligitur quatenus sit ita proceden. de iure, *cap. causam quæ & ibi Doct. de rescr. Rot. decis. 39. nu. 1. par. 1. in recent. &c.* Et ita &c.

In hac eadem causa infra part. 6. recent. habentur tres decisiones prima sub die 31 Ianuarij 1625. coram bon. mem. Remboldo, in qua fuit pronunciatum non esse locum separationi Thori, altera sub die 24. Nouemb. 1632. coram bon. mem. Coccino, vbi Rota recessit à decisis, & fuit dictum esse locum separationi Thori. Tertia vero est sub die 11. Aprilis 1633. coram eodem Coccino, in qua confirmatur decisio reuocatoria primæ. Quarta etiam adest 4. Iulij 1633. coram eodem, sunt in ordine decisiones 324. 115. 191. & 231. infra verò in Appendice ponam alteram sub die 19. Decemb. 1636. coram eodem Coccino, sub titulo Ianuen. prætensæ excarcerationis.

R. P. D. VBALDO.

Romana Legati Librariæ.

Veneris 10. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Testamenti publicatio, quando fit, quibus in casibus sit necesse, vt testes examinentur super tenore testamenti, aliàs testamentum dicatur corruere, & quando tale examen nullatenus requiratur. De scripturæ testamenti identitate quando constat, tunc non requiritur examen testium super illius tenore, cum sat fit, vt testes se referant ad eam, asserentes se fuisse præsentes, quando fuit facta talis scriptura, quæ tamen eis debet legi. Et quid quando sumus in testamento clauso, & quidnam, si aliqui testes testamentarii ante obitum testatoris decesserint. In examine testium testamentariorum, quis sufficiat, vt citetur.

citetur. Citari quis non debet ad causam, cuius interesse est diuinatiuus.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura testamentaria ex quibus dicatur in forma probanti.*

2 *Testator, si asserat disponere, iuxta schedulam, quæ existit penes Guardianum S. Francisci, idq; coram testibus asserat, tunc constito de identitate scripturæ, tenet talis dispositio.*

3 *Quæ opinio eo magis procedit, quo ad legata.*

4 *Confessio partis emanata in articulis, datis medio iuramento probat contra ipsum ponentem.*

5 *Articulans regulariter non censetur fateri, quod tamen secus est, quando articuli sunt dati medio iuramento.*

6 *Testamenti publicatio, dum illud consistit in priuata scriptura, debet fieri examinatis testibus post mortem testatoris super tenore testamenti, coram Iudice, & per eum publicari.*

7 *Quæ dispositio habet etiam locum in Codicillis per priuatam scripturam confectis.*

Cum eadem obseruatio requiratur in Codicillorum publicatione, quam in testamentis.

8 *Testes testamentarij, tunc post mortem testatoris debent examinari super tenore testamenti, quando testator coram testibus sine scriptura declarauit suam voluntatem,*

Vel quando ea fuit redacta in scriptura, sed nec ab ipso testatore, nec ab ipsis testibus fuit rescripta. num.8.

9 *Testes testamentarij quando in certis casibus sunt examinandi super tenore testamenti, si interim ante examen aliquis ex eis moritur, corruit testamentum, vel eius probatio.*

10 *de Testamenti scripturæ identitate, quando constat tunc non requiritur, vt testes deponant de tenore scripturæ.*

11 *Sed sufficit, vt se referant ad scripturam, quæ illis ostenditur, vel quod recognoscant subscriptiones, vel deponant se fuisse præsentes, quando fuit facta scriptura. & num.12.*

13 *de Testamento, quando fuit facta scriptura, debet ad testes absentes, transmitti d. testamentum, vt recognoscat an tali testamento adfuerit.*

14 *Testamentum, quando non fuit scriptum per manum Notarij, sat est, quod testes inscripti iurẽt, quod ita fuit, prout in scriptura habetur, quæ eis legi debet.*

15 *Testamenti scriptura, quando adest, nõ est necesse, vt testes deponant de toto tenore testamenti, cum sat sit, vt se referant ad illam.*

16 *Testes, dum se subscribunt testamento, tunc videntur deposuisse.*

17 *Testamentum quando clausum est factum, cum illud sit ignotum testibus, cum solum censeantur vocati, vt scirent in illa scriptura clausa contineri testamentum.*

Tunc certum est, quod non poterunt deponere, quo ad tenorem testamenti, cum eis ignotum penitus sit.

18 *de Testamento, quando fuit confecta scriptura, & à testibus subscripta, tunc sufficit testibus illã legi, absque alio eorum examine.*

19 *Doctorum dicta non sunt trahenda ad casus indubitabiles.*

Testes non possunt deponere de tenore eius scripturæ, quam tantum clausam viderunt. nu. 19.

20 *Non entis nullæ sunt qualitates.*

21 *Testes necessè est in dispositionibus vltimarum voluntatum, vt regentur.*

22 *Testatoris rogitus factus testibus, vt eius vltimæ dispositioni assistant, hoc arguit eius enixam voluntatem, vt sua dispositio substineatur.*

23 *Testium subscriptio, in testamento, vel in alia voluntate nuncupatiua non requiritur.*

24 *Scriptura non requiritur, nisi ad maiorem probationem, quando quis testatur nuncupatiuè.*

25 *Testes testamentarij, quando examinantur sat est vt deponant de tenore in substantia testamenti. & num.26.*

27 *Testes testamentarij, quando aliqui sunt mortui, itaque cum non possint examinari super tenore testamenti, sufficit, vt illi qui remanserunt, dicãt se fuisse præsentes &c.*

28 *Testamenti scriptura sat est, vt sit in forma probãti, vel mereatur fidem, licet plures testes in eo descripti fuerint mortui.*

29 *Cum sufficiat duo saltem testes ex eis, deponere de tenore eius, & vocent se in contestes cum alijs testibus.*

30 *Citari ad causam sufficit ille, ad quẽ spectat principale interesse, & non cæteri, qui non habent de tempore actus interesse nec de hoc diuinari poterat.*

31 *Testes testamentarij, quando examinantur, necessè tantum est, vt citetur hæres, ad quem spectat principaliter interesse.*

32 *Testes testamentarij, quando examinantur, sunt citandi illi, quorum prima causa est successionis, si non fuisset conditum testamentum.*

33 *Citari debent illi, quando testes examinantur, qui habẽt certum interesse de tempore examinis, aliàs secus.*

34 *Citatio hæredis instituti sufficit, vt præiudicetur substitutis, & legatarijs.*

35 *de Legati reuocatione, prius alicui facti in testamẽto, quando agitur, sufficiunt ad probandam hanc reuocationem, duo testes omni exceptione maiores.*

36 *Testes, vt validè dicantur examinati, debet præcedere citatio ad videndum eos iurare, & examen debet fieri coram Iudice, nisi ipse id commiserit Notario.*

37 *Testes sufficit vt sint concordes circa substantialia, quidquid sit circa leuia.*

38 *Testium dicta, tritum est, potius adiuuanda, quam cauillanda esse.*

39 *Scriptura an sit in forma probanti id colligi potest ex pluribus simul iunctis.*

DECISIO DXXXIII.

IVXTA ordinem in Rota datum die 24. Martij anni præteriti, vt videretur, an iura essent in forma probanti. Dubitaui an scriptura, de qua principaliter agitur, esset in forma probanti, & Domini, vtraque parte informante, affirmatiuè responderũt scriptura enim ista, dato quod non contineat codicillum, vel donationem causa mortis, continet tamen voluntatem testatoris, non circa institutionem hæredis, sed circa legata, ex quibus quædam adimit antea

antea in teſtamento relicta quædam de nouo relin-
quit Cæſari Iuniori, videlicet ſcuta 200. annua, ac
librariam legalem, & fuit ſubſcripta à teſtatore, &
à quinque teſtibus, & ſubſcriptio fuit recognita imo
teſtes depoſuerunt etiam de tenore ſcripturæ, vt in-
1 fra dicetur, † ideo videtur eſſe in forma probanti
iuxta Seraph. deciſ. 840. *num.* 1. *& benè facit do-
ctrina Bartol. in l. ſi ita ſcripſero ff. de cond. & de-
monſtr.* de ſchedula reperta apud Guardianum
Sancti Franciſci, ad quam teſtator coram teſtibus
2 retulit, quam diſpoſitionem † ſenſit Bartol. valere,
quando identitas ſchedulæ ſit probata, vel ex com-
paratione litterarum, vel alijs legitimis inditijs, &
Bartoli doctrinam ſequuntur *Ruin. conſ.* 193. *nu.* 9.
& 10. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 19. *num.* 12. 16 *&* 17. *lib.* 3.
Clar. in §. teſtam. quæſt. 36. *num.* 2. *Menoch. plures
referens conſ.* 313. *numer.* 45. *lib.* 4. quæ opinio, † eo
3 magis procedit, quoad legata, vt loquitur *Bartol. in
d. l. ſi ita ſcripſero, & per Clar. & Ruin. locis citatis,*
& prædicta confirmantur ex confeſſione partis in
articulis cum iuramento datis, in quibus articulan-
4 tur, † contenta in iſta ſcriptura, & in ſpecie legatū
librariæ legalis factum Cæſari, necnon ſubſcriptio
Cæſaris ſenioris, & licet articulans regulariter non
5 dicatur fateri, tamen † ſecus eſt, quando articuli ſūt
dati medio iuramento, *Caputaquen. deciſ.* 145. *lib.* 1.
in manuſcrip Rot. deciſ. 215. *num.* 2. *coram fel. recor.
Gregor. XV. & per addentes ad eiuſdem deciſ.* 143.
num. 5. *in fine.*

Non obſtat præcipuum obiectum, quod ſit exad-
uerſo circa publicationem teſtamentorum in priua-
6 ta ſcriptura contentorum, † quæ publicatio debet
fieri examinatis teſtibus poſt mortem teſtatoris ſu-
per tenore teſtamenti coram Iudice, & per eum
publicari *l. publicati, vbi gloſ. & Doctor. l. fin. §. ſi
vero vnus C. de teſtam. cum alijs per Cephal. conſ.*
203. *num.* 6. *lib.* 2. *& per Honded. conſ.* 26 *num.* 11.
lib. 2. *Surd. conſ.* 129 *numer.* 25. *lib.* 1. *& conſ.* 414.
num 88. *lib.* 3. quæ diſpoſitio habet locum etiam in
7 Codicillis per priuatam ſcripturam † confectis, cum
eadem obſeruatio in Codicillorum publicatione re-
quitatur *l. fin. C. quæmadm. teſtam. aper. & id tenet
Bald. in d. l. fin. num.* 5. *Iaſ. in d. l. publicati numer.* 9.
Rot. deciſ. 4. *nu.* 2. *par.* 1. *diuerſ. & tradunt Modern.
Auxinat. in tract. de except par.* 3. *tit.* 1. *excep.* 5. *n.* 56
& ſeq.

Quia fuit reſponſum in primis prædicta procede-
re, quando teſtator, coram teſtibus declarauit volū-
8 tatem ſuam ſine † ſcriptura, vel cum ſcriptura, nec
à ſe, nec à teſtibus ſubſcripta, & his caſibus neceſ-
ſe eſt, vt teſtes mortuo teſtatore, deponant de inte-
9 gro tenore teſtamenti, & ſi interim † mortuus fue-
rit aliquis teſtis corruit teſtamentum, vel eius pro-
batio, *vt in ſpecie not. Caſtr. in d. l. publicati nu.* 4.
& ibi Alex num. 1. *C. de teſtam. cum alijs per Hon-
ded. d. conſ.* 26. *num.* 11 *lib.* 2. Sed in caſu noſtro ſcri-
ptura, de qua agitur, fuit dictata à Cæſare teſtatore, &
ab eodem ſcripta, nec non à teſtibus ad hoc rogatis,
qui recognouerunt medio iuramento ſcriptionem
10 Cæſaris, & † propriam, & ſic conſtat de identitate
ſcripturæ, quo caſu non videtur requiri, vt teſtes
deponant de tenore ſcripturæ, ſed ſufficit, quod ſe
11 referant ad ſcripturam, quæ † illis oſtenditur, vel
quod recognoſcant ſubſcriptiones, vel quod depo-
12 nant ſe præſentibus fuiſſe factam ſcripturam, *vt te-
nuit Petrus de Bellapertic. in d. l publicati in princ.
vbi Cyn. num.* 1. ibi vocatis teſtibus, & iurantibus
ita eſſe verum, ſicut ſcriptum eſt, *Caſtrenſ. in princ.
Salicet. num.* 4. *verſ. Quæro* 2. *& eſt de mente Bartol.
in l.* 1. *§ ſi quis neget num.* 4. *ff. quemad. teſtam. aper.
Innoc. in cap. fin. in princ. de fid. inſtr.* vbi quod
13 quando de teſtamento eſt † facta ſcriptura, debet
ad teſtes abſentes mitti teſtamentum, vt cognoſcāt,
an teſtamento interfuerit, *& idem ſenſit ibidem
Bellamer. num.* 24. vbi dicit quando teſtamentum
non fuit ſcriptum per manum tabellionis, verius
14 † eſſe, quod ſufficiat, quod teſtes inſcripti iurent;
quod ita fuit, ſicut in ſcriptura exinde confecta; quæ
eis legi debet, & idem tradit *Abb. ibidem num.* 10.
*verſ. quandoque, & tertio, & alij congeſti per infor-
mantes, & præ cæteris Iaſ. conſ. mihi* 61. *numer.* 14.
15 *lib.* 1. vbi quod quando adeſt † ſcriptura teſtamenti,
non eſt neceſsè quod teſtes deponant de toto tenore
teſtamenti, ſed ſatis eſt, quod teſtes ſe referant ad il-
lam ſcripturam, licet ſecus eſſet quando de teſtamē-
16 to non adeſſet alia ſcriptura, † & ratio eſſe poteſt,
quia cum teſtes ſe ſubſcripſerunt, videntur tunc de-
poſuiſſe, *vt dicit Bald. in l fin. num.* 21. *C. de edict.
Diu. Adr. tollen.* & quamuis negari non poſſit, ſquin
nonnulli ex prædictis, & alijs Doctoribus loquantur
17 de teſtamento clauſo, quod eſt ignotum † teſtibus
qui ſolum vocati ſunt, vt audirent illud eſſe teſtamē-
tum, quo caſu certum eſt eos non teneri deponere
de tenore teſtamenti, quem ignorant, *Corn. in d. l.
public num.* 16. *C. de teſtam. Roland. conſ.* 36. *nu.* 16.
in fin. lib. 1. tamen certum etiam eſt, alios loqui ge-
18 neraliter, quando de teſtamento eſt † confecta ſcri-
ptura, & à teſtibus ſubſcripta, quod ſufficiat ijs legi,
vel eos recognoſcere ſcripturam abſq; eo quod de-
ponant de integro tenore, *vt per Iaſ. & alios ſupra
relatos,* aliàs in teſtamento clauſo, & ſecreto dictū
19 Doctorum videtur de indubitabili, † quod teſtes
non teneantur deponere de tenore, quem penitus
ignorant *l. quod labeo ff. de Carbon. edict.*

Nec obſtare videbatur quod Cęſar non ſe ſubſcri-
pſerit ad auctorizandum, vel approbandum Codi-
cillum, vel donationem cauſa mortis, ſed rogaue-
rit teſtes ad ſe ſubſcribendum ad faciliorem proba-
tionem, quia quicquid ſit dicendum de intellectu
iſtorum verborum, de quo erit poſtea agendum in
articulo principali, hactenus ſæpè diſcuſſo, & non
reſoluto, pro nunc ſatis eſſe videbatur, quod iſta
20 verba ſupponunt † aliquid probandum, & ſic exiſtē-
tiam voluntatis teſtatoris circa legatum, de quo
agitur, cum non entis nullæ ſint qualitates *l. eius qui
in Prouincia ff ſi cert. pet.* quamuis teſtator noluerit
ſe reſtringere ad Codicillum, vel donationem cauſa
mortis, & addebatur conſiderandum, quod teſtes
21 fuerunt rogati, † quos regulariter in vltima volun-
tate præter teſtamentum rogari non eſt neceſsè,
l. vltima in fin. vbi Doctor. C. de Codicill & tamen
22 ille rogitus † eo magis enixam voluntatem teſtato-
ris ſignificat, vt ſua diſpoſitio ſubſtineretur. Et li-
cet rogaſſe ſe dixerit ad ſubſcribēdum ad faciliorem
probationem, tamen, & hoc conſulto factum, & di-
23 ctum à viro perito, credendum eſt, † qui optime
ſciret teſtium ſubſcriptionem in teſtamento, vel alia
voluntate nuncupatiua non requiri. Imo nec ſcri-
24 pturam quidem niſi ad faciliorem † probationem
*gloſ. in l. hac conſultiſſima §. per nuncupationem in
verbo ſine ſcriptura, & ibi ſequuntur Doct. C. de
teſtam. cum alijs per Honded. conſ.* 77. *num.* 17. *lib.* 1.

Seraphin.

Seraphin. decis.623. numer.6. & fuit dictum in Romana Testamenti coram Cardinali Sacrato, quæ est decis.336.num.3.post 2.volum.cons. Farinac.

Præterea ad obiectum supra positum fuit etiam responsum, plerosq; testes etiam deponere de tenore scripturæ, de qua agitur, & duo priores videlicet Vitalis, & Decius optimè † deponunt tum de tenore, tum de præsentia, & subscriptione aliorum testiũ & ipsius Cæsaris Testatoris. Tertius Gaspar examinatus vigore litterarum remissorialium optimè
26 etiam † deponit de tenore in substantia, quod sufficit *secundum Ias.in d.cons.61.numer.5.lib.1.* sicut etiam quoad legatum, de quo agitur, deponit Constantinus quartus testis, Syluester verò quintus testis, licet explicitè non deponat de tenore, tamen deponit se rogatum à Cæsare, vt esset testis quidam suæ voluntati, & quod subscriberet in fol.in quo se præsente erant alij subscripti, & ostenso sibi folio, & cruce, quam testis in eo fecerat loco subscriptionis, cum nesciret scribere recognonit identitatem folij, & crucis, & cum iste testis esset mortuus, non potuit denuò examinari super tenore, & nihilominus vi-
27 detur sufficere, † quod quinque testes verè fuerint præsentes, & subscripserint. *Seraph.decis.381. nu.7. vers. Quia &c. & in puncto decis.1302. nu.4.& 5.*
28 & ad hunc effectum, quod † scriptura testamenti sit in forma probanti, vel mereatur fidẽ sufficere, quod duo saltem testes testamentarij deponant de tenore, & vocent se incontestes, & nominent alios ex de-
29 scriptis † prout in hoc casu, & quod magis est etiã ad effectum probandi institutionem hæredis *fuit firmatum in causa Tiburtin. hæreditatis 17. Februarij 1620. coram R.P.D.Buratto.*

Nec obstare videbatur, quod iste quintus testis pro recognitione non fuerit examinatus, citatis Patribus Iesuitis, quia fuerit examinatus citata Societate Sanctiss. Anuntiatæ hærede vniuersali, ad quam
30 pertinet solutio legati, de quo † agitur, & tunc tẽporis domus professa Iesuitarum non erat in causa nec diuinari poterat de eius interesse, ideo Domini
31 putabant substineri examen citato hærede † cuius principaliter interest *iuxta Doctrinam Castrens. in d.l.publicati sub num.3.C.de testam.* quod sunt citã-
32 di illi, quorum prima causa esset † successionis, si non esset factum testamentum, *& ibidẽ Corn.n.14. Sicard.num 4.Salic.ibidem numer. 6.* vbi quod sunt
33 citandæ personæ certæ, non autem † incertæ, quales erant Iesuitæ tempore dicti examinis, *& idem sensit Roland. d.cons.36.num.11.& 12. lib. 1.* & facit illa
34 conclusio quod sufficit citatio hæredis instituti, vt præiudicetur substitutis, & legatarijs *Roland. cons. 92. num.15.& seq.lib.4.& latè defendit Pinell. in l.1.num.49 part.3.& post eum Peregr. de fideicom. art.53.num.52. vers.sed quod his &c.*

Postremo placebat, quod in omnem euentum hic agitur de reuocatione, seu ademptione legati integræ librariæ prius facti PP. Iesuitis in testamento,
35 quo casu ad probandam † ademptionem sufficiunt duo testes omni exceptione maiores quales, sunt primus, & secundus, *Bald. cons.28.lib.3.quem sequitur Ludouic.concl.24.vers.ampliatur quarto Simon de Pret.cons.144.num. 56. & latè comprobat informantes.*

Quod Gaspar nuper in partibus examinatus fue-
36 rit sine citatione ad videndum iurare, † & fuerit examinatus à Notario, non autem à Iudice, & sine mandato ipsius Iudicis in facto non subsistit, vt fuit ostensum.

Aliæ obiectiones circa hunc, & alios testes visæ
37 sunt satis leues, nec respicere † substantialia, in quibus sufficit testes esse concordes *cap.dudum vbi glos.in verbo substantia, de conuers.coniug. Ias.*
38 *d cons.61.sub nu.5.lib.1.* & tritum est testium † dicta esse coadiuuanda, non autem cauillanda, *Seraph. decis.241.num.3. & decis. 1083. num. 6.* ex quibus
39 omnibus simul iunctis Domini concluserunt † scripturam de qua agitur esse in forma probanti.

Et ita fuit decisum &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Regien. Iurispatronatus.

Vener.10. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

De Iurispatronatus existentia nullatenus dubitandum est, quando illud probatum apparet ex fundatione, & dotatione, quod erigitur cum consensu, & auctoritate Ordinarij, & suum est sortitum effectum ex pluribus præsentationibus subsecutis, nam & iste sit præcipuus modus probãdi iuspatronatus, & ex quibus etiam alijs probationibus illud possit doceri. Sũpto de sumpto nulla fides in iudicio solet adhiberi, quod procedit etiamsi illa scriptura, ex qua illud fuit exemplatum, fuerit solemniter extracta, & habeatur pro originali, & quamuis sumpto de sumpto adhibeatur plena fides concurrentibus adminiculis, tamen id procedit concurrente etiam obseruantia, alias ista opinio non procedit. Transumptum ex originali ad hoc, vt probet, quidnam requiratur &c.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus præcipua probatio, quæ sit.*
2 *in Iurepatronatus antiquissimo quando sumus, illo stante obseruantia, præsumitur concursus omnium solemnitatum, quæ de iure solent desiderari.*
3 *Præsentationes solæ effectuatæ supra cẽtum annos, sufficiunt ad probãdum iuspatronatus ex fundatione, & dotatione.*
4 *Iuspatronatus illis dicitur spectare, quibus tenor fundationis conuenit.*
5 *ad Iuspatronatus prætendens se esse vocatum sufficit probare, se esse descendentem ab illis, qui sũt in quasi possessione præsentandi.*
6 *Filius alicuius, quod quis sit, probari potest ex testamento patris, in quo vti filius instituitur hæres.*
7 *ex Resignationi solo consensu præstito, sequitur effectus quasi possessionis præsentandi prout ex ipsa met præsentatione oritur.*
8 *Relato est standum, non autem referenti diuersum tenorem.*
9 *Iudicis remissorialis extractio scripturarum dicitur nulla, si facta fuerit postquam expirauit eius iurisdictionem.*
10 *Sumptum, quando est de sumpto, tunc ei non solet fides adhiberi in iudicio.*
11 *Sumpto de sumpto non adhibetur fides in iudicio, licet illud sumptum, à quo sumpta est scriptura, fuerit solemniter factũ, & habeatur pro originali.*

12 *Scri-*

12 *Scriptura solemniter extracta ex originali habetur pro ipso originali.*

Sumpto ex originali adhibetur quidem plena fides, sed non vt ex eo possit aliud exemplum extrahi num. 12.

13 *Scriptura solemniter extracta ex originali, licet habeatur pro originali, & probet, non tamen de illa Notarius potest dare exemplum, & quid requireretur ad hoc.*

14 *Notarius habens publicam auctoritatem extrahēdi instrumenta Notariorum mortuorum, vel scripturarum de Archiuio,*

Tunc earum sumptum auctorizando, tam eis tanta fides est adhibenda, quàm si essent originale.

15 *Text. in cap. cum P. Tabellio de fid. instrum. Osasc. dec. 69. n. 5 Caputaq. decis. 244. part. 2. & dec. 639. num. 7. par. 2. recent. quo casu loquantur.*

16 *Sumptum de sumpto concurrentibus adminiculis plenè probat.*

17 *Sumptum de sumpto nec concurrentibus adminiculis plenè probat, quando deficit obseruantia.*

18 *Bart. doctr. in l. Prætor ait §. quod si, instrumentū ff. de edendo, quando intret. & nu. 19.*

20 *Literarum cōpulsorialium vigore, tenores instrumentorum originalium Iudicibus referuntur, & fides præstatur.*

21 *Originale transumptum, vt probetur validum, debent doceri adesse requisita cap. fin. de fid. instr.*

Ac inter alia requiritur citatio eorum, qui tunc lædi poterant.

22 *Quæ solemnitas certè remitti non potest, maximè dum alicui est ius quæsitum.*

23 *Præiudicium alicuius in exemplatione sumpti ex originali, quando dissimulari non possit.*

24 *Solemnitates omnes in trāsumptione alicuius scripturæ stante cursu 100. annorum præsumuntur interuenisse, & hoc intellige stante obseruantia aliàs secus.*

25 *Præsumptio cedere debet veritati, & maximè quādo præsumptio orta fuit ex antiquitate temporis.*

26 *super Identitate fundans intentionem suam debet illam plenè probare.*

27 *Testamentorum pluralitatem allegans habet cōtra se præsumptionem iuris.*

28 *ad Iurispatronatus probationem sufficiunt erectio, consensus Ordinarij, & effectuatio.*

29 *Identitatis probatio suppleri potest ex adminiculis, & coniecturis.*

30 *ad Identitatem necessario non infertur, dum de pluralitate testamentorum apparet.*

31 *Testamentorum pluralitas sufficienter probatur ex diuturna obseruantia, et consensu interesse habentium num. 32.*

33 *Iurispatronatus erectio, et fundatio ex quibus redditur indubitabilis.*

34 *Scriptura illa est attendenda, cuius tenor cum obseruantia concurrit.*

35 *Veritati non est præiudicandum, et maximè ab illis, qui habent interesse in causa.*

36 *Iure proprio, quis vtendo, dicitur id facere vt fruatur iure suo, vt non vt alijs præiudicium faciat.*

DECISIO DXXXIV.

CENSVERVNT DD. constare de Iurepatronatus, de quo agitur, & spectare ad Cantarellos.

Patronatus enim probatur ex dispositione Francisci Ardizoni, in cuius executionem Hieronymus frater testatoris, & Procurator Franciscæ matris, & hæredis eiusdem Francisci comparuit coram Vicario Regiē. & obtulit plura bona pro dotatione Cappellæ, & beneficij erigendi, qui Vicarius beneficium erexit de anno 1461. mense Augusti; Vnde dubitari non potest de illius existentia: quia iste est præci-
1 puus † modus probandi iuspatronatus ex fundatione, & dotatione, quod erigitur cum consensu, & auctoritate Ordinarij, & suum est sortitum effectum, vt hic ex pluribus præsentationibus subsequutis, *Seraphin. decis. 1232. num. 1. & seqq. Rot. decis. 517. num. 2. par. 1. recent. & decis. 167. nu. 4. p. 2. diuers.* sequendo Decreta Tridentini *sess. 25. c. 9. de reform.* nec quidquam refert, quod sola auctoritas Vicarij, & non Ordinarij interuenerit, cum versemur in tempore antiquissimo ab anno scilicet 1491. cum obser-
2 uantia subsequuta, † quod sufficit ad præsumendum concursum omnium solemnitatum, quę de iure solēt desiderari, *Rot. decis. 545. num. 2. & decis. 597. nu. 9. par. 1. diuers.* quinimo solæ præsentationes effectua-
3 tæ supra centum annos, † prout in præsenti concurrunt sufficerent ad illius probationem ex fundatione, & dotatione, *Dec. cons. 174. num. 4. Seraph decis. 1141. num. 1. Rot. decis. 674. num. 2. par. 2. recent.*

Spectare autem ad Cātarellos etiam probatur ex actu ipsius erectionis, & fundationis, in quo Hieronymus narrando tenorem legati asserit formalia verba, patronos autem eiusdem in perpetuum, & in infinitum eligens, & esse volens primo Magnificum D. Hieronymum eius Fratrem, quoad vixerit, & post eum Hæredem in testamento descriptum, & eius hæredis filios, & descendentes in perpetuum, & cum Hieronymus, & Raphael de Cantarellis nūc agentes descendant ab Antonia filia, & cohærede dictæ Franciscæ Matris, & Hæredibus Francisci de Ardizonibus fundatoris, aut saltem probent se descendere ex Luca, qui vna cum Hieronymo eius fra-
4 tre resignationi consenserunt de anno 1560. † ad eos vtique spectare dicendum est, pro quibus tenor fundationis loquitur, *cap. recepimus, de priuileg. l. ad probationem, C. de probat. Barbat. cons. 33. nu. 8. Bald. in l. 2. nu. 1. in fin. C. de in ius vocan.*

5 Quod autem descendant saltem ab ijs, qui sunt in possessione † præsentandi, & sufficiat secundum opinionem, quam seruat Rot. *vt in decis. 146. numer. 1. & decis. 274. num. 8. par. 2. recent. & in Baren. Beneficij 1. Iulij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo,* probatur: quia ex Luca descendit Ioseph, qui fuit pater eorundem Hieronymi, & Raphaelis, prout indicāt duæ enunciatiuæ instrumentorum, quæ dantur, & quod melius probant testes dati in Summ. num. 9. & quod
6 ipsi procreati fuerint ab ipso Iosepho, † probatur ex testamento eiusdem Iosephi, in quo hæredes instituuntur, qui actus tanquam proportionabilis filiationi solet probare, *Ruin. cons. 53. num. 6. lib. 5. Rot. in Romana Domus 2. Iunij præteriti corā R. P. D. meo Vbaldo,* neque dubitari potest quin ex solo consen-
7 su resignationi † præstito, sequatur effectus quasi possessionis præsentandi, prout ex ipsamet præsentatione oritur: quia hoc resolutum patet in pluribus decisionibus, *vt in Vicen. Beneficij 16. Ianuarij 1608. coram Sanctiss. & in Mediolanen. Iurispatronatus 4. Nouembris 1609. coram Episcopo Atrebaten.*

Neque

Neque obstat testamentum per Ardizonos, & cõsortes productum sub rogitu Gabrielis Bonzagni 25.
8 Aprilis 1479. cui vti relato in fundatione † dicebatur esse standum, non autem Hieronymo referenti diuersum tenorem, *Dec. cons. 63. num. 6. par. 1. diuers.* & per consequens ad Ardizonos Iuspatronatus spectare, vti descendentes Iorij in eodem vocatos, non autem ad Cantarellos descendentes Franciscę hæredis in fundatione enunciatos.

Quia fuerunt datæ plures responsiones &

Primò, quod super dicto testamento non possit constitui fundamentum, cum non fuerit exhibitum in forma probanti, nam neque actus extractionis est validus propter defectum Iurisdictionis Iudicis re-
9 missorialis, † cuius auctoritas tempore extractionis iam expirata erat secundum supputationem temporum, *cap. licet de offic. deleg. cap. licet, de probat. Lancell. de attent. par. 2. cap. 7. nu. 34. & 35.* neque validè extractum releuaret; quia sumptum est de
10 sumpto, † cui in Iudicio non solet fides adhiberi, *l. 3. C. de diu. rescript. l. procurator. C. de eden. Dec. in auth. si quis in aliquo, numer. 8. C. de eden. Couaru. pract. quæst. c. 21. vers. secundo hæc exemplatio Caputaquen. decis. 234. par. 3. incipit sumptum Bullæ*, nec refert quod primum transumptum, à quo sum-
11 pta est copia producta, † fuerit solemniter factum, & habeatur pro scriptura originali: quia nec etiam fidem facit secundum veriorem, *de qua per Castren. in d. l. 3. C. de diu. rescript.* asserentem scripturam haberi pro originali quantum ad hoc, vt illis fides in-
12 dubitata adhibeatur; † sed non, vt ex ea possit exẽplum extrahi, & illum sequuntur *Dec. in d. auth si quis in aliquo, num. 30. C. de eden. & Cagnol. ibidem nu. 53. & Rot. alijs relatis coram Sanctiss. dec. 432. num. 3. et decis. 550. num. 1. idem firmat reiecta opinione Bart.* vbi respondetur etiã *ad c. fin. de fid. inst.* & ad alia adducta ad probandam scripturam transũpti validè extracti à suo originali plenè probare: quia ex eo quod habeatur pro originali, & probet, non
13 non tamen potest † Notarius dare exemplum; sed pars debeat cum eisdem solemnitatibus aliud exemplum leuare ab originali, prout docet *Castr. in d. l. 3. C. de diu. rescript.* & quamuis Notarius habens auctoritatem à Principe, vel à lege, vel ab alio Superiore exemplandi instrumẽta Notariorum mortuo-
14 rum, vel scripturarum † de Archiuio exemplando copiam taliter auctorizet, vt illi sit præstanda fides, ac si esset originale: attamen *c. cum P. Tabellio, de fide instrum. Osasch. decis. 69. num. 5. Caputaquen. decis. 44. par. 2. Rot. in recent. decis. 639. numer. 7.* & alij qui allegantur pro ista conclusione loquuntur
15 de Matrice, & originali, † non autem de transumpto, quod de iure non potest exemplari; nec obiectũ potest euitari ex adminiculis in facto põderatis: quia
16 etsi illis concurrentibus † sumptum sumpti plenè probet, *Caputaq. dec. 234. par. 1. Put. dec. 210. lib. 2. Rot. in Segobien. Habitus 28. Ianuarij 1613. coram Card. Sacrato*, attamen cessante obseruantia, de
17 qua dicetur in tertia responsione, non † sufficiunt ad supplendum defectum formæ probantis.

18 Cæterum si etiam attenderetur † doctrina *Bart. in l. prætor ait, §. quod si instrumentum, ff. de eden.* quod quando originale transumptum non possit portari ad Vrbem: quia fortè in Archiuio, vel penes Notarium laicum, & si produceretur exemplum,
19 vt hic non probaret; eo † casu Iudex mittere debeat ad locum sufficientes personas, quæ videant illud originale, & de eius effectu, & substantia fidem referant Iudici, quod videtur conuenire effectui litte-
20 rarum compulsorialium, quarum † vigore tenores originalium Iudicibus referuntur, & fides præstatur *Rot. in antiq. decis. 43. de probat. Seraph. decis. 1028. in princ. Rot. in recent. decis. 18. num. 2. et 679. nu. 4. part. 2.* adhuc tamen originale transumptum non
21 probatur † validum secundum requisita, *c. fin. de fid. instr.* deficit enim citatio eorum, qui tunc lædi poterant, nempè Antoniæ, & Catharinæ filiæ q. Marga-
22 ritæ, quibus vti hæredibus Franciscæ erat † ius quæsitum ex fundatione, & enunciatione facta per Hieronymum, quæ tanquam certe non poterant omitti *Bald. in l. 2. num. 6. C. de testam. Felin. in d. cap. fin. numer. 6. de fid. instrum. Missign. cent. 6. obseru. 73. num. 19.* maximè quia existentia, & præiudicium
23 † dictarum fœminarum dissimulari non poterat ex vicinitate temporis, dum præsentatio ab eisdem fuit facta de anno 1505. exemplatio autem facta fuit de anno 1508.

Non obstat, quod ex decursu temporis centum
24 annorum, & vltra à die primi † transumpti præsumatur omnes solemnitates interuenisse, *Felin. in c. illud, num. 5. vers. et pro istis, de præsumpt. Aret. cõs. 36. num. 6. Grauett. de antiq. temp. par. 3. §. vidimus in genere, num. 20. Couarr. pract. quæst. cap. 20. n. 7. cum alijs allegatis*, quia conclusio est vera, sed dum non constat de obseruantia contentorum in testamento, vt infra dicetur, & ex productione illius
25 apparet factum † absque citatione, tunc cessat præsumptio oriens ex antiquitate temporis, *Castr. bene declarans vtramque partem, cons. 202. per totum par. 1. Dec. in auth. si quis in aliquo, num. 24. C. de eden. et cons. 564. num. 13. Felin. in cap. sicut, nu. 33. de sent. et re iud.*

Secundò principaliter fuit dictum, quod cum Ardizoni prætendant Franciscum decessisse cum testamento, de quo agitur, & fundant illorum intentio-
26 nem † super vnitate, & identitate ad probandum diuersum tenorem, debent illam probare, *Bart. in l. 1. num. 2. C. si vnus ex pluribus appell. Crau. cons. 112. num. 4. Menoch. præsumpt. 15. numer. 3. lib. 6.* nec dici potest, quod Cantarelli allegant pluralita-
27 tem testamentorum, † & eo casu habent contra se præsumptionem, *ex alleg. per eundem Menoch. in d. præsump. 15. num. 6.* & ipsis onus probandi incumbat: quia fundant se in erectione, & consensu Ordinarij, & effectuatione, quæ sufficiunt ad proba-
28 tionem † patronatus, vt iam dictum est, non autem in productione testamenti relati in fundatione, ideo quo opus non habent pro implenda eorum probatione.

29 Neque ex coniecturis, † & adminiculis, cum quibus potest suppleri probatio identitatis *secundũ Bart. in l. demonstratio falsa, num. 14. ff. de cond. et demonstr.* videtur satisfactum probationi, de qua agitur: quia omnes coniecturæ ponderatæ, non repugnant dispositioni enunciatæ in erectione, quoad substitutionem descendentium ab hærede nominato in testamento, & dum apparet de duplici tenore,
30 & substantia, † tunc necessario ad identitatem non infertur, neque pluralitas excluditur, *Felyn. in cap. cum Ioannes, num. 8. de fid. instr. et alij relati ab eodem Menoch. de præsump. 15. num. 11.*

Demum fuit responsum diuersitatem testamentorum,

31 torum, & sic pluralitatem sufficienter † probari ab ipsa obseruantia, dum per annos ferè centum Rectores fuerunt præsentati à Cantarellis descendentibus à Francisca hærede testatoris iuxta fundationẽ, & qualitates in ea narratas, nam de anno 1505. Antonia hæres Francisci, & Catherina filia Margaritæ cohæredis Antoniæ præsentarunt Io. Ludouicum Cantarellum possessione subsequuta, de anno 1560. præuia resignatione eiusdem Io. Ludouici fuit proui-
32 sus Lucas accedente † consensu Hieronymi, & Lucæ de Cantarellis hæredum Franciscæ mediante persona antecessorum suorum, de anno autem 1604. per obitum Lucæ fuit præsentatus Manfredinus ab Artemisia matre, & tutrice Hieronymi, & Raphaelis de Cantarellis nunc agentium, ex quibus dubita-
33 ri non potest, quin constet obseruatam † fuisse erectionem, & fundationem in personas hæredum, & effectuatam ex prouisionibus per obitum prouisorũ secundum rationes *Oldrad. cons.229.* sæpissimè per Rotam receptam, & ea attenta, testamento in fun-
34 datione cum suis qualitatibus enunciato, † non autem alteri cũ diuerso tenore producto erit fides adhibenda, *Crau. cons.*101. *num.*4. *Seraph. decis.*928. *num.*2. & 980. *num.*15.

Nõ obstat, quod prima præsentatio de anno 1505. non releuet, dum & ipsæ sorores essent substitutæ post mortem Hieronymi etiam in testamento per Ardizonos producto, consensus autem resignatio-
35 nis præstitus de anno 1560. emanauerit ab eisdem Cantarellis interessatis, à quibus veri patroni non possunt præiudicari, *Rota coram Sanctiss. decis.*77. *num.*5. *cum alijs allegatis.*

Quia si ambæ sorores, nempè Antonia, & Margarita filiæ, & hæredes Franciscæ præsentassent, obiectum esset considerabile, sed Catherina simul præsentauit, quæ est filia hæredum hæredis, quod conuenit cum erectione, non autem cum testamento producto per Ardizonos, & inde cessat secunda ratio
36 de interesse † consentientium, quia magis vtendo iure proprio videntur consensisse, quam vt alijs præiudicium inferrent. Et ita &c.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Spolij domus.

Veneris 10. *Maij* 1624.

ARGVMENTVM.

Sententia reintegratoria ad possessionem, quando saluari non possit à nullitate, & iniustitia. Sententia si sit nulla respectu vnius ex socijs collitigantibus, puta, quia ille non fuit citatus ad sententiam, erit quoque nulla, quoad omnes, & hoc ratione indiuiduitatis sententiæ. Sententia est nulla si lata sit non facta transportatione actorum, & sic per Iudicem non visis actis probatorijs, prout est necesse. Spolij actio vt præscribatur satis est lapsus 30. annorum, & tunc requiritur tempus 40. annorum, si ageretur contra Ecclesiam, alias contra priuatum sufficit prædictum tempus 30. annorum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum apprehensionis possessionis plenè probat etiam ad effectum manutentionis.*
2 *Reintegrari se ad possessionem petens, fatetur aduersarium possidere.*
3 *Iudex, dum ritè, & rectè procedit, valens est priuare possessorem sua ciuili, & naturali possessione.*
4 *Sententia lata absque citatione interesse habentis nulla est.*
5 *Sententia cum sit indiuidua, ideo omissio citationis quoad vnum, qui habet æquale interesse cum alijs qui fuerunt citati, operatur nullitatem, quoad omnes.*
6 *Sententia est nulla, dum lata fuit absque transportatione actorum.*
7 *Sententia est iniusta non visis actis probatorijs per Iudicem.*
8 *Possessor non est remouendus, dum Iudici non apparet de iniustitia suæ possessionis.*
9 *Actio spolij remanet præscripta spatio 30. annorum.*
10 *ad Spolium præscribendum requiritur spatium 40. annorum.*
11 *Quod tamen intellige, quando agitur contra Ecclesiam, secus vero, si inter priuatos, quo casu sat est spatium 30. annorum.*
Decisio 97. part. 1. recent. loquitur in casu spolij quando agitur contra Ecclesiam, & ideo non intrat, dum agitur contra priuatum.
12 *Mandatum relaxatum dicitur iniustum ratione excessus.*

DECISIO DXXXV.

CVM de anno 1587. fuerit relaxatum mandatum ab A.C. ad instantiam Grippæ creditricis Octauij Ferri, & illius vigore facta exequutio super quadam parte domus ad dictum Octauium spectante. Superuenit postea de anno 1589. Prudentia altera creditrix dicti Octauij, & aliorum fratrum de Ferris, & in vim sui crediti fecit exequutionem super tota dicta domo, & illa per viam subhastationis fuit deliberata Comiti Santinello, ob quam executionem vti factam non citata Grippa possessore, Florenti successores dictæ Grippæ intentarunt iudicium spolij contra d. Comitem Santinellum, & in Rota vigore trium sententiarum conformium obtinuerunt mandatum de reintegrando, quo exequuto deinde Alphonsus Ferrus hęres prædicti Octauij intentato altero iudicio spolij coram A. C. contra Florenos obtinuit pariter mãdatum de reintegrando, à quo cum fuisset pro parte dd. de Florenis infra legitima tempora appellatum, & à Signatura commissa causa in Rota cum facultate manutenendi quem de iure, fuit coram me dubitatum cui esset dandum mandatum de manutenendo, & DD. dixerunt dandum esse Florenis, quia de illorum anteriori possessione constat non solum ex instrumento apprehensionis in vim
1 mandati † Rotalis, quod sine dubio plenè probat etiam ad effectum manutentionis, *iuxta text. & in l. prædia. ff. de acquir. poss. Menoch. de retin. remed.* 3. *num.* 575. *Rota decis.* 506. *nu.* 1. *par.* 1. & *decis.* 62.
2 *num.* 1. *par.* 2. *diu.* sed etiam ex monitorio † per partem producto, in quo dum petit se reintegrari ad possessionem fatetur sine dubio dictos Florenos possessores, *Menoch. de retinen. remed.* 3. *num.* 596. *Rota decis.* 802. & *decis.* 661. *nu.* 2. *par.* 1. *in rec.* & *coram san. mem. Greg. XV. decis.* 200. *num.* 2.

Non obstat sententia reintegratoria obtenta per
3 Alphonsum Ferrum, ex qua, si iusta, & valida fit † dicuntur priuati Floreni sua anteriori possessione naturali,

turali, & ciuili, iuxta Mobed. decis. 4. num. 4. de restit.
4 *spol.* quia fuit responsum respectu validitatis † fuisse nulla ex defectu citationis Barnabæ alterius ex fratribus de Florenis possessoris pro indiuiso vna cum
5 alijs, cuius omissio † operatur nullitatem sententiæ etiam quoad omnes alios citatos pro indiuiso possidentes *Gabr. cons. 56. n. 18. lib. 1. Rota decis. 451. numer. 6. & par. 2. recent. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 319. num. 1.*

Quo vero ad illius iustitiam, DD. visum fuit sententiam esse iniustam, tum ex non facta transporta-
6 tione † omnium actorum subhastationis, & deliberationis, sine quibus propterea Iudex dicitur con-
7 cessisse dictum mandatum de reintegrando † non visis actis, ex quibus facile poterat iustificari creditum Grippæ, & ideo cum hoc non iustificetur, vel debeat
8 iustificari per † Ferros, non debent interim Floreni amoueri ab eorum possessione, tum quia cum à die factæ exequutionis essent lapsi plusquam 30. anni,
9 non competebat † amplius Ferris actio spolij, sed illa dicebatur per dictum tempus præscripta, iuxta *decis. Seraph. 1360.* Nec obstat quod requiratur ad
10 † minus spatium 40. annorum ad præscriben. aduersus spolium, *vt in dec. 97. par. 1. recent.* quia dicta
11 decisio loquitur quando agitur † contra Ecclesiam secus vero inter laicos, inter quos sufficit dictum tempus 30. annorum, iuxta dictam decisionem Seraphini, quam Rota sequitur vt in illa *Romana prætensi spolij 2. Iunij 1614. coram D. Verospio, quæ est inter impress. post tract. de saluia. 68. num. 6.*

Tum etiam quia fuit concessum dictum mandatũ de reintegrando dicto Alphõso Ferro agenti ex persona Octauij ad totam domum, & tamen Octauius erat Dominus tantum quintæ partis domus delibe-
12 ratæ, † vnde respectu istius excessus fuit quoque mandatum iniustum.

Ex quibus Florenis dandum esse mandatum de manutenendo, fuit resolutum &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Lucana Pensionis,

Veneris 10. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Pensio reseruata sine causa cum expressione certi valoris per ascensum, tunc licet falsitas valoris narrati contingat in obolo, valens est ad annullandam totam gratiam, itaut non sit locus reductioni, tamen id non procedit, quando dicta narratio nullatenus fuit vitiosa, & Papa ex hoc non fuisset aduersatus à concessione dictæ gratiæ, quo casu euitatur nullitas, & admittitur reductio pensionis, & qualiter in his terminis reductio veniat facienda declaratur. Subreptionis vitium eatenus vitiat gratiam, quatenus d. vitium ingreditur gratiam.

SVMMARIVM.

1 *Pensio quando semper saluatur à falsa narratiua, itaut sit locus reductioni.*
2 *Narratiua falsa, quæ nec mouit concedentem, nec est dolosa, non vitiat gratiam.*
3 *Quod procedit etiam quando sumus in rescriptis gratiosis.*
4 *in Puero teneræ ætatis verisimiliter nõ cadit dolus.*
5 *Falsitas quando esset in impetrante gratia.*
6 *in Fructuum medietate beneficia curata non possunt grauari.*
7 *Stylus potest deseruire in declaranda mente Papæ. Stylus solet attendi ad substinendam gratiam, n. 7.*
8 *Clausula non alias aliter, nec alio modo reddit consensum indiuiduum.*
9 *Titularis si consensit reseruationi pensionis, puta 60. ducatorum multo magis consensisset, si pensio esset tantum 40. ducatorum.*
10 *Pensionis reductio cum quibus requisitis Rota aliquando admisit.*
11 *Pensio reseruata sine causa, cum expressione certi valoris per ascensum, tunc si falsitas contingat in obolo, est nulla in totum, nec est locus reductioni, & num. 19. declara num. 20.*
12 *Rota decis. 626. num. 2. par. 1. diuers. quo casu loquatur.*
13 *Cõfessio certæ sũmæ quæ continet quoddam integrale continens certam speciem, qua vitiata in aliquo tota corruit.*
14 *Pensio si sit nulla in obolo tota corruit. Burgen. pensionis 18. Februarij 1585. coram Gyps. quo casu loquatur. num. 14.*
15 *Narrata omnia, si contineant factum proprium supplicantis, impossibilis est probatio erroris.*
16 *in Gratiosis, quælibet falsa expressio cum præsumatur dolosa, vitiat gratiam illico.*
17 *Quæ conclusio recipit interpretationem, vt non habeat locum, quando expressio non est dolosa nec præiudicialis alicui, nec Princeps moueri non poterat ex ea ad denegandam gratiam. & nu. 18.*
19 *Spoletana pensionis 24. Ianuarij 1622. coram bon. me. Vbaldo qualiter sit intelligenda.*
21 *Pensio, quando est reducenda, in qua summa debeat fieri reductio. & num. 24.*
22 *ex Subreptionis vitio eatenus datur infirmitas in actu, quatenus vitium ingreditur actum.*
23 *in Subreptione vires infirmitatis in actu commensurantur quantitate vitij, & eatenus vitium informat, quatenus intrinsicatur in actu, & nu. 24.*

DECISIO DXXXVI.

CVM hæc causa aliàs poneretur die 20. Iunij 1622. * & 14. Iunij 1623. * super iustificatione valoris narrati per Blasium pensionarium in ducatis 220. de Camera, dictum fuit in vtraque positione valorem narratum non probari, quia ducati 220. de Camera narrati excedebant in tertia parte valorem grani, & vini articulati per Blasium, & hac falsitate attenta prætendebat Franciscus titularis pensionem esse nullam, cæterum incidit alia prætensio Blasij, pensionẽ scilicet non etiam posse dici nullam, sed reducibilem cessante dolo, & voluntate contraria Principis, dubio autẽ dato respectiuè ad vtramque prætensionem, An pensio sit nulla, vel reducibilis, Domini responderunt esse reducibilem, determinando etiam quantitatem ad duas tertias partes, scilicet ad ducatos 40. de camera, cum pensio in totum sit ducatorum 60. similium.

Quoad primam partem resolutionis aduerterunt Domini pensionem semper saluari à falsa narratiua,
1 † & esse locum reductioni quantitatis narratæ, vbicũque non aduersatur voluntas Papæ, vel titularis ratione illius præiudicij, hoc enim probatur ratione
2 *c. super litteris. de rescript.* vbi falsa narratiua, † quæ nec mouit concedentem nec est dolosa, non vitiat

3 reſcriptum, quam ad reſcripta † gratioſa exten-
derunt *Innoc. in cap. poſtulaſti. num. 1. de reſcript. Compoſtell. in cap. ſi proponente. nu. 2. eod. tit.* Lap.
alleg. 89. num. 6. & alij alleg. in deciſ. 288. nu. 1. impreß. poſt 2. vol. conſ. Farin. quæ eſt Conchen. beneficij 10. *Maij* 1610. *coram bon. mem. Gard. Sacrato.*

In præſenti autem dolus, per quem Papa potuiſ-
ſet amoueri, neque in penſionario, neque in titulari
poteſt conſiderari, non in penſionario, quia ex lectu-
4 ra litterarum erat † puer teneræ ætatis, in quo veriſi-
militer non cadit dolus, *l. infans. ff. ad l. Cornel. de
ſicar. Calder. conſ. 2. de probat.* non in titulari, quia
5 ſi ſecundum formam illius † mandati fuiſſet obtenta
gratia exprimendo emolumenta, deficiebat falſitas,
alia enim cauſa non conſtat de aduerſa voluntate
Papæ in grauando beneficio, quia attento valore nar-
rato, & inſpecto valore declarato in deciſionibus,
penſio 60. ducatorum non aſcendit ad medietatem
6 fructuum, † in qua beneficia non curata poſſunt gra-
uari iuxta ſtylum Datariæ, de quo atteſtatur *Gig. de
penſ. q. 1. nu. 2. Garz. de benef. par. 1. cap. 5. nu.* 371.
7 qui ſtylus deſeruire debet † pro declaranda voluntate
Papæ non contraria reductioni, & ſolet attendi ad
ſuſtinendam gratiam, *Put. deciſ.* 187. *lib.* 1. *Rota de-
ciſ. 532. num. 4. par. 1. diuerſ. Honded. conſ. 27. nu-
mer. 55. lib. 1.* ſimiliter nec deficit voluntas titularis
ratione illius præiudicij, quia non verſamur in con-
ſenſu reſtricto cum clauſula, non aliàs aliter, nec alio
8 modo, † quæ reddit conſenſum indiuiduum, ex quo
in minori ſumma ſemper deficit conſenſus, ſed in
conſenſu libero cõtinen. maioritatem rationis, nem-
pe ſi conſenſit per ducatos 60. multo magis conſen-
9 ſiſſet per ducatos 40. quæ † eſt minor ſumma, quam
diſtinctionem & declarationem fecit *Rota in deciſio-
ne Monopolitana penſionis* 17. *Maij* 1596. *coram
Orano,* & eam referendo, & regiſtrando ſecutus eſt
Garz. de benef. in par. 1. cap. 5. num. 422. & 424. &
10 cum prædictis requiſitis Rota admiſit † reductionem
penſionis coram *Creſcentio deciſ. 17. de reſcript. in
Toletana penſionis 28. Ianuarij 1591. coram Gypſio
& in d. Monopolitana coram Orano.*

Neque obſtat, quod in penſione reſeruata ſine
cauſa cum narratiua certi valoris per aſcenſum pen-
11 ſio non ſit reducibilis, † ſed nulla in totum, etiam
quod falſitas contingat in obolo, *Rota deciſ.* 626.
num. 5. par. 1. diuerſ. & in Burgen. penſionis 18 *Fe-
bruarij* 1585. *coram Gypſio,* quam ſequuta eſt *Rota
in Spoletana penſionis* 24 *Ianuarij* 1622. *coram D.
meo Vbaldo,* & idem ſentit *Garz. d. par. 1. cap. 5. nu-
mer.* 427.

Quia viſum fuit poſſe euitari earũ rationes, nam in
12 *deciſ. 626. nu. 2.* quæritur, † an confeſſio in maiori
ſumma ſuſtineatur in minori, vel potius ſit indiui-
dua & corruat in totum, & ibi dicebatur per modũ
diſcurſus, quod cõfeſſio certæ ſũmæ continet quod-
13 dam integrale † continens certam ſpeciem, qua vi-
tiata in aliquo, tota corruit, inferendo ad penſionem
14 120. ducatorum, † quæ ſi eſt nulla in obolo, tota
corruit, ſed quis eſſet caſus illius penſionis, non le-
gitur, qui tamen potuit eſſe cum dolo expreſſionis,
vel cum clauſula non aliàs, aliter, nec alio modo, de-
ciſio verò Burgen. penſionis ſupponit impoſſibilita-
15 tem probationis erroris, cum omnia † narrata con-
cernerent factum proprium ſupplicantis, in caſu ve-
ro noſtro error manifeſtus expeditoris patet, dum
omnia contenta in mandato non expreſſit in ſuppli-
16 catione, propterea fundat ſe in † concluſione com-
muni, quod quælibet falſa expreſſio in gratioſis do-
loſa reperiatur, gratiamq. illico vitiet *per cap. 2. de
fil. presbyt. Caſſad. deciſ. 10. nu. 3. de præb. cum alijs
17 allegat. in ea,* quæ † concluſio recipit limitationem,
de qua in *cap. ſuper litteris de reſcript.* quando ſcili-
18 cet doloſa non eſt expreſſio, nec præiudicialis † titu-
lari, & Principem moueri non poterat ad denegan-
dam gratiam, quam Rota recepit in ſuprascripta de-
ciſione *Conchen. beneficij,* & eodem modo reſpon-
detur ad ſecundam partem diſtinctionis, de qua in
Spoletana penſionis, quod regulariter in penſione ſi-
19 ne cauſa purè † reſeruata cum expreſſione certi valo-
ris, ſi non iuſtificatur penſio non eſt reducibilis, ſed
in totum nulla, quia probatis circumſtantijs ſupra-
dictis euitatur nullitas, & reductio eſt admittenda,
20 † quæ circumſtantiæ in illo caſu videri nõ poterant,
ex quo vna tantum parte informante deciſio rema-
nauerat.

Secũda nũc eſt pars reſolutionis reſpiciens deter-
minationẽ quantitatis reductæ, in qua Domini arbi-
21 trati † ſunt de tota ſumma ducatorum 60. demen-
dam eſſe tertiam partem, ſequendo rationem Butrij
in d. cap. ſuper litteris num. 10. de reſcript. vbi dicit
22 quod eatenus datur infirmitas † in actu ex vitio ſub-
reptionis quatenus vitium ingreditur actum, & ſic
vires infirmitatis in actu commenſurantur quanti-
23 tati vitij, & † eatenus vitium informat, quatenus in-
trinſicatur in actu. Vnde cum vitium narratiuæ col-
ligatur in expreſſione tertiæ partis verum valorem
24 † excedentis, vt in deciſione 20. Iunij 1622. fuit di-
ctum, inde vitium reparando commenſuratiuè ad
actum, tertia pars penſionis venit reſecanda &c.

Et ita &c.

☞ *Deciſiones iſtæ in hac eadem cauſa emanatæ ſub
diebus 20. Iunij 1622. & 14. Iunij ſequentis anni
ſunt in præcedenti Tomo deciſiones 414. & 488. vbi
adduxi alias deciſiones in hac cauſa factas.*

R. P. D. REMBOLDO.

Calciateñ Iuriſdictionis.

Veneris 10. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Tractatur in præſenti deciſione, vbinam Epiſcopus ius
reddere teneatur, & in ſpecie ventilatur vbi debeat
cognoſcere cauſas Capitularium, & reſoluitur tàm
ex diſpoſitione iuris communis, quàm Concil. Tri-
dent. poſſe cognoſcere eas in eius domo, vel in ſo-
lito eius Tribunali: Et quid quando Diœceſis eſt
valde ampla, & quid ſi ſint duæ Diœceſes, ſed ſimul
vnitæ.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in quacumque parte ſuæ Diœceſis poteſt
exercere iuriſdictionem.*
2 *Epiſcopus debet ius reddere, in loco honeſto, &
more maiorum.*
3 *Epiſcopus nõ debet iudicare extra territorium ſuũ.*
5 *Epiſcopi maieſtas in iudicando, quando ſalua non
eſſet.*
6 *Epiſcopus, quando quis eſſet duarum Diœceſum,
tunc non poteſt delinquentes in vna Diœceſi ex il-
la prædictos extrahere, & quando id procedat.*

7 Ec-

7 *Ecclesia Calciaten. vnita fuit Ecclesia Calaguritana.*
8 *Ecclesia duæ Episcopales, quãdo fuerunt simul vnitæ, tunc amplius iudicandæ vti separatæ, cum tũc habeantur pro vnica Diœcesi. Nec Episcopus in altera potest cogi retinere Vicarium generalem.*
Diœceses licet sint distincta, aut æquè principaliter vnitæ, tamen quoad Episcopum reputatur vna Diœcesis exemplo Præsidis duarum Prouinciarũ.
9 *Episcopus an possit cogi ad locum litigij accedere, vel delegare alium, quando sumus in diœcesi multum ampla.*
10 *Et quamuis multi Doctores affirmatiuè respondeant, tamen eorum opinio communiter est reprobata.*
11 *Vel de æquitate tantum procedit.*
12 *Episcopus attento iuris rigore in quacumque parte suæ diœcesis iurisdictionem exercere potest.*
13 *Episcopus, vt disponit Conc. Trident. tenetur procedere in causis Capitularium de consilio, & assensu duorum Canonicorum, coram Notario ipsius Episcopi, & in eius domo, & consueto Tribunali.*
14 *Testes vt probent, debent deponere in specie super re, quæ controuertitur.*
15 *Obseruantia debet probari in terminis casus, de quo agitur.*
16 *Dispositio quando alternatiuè loquitur sufficit alterum adimplere.*
17 *Custodiæ reorum qualitas de iure remittitur arbitrio Iudicis.*
18 *Concilium Trident. dum disposuit, vt Episcopus causas Capitularium debeat cognoscere in eius domo &c. de qua domo intellexit.*

DECISIO DXXXVII.

DICTVM fuit causas Capitularium Ecclesiæ Calciateñ, esse cognoscendas in domo D. Episcopi, seu in solito eius Tribunali, Episcopus enim habet fundatam intentionem suam super hoc tàm inspecto iure communi, quàm etiam vigore dispositionis Sac. Concilij Tridentini.

Nam de iure communi Episcopus potest exercere iurisdictionem suam † in quacumque parte, seu loco suæ Diœcesis, *c. cum Episcopus. de off. ordin. in 6. in cap. fin. in verb. diœcesim. de constit. eodem lib.* cum alijs per *Gonzal. super reg. 8. §. 2. proem. n. 35.*

2 Nec obstat, quod Episcopus † debet ius dicere in loco honesto, & more maiorum, & sine incommodo litigantium, vt per *Anchar. in d. cap. cum Episcopus in 2. notab. de off. ordin. in 6. per text. in l. penult. ff. de iust. & iur. & in l. si locus. ff. de iudic.* quia verba illa, more maiorum, debent intelligi, vt
3 † non iudicet extra territorium suum, vt per *Butrig. Bal. & alios in d. l. si locus, & melius Hostiens. in summ. tit. de feud. §. apud quam. num. 13.* vbi quod si
4 Curia deberet audire ad locum delicti, † non iudicaret more maiorum, sed more inferiorum.

Et faciunt ad idem verba *text. in d. l. penult. ff. de iust. & iur.* ibi salua maiestate Imperij, sui neque
5 enim salua esset † maiestas Episcopi, si teneretur in loco subditi ius dicere.

Nec dicatur prædicta locum minimè sibi vindicare, quando vnus, & idem Episcopus est duarum diœcesum, tunc enim non potest delinquentes in vna
6 diœcesi † extra illam trahere, vt latè per *Mandos. cons. 27. nu. 6. vers. tertium caput cumplurib. seqq.* Quia quidquid esset dicendum, quãdo dictæ duæ diœceses essent penitus distinctæ, & Episcopus retineret in vtraque Vicarium generalem, cessat in casu
7 isto difficultas, quia Ecclesia Calciateñ est † vnita Ecclesiæ Calaguritanæ, vt aliàs firmauit *Rota decis. 296. par. 1. & decis. 708. num. 4. par. 2. in recent.* & testatur *Gonzal. ad reg. 8. glos. 5. §. 7. num. 32.* atque ita non versamur in duabus diœcesibus separatis,
8 † nec Episcopus retinet Vicarium generalem in loco Calciatæ, nec adstringi potest, vt Vicarium generalem ibidem retineat, vt in fortioribus fuit resolutum *in Viterbien. seu Tuscanen. Vicarij 13. Mart. 1617. coram R. P. D. meo Caualerio* in qua etiam dicitur quod licet diœceses essent distinctæ, aut æquè principaliter vnitæ, tamen quoad Episcopum reputatur vna diœcesis exemplo præsidis duarum prouinciarũ, *Innoc. in cap. nouit. in fin. ff. de off. leg. Paul. de Castr. Ias. Alexan. Ang. & alij in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. Bar. in l. vnic. nu. 12. C. de Metropolit. Bent. lib. 11.* ac propterea merito dictum obiectum non applicatur.

Nec obstat, quod saltẽ versamur in diœcesi mul-
9 tum ampla, † ideoq. Episcopus non potest cogere subditos ad litigandum in loco longinquo, sed debet vel ipse accedere vbi vertitur litigium, vel alium delegare, *Anchar. in cap. nonnulli num. 5. de rescript. & in cap. cum te in princip. vers. 2. noto. de off. deleg. Anton. de Butr. in cap. sanè in fin. de foro compet. & ibi Ioan Andr. num. 5. & Barbat. in princip. & cap. dilectus. num. 59 & seqq. de rescript. Fel. in cap. vlt. sub num. 2. de iudic.*

10 Quia dicta conclusio † communiter reprobatur à Doctoribus, vt per *Abb. in d. cap sane num. 3. de foro compet. & in d. cap. dilectus. num. 4. de rescript. Rota d. decis. 297. num. 8. par. 2. diuers.*

11 Atque eam de æquitate † tantum procedere dicit *Imol. in dicto cap. sanè de for. compet. & addit. ad Abb. in cap. dilectus il 2. littera G. de rescript.* sicq. attento iuris rigore Episcopus potest in quolibet lo-
12 co suæ diœcesis † exercere iurisdictionem *d. cap. cum Episcopus de off. ordin. cum alijs allegatis.*

Habet etiam Dominus Episcopus fundatam intentionem in dispositione Sacri Concilij Tridentini sess. 25. cap. 6. de reform. quia per dictum Sacrum
13 Concilium expresse disponitur, † quod Episcopus, vel eius Vicarius procedere teneatur in causis Capitularium, de consilio & assensu duorum Canonicorum, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut consueto Tribunali.

Nec obstat, quod solitum Tribunal Episcopi respectu Capitularium Ecclesiæ Calciaten. videatur esse in ipsa ciuitate Calciaten. cum per testes qui dantur summario dicti Capituli num. 4. concludenter probetur, quod Episcopi pro tempore cognouerunt ab immemorabili tempore causas Capitularium, vel per se ipsos, vel per Vicarium, aut alium delegatum in ipsa ciuitate Calciaten. quia dicti testes nõ
14 aperiunt an Episcopus consueuerit † cognoscere causas etiam grauiores in dicta ciuitate, seu tantum leuiores, atque ita cum dicta testium depositio possit verificari in leuioribus delictis Capitulariũ pro quibus non intendit Episcopus trahere dictos capitulares extra dictam ciuitatem Calciaten. non potest illa
15 suffragari ad causas grauiores, quia † obseruantia probari debet in terminis casus, de quo agitur *Bar.*

in l. 1. § hoc interdicto. ff. de itin. actuq. priu. Crauet.
cons. 30. num. 5. Natt. cons. 575. num. 15. Surd. cons.
354. num. 26. Rota coram sanct. mem. *Greg. XV. de-*
cis. 451. num. 7. Tum etiam quia in omnem euentũ,
quod esset probatum, quod Episcopus consueuerit
cognoscere causas etiam grauiores capitularium in
eadem ciuitate Calciaten ; quodq. propterea con-
suetum Tribunal Episcopi respectu capitularium sit
in ipsa ciuitate, nihilominus non videtur arctandus
Episcopus quod debeat cognoscere causas grauio-
16 res in ipsa ciuitate, quia Concilium † disponit alter-
natiuè, quod cognoscantur causæ, vel in domo Epi-
scopi, vel in consueto eius Tribunali, & sic videtur
esse remissum arbitrio Episcopi, cuius est electio, vel
in eius domo, prout magis sibi expedire videbitur,
quod etiam est conforme dispositioni iuris commu-
17 nis, † quia de iure qualitas custodiæ remittitur Iudi-
dicis arbitrio, *Bal. in l. 2. in fin. C. de exhib. reorum.*
Menoch. de arbitr. casu 305. num. 1. & 6. cum alijs
per *Farinacc. de carcer. & carcerat. quæst. 27. nu. 99.*
& seqq.

Nec dicatur quod Episcopus habet etiam domũ
in dicta ciuitate, in qua poterit cognoscere dictas
causas, quia Conciliũ intelligi debet de domo, nem-
18 pe † loco domicilij, vbi Episcopus habitat cum sua
familia, non de domo materiali *ad l. lex Cornelia. §. domum, & ibi DD. ff. de iniur. & fam. libell. &c.*

REVERENDISS. COCCINO.

Balneoregien. Simoniæ.

Veneris 17. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

in Beneficiorum resignatione, quando dicatur commis-sa simonia, & quando non, declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij resignatio, quando est facta ad fauorem alicui, an dicatur simoniaca.*
2 *Renunciatio beneficij, quando est facta in manibus Papæ, cessat omnis simonia.*
3 *in Beneficialibus simonia committitur ex constitutione Ecclesiæ.*
4 *Papa excludit omne vitium simoniæ.*
5 *Simonia non inducitur ex tractatu de renunciando certo modo, qui non est prohibitus.*
6 *Simonia in renunciatione inducitur ex firma pactione.*
7 *ad Simoniam euitandam in resignatione quoad pacta, optima præseruatiua est reseruatio beneplaciti Apostolici, num. 18 20. 22.*
8 *de Simonia reali in resignatione beneficij non potest dubitari, si fuerit facta mediante pecunia, quo stante beneficium dicitur amissum, & incursa excommunicatio, num. 9.*
10 *Simonia, vt concludenter probetur, est necessaria probatio tractatus præcedentis, & conclusio pacti.*
11 *ad Simoniam probandam admittitur etiam socius criminis, quod est speciale in hac materia.*
12 *Quod verum est, quando agitur contra illum, qui simoniam commisit, secus vero si agatur contra tertium.*
13 *Probatio priuilegiata non habet locum nisi contra illum, qui est in dolo.*
14 *Simoniam, vt socius criminis probet, non debet ipse socius muneris.*
15 *Simonia probatur coniecturis, & præsumptionibus, ex quo occultè committi consueuit.*
16 *Quod intellige dummodo sint vrgentes, & reum de crimine conuincentes.*
17 *Consensus præstitus in resignatione retrotrahitur ad diem datæ supplicationis.*
19 *Testes imperiti, si deponant publicè audiuisse resignatarium emisse beneficium, qualiter sint intelligendi.*
20 *Testis aliquis si deponat de aliquo facto, & non ei credatur, ita nec alijs credendum erit.*

DECISIO DXXXVIII.

PAROCHIALIS, de qua agitur, fuit resignata
in manibus Summi Pontificis ad fauorem cer-
tæ personæ cum reseruatione pensionis scut. 40. an-
nuorum, & supplicatio fuit signata octauo Kalend.
Martij. Deinde fuit supplicatum pro extinctione
dictæ pensionis, & supplicatio signata Nonis Mar-
tij. Vnde quæsitum fuit, an huiusmodi resignatio
esset simoniaca, & Domini negatiuè responderunt.
1 Quia † aut prætenditur simoniaca, ex quo est ad fa-
uorem *glos. in cap. ex parte in verbo dimittere, vbi*
DD. de offic. deleg. Cass. ad decis. 2. num. 3. & seq. de
simon. Rot. decis. 46. lib. 2. par. 3. & decis. 96. & 921.
2 *lib. 3. ead. par. 3.* & cum renunciatio † fuerit facta in
manibus Sanctissimi, cessat simonia, vt dicuntur om-
nes DD. prædicti. Aut, ex quo fuit extincta pensio,
& cessat etiam omnis amaritudo, quia cum verse-
3 mur in beneficialibus, † in quibus simonia commit-
titur ex constitutione Ecclesiæ, *Dec. cons. 141. nu. 2.*
4 auctoritas Summi Pontificis † tale vitium excludit
glos. in cap. cum pridem in verbo illicitè, de pact. vbi
Imol. num. 8. latè Dec. loco allegato, & fuit dictum
coram me in causa Oscen. pensionis 27. Iunij 1601.
Aut ex quo ante resignationem fuit actum de pen-
5 sione reseruanda, & extinguenda, & † minus resultat
simonia, quia tractatus de renunciando certo modo
6 non est prohibitus, sed pactio † firma est prohibita,
cap. tum pridem. de pactis, vbi communiter DD.
Caccialup. de pens. q. 19. num. 16 Innoc. in cap. tua
num. 5. in fin. de simon. Quæ maximè procedunt in
hoc casu ex obseruantia subsequuta, cum fuerit su-
per omnibus obtentum beneplacitum Apostolicum.
Vnde inferri potest omnia fuisse gesta ea intentione
7 si S.D.N. placuerit, & ab eo approbatum † fuerit,
quæ est optima præseruatiua, dum tractatur resigna-
tio, vt aduerrit *Fel. in cap. ad audientiam il 2. col. 3.*
num. 3. vers. quid autem. de rescriptis. Anan. in cap.
audiuimus. col. 2. num. 2. de collus. detegen. Butr. in
cap. cum pridem. de pact. et benè Nauar. cons. 48. nu-
mer. 3. lib. 5. de simon. in antiq. quod est in nouis cons.
33. eod. tit.

Sed difficultas videbatur consistere, quia præten-
debatur esse probatum, quod resignatio fuerit facta
mediante pecunia, & quod simulatè fuerit actum de
extinctione pensionis. Vnde videndum est, an ista
8 subsistant, † quia si verè subsistunt, non potest dubi-
tari, quin constet de simonia reali, cum ex vtraque
parte fuerit adimpletum, *ex ad l. per Nauar. in*
Man. cap. 23. num. 104. & seq. Vgolin. de sim. lib. 5.
cap 5. num. 1. vers. altera est, & seq. Io. Valer. de dif-
fer. inter for. for. & conscient. in verb. simon. differ.
9 6. & ideo beneficium esset amissum, † & incursa ex-
com-

communicatio, *iuxta Extrauag. cum detestabile, de simon. & Constitutionem san. mem. Pij V.* quare punctus difficultatis consistit in eo, an prædicta probentur.

In quo articulo, pro faciliori resolutione præmittendæ sunt duæ conclusiones. Altera est, quòd ad
10 constituendam probationem † concludentem simoniæ, est necessaria probatio tractatus præcedentis, & conclusio pacti, *cap. Aitaldus 8.q.3. cap. quam pio verbo postmodũ 1.q.2. DD. cõmuniter in c. venies il 1. de test. Dec. cons. 118. num. 4. Paris. cons. 30. numer. 21. lib. 4. Alciat. cons. 3. num. 20. lib. 1. Put. decis.*
11 *167. lib. 2. in nou.* & ad hanc simoniam † probandã admittitur etiã socius criminis, quod est in hac materia speciale *cap. 1. de test. in 6.* quod est verum,
12 quando agitur contra † illum, qui simoniam commisit, secus vero si agatur contra tertium. Et ratio est,
13 quia † priuilegiata probatio, qualis est ista, non habet locum, nisi contra illum, qui est in dolo, *Alciat. in punct. cons. 2. num. 8. Farin. in prax. q. 43. nu 53.*
14 *& seq.* & ad hoc vt socius † criminis probet, non debet esse etiam socius muneris, quia eo casu non probaret *cap. veniens il 1. de test.*

Altera conclusio est. Quod simonia probatur e-
15 tiam coniecturis, & præsumptionibus, † ex quo occultè committi consueuit, *cap per tuas. cap. sicut, vbi Innoc. nu 1. Abb. num. 3. de simon. cap. 1. de test. in 6. Aym. cons. 122. num 7.* dummodo tamen conie-
16 cturæ † sint vrgentes, & reum de crimine conuincentes, *cap. euidẽtia de accus. Alex. de Neu. cons. 64. num. 4. Felin. in cap. super his num. 12. de accusat. Caputaq. dec. 202. per tot. lib. 1. & pluries dixit Rota in decisionibus allegatis coram bon. mem. Cardin. Blanchetto in causa Romana, seu Ispalen. simoniæ 7. Februarij 1596.* quæ habetur post secundum *volum. cons. Farin. sub num. 108.*

His positis. Fuit resolutum neque talia pacta in hoc casu probari, neque coniecturas esse sufficientes, vt dicendum sit, constare de simonia, quod satis probatur ponderando dicta testium, & constituta tàm resignantis, quàm resignatarij.

Et quantum attinet ad testes, cum primus iuxta tertium dicit ipsum egisse cum resignante, qui petijt scuta 700. & resignatarius obtulit scuta 300. nihil deponit de conclusione, & ex serie facti patet, quòd res aliter se habuerit. Et dum super 4. videtur deponere de conclusione, ignorat factum. Fatetur enim, quod apocha fuit confecta eadem die resignationis, quæ computabatur dies 26. Martij, vt ipse existimat. Et iuxta quintum fatetur apocham
17 fuisse confectam sub eadem die 26. Martij, & † postea præstitus consensus, qui retrotrahitur ad diem datæ supplicationis, *Cassad. dec. 3. de renunc. Rot. decis. 267. num. 2. lib. 3.* & sic, cum iste testis deponat de gestis post signatas supplicationes, conuincitur. Vel eius dictum est intelligendum, vt loquatur de summa, pro qua extinguenda erat pensio, quod non
18 improbatum, † cum deberet interuenire auctoritas Summ. Pont. De solutionibus vero postea factis non est curandum, quia cum præcedat legitimus titulus extensionis, omnia substineantur. Et in secundo examine, in quo fuit duodecimus testis, nihil pluris dicit, quam in primo.

Secundus vero testis super quinto deponit, audiuit à resignante, quod resignauerat pro scut. 550. sed huiusmodi confessio quatenus esset probata, debet redigi ad sensum bonum, & vitio carentem, scilicet ob extinctionem pensionis, prout verè dicta summa fuit soluta. In reliquis nihil quod releuet, deponit. Tertius iuxta quartum deponit de resignatione cũ reseruatione pensionis scut. 40. quæ postea fuit extincta, & ideo nihil obstat. Quartus iuxta sextum, & septimum deponit de solutione pecuniarum post factum, & sic, cum adsit titulus præcedens extinctionem pensionis, nihil probat, prout nec etiam quintus testis aliquid momenti deponere videtur. Nam iuxta tertium deponit de gestis post extinctionem pensionis. Et iuxta quartum se publicè audiuisse resignatarium emisse beneficium, quæ verba
19 prolata † ab imperitis possunt intelligi ob dictæ pensionis extinctionem, prout nec etiam sextus testis, qui iuxta septimum deponit solùm de mandatis factis ad resignandum, & alijs. Septimus autem testis iuxta tertium, dum deponit de conuentione habita pro scut. 550. non deponit ante resignationem, & hæc possunt verificari circa tractatum extinctionis pensionis. Et super quarto expresse deponit de gestis post signatas supplicationes. Octauus vero super quinto deponit de prætensionibus tantum resignantis; an vero cum illis ex parte resignatarij fuerit conclusum, nihil deponit. Et iuxta sextum, licet deponat conclusionem resignatarij cum reseruatione pensionis scut. 40. & quoad extinctionem dicat summam fuisse remissam in arbitrium certæ per-
20 sonæ, hoc autem, an fuerit factum simpliciter, † vel reseruato Sedis Apostolicæ beneplacito nihil deponit, & obseruantia subsequuta ostendit nihil fuisse actum absque Summi Pontificis licentia.

Quãtum attinet ad nonum testem, Commissarius confidentiarum nihil probat, cum solum deponat, quòd Frater Leo Oliua Ordinis S. Spiritus defendendo immunitatem Ecclesiasticam noluit permittere, vt perquireret quasdam capsas relictas per Ambrosium inquisitum in domo Ecclesiæ. Et de isto e-
21 tiam facto † deponit decimus testis, & ideo, sicuti non probat vndecimus, ita nec decimus.

Testis vndecimus, qui est Notarius, deponit tantùm fuisse rogatum de duobus mandatis procuræ, scilicet resignationis, & extinctionis pensionis. Vnde cum omnia subsequuta scilicet resignatio cum
22 reseruatione pensionis, & extinctio fuerit † facta mediante beneplacito sanctæ Sedis, nulla potest considerari simonia. Et quamuis iste testis diligentissimè fuerit examinatus per 20. interrogatoria, nihil tamen deposuit, quod obstet. Duodecimus etiam testis, vt supra dictum est, cum sit idem, ac primus, & in secundo examine sit duodecimus, nil deponit quod reuelet. Decimus tertius deponit solũ, quod cum nomine sui Domini peteret pensionem à resignante, ipse respondit, quod tractabat de Parochiali resignanda Ambrosio *(Il quale gli hauerebbe dato denari, e con quelli l'hauerebbe sodisfatto.)* Quæ depositio nihil facit, cum possit verificari in pecunijs, quas ipse habiturus erat ex extinctione pensionis legitimè facienda. Decimus quartus testis pariter deponit, quòd petijt pensionem à resignante nomine pensionarij, & quòd ipse resignans respondit: *(Che haueua trattato, e concluso con Ambrogio la rassigna della Parochiale, e già Ambrogio gli haueua dato à buon conto scudi 50. per estintione della pensione, e che se gli haueua spesi.)* Ex hac depositione colligi perfectè non potest, an hæc fuerint dicta ante,

ante, vel post resignationem, & cum agatur de concludendo delicto, dicta confessio est intelligenda de gestis, & solutione facta post perfectam resignationem, & extinctionem pensionis. In reliquis autem clarè, & lucidè post perfectam resignationem, & extinctionem pensionis loquitur, & prædicta solutio fuit facta tempore habili, vt ex mox dicendis apparebit.

Decimus quintus deponit, prout primus de tractatu resignationis mediante aliqua solutione pecuniarum, sed cum audisset à partibus hoc non posse fieri absque labe simoniæ, nihil fuit actum, sed pro resignatione conclusum cum reseruatione pensionis, & quòd extingueretur. Et quamuis testis subdet, (*& all'hora detto Ambrogio contò cẽto scudi di moneta, & più à conto della detta estintione di pensione, e gli assegnò certi bestiami per cento settanta, o cento ottanta scudi saluo il vero, e detto Horatio* scilicet resignans *gli facesse buoni cinquanta scudi, che prima detto Ambrogio gli haueua pagati, e contati à conto di detta estintione di pensione se bene sò, che ci era vna poliza, che cantaua di prestito, tuttauia io ho creduto, che si fussero dati à conto di detta estintione di pensione, e questi conti furono fatti frà il detto Ambrogio, & Horatio, e la poliza fu scritta in casa mia,*) & postea dicit, quod pro residuo actũ fuit, quod fieret societas officij. Tamen fuit responsum testem nihil probare, quia si attendatur series facti, ipse fatetur primo fuisse factam apocham scut. 50. & postea bestiamina data insolutum, & actum de facienda societate officij, sed si hoc est verum, totum fuit factum tempore habili, quia vt apparet ex apocha, quæ habetur in processu, illa habet datam sub die 1. Aprilis 1622. & tamen, vt supra dictũ est, præcesserat signatio supplicationis pro resignatione, & extinctione pensionis. Et dũm in secundo examine ille testis dicit fuisse actum, quod quidam laboratores perciperent fructus vnius anni pro debito resignantis, cum hæc fuerint facta tempore habili post legitimam extinctionem pensionis, nihil obstat. Decimus sextus testis nihil deponit, quod absit, immò, si benè attendatur, facit contra simoniam. Decimus septimus & vltimus pariter nihil obstat, nam dum deponit de dicta conuentione, quod scilicet laboratores pro anno perciperent fructus, intelligitur hoc actum fuisse tempore habili.

Quantum verò attinet ad constituta resignantis, & resignatarij, vt ex lectura apparet, nihil falsi sunt quod obstet.

Ex quibus fuit resolutum contra partem, quæ diu citata, & expectata comparere noluit. Non constare de simonia.

REVERENDISS. COCCINO.

Leodieñ Canonicatus S. Dionysij.

Veneris 17. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Gratia in forma dignum licet non dicatur conditionalis, sed pura, & executoris prouisio fiat tantum, eo quia illa fuit dilata, & suspensa, tamen donec debitæ executioni non demandetur, non suffragatur. Resignatio beneficij ad fauorem alicuius admissa, cum clausula in forma dignum, tunc si ante illius purificationem moriatur resignatarius, beneficium non dicatur vacare, cum adhuc non dicatur abdicatum ius à resignante. Canonicatus respectu requiritur maior scientia, quàm in prima tonsura. In beneficij resignatione se fundans, tenetur docere de eius publicatione.

SVMMARIVM.

1 *Gratia in forma dignum censetur pura.*
2 *Executoris prouisio in gratia in forma dignum, requiritur pro executione, quæ est dilata, & suspensa, & non autem per acquisitionem iuris, & pro substantia gratiæ.*
3 *Gratia in forma dignum non suffragatur, donec debitæ executioni demandetur ad effectum excludendi, vel impediendi prouisum ab Ordinario*
4 *Resignatio facta quando fuit ad fauorem alicuius, & numquam fuerit purificata gratia in forma dignum, non dicitur abdicatum ius à resignante.*
5 *Resignatio admissa ad fauorem alicuius, cum clausula in forma dignum, tunc ea non verificata, beneficium non censetur vacare per obitum resignatarij.*
6 *Testibus, & non testimonijs est credendum.*
7 *ad Tonsuram primam ordinatus non potest inde inferri, quod sit idoneus ad Canonicatum.*
8 *Tonsuræ primæ respectu sufficit, vt quis sciat tantum legere, & scribere.*
9 *Canonicatus respectu requiritur maior scientia quam in prima tonsura, cum in eo exigatur consilium, & industria.*
10 *Testes, quando sunt nulliter examinati, non potest in eis fieri fundamentum.*
11 *Clausulæ in gratia positæ, siue faciant modum, siue conditionem ad effectum iustificationis narratorum in ea nihil interest.*
Quia vtroque casu sunt iustificanda narrata ab eo qui intentionem suam fundat in d. gratia.
12 *Gratia resignationis, quando fuit iustificata, ius non dicitur abdicatum à resignante.*
13 *Clausulæ, dummodo resignans habeat vnde se sustentare valeat, per quod non dicatur satisfactũ.*
14 *in Resignatione se fundans debet docere de resignatione publicata.*
Publicatio est pars resignationis, num. 14.
15 *Resignationis beneficij publicatio, quando non fuit facta, si moriatur resignans, beneficium non dicitur vacare per eius mortem, sed ob non publicationem.*

DECISIO DXXXIX.

POST binas resolutiones factas quod prouisio Ordinarij sustinetur, fuit reseruatum videre, an resignatio per prius facta à defuncto ad fauorem Lamberti obstaret, & causa hodie proposita negatiuè fuit resolutum ex triplici capite. Primò quia admissio resignationis fuit in forma dignum, quare
1 licet gratia in forma dignum censeatur pura, *cap. postquam de præben. in 6.* & prouisio executoris re-
2 quiritur pro exequutione, quæ est dilata † & suspensa, & non per acquisitionem iuris, & pro substantia gratiæ, vt fuit resolutum *in causa Burgen. Canonicatus 20. Aprilis 1597. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Nihilominus non suffragatur donec gratia debitæ
3 executioni demandetur † ad effectum excludendi, vel impediendi prouisum ab Ordinario, *vt fuit dictum in*

in causa Calaguritana beneficij 30. Ianuarij 1608. coram Reuerendiss. D. Archiepiscopo Lugdunen. quare cum resignatio fuerit ad fauorem, &
4 † nunquam fuerit purificata dicta gratia, non fuit abdicatum ius à resignante, *Put. decis. 158. lib. 3. num. 2. in nou. & fuit dictum in prædicta Burgen. Canonicatus, & in Bracharen. Cantoriæ 26. Martij 1602. coram bon. mem. Iusto, Card. Seraph, decis. 1446. num. 3.* quibus
5 in locis habetur quod non verificata clausula in forma dignum beneficium non cêsetur vacare per obitum resignatarij.

Neque visum fuit Dominis idoneitatem probari ex duobus attestationibus, quia vltra quod vt dictum
6 est in prima decisione † testibus, & non testimonijs est credendum. Prima attestatio Magistri Scholæ est quod Lambertus sciat legere. Secunda Aduocati est nimis affectata, & ex quo Lambertus fuit ordi-
7 natus ad primam tonsuram, non † potest inde inferri quod sit idoneus ad Canonicatum, quia respectu pri-
8 mæ tonsuræ sufficit, quod quis sciat tantum † legere & scribere, *Rot. decis. 16. num. 3. par 2. Gonzales ad reg. 8. gloss. 4. num. 48. & 49.* Respectu autem Cano-
9 nicatus maior scientia requiritur, † in quo consilium & industria exigitur *Rot. decis. 12. nu. 5. in ant. Menoch. præsumpt. 51. num. 22. lib. 2.* super testibus ve-
10 rò nullum potest fieri † fundamentum, cum sint nulliter examinati lite pendente in Rota, nec videantur bene concludere.

Secundo fuit consideratum gratiam resignationis fuisse concessam cum clausula dummodo resignans haberet vnde se sustentare valeret, quæ clausula siue
11 faciat modum, siue conditionem † ad effectum iustificationis narratorum in gratia nihil interest, quia vtroque casu sunt iustificanda narrata ab eo, qui intentionem suam fundat in gratia, *Io. And. in cap. 1. de litis contest. Felyn. in cap. constitutus in prin. de rescr. & fuit resolutum in causa Paduana pensionis*
12 *28. Iunij 1581. coram Rubeo,* quare cum † neque in hoc gratia reperiatur iustificata non fuit abdicatum ius à resignante per supradicta.

Neque obstat quod Petro fuerint relicta bona in testamento, quia non constat dicta bona esse sufficiê-
13 tia, † cum dicta clausula positiuè requirat quod resignans habeat aliunde, vnde se possit sustinere.

Tertio fuit consideratum nô sufficere quod Lam-
14 bertus doceat de resignatione, sed † cum in ea se fundet, debet docere de resignatione publicata, cum publicatio sit pars resignationis, *vt fuit resolutum in causa Calaguritana Thesaurariæ 4. Febr. 1579. coram san. mem. Clemen. VIII. & in Hispalen. & Cordubén. præstimoniorum coram bon. mem. Card. Lancellotto, Rot. decis. 90. num. 2. par. 2. Seraphin. decis. 1309. & fuit dictum in causa Meten. canonicatus 8. Martij 1609. coram R. P. D. Pirouano,* & isto casu licet beneficium non vacaret per obitum
15 resignantis, † sed ob nô publicationem, vt sunt verba clara Bullæ sanct. mem. Gregorij XIII. *& fuit dictum in causa Abulen. beneficij 14. Ianuarij 1596. coram Card. Blanchetto, & in Mediolanen. Præposituræ 28. Iunij 1589. coram Platto,* hoc tamen non refert, quia prouisio Ordinarij propter indultum capere t istam etiam vacationem ex consideratis in vltima decisione. Et ita conclusum.

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Restitutionis in integrum.

Lunæ 20. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Ad restitutionem in integrũ obtinendam sufficit qualiscumque iniustitia, quamuis non notoria. Ad patrem si fuerit reuersa dos ab eo assignata filiæ, ac deinde legauerit dictæ filiæ aliquid, cum conditione, vt côtenta esse debeat dicto legato, & nihil aliud possit petere, ac prætendere ex bonis, & hæreditate sua, aliâs &c. tunc si dicta filia solemniter, & iuxta dispositionê statutorum tale legatum acceptauerit, non poterit amplius pœnitentia ducta agere ad primæuã dotem eidem à patre constitutã. Dos, quando reuertitur ad patrem dotantem, non est amplius dos, & sic euanescunt priuilegia dotis, vnde filia non poterit agere vigore Instrumenti dotalis executiuè iuxta Statutum Vrb. lib. 1. cap. 185. contra patrem vt ei assignet eandem dotem, quam prius dedit, ac deinde ad eumdem reuersa fuit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob non interpositam appellationem transit in iudicatum.*
2 *Restitutio in integrum aduersus mandatum, de cuius iniustitia constat, sine dubio datur.*
3 *ad Restitutionem in integrum obtinendam sufficit, qualiscumque iniustitia, etiam non notoria.*
4 *Filia non potest agere contra hæredes patris pro dote sibi primo loco promissa, quando ipsa acceptauit legatum à patre ei factum, pro secunda dote.*
5 *Pater tenetur ad onus dotandi filias.*
6 *Filia acceptando legatum ei à patre relictum, loco ipsius dotis ad eum reuersæ, non potest amplius petere primam dotem, etiam si legatum esset inferius credito dotali.*
7 *Legatum alicui, si relictum sit, cum conditione, vt aliud petere non possit ex hæreditate, tũc illud expressè acceptando euanescunt omnes eius prætensiones.*
8 *Dos soluto matrimonio reuertitur ad patrem dotantem.*
9 *Filia non potest dici creditrix patris, ex causa dotis soluto matrimonio, cum illa dos ad ipsum reuertatur.*
10 *Pater tenetur conseruare dotem filiæ iterum nubêti, nec ipse valet diminuere prioris dotis mensurã.*
11 *Filia transeundo ad secunda vota non potest agere executiuè vigore primi instrumenti dotalis contra patrem, vt ei assignet eandem dotem.*
12 *Filia debet implorare officium Iudicis ad hoc, vt pater teneatur ei eandem dotem constituere, quam in primis nuptijs ei assignauit.*
13 *Obligatio Cameralis habet clausulam, pro omnibus quibus interest, intellige vt num. 13.*
14 *Stipulatio pro omnibus, quibus interest, quæ continetur sub obligatione Camerali intelligitur pro illis, qui habent causam ab obligato.*
15 *Statutũ Vrb. lib. 1 cap. 185. disponit, vt instrumenta dotalia habeant executionem paratam.*
16 *Actio semel extincta amplius reuiuiscere nequit.*
17 *Restitutio in integrum in Curia, & ex antiquo Rotæ stylo non impeditur per lapsum quadriennij.*

DE-

DECISIO DXL.

ANTONIVS Bolinus de anno 1597. nuptui tradidit Catherinam eius filiam Aloysio de Turre cum dote scut.3500. ad quorum computum assignauit pro scut.2500. vnam domũ magnam pro fundo dotali, & pro residuo nempè scut.1000. tot credita inexacta, quæ promisit exigibilia, prout ipse Antonius exegit, & cum ijs duas domunculas acquisiuit. Defuncto Aloysio,& dote reuersa ad ipsum Antonium dotantem,idem Antonius condidit testamentum, & institutis in eo suis hæredibus vniuersalibus Elisabetta, & Francisca ex filio nepotibus legauit dictæ Catherinæ adhuc viduæ pro omni suo iure dotali, ac iure institutionis dictam domum magnam vna cum mobilibus, cum hoc quod nihil aliud petere, & prætendere posset ex bonis, & hæreditate sua, sed debeat esse contenta dicta domo magna, & amplius teneatur renunciare omnibus suis iuribus, quomodolibet sibi acquisitis, & competentibus super dd. domunculis,aliàs ipsa non renunciante, intelligatur pro rata parte dd. domorum legatum, vt supra factum diminutum, quo legato per Catherinã agnito, & acceptato cum omnibus iuribus, ac statutis solemnitatibus iterum nupsit Ioanni Dominico Pulliasco cum dote scutorum 4000. pro quibus data illi insolutum d. domo magna, sibi per Procuratorem relicta cœpit pro residuo dotis primo loco promissæ agere coram secundo Collaterali contra hæredes Antonij, & mandatum obtinuit,quod cum
1 ob non interpositam † appellationem fecisset trãsitum in iudicatum, fuit pro parte dd hæredum adita Signatura Sanctissimi, & obtentum committi Senatori causam restitutionis in integrum cum voto Rotæ. In qua proposito hodie per me dubio An constet de causis restitutionis, fuit per DD. affir-
2 matiuè responsum, ea ratione † quia vbi docetur de iniustitia mandati,certum est quod competit aduersus illud restitutio, & sufficit qualiscumque iniusti-
3 tia etiam † non notoria pro illa obtinen. *Cæs. de Graß. decis.10.num.12.de sent. & re iudic. Seraph. dec.251.num.2.*Rota *decis 351 par.1.& decis. 492. num 5.p.1.diuers.& decis.452.nu.1.par.1.*

Iniustitia autem mandati relaxati contra dictos hæredes visa fuit Dominis satis clara in hoc casu, tũ
4 ex eo quia † Catharina egit pro residuo dotis primo loco promissæ, quæ sibi non debebatur cum ipsa acceptando simpliciter legatum d. domus magnæ sibi vt supra facta per Procuratorem habeatur, ac si ab
5 ipso Procuratore, † qui habebat onus eam dotandi, redotata fuisset iuxta notat *per Bald. in l. liberti libertæque num.24.vers. attenden. tamen. C.de oper. liber.cum alijs per* Mantic. *de coniect. lib.10. tit.2. num.17.* nec potest amplius petere dictam dotem
6 etiamsi legatum quod † acceptauerit,esset inferius credito dotali *Castr.in l si cum dotem §.si pater n.3. & ibidem* Alex.*num.2.ff.sol.matrim.Mantic. loc.supra citato num.17.vers. quod locum habet*, & ideo
7 si Catherina habebat vllam † actionem contra dd. hæredes per acceptationem expressam dicti legati, censetur illi renunciasse iuxta allegata.

Tum etiam quia Catherina obtinuit mandatum
8 prædictum vigore † prætensi Instrumenti dotalis, cuius vigore pariter non poterat agere ex quo soluto matrimonio dos erat restituenda Patri prout fuit restituta *iuxta text.in l.dos à Procuratore, Cod. sol. matrim.l.fin.C.comm.vtriusque Iud.Thes.dec.190. num.1.* Vnde ipsa non poterat dici Creditrix Pa-
9 tris, nec amplius habebat † actionem vigore d.Instrumenti,*vt fuit resolutum in illa* Romana *dotis de Pauida 8. Martij 1613.& 29. Febr. 1616. coram Verospio, & in ead.26.Aprilis 1619. coram D. meo Vbaldo.*

Non obstat quod Pater teneatur conseruare dotẽ
10 filiæ denuo nubenti,nec valeat † diminuere prioris dotis mensuram, *vt in auth. sed quamuis, & alibi Salic. num. 7. C. de rei vxor. act.* Quia licet hoc sit
11 verum, tamen nõ potest mulieri vigore primi † Instrumenti dotalis executiuè agere prout fecit Catherina obtinen. mandatum relaxari, illudque exequi facien. sed debet implorare officium Iudicis ad
12 hoc vt pater teneatur † ipsi eandem dotem constituere *iuxta deducta in prædictis decisionibus Romana dotis, & præsertim in decisione* D. *Vbaldi.*

Nec obstat quod Instrumentum dotale quo actũ
13 fuit,haberet obligationem Cameralem,† quæ habet clausulam pro omnibus quorũ interest, *vt per Rotã apud Zacch. de oblig Cam decis.97.*

Quia hoc est verum, sed cum respectu Patris Ca-
14 therina non esset nominata † in Instrumento, ista stipulatio intelligitur pro illis, qui habent causam a marito, *vt fuit dictum in Romana deuolutionis domus 13. Iunij 1608. coram me.*

Prout minus visum fuit obstare statutum Vrbis cap.185. lib.1. quo disponitur Instrumenta dotalia
15 habere † exequtionem paratam,quia cum ex supradictis non superesset amplius Instrumentum dotale, ex quo dos in illo promissa iã fuerit ad Patrem reuersa, & cum illius Patrimonio consolidata intrat
16 † regula, quod actio semel extincta amplius non potest reuiuiscere vulgata *l. quod res §. aream ff. de solut.l.nihil interest C. eodem l.eius qui §.fin.ff.de Iur. fisc.*

Et demum non obstat lapsus quadriennij, quia
17 in Curia, & ex antiquo Rotæ stylo non attenditur, nec impedit restitutionem *Simonet. decis.76. incip. restitutionem in Instrumento petenti, & fuit dictum in* Bergomen. *legati 15. Nouembris 1610. coram bo.me.Card.Sacrato, Vrbinaten. Iurisdictionis 10 Febr.1620. coram D.meo Buratto, & in alijs &c.*

☞ *Confirmata fuit præsens decisio coram eodem Reuerendissimo Patriarcha sub die 18. April. 1625. est infra suo loco, & in eodem anno alia adest sub die 15. Iunij.*

R. P. D. REMBOLDO.

Taruisina Feudi.

Veneris 24. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Inuestitura facta duobus pro masculis, & fœminis, quando hoc casu fœminæ vnius lineæ excludant masculos alterius lineæ, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura, quando est facta duobus, pro masculis, & fœminis, tunc fœminæ vnius lineæ excludunt masculos alterius lineæ.*

2 *Sed hoc non procedit, si inuestitura sit facta vni tantum.*

3 *Text.*

3 *Text. in c.1. de duob. frat. à cap. inuest. non habet locum, quãdo feudum est antiquũ & ab initio fuit vnus tãtum inuestitus, licet postea tractu temporis fuerunt inuestiti duo de eodem feudo.*
4 *Text. in c.1. de duob. frat. à cap. inuest. quando de plano intret. & num. 5.*
6 *Verba apposita in fauorem alicuius, non debent in eius odium retroqueri.*
7 *Episcopus potest concedere in feudum bona Ecclesiastica sine solemnitatibus, si sit solitum ea concedi.*
8 *Feudum iure antiqui feudi cõcessum, in omnibus, & per omnia assumit naturam feudi antiqui.*
9 *Inuestituræ tenor magis quam lex feudalis est attendenda.*
10 *Prolis apellatione in materia feudali veniunt tantum masculi.*
11 *Prolis appellatione an veniant tantum masculi, vel etiam fœminæ.*
12 *Prolis nomen secundum propriam eius significationem comprehendit, tam masculos, quam fœminas.*
13 *Feudum acquirens censetur magis prospexisse suis, quam agnatis.*
14 *Interpretatio in contractibus ea est sumenda in dubio, quæ congruit menti contrahentium.*

DECISIO DXLI.

DOMINI dixerunt sententias Rotales, quibus declaratum fuit filias fœminas Francisci inuestiri debere de portione fæudi Castri Rusticæ, per D. Franciscũ possessa, reuocando alias omnes sentẽtias prius in partibus ad fauorẽ masculorum *descendentium ex linea Guercij Iunioris* latas, fore confirmandas; quia dictæ sententiæ Rotales apparent validæ, & iustæ. Et validitas quidem colligitur, ex reuolutione processus, de iustitia vero constat, ex tribus decisionibus in hac causa corã RR. PP. DD. meis Pamphilio, Vbaldo, & Pirouano factis, in quibus fuit firmatum, quod cum dictum fæudum fuerit anno 1297. concessum Vberto, & Guercio fratribus pro se, suisque hæredibus, & descendentibus masculis, & fæminis, adiectis his verbis, ita quod extantibus masculis fæminæ non succedant, deficientibus vero quandocunque sine prole legitima masculis, fœminæ succedere debeant, alterutrius vero prole prorsus legitima deficiente totum fæudum ad alterum deuoluatur, omnino tenendum sit, quod fœminæ vnius lineæ ex dictis inuestitis, excludant masculos alterius lineæ, tam attenta iuris communis dispositione, quã etiam inspectis verbis supra relatis.

Nam quoad iuris communis dispositionem, certũ
1 est quod quando † inuestitura est facta duobus, pro masculis, & fœminis (vt in casu isto) tunc fæminæ vnius lineæ excludunt masculos alterius lineæ *c.1. de duob. fratr. à cap. inuest. Alex. cons. 119. num. 1. & 2. l. 5. Ceph. cons. 30. num. 34. Corn. cons. 263. num. 5. & seqq. lib. 1. Bero. cons. 108. nu. 5. lib. 1. Peregr. cons. 24. num. 12. & seqq. l. 2. & in tract. de fideicomm. art. 27. num. 13. cum alijs per Card. Mantic. in tract. de tacit. & ambig. l. 22. tit. 18. nu 36. Pedemont. dec. 123. n. 30.*
2 licet secus sit, quando † inuestitura ab initio est facta vni tantum *Ruin. cons. 9. sub num. 5. vers. quin immo lib. 1. Peregr. d. cons. 24. num. 2. l. 2. Rossental. de fæm. successˌ. c. 7. q. 39. nu. 2. & 3. in addit.*

Et quod hoc ipsum fuerit in dicta inuestitura expressis verbis dispositum, patet ex pacto supra relato, in quo dicitur, quod fæminæ succedant deficiẽtibus masculis, & fæudum tum demum ad alterum deuoluatur, quando alterius lineæ proles legitima prorsus defecerit, & sic quando non supererunt ex illa linea, nec masculi, nec fæminæ, vt ex infra etiam dicendis clarius apparebit.

3 Nec obstat quod prædicta iuris † dispositio locum non habet, quando fæudum est antiquum, & ab initio fuit vnus tantum inuestitus, licet postea tractu temporis fuerint inuestiti duo de eodem fæudo *ad trad. per Castrens. cons. 176. numer. tertio. lib. 1. & cons. 159. num. 2. l. 2. Curt sen. cons. 48. numer. 13. & 17. & seq.*

Quia pro responsione est aduertendum, quod aut fæudum est antiquum non solum respectu rei, quæ conceditur in fæudum, sed etiam respectu personarũ in noua inuestitura comprahensarum, quia scilicet eædemmet fuerunt etiam in antiquis inuestituris comprahensæ, & tunc potest procedere obiectum quod nempe in huiusmodi fæudo locum non habeat dicta iuris dispositio.

Aut fæudum est nouum saltem respectu personarum quibus tale fæudum conceditur, & huiusmodi fæudum conceditur tanquam fæudum nouum, &
4 tunc quando inuestitura † est facta duobus, de plano intrat dispositio *tex. in c.1. de duob. fratr. à cap. inuest.*

Aut tale fæudum nouum conceditur iure antiqui fæudi, & tunc non propterea quod fuerit concessum iure antiqui fæudi, desint esse nouum, & si fuit con-
5 cessum duobus, † intrat eadem dispositio *textus in d. c. 1. de duob. fratr. à cap. inuest.* quia hoc etiam casu quilibet ex inuestitis præsumitur potius prospexisse suis hæredibus, quam agnatis, & verba illa (iure antiqui fæudi) operantur, quod fæudum quoad alios effectus censeatur antiquum, non vero etiã quoad effectum, vt masculi vnius lineæ excludant
6 fæminas alterius lineæ, cum enim sint apposita † in fauorem recipientium fæudum, non debent in eorũ odium retorqueri, *ita post Paul. de Castr. consil. 10. num. 12. l. 3. Clar. in §. fæudum, quæst. 8. num. 4. Rossental. de feud. c. 2. conclus. 39. nu. 5. & 7. & latè prosequitur. Peregr. d. cons. 24. nu. 12. l. 2.*

Ac propterea cum in casu, de quo agitur, fæudum respectu personarum, videlicet Vberti & Guercij sit nouum, quidquid sit respectu Castri concessi in fæudum, fueritq. dictũ fæudum concessum dictis Vberto, & Guercio pro se, suisq; descendentibus masculis & fæminis, non possunt masculi descendentes ex vno ex dictis inuestituris, excludere fæminas descendentes ex alio, etiam quod dicta inuestitura facta fuerit iure antiqui fæudi, seu tanquam de antiquo fæudo ex supra allegatis.

Quod eo magis etiam locum habet, quia verisimile est, quod dicta clausula (tanquam de antiquo fæudo) non fuerit apposita ad qualificandam substantiam fæudi, sed ad demonstrandum potius, quod
7 fæudum erat antiquum, † scilicet solitum concedi, ad hoc vt concessio facta ab Episcopo sine solemnitatibus sustineretur. *Clar. in § emphyteusis quæst. 6. in princ. Cæs de Grass. dec. 134. nu. 13. & seq.*

Præterea dato quod non constet, quod dictum fæudum sit respectu personarum inuestitarum nouũ, vel etiam quod quatenus esset nouum, verior sit illa opinio,

8 opinio, quod fæudum nouum iure antiqui fæudi acquisitum in omnibus & per omnia assumat naturam fæudi antiqui, ita quod etiã in tali fæudo nouo transuersales masculi fæminas descendentes ex vno ex acquirentibus excludant, vt voluit *Paris. consil. 17. lib. 1. num. 7. & 8. & post eum Sebrader. de fæud. p. 7. cap. 4. num. 67. & 68.* cessat nihilominus in casu isto difficultas, quia in inuestitura, de qua agitur, adest pactum expressum, quod fæudum tum demum ad alterum deuoluatur, quãdo proles legitima alterius lineæ prorsus defecerat, & sic quando ex alia linea, nec masculus, nec fæmina supererint, hoc namque pacto stante; dubium non est quod masculi descendentes ex Guercio, non valeãt succedere in portione Vberti, donec supersunt fæminæ descendentes ex
9 ex dicto Vberto, magis enim inspicitur tenor † inuestituræ, pactaque in ea apposita, quam quod lex fæudalis disponit *Surd. cons. 440. nu. 38. Peregr. d. cons. 24. num. 6. l. 2. cum alijs per Rossental. d. tract. de fæud. c. 1. conclus. 12. num. 1. & ibi adden.*

10 Nec obstat quod appellatione † prolis in materia feudali veniunt tantum masculi, ideoq; videtur partes voluisse mediante dicto pacto, fæudum ad alterum deuolui, quando proles, idest masculi, alterius lineæ defecissent, non autem quando, nec masculus, nec fæmina superesset: quia quidquid esset dicendũ
11 in abstracto, an appellatione † prolis veniant tantũ masculi, vel etiam fæminæ, quando præsertim in inuestitura de cuius interpretatione agitur sunt compræhensæ etiam fæminæ, prout sunt compræhensæ in
12 ista, certum est quod dictum nomen † prolis secundum propriam eius significationem compræhendit, tam masculos, quam fœminas. *Dec. cons. 495. n. 6. Alex. cons. 188. num. 25. l. 5. Honded. cons. 15. nu. 16. & 17. l. 2. Boer. dec. 356. in princ. Rot. dec. 317. nu. 1. p. 2. in recent.*

Et quod hoc casu dictæ partes intellexerint dictũ nomen prolis iuxta propriam eius significationem, adeoque voluerint quod fæudum tum demum ad alterum deuolueretur, quando proles alterius lineæ, hoc est masculi, & fæminæ ex ea descendentes defecissent, suadetur tam ex eo, quod (vt supra dictum
13 est) quilibet ex acquirentibus † præsumitur magis prospexisse suis, quam agnatis, & sic præteriri voluisse fæminam ex eo descendentem masculo agnato tum etiã quia in dicto pacto legitur apposita dictio, prorsus, per quam apparet, partes voluisse, quod feudum deuolueretur, quando proles alterius lineæ prorsus, hoc est totaliter, & sic tam quoad masculos, quam quoad fæminas deficeret, vt fuit ponderatum in alijs decisionibus in hac causa factis.

Non obstat, quod d. dictio, prorsus, referri debeat ad verbum legitima, itaut sensus verborum, quibus conceptum est dictum pactum, sit, quod feudum deuoluatur, deficiente prole alterius lineæ prorsus legitimæ, quia aptius proculdubio refertur dicta dictio ad verbum deficiente, & quatenus posset referri ad
14 verbum, legitima facienda esset in dubio † interpretatio, quæ menti contrahentium magis congruit, & sic quod dicti contrahentes voluerint fœminas descendentes præferri masculis transuersalibus, vt supra dictum est, &c.

Plures decisiones in hac causa emanarũt, quas annotaui supra ad decisionem 516. quæ est in eadem causa.

REVERENDISS. D. COCCINO.

Romana societatis officij.

Ven. 24. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Commodum ex contractu illo, quis non est æquum, vt consequatur, dum pacta in eo conuenta non fuerunt adimpleta, & hoc procedit etiamsi in aliqua parte non fuerunt ea adimpleta, licet in reliquis fuerit satisfactum, quod & intellige quamuis à principio plenè omnia fuerint adimpleta, sed ex post facto propter aliquod accidens, stante sic pacto neglectum fuit aliquid adimplere. Et hic tractatur in terminis societatis officij, quando fuit conuentum in casu mortis fideiussoris, vt debeat alius subrogari, vtique data morte dicti fideiussoris, & de hoc certiorato officiali, si neglexerit dare alium fideiussorem, & interim moriatur is, super cuius vitæ periculo cõtracta erat societas, nullatenus erit locus lucro pecuniarum.

SVMMARIVM.

1 *ex Contractu illo, quis iuuari non potest, quem non adimpleuit.*
Petitio illa est frustratoria, quando is petit id, quod non adimpleuit. nu. 1.
2 *ex Contractu cuius pars quis non adimpleuit, nec eo iuuari potest.*
3 *Contractus adimplementum, quis probare teneatur.*
4 *Societatis officij lucri asserens venisse casum, tenetur ipse probare fuisse adimpleta pacta inita inter partes. & nu. 5.*
6 *Interpellatione iudiciali mediante, quis præsumitur certioratus de eo, de quo fuit certioratus.*
7 *Interpellatio personalis, vbi etiam esset necessaria, suppletur per interpellationẽ etiam dimissa copia quando ea mediante pars in iudicio comparuit.*
8 *Obligatus aliquid adimplere, vt constituatur in mora, sat est, vt ad id fuerit interpellatus.*
9 *Adimplere, quando quis aliquid tenetur post obitum alicuius, sufficit, quod illi obitus fuerit denunciatus.*
10 *Interpellationi iudiciali, quis tenetur credere amplia num. 11.*
11 *Iuribus productis, quando quis nihil opponit, censetur eis acquiescere.*
12 *Scripturæ producta licet non adsit à tergo productio, hoc non obstat, quando dicta productio fuit annotata in scriptura ei annexa, & simul producta.*
13 *Annus, Consul, & dies positus in vno folio censetur repetitum in alio habente ordinatam consequentiam.*
14 *Mandatum speciale non requiritur, dum tractatur, vt certum quid ad alicuius notitiam deueniat.*
15 *ad Renunciationis societatis effectum an requiratur speciale mandatum.*
16 *ad Renunciandum societati sufficit generale mandatum.*
Mandatum præsumptum ex quibus probetur.
17 *Contractum non sufficit à principio adimpletum fuisse, dum ex conuentione partium aliquid etiã successiuè veniat adimplendum.*

18 *in*

18 *in Societate officij dum aliquid non est adimpletum hoc sufficit, vt non sit locus lucro pecuniarum, nec in his terminis attenditur mora regularis, vel irregularis.*

19 *Lucrum, quis non debet facere ex eo contractu, quem non adimpleuit non obstante aliqua excusatione.*

DECISIO DXLII.

FVIT resolutum non fuisse factum locum lucro pecuniarum; Quia licet bo. me. Adrianus, sub cuius vitæ periculo fuerat facta societas obierit, nihilominus cum prius obierit Pacificus, vnus ex fideiussoribus & fuisset conuentum, quod in locum demortui, vel absentis daretur alius fideiussor, & super hoc pars fuerit interpellata cum non adimple-
1 uerit dando alium fideiussorem, non potest † iuuari ex contractu Societatis, quem non adimpleuit, & non fuit factus locus lucro pecuniarum, *l. 1. C. de donat. l. cum proponas, la seconda C. de pactis,* frustra enim is petit, qui quod non debet impleuit *c. frustra de reg. iur. in 6. in l. ediles in fin. ff. de edilit. Bald. de feud. tit. qualiter dom. feud. propriet. priu. num. 9.*

Et sufficit quod hoc non adimplementum fuerit in hac parte non dando scilicet fideiussorem in locũ
2 † demortui, licet in alijs adimpletum fuerit, *Bald. in l. Iurisgentium §. adest in 2. notab. ff. de pact. Dec. in d. l. persona sub numer. 5 vers. 4. ampliatur. Put. decis. 357 in fin. lib. 3. in nou. Surd. consil. 101. nu. 2. & cons. 369. num. 26. Menoch. cons. 1. num. 308. Dec. cons. 45. num. 6. latè Card. Mantic. de tacit. & amb. lib. 3. tit. 16. num. 18. Rota decis. 242. num. 3. par. 2. in recent.* defectus enim non implementi non debet
3 probari † à socio, qui dedit pecunias, sed in hoc casu, quia ab initio fuit adimpletum significato obitu fideiussoris ex legitima interpellatione, & sic quod fit factus locus pacto de dando nouos fideiussores
4 onus probandi incumbit † illi, qui lucrum prætendit *l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. latè Aym. cons. 1. num. 10. & cons. 248. numer. 6. circa med. vers. onus autem Becc. d. cons. 45. nu. 18. Rip. in l. in illam n. 15. ff. de verb. oblig. Corn. cons. 11. num. 8. vers. & hoc nisi allegetur lib. 2. Rot. decis. 361. part. 4. diuers. & dec. 362. num. 2. par. 1. in recent. & fuit dictum in Calaguritan. Cappellæ 14. Nouembris 1592. coram*
5 *bo. me. Gipsio*, & in terminis Societatis officij per similes rationes dicit *Castracan. de soc. offic, per similes rationes cap. 68. num. 10 in fin. & num. 15. & 31. & cap. 69. num. 6. & 7. Pacific. de salu. inspect. 5. cap. vnic. num. 159. & 162.* & pariter in terminis fuit resolutum *in causa Romana pecuniaria Societatis officij 2. Iunij 1608. coram bo. me. Cardinali Lancell. Iuniore, quæ habetur apud Pacif. de salu. sub num. 305. & 307.*

6 Quod autem fuerit significatus obitus Pacifici fideiussoris patet ex interpellatione Iudiciali, † quæ licet fuerit facta domi dimissa copia, in hoc tamen sufficit etiam dato, & non concesso quod requiratur
7 † interpellatio personalis, cum postea pars comparuerit in iudicio *Rot. dec. de dol. & contempt. in nou. Egid. dec. 264. Sarn. in regul. de annul. quæst. 75. & 79. Acchil. decis. 7. numer. 1. de dol. & contumac.* etiam suffragatur, quia cum in locum demortui esset
8 dandus alius fideiussor, sat fuit quod obitus † Pacifici per interpellationem fuerit significatus *Bart. in l. non solum §. morte num. 48. vers. sed si esset ff. de*
9 *nou. oper. nun.* vbi † quod quando quis tenetur aliquid facere post obitum alicuius sufficit, quod illi obitus fuerit denunciatus maximè cum hæc fuerit
10 interpellatio iudicialis † cui pars tenebatur credere *Bart. vbi supra num. 35. vers. quandoque talis, & ibi Ias. numer. 29.* & hæc de plano procedunt quia
11 parti interpellatæ ad dandum nouum † fideiussorẽ in locum demortui Iudex præfixit terminum 15. dierum, & tale decretum fuit illi intimatum, & pars nihil opposuit de obitu, & cessat omnis difficultas, quia fuit producta fides Parochi de obitu Pacifici,
12 cui pars videtur acquieuisse, cum nihil in specie † deduxerit contra ipsam, & quamuis a tergo non adsit
13 adnotata productio, sufficit, quod † adnotatio fuerit facta super epistola insimul cum dicta fide producta *Bart. in l. si quis, §. si initium num. 1. ff. de eden. Iacob. de S. Georgio ibidem num. 8. in fine*, qui dicit quod
14 annus, † consul, & dies positus in vno folio censetur repetitum in alio habente ordinatam consequentiam.

Nec potest dubitari quin omnia fuerint gesta a legitimo Procuratore. Primo quia ad prædicta per
15 agenda † non erat necessarium speciale mandatũ *iuxta Bart. in l. actione 66. §. renunciare ff. pro soc. Hond. cons. 38. num. 16. lib. 1. Felic. Hector. de societ.*
16 *cap. 35. num. 53.* vbi quod † ad renunciandum societati non requiritur speciale mandatum, & quatenus speciale mandatum requireretur, hic adest præsumptum, cum procurator inseruiret in domo socij, qui
17 dedit pecunias † pro procuratore, soluerit pecuniã Notario pro recognitione Epistolæ in actis productæ etiam per ipsum, & non repugnat, quod esset procurator generalis, & specialis ad hunc actum.

Nec obstat quod a principio fuerit adimpletum contractus & socius nõ fuerit in mora dandi nouum fideiussorem, quia fuit responsum, quod cum fuerit notum, quod socius in locum demortui daret nouũ
18 fideiussorem sufficit, † quod contractus non fuerit in hoc impletus, cum ex conuentione partium habeat actum successiuum, & quod socius non fuerit
19 in mora, quicquid sit de hoc, non † refert quia non sumus in casu quo requiratur mora regularis, vel irregularis, cum non possit quis lucrum facere ex eo contractu quem non impleuit non obstante aliqua excusatione, *vt per Dec. in alleg. ll. cum proponas num. 4. C. de pact. & in puncto Seraphin. dec. 225. numer. 4.*

Et ita fuit resolutũ vtraque parte informante &c.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS AD DECISIONEM DXLII.

1 *Societatis officij creditor, recipiẽdo fructus eiusdem per plures annos post mortem fideiussorum, qui renouandi erant, censetur tale onus socio remisisse, & num. 35.*

2 *Processus non vitiatur, ob non datum fideiussorem quando à partibus id non fuit oppositum, quia procedendo videntur consensisse consentiendo. Ita ut non possit amplius dicta exceptio allegari.*

3 *Iudicium, si non opponatur de non implemento, valet etiam in terminis l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt.*

4 *Actus quilibet tendens ad fauorem alterius est intelligendus parte petente.*

Quasi

Quasi adsit conditio tacita, si quis vti voluerit exceptione sibi competente.

5 *Actus ad fauorem alicuius tendens, intelligitur ipso petente, etiamsi adsit clausula ipso iure, & absque declaratione.*

Nam id semper intelligi debet ipso iure volente.

6 *Fideiussorum renouationis pactum, respicit fauorem eius, cuius intuitu illi sunt renouandi, ideo quando venit casus, id ipse tenetur declarare.*

7 *Voluntas non minus declaratur facto, immo potentius, quam verbis.*

8 *Mentis nostræ, nullum est maius testimonium, quam qualitas inspecta factorum.*

Facta sine loquela se intelligunt. nu. 8.

Facta per solum aspectum imprimunt suam volũtatem.

9 *Pensiones, & affictus, quis recipiendo, censetur ex hoc remittere onus dandi fideiussores conuentos.*

10 *Fideiussorum datio, vel alterius implementi in societate officij, censetur à parte remissa per receptionem fructuum.*

11 *Interpellatio est necessaria, quando quis tenetur in aliquo casu renouare fideiussores,*

12 *Qua non secuta, censetur remissum tale onus.*

13 *Fideiussores, quando sunt dandi ad contentamentum alicuius, intelligitur quatenus petierit, & voluerit,*

14 *Vnde si nunquam fuerit facta dicta declaratio, & vigore celebrati contractus fructus fuerunt recepti, censetur remissum tale onus, & nu. 41.*

15 *Exceptio non implementi excluditur, stante verisimili mente partis illam remittentis.*

Implementi exceptio opponi non potest per eum, qui contractui acquieuerit, eius vigore aliquid recipiendo, nu. 15.

16 *Dominus recipiendo canonem post incursam caducitatem, censetur eam remittere, nec prodest protestatio.*

17 *Fideiussorum renouatio, si semel fuerit remissa, an iterum possit illa exceptio non renouationis opponi. & nu. 23.*

18 *Mora, quando alicui fuit remissa, nõ potest amplius dici violator fidei.*

19 *Venditor, si post præstitutam diem petat vsuras censetur conuentioni renunciasse, & non est amplius locus pænitentiæ.*

Pactum resolutiuum non operatur, nisi quatenus re integra, quis vtatur. nu. 19.

20 *Mora excluditur ex tacita voluntate creditoris differentis exactionem, & permittentis remanere pecunias penes debitorem.*

21 *in Debitore præsumenda non est mens corrupta, anteaquam non sit in mora soluendi, eò quia non fuit interpellatus à creditore.*

22 *Debitor non dicitur nolle soluere, si à creditore non fuerit interpellatus ad soluendum, immo præsumitur paratus, quatenus sequatur d. interpellatio.*

per Creditorem videtur stare, quin debitor non soluat, quando creditor illum non interpellat. num. 22.

Petitio, vbi non adest, ibi nulla mora consideratur. num. 22.

23 *Lucrum ex contractu illo, quis facere nequit, dum promissa in eo adimplere neglexit.*

24 *Implementi exceptio etiam in minimo verificatur.*

25 *Contractus, quando est reciprocus, nisi quis impleat pro parte sua, non potest ex eo cum effectu agere, etiamsi contractus sit nominatus.*

26 *Promissio qualibet habet in se tacitam illam conditionem, si fides seruetur,*

27 *Quod procedit nõ solum in promissione simplici, sed etiam in promissione iurata. & vide casum num. 28.*

29 *Exceptio illa, tu non adimpleuisti ex parte tua, est sic valens, vt possit opponi, etiam in casu, in quo statutum tollat omnem exceptionem.*

30 *Exceptio ista, tu non adimpleuisti ex parte tua, est sic prӕpotẽs vt super ea suppleat Iudex ex officio parte non petente.*

31 *Actione caret, qui agit ex contractu, cuius pacta non adimpleuit.*

32 *Implementi exceptio obstat, etiam stante impedimento, quia nihilominus agens repellitur ab agendo.*

33 *ex Societatis officij contractu agens ad lucrum pecuniarum, rectè potest opponi exceptio tu non adimpleuisti ex parte tua.*

34 *ad Lucrum pecuniarum agens ex contractu societatis, repellitur a petitione, si promiserit aliquem societatem intra certum tempus facere ratificaturum, si ea ratificatio numquam fuerit reportata.*

35 *Lucrum ex contractu illo, quis sentire non debet, si conditiones eius non adimpleuerit.*

36 *Societatis officij fructus, creditor recipiendo, censetur remittere socio conditiones, quas implere debebat,*

Quod tamen intellige pro tempore, quo fuerunt soluti dicti fructus. & non vltra. nu. 37. & 38.

39 *Voluntas tacita, quæ resultat ex aliquo actu restringitur ad limites ipsius actus.*

pro Societate officij lucranda, quis omnia ad vnguem promissa tenetur obseruare.

40 *in Societate officij, quando promissa non fuerunt obseruata, in præiudicium non obseruantis, ea remanet dissoluta vel saltem suspensa.*

42 *Fideiussores iam post eorum mortem quando sunt dati intra certum tempus renouandi tunc secuta eorum morte, non est necessaria interpellatio ad effectum, vt obligatus subeat tale onus.*

Quod tamen secus est, quando non est expressa certa dies. nu. 42.

43 *Interpellatio non est necessaria, quando dies interpellat pro homine.*

Ignorantia non potest allegari ab eo, qui fuit interpellatus ad aliquid adimplendum. nu. 43.

44 *Ignorantia quando non potest allegari, & dies est certa ad aliquid faciendum, tunc nullatenus est necessaria interpellatio.*

45 *Dies, seu lapsus termini vim habet interpellationis.*

46 *Dies certa interpellat pro homine.*

47 *Promissio, quando fuit facta sub certo die, tunc beneplacitum subsequens non tollit moram per lapsũ d. termini,*

48 *Sed conseruat actionem pro cogendo promissore ad implendam promissionem.*

49 *Societatis officij creditor, non obstante receptione fructuum, si eius socius aliquid non impleuerit, poterit agendo compellere eum ad implementum ex vi contractus obligationis reciproci.*

Ex

Et exibiendo repellere illum, si agat ad consecutionem lucri pecuniarum propter defectum violatæ fidei. num 49.

50 Societatis officij creditor, quando eius socius non adimpleuit promissa, poterit quamuis contractus sit nominatus per viam exceptionis experiri ad infirmandam societatem.

Quod dupliciter potest practicari, vel expectando socium ad lucrum agentem, & tunc dicere ius illi non competere.

51 Vel officium Iudicis implorare, vt se à molestijs, quas timet, liberet, cui exceptioni non censetur renunciatum per receptionem fructuum.

52 Et quatenus nonnulli DD. huic opinioni non assentiant, tamen in quo casu ipsi loquantur, declaratur. & num. 53.

54 Societatis officij lucro non est locus, quando ille, super cuius vitæ periculo ea manet, adhuc viuit.

55 in Societate officij, quando est nominanda persona, super cuius vitæ periculo ea stare debet, quid seruandum veniat ex Constitutione reformatoria sa. me. Pauli V. & nu. 56.

57 pro Societate officij lucranda nullum fundamentũ fieri potest super actu per legem annullato.

58 Formæ sola omissio destruit actum, ac ipso iure est nullus.

Forma, quando est neglecta, nihil agitur nu. 58.

Lex resistit contractui, si peccet in forma. nu. 58.

59 Formæ etiam minima omissio vitiat actum, quod procedit etiamsi actus sit fauorabilis.

Actus est nullus non seruata forma, quod procedit etiamsi simus in causis pijs. nu 59.

Forma in minimo seruata, quando non vitiet actũ remissiuè. nu. 59.

60 Forma est seruanda ad vngulam, & guttulam.

61 Formæ nihil adimi vel detrahi potest cum sit indiuidua, & indiuisibilis, nam ex integritate consistit.

62 ex Forma nihil immutari potest nec vnius quidem horæ momentum.

63 Forma non potest adimpleri per relationem, quando in ea requiritur expressio.

Relatum dicitur esse in referente verè, propriè, & per modum naturæ, atque patentis veritatis n. 63.

64 Forma est adeo inuiolabilis, vt nec in hoc parcitur rusticitati, ætati, sexui, vel cuilibet aliæ qualitati, aut conditioni.

65 Mulieres, & rustici sicut vadunt ad syluam pro lignis, & ad Ciuitatem pro indulgentijs, ita etiam adire debent Iurisperitos pro consilijs.

66 Formæ omissio vitiat actum etiamsi omittatur a rustico, etiam per errorem.

67 Forma non seruata actus corruit, etiamsi iustissima causa excusationis adsit.

68 in Forma si peccet actus, non oritur nec naturalis, nec ciuilis obligatio.

69 Formæ renunciatio inualida est, nec aliquid operatur etiamsi millies partes sint in concordia, vt forma non seruata habeatur pro expressa.

Actus non solum dicitur nullus quando est gestus contra formam traditam, sed etiam quando est nõ contra, sed præter formam celebratus. nu. 69.

Actus est nullus, non seruata forma in eo tradita, quamuis sine ea facilius fuerit expeditus. nu. 69.

70 Forma inducitur ex clausula annullatiua actus aliter gesti.

Forma inducitur ex decreto irritanti. nu. 70.

71 Constitutio reformatoria Pauli Papæ V. super nominatione personæ, in qua debet consistere lucrũ societatis officij, an loquatur de nominatione, quæ fit à principio. & num. 73. 74. 75 76. 77. & 78.

72 Intimatio non requiritur, quando scientia, est verisimilis.

77 Disdictas societatis officij non solum Notarij tenentur registrare in manuali, sed etiam in margine instrumenti societatis.

80 Decisio in causa Romana societatis 15. Decembris 1624. coram Vbaldo fuit reuocata, & quare num. 81.

82 Forma quando est accidentalis, & non substantialis, potest adimpleri, etiam post actum perfectum.

83 Forma si constituta sit ad obuiandũ fraudibus non est necessaria eius præcisa obseruantia, dummodo occurratur fraudibus.

84 Forma aliqua si à Iure sit requisita ad certum effectum, potest per æquipollens adimpleri, eaque impunè spernitur.

85 Forma quando à Lege fuit inducta ad certum effectum, sat est, vt satisfacta remaneat mens Legislatoris illam formam inducentis, & sequatur effectus ab eo desideratus.

86 ex Æquipollentibus quid fiat non refert.

87 Scientia æquipollet intimationi.

83 Confessio, aut consensus, vbi concurrit, non est necessaria disceptatio fori.

89 Confessio, vel consensus partis vbi concurrit, non est opus tela iudicij.

90 Scientia debet esse præcisa ad effectum præiudicij.

91 a Commodo contractus, vt quis cadat, non bene infertur de vno casu ad alium.

92 Scientia debet esse certa, ac indiuidua cum omnibus suis qualitatibus, quando sumus in præiudicialibus & num 98.

Glos. in cap. concertationi, in verb sciuerit de appell. t. à pluribus extollitur tamquam aurea num. 92.

93 Scientiæ qualitas, quando est illa, quæ operatur, tunc non sufficit probare scientiam in genere.

94 Scientia specificata, vbi requiritur, non sufficit generalis notitia.

95 ad Præiudicij effectum cum requiratur sciẽtia certa, nisi de ea appareat, non iuuat taciturnitas.

96 Consensus, quando est de substantia actus, numquam ex diuturnitate temporis præsumitur.

97 in Pœnam, vt quis incidat non sufficit scientiam probare ex præsentia.

98 Testis si dicat aliquid esse factum præsente Titio, non probat, quod ille intellexerit, quæ fiebant.

90 Scientia ad effectum amittendi quod suum, sat non est, vt sit velata cum certa, & vera requiratur.

Ita vt sufficiens nullatenus sit, illa præsumpta ex simultanea habitatione.

100 Scientia non probatur, nec præsumitur ex affinitate, vel cohabitatione, nisi in concurrentibus iura sanguinis, non autem in actis extrinsecis, vel momentaneis.



ANNOTATIO AD DECISIONEM DXLII.

SED quid respondendum veniat, in non longe dissimili casu, nempè si inita sit societas officij puta scutorum 100. inter dantem pecuniam, & recipientem, aliosque fideiussores cum pacto, & conditione, quod in euentum mortis fideiussorum esset obligatus recipiens pecunias dare alium, seu alios idoneos fideiussores ad contentamentum creditoris infra 15. dies à tali euentu proximos, aliàs teneri velit ad sortis restitutionem.

Data modo morte aliquorum ex dictis fideiussoribus, eaque per partes non ignorata, si nullis alijs subrogatis, in locum eorum fideiussorum defunctorum iuxta conuentionem, fuerit in solutione, & receptione fructuum continuatum per plures annos, sed tandem per aliquod tempus fuerit prætermissa dicta continuatio, intra quod principalis super cuius vitæ periculo societas manebat decessit, nulla facta societatis disdicta, an hoc casu dicatur factum fuisse locum lucro pecuniarum d. societatis ad fauorem alterius partis.

Primo enim aspectu dicendum videtur, cum creditor societatis post mortem fideiussorum receperit
1 per plures † annos fructus, censetur remisisse socio onus renouandi fideiussores, quodque esse intelligendum si pars voluerit, & petierit, stante præsertim, vt dixi indubitata scientia obitus fideiussorum, *l. vniuersa C. de precib. Imperat. offerend.* Bald. *in l. qui crimen 3. num. 15. quæst. 7. C. de his, q. accus. non poss.* Vbi quãdo non fuit datus fideiussor, prout debe-
2 bat dari, non vitiatur processus, † cum requiratur oppositio, & quia partes procedendo videntur remisisse consentiendo, quod non detur fideiussor, ita vt non possit huiusmodi exceptio amplius allegari, *quod etiam sequitur Aretin. consil. 136. Clarissimè Doctor. col. penult. in fin. vers. sed dato, quod per gratiam.* Ias. *in l. vniuersa num. 2. vers. idem, quod in hac lege. & num. 3. in fin. vers. vltra supra dicta C.*
3 *de precib. Imperat. offerend.* Cum etiam † in terminis *l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt.* procedat iudicium, si non opponatur de non implemento. *Cagnol. in l. si quis maior. nu. 198. in fin. C. de transact. Alex. in l. filia licet. num. 3. C. de collat. Boer. dec. 133. num. 30. post med.*

Generale est enim, quemlibet actum tendentẽ ad
4 † fauorem alterius, esse intelligendum parte petente, quasi semper adsit conditio tacita, si quis vti voluerit exceptione sibi competente. *glos. in l. vniuersa rescripta in verb. præbeatur C. de precib. Imp offerend. & ibi Ias. num. 2. addo textum in l. 1. §. inde quæsitum ff. de oper. nou. nunciat. & in l. si sponsus §. si quis rogatus ff. de donat. inter vir. & vxor* Quodq; procedit, etiamsi in lege, seu alia dispositione con-
5 stituente aliquid ad fauorem priuatorum, † adsit clausula, ipso iure, & sine aliqua declaratione, nam semper id intelligi debet, ipso iure volente, de cuius vtilitate agitur, idque comprobari potest ex pluribus, & præsertim ex text. *in l. §. sed & quoties, & l. cogi §. Meianus ff. ad l. falcid. l. filio præterito, & ibi glos. & omnes ff. de iniust. rapt. l. maximum vitiũ §. sancimus C. de liber. præterit. l. scimus, & ibi glos. in verb. ipso iure C. de inofficios. testam. l. fin. C. de conpensat. §. in bonæ fidei, & ibi glos. in verbo eo cõpensato. Instit. de action. l. si constat. & ibi glos. in verb. ipso iure ff. de compensat. cap. quod sicut 28. & ibi glos. in verb. consentiente de elect. cum simili.* & est optima decisio in causa Romana *Fructuum Census 3. Martij 1617. coram bo. me. Archiepiscopo Seleucien. est decisio 422. num. 4. vers. semper intelligitur ipso iure, ipso volente de cuius vtilitate agitur &c. part. 4. recent. & in causa Romana prætensæ deuolutionis 18. Februarij 1636. coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto Decano §. secundo considerabant DD. vers. & sine declaratione res non potest dici caducata &c. vbi plures Auctores allegantur, & testatur de communi opinione quæ decisio fuit deinde in eadẽ causa confirmata 27. Iunij 1636. coram bo. me. Coccino §. secundum fundamentum vers. etiamsi pactum contineat, vt caducitas incurratur ipso iure, & ipso facto, quia nihilominus requiritur declaratio &c.*

Quare in casu nostro promissio illa de renouando fideiussores in casu mortis iam datos, cum respi-
6 ciat commodum † illius, qui dedit pecunias ad societatem officij, ideo intelligitur quatenus ipse velit, vnde si de hoc non appareat recipiendo fructus societatis, videtur illud onus remisisse, cum volun-
7 tas non † minus declaretur facto immo potentius quàm verbis, *iuxta text. in l. si tamen §. ei qui vers. multò enim amplius est id facere, quàm pronunciare &c. ff. de edil. edict. l. Paulus respondit non tantũ verbis ff. rem. rat. hab. cum simil.* Nullum enim
8 est † maius mentis nostræ testimonium, quàm qualitas inspecta factorum quæ sine loquela se intelligit & per solum aspectum imprimunt suam voluntatem super qua materia plura alibi dixi.

Et in specie de recipiente pensiones, & affictus,
9 quod ex hoc censeatur remittere onus dandi † fideiussores, voluit *post Ias. in l. vniuersa C. de precib. Imperat. offer.* Rota *in causa Aquilana Releuationis indemnitatis 28. Iunij 1577. coram bo. me. Robusterio est decisio 113. num. 6. vers. quia promissio illa de dando fideiussores, intelligitur &c. par. 1. diuers.* ac in puncto, quod in societate officij censeatur re-
10 missa datio fideiussorum, † vel receptione implementi per petitionem, seu receptionem fructuum, *latè comprobat Stephan. Gratian. discept. 301. & 302. ferè per tot.* respondítq; *Rota in causa Romana Societatis officij 19. Iunij 1628. coram bo. mem. Pirouano est decisio 192. num. 17. vers. per huiusmodi acquiescentiam contractui absque renouatione fideiussorũ &c. part. 5. recent. & in altera Romana societatis officij 6. Iunij 1639. coram eodem Pirouano §. Neque defectus implementi vers. quinimo voluntariè omissum per subsequentem semestrium fructuum receptionem &c. vbi aliæ decisiones allegantur.*
11 Item in supradicto casu etiam videtur † intrare lucrum pecuniarum, quia hic non adfuit interpellatio ad renouandum fideiussores, ex qua non secuta interpellatione, ille, qui dedit pecunias ad societatem officij ab illo pacto renouandi recessisse, &
12 † voluisse absque alijs fideiussoribus continuare ex voluntaria acquiescentia. *Rota d. decis. 192. nu. 21. par. 5. recent. & in Romana societatis officij scutorũ 1600. 5. Iulij 1627. coram clar. me. Merlino, & præ-*
13 sertim, ex quo, vt dixi, fideiussores erant dandi ad contentamentum, & sic quatenus illos petierit, & voluerit, vnde non petendo censetur contentari de alijs superstitibus obligatis, sicque implementi defectus euitari potest ex eo, quia nunquam fuit facta di-
14 cta † declaratio per eum, qui dedit pecunias, quinimò

nimò voluntariè omissa per subsequentes semestriũ fructuũ receptiones, in quibus casibus semper cessat, & excluditur exceptio non implementi propter
15 verisimilem † conditionis, & pacti remissionem, vt constat ex supra relatis & conferunt tradita *per Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 29. per totum, & præsertim a numer.* 18 sicque im-
16 plementi exceptio opponi non † potest per eum, qui contractui acquieuit, eius vigore aliquid recipiendo *Aym. cons.* 06. *num.* 2. *&* 151. *num.* 1. *Aret. cons.* 150. *col.* 1. *Rota in Mediolanen. Frumenti* 16. *Octobris* 1587. *coram bo. me. Orano, & decis.* 75. *n.* 2. *coram sa. me. Gregor XV. & decis.* 577. *numer.* 10. *part.* 1. *recent.* & in terminis de Domino petente, vel recipiente canones postquam caducitas fuit incursa, vt ex hoc censeatur remissa omnis caducitas etiã si in contrarium sit protestatus, vt non intendat remittere per talem actum incursam caducitatem asserunt *Butr. Card. Imol. & alij in cap. potuit. de locat. glos. Cin. Bald. & alij in l.* 2. *Cod. de iur. emphyteot. Ruin. consil.* 110. *num.* 4. *lib.* 1. *& vide Caualc. decis.* Fori Fiuizan. 25 *num.* 11. *part. Afflict. decis.* Neapolitan. 174. *numer.* 3. *Magon. decis.* Florent. *decis.* 145. *num.* 14. & Lucen. *decis.* 35. *numer.* 7. *Gamm. decis.* Lusitan. 72. *num.* 5. *& decis.* 299. *num.* 3. *& dec.* 283. *numer.* 4. *Martin. Monter. a Cueua. decis.* Aragon. 5. *Gratian. decis.* Marchiæ 49. *num.* 22. 30. *&* 31. *Surd. decis.* Mantuan. 6. *num.* 7. *& decis.* 317. *nu.* 1. *& Barz decis.* Bononien. 50. *num.* 3. *Rota coram bo. me. Card. Mantic. decis.* 200. *num.* 1. *&* 2. *& in causa Pisana caducitatis* 25. *Iunij* 1601. *coram bo. me. Card. Sacrato est decisio* 896. *num.* 4. *part.* 4. *diuers. & in Romana Præstationis Cedulæ* 1. *Decembris* 1628. *corã bo. mem.* Coccino, *est decisio* 218. *nu.* 3. *part.* 5. *recent. & in* Romana *Domus* 26. *Februarij* 1631 *coram re. mem.* Merlino, *est decisio* 15. *num.* 7 *part.* 6. *recent. & in Perusina Oblationum* 27. *Ianuarij* 1640. *coram eodem*.

Nec obstat, licet in supra relato casu contractus societatis officij fructus per aliquod tempus ante
17 obitum principalis, super cuius vitæ periculo † manebat societas, non fuerint soluti, quia nõ propterea, ille, qui accepit pecunias ad societatem & qui fideiussores renouare tenebatur excludẽdus venit à lucro, vti morosus debitor, & violator fidei cum mo-
18 ra ei fuerit † remissa per dictam receptionem *l. de lege, l. post diem ff. de leg. commiss. & l. si fundus* 4. *§. eleganter ff. eodem*, vbi, si post præstitutam diem
19 venditor petat vsuras, † censetur conuentioni renũciasse, & non est locus pænitentiæ *l. commissoriæ. C. de pact. int. empt. & vẽdit. dixitq;* Rota *in d. dec.* 422. *num.* 8. *in fin. part.* 4. *recent.* quam secuta est Rota *in causa Firmana Prædij* 30. *Ianuarij* 1640 *coram R. P. D. meo Peutingero §. penult. vers. pactum resolutiuum non operatur, nisi quatenus eo re integra vtatur &c. & iterum in ea causa* 14. *Maij eiusdem anni coram eodem* R. P. D. *Peutingero §. Ad hæc fuit responsum vers. non potuit vti pacto resolutiuo nisi re integra &c.* illaque mora excluditur ex tacita
20 etiam voluntate creditoris † differentis exactionem & permittentis remanere pecunias penes debitorẽ *ex Afflict. decis.* 150. *num.* 33. *& seqq.* nec non faciũt, quæ dixi *in annotat. ad decisionem* 6. *nu.* 118. *supra par.* 3. *recent.* vbi habetur, quod in debitore præsumenda non est mens corrupta, anteaquam enim ip-
21 se † non est in mora soluendi, eo quia creditor cum non interpellat ad soluendum, non potest dici nolle soluere, immo præsumitur, quod sit ad soluendum
22 paratus, si fuerit requisitus, † sicque cessante dicta requisitione non per eum, sed per creditorem videtur stetisse, quin non soluerit *cum multis alijs ibi allegatis vsque ad num.* 132. quæ quidem possunt applicari ad casum nostrum, nam dum creditor societatis non interpellauit socium ad dandum fideiussorem, tunc in eo cessat culpa, & mora, cessante dicta petitione, *vt notatur in l. pupillus ff de verb. obligat. cum alijs adductis per Becc. consil.* 37. *num.* 16. *vers. non potest cadere vlla consideratio culpæ &c.* sensitq. *Rota in causa Auenionen Vsusfructus*, 13. *Iunij* 1642. *coram* R. P. D. *meo Ghisilerio §. Hinc patet. vers. vbi nulla est petitio, ibi nulla mora intelligi potest &c.*

Verum supradictis in his terminis parum, aut nihil obstantibus intrepidè respondetur contrarium magis veritati adherere, ac huius conclusionis ratio non longe quærenda est, quia ille, qui pecunias ad
23 societatem accepit, † fideiussores in locum demortuorum non renouauit iuxta primam obligationem, ideoq; Iura numquam ferre volunt, vt lucrum faciat ex contractu is, qui contractum adimplere non curauit, & vltro allegata *hic in decisione nu.* 1. *&* 2. *addo Dec. in l. cum proponas la* 2. *num.* 4. *C. de pact. Aym. consil.* 246 *numer.* 3. vbi allegat *text. in l si duos ff. de contrahend. empt. Salicet. in l.* 2. *num.* 3. *vers. & si est nominatus* C. *de condit. ob caus.* Rota *in Romana vineæ* 28. *Iunij* 1623. *coram bo. me. Pirouano. & in Fanen. Bonorum* 24. *Nouembris* 1628. *coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto*, vbi etiam dicitur
24 exceptionem non † adimplementi etiam in minimò verificari &c. *cum ibi allegatis, quæ est decisio* 215. *num.* 4 *infra part.* 5 *recent. & vide in causa Craconien. Decimarum* 21. *Maij* 1640. *coram R. P. D. meo Cerro. addeque* Alex. *cons.* 212. *Visis num.* 2. *lib.* 2. *vbi post Bald. in l. in ciuile. C. de rei vindic. & probatur per l. si ita quis § scia ff. de verb. obligat. & in l. si cõueniat ff pro soc.* asserit, supradictam regulam militare in omni contractu etiam nominato, *Bald. in cap.* 1. *qualit Dominus propr. priuetur in vsib. feud. Corn. consil.* 245. *in præsenti num.* 2 *lib.* 4 Vbi, quod
25 quando cõtractus est reciprocus, nisi quis † impleat pro parte sua non potest cum effectu agere, etiamsi contractus sit nominatus.

26 Quælibet enim promissio habet in ventre † tacitã illam conditionem, si fides seruetur *cap. peruenit de iureiur.* & si quis agat repellitur exceptione, quæ est litis finitæ, & impedit litis ingressum *Angel. in §. æque col.* 5. *vers. Duodecimo. Instit. de excep. Iasin §. actionum num.* 139. *Instit. de act. Aym. cons.* 137. *in contractu num.* 14. *&* 248. *Iniusti tia col. penult. ad fin.*

Quę regula non solum vera est in simplici pro-
27 missione, † sed etiam in promissione iuramento firmata, nam si mihi promittis simpliciter quicquam & ego promitto propter illud tibi dare decem cum iuramento, si tu non seruas mihi illam promissionẽ
28 † simplicem, ego non teneor seruare tibi promissionem iuratam, vt notabiliter dixit *Ioan. de Imol. in* 265. *incip. in instrumento col.* 2. & allegat textum *in l. cum proponas C. de pact. & in l. siue apud acta C. de transact. & in cap.* 3. *de iureiur. cum alijs allegatis per Hippolit. de Marsil. singul.* 42. *incip. Frangẽti fidem vers. Et scias, quod hæc regula &c. adde*

Marc.Anton.variar.resolut.l.1.resolut.87.num.22.
Adeo enim efficax, sicque præpotens est ista ex-
29 ceptio, † tu non adimpleuisti ex parte tua, vt si ex
forma statuti clausa sit omnis via, ac sublatus omnis
obiectus exceptionum, ea tamẽ obijci potest, quod
contractus non fuit impletus, vt per Bald.post Cin.
in l.ex prædijs C.de euict.Corn.consil.297.in consilijs
post numer.1.vers.& regula est lib.3.& consil.245.
In præsenti col.1.vers.tamen prædictis minimè refra-
gantibus lib.4.Roman.consil.244.num.5.vers.primo
enim cum alijs copiosè relatis per Carol. de Grass.
tract.de exception. in exception.33.de condition. non
implet.a num.11.
Insuper est ita fauorabilis dicta exceptio tu non
30 † adimpleuisti ex parte tua, quod super ea supplet
Iudex ex officio parte non petente, vt post Roman.
consultus respondit Crauett. in consil.151.sub n. 10.
vers.est adeo fauorabilis exceptio tu non adimpleuisti
cum ibi allegatis, & adde Becc.consil.45.num.6. 10.
& 12. dicens agentem sola exceptione inobseruati
31 contractus † repelli, quia male agit, cum actione ca-
reat. Menoch.consil.1.numer. 368. Surd.consil.186.
num.11.& 563.num.4.idem seruari asserens, si alle-
32 garetur impedimentum, † quia nihilominus remo-
uetur ab agendo, & idem sensit Dec.in l.cum propo-
nas 2.col.2.in 3. notabil. C. de pact.Crauett.in dicto
consil.151.sub num.10.vers.non excusatur si impe-
ditus fuerit implere &c. ac ponderatur hic in fine
præsentis decisionis.
Et in puncto, quod agentes ad lucrum pecunia-
33 rum ex † contractu societatis officij reijciantur per
exceptionem, tu non adimpleuisti ex parte tua, plu-
ries animaduertit Rota, & præsertim coram Cardin.
Seraph.decis.225.num.4.vers. cum non possit, quis
lucrum facere ex contractu quem nõ adimpleuit &c.
& coram Penia in Romana pecuniaria 2.Decembris
1596.est decisio 331.num. 1. part.4.diuers. est etiam
impressa apud Zach.de Societat.offic. decis.21. nu.1.
& inter eius a me imprimendas est decisio 443.nu.1.
idemque fuit tentum coram Reuerendiss. Vrgellen.
decis.9.nu.7.& coram bo.me.Buratt.decis.674.n.3.
& magis recenter arbitrata fuit in d.Romana socie-
tatis officij 6.Iunij 1639.coram bo. mem. Pirouano,
vbi Rota absque difficultate respondit, non esse fa-
ctum locum lucro pecuniarum, ex morte illius,
34 † super cuius vitæ periculo ea manebat, quia ille,
qui recepit pecunias ad societatem officij, promisit
intra duos menses facere, vt quidam illam ratifica-
ret, & cum dicta ratificatio conuenta non fuerit re-
portata, repellendus omninò est, si intendat gaudere
35 † commodo de lucranda dicta societate, nec alijs in
instrumentis contentis, & in puris terminis casus
relati supra in principio annotationis, magistraliter
animaduersum fuit in causa Pausiren. Societatis of-
ficij 30.Maij 1639.coram R.P.D. meo Frãcisco Ro-
ias, §. Ratio resolutionis fuit, quia Eliseus fideiusso-
res in locum demortuorum non renouauit &c. Vbi
etiam respondetur obiectionibus, de quibus supra.
Et primò non obstare in contrarium, quod fru-
ctus post obitum fideiussorum, fuerunt recepti, etiã
præsupposita scientia obitus fideiussorum, quia non
36 tamen † per receptionem fructuum censetur fuisse
remissam obligationem renouandi fideiussores, sed
solum pro tempore, quo fuerunt soluti fructus d.ob-
ligatio fuit remissa, Ideoque cum solutio fructuum
fuerit facta vsque ad certum tempus, & ipse princi-
37 palis super cuius † vitæ periculo manebat societas
obierit, postquam fuit cessatum in solutione, conse-
quenter remanet dicendum, quod onus renouandi
fideiussores non fuerit remissum, nisi pro tempore in
quo solutio fuit facta ex allegatis per Gratian.discep.
Forens. cap.301.num.53.& cap.302. numer. 12.&
cap.505. num.54. voluitq; Rota coram fe.re.Gregor.
XV. decis.88.num.53.& coram bo. me. Penia in d.
Romana Pecuniaria apud Zach. de societat. officij
decis.21.in fin.& in d.Romana Societatis scutorum
mille coram bo.me Pirouano, est infra in part.5.re-
cent.decis.192.num.16. & aduertit Dominus meus
Ioannes Franciscus Ferentillus (vir legum peritia
insignis, qui nuper eius meritis longè exigentibus
vtriusque Signaturæ Sanctissimi D. N. Papæ Refe-
rendarius creatus fuit, nec non Eminentissimi, &
Reuerendissimi D. Card. Antonij Barberini S.R.E.
Camerarij, Generalis Auditor declaratus &c.) in
suis annotat. ad bo.me.Buratt.decis.674.numer. 17.
cum ibi allegatis. Ex eo quia, sicuti pro eo tempo-
38 re non poterat † creditor compellere debitorem ad
faciendam renouationem, ita dici non potest, quod
adsit, eo tempore elapso aliquis tacitus consensus,
& continua preseruatio in remittendo obligationem
renouandi. Zach.in d.tract. de societat.offic.nu.460.
Gratian.d.discept.302.num.12.& d. decis.331.p.4.
diuers. Voluntas autem tacita, quæ prætenditur re-
39 sultare ex † illa receptione fructuum restringitur ad
limites ipsius actus. Crauett. de antiquitat. tempor.
part.4.in princip.& numer.77. Bart.in l. 1.§. si quis
hoc interdicto ff.de itin.actuq.priuat.Surd. cons. 52.
num.73.& decis. 317.num.22. Quare cum debitor
societatis debebat omnia ad vnguem promissa adim-
plere pro ea lucranda, & statim non secuto adim-
40 plemento, & sequuta remissione pro tempore † fa-
ctæ solutionis fructuum, societas ad præiudicium
eiusdem debitoris fuit dissoluta, vel saltem suspensa.
Surd.decis.181.num.11.ex glos.& Castren. in l. Iu-
lianus §.offerri, & §. si quis colludẽte ff.de act.empt.
asseritque Rota in d. Pisauren. Societatis officij 30.
Maij 1639.coram R.P.D.meo Roias §. Nec obstat
vers.statim non sequuto adimplemento, & secuta
remissione pro tempore factæ solutionis fructuum
societatis &c.
Nec minus obstat alterum, & secundum fundã-
41 mentum, † quod non adfuerit interpellatio sequuto
obitu fideiussorum ad renouandum, prout in casu de-
cis.9.coram Reuerendiss.Durano, & decis.192.par.5.
recent. & aliarum decisionum, quia in decis. Dura-
42 ni, non aderat expressum certum † tempus ad reno-
uandos fideiussores, nec in decis.192 par.5. Decisio-
nes verò in quibus aderat certa dies ad faciendam
renouationem prout in decis.21.apud Zach. ibi, quã-
43 uis † adfuit interpellatio, non tamen dicitur fuisse
necessariam, vltra quod, ibi fortasse adfuit, & fuit ne-
cessaria interpellatio, ad effectum vt recipiens pecu-
nias non posset allegare mortẽ fideiussorum, & ex-
44 cusari de non implemento. Quod † secus est dicen-
dum, quando talis ignorantia nullatenus potest
allegari, itaque stante dicta scientia, obitus fideiusso-
rum, & certa die per expressam conuentionem infra
quindecim dies, vel aliud tempus renouandi fideius-
45 sores † non requiritur alia interpellatio, cum illa
dies, seu lapsus termini vim habeat interpellationis
l.magnam. C.de contrahend.empt. Gozzad. cons.57.
num.10.in fin. Rota Ianuen. decis.139. nu.1. Surd.
decis.

decis.57.num.14. Seraph. decis.225. num.4. & id de-
sumitur ex satis trita illa iuris cõclusione, quod dies
46 certa † interpellat pro homine ad text. in cap. po-
tuit de locat. & in l.2. C. de iur. emph. Surd. d. decis.
57.num.7. & in puncto societatis officij respondit
Rota in d. decis.192.num.17. & recentius in illa Pi-
sauren. societatis officij 30. Maij 1639. coram R.P.
D. meo Rojas. §. minus obstat. vers. dies certa inter-
pellat pro homine &c.

47 Vlterius addo, quando aliquid † promittitur sub
certo die, prout est casus noster, cum fuerit promis-
sum renouare fideiussores intra tempus 15. dierũ cõ-
putandum à tempore mortis fideiussorum iam dato-
rum, vel si intra mensem fuerit promissum, quod ali-
quis ratificaturus esset societatem initam, & similia,
tunc beneplacitum subsequens non tollit moram
48 † incursam per lapsum dicti termini, sed conseruat
actionem pro cogendo promissore, ad renouandum
fideiussores, vel reportandam dictam ratificationem
&c. idq. in actis dimittendi, quatenus placuerit cre-
ditori societatis fideiussores velle, vel ratificationem
49 consequi, & habere, atque ita † agendo compellere
socium ad implementum ex vi obligationis contra-
ctus reciproci, & excipiendo repellere illum ab ipsa
lucri consecutione propter defectum violatæ fidei
50 quandoquidem † creditor societatis poterit etiam
in contractu nominato per viam exceptionis ad in-
firmandam societatem experiri, Crauett. cons.192.
num.22. & cons.246.num.2. Becc. cons.45. num.38.
Menoch. cons.55. nu.6. Surd. cons.369. nu.32. & 36.
quod quidem secundum Bec. d. cons.45. num.39. du-
pliciter potest practicari, vel expectando socium ad
51 † lucrum agentem, & tunc dicere ius illi non compe-
tere, vel officium iudicis implorare, vt se à molestijs
quas timet, liberet, cui exceptioni non censetur re-
52 nunciatum per † exactionem fructuum, & quatenus
multi DD. aliud sentiant, tamen sunt intelligendi,
quando cessat mora, & concurrente probatione, seu
53 † præsumptione acquiescentiæ creditoris, dum non
curat, vt sibi promissa adimpleantur, quod tamen
secus est, quando nec expresse, nec tacitè prædicta
concurrunt, & ita in terminis promissæ ratificatio-
nis intra certum tempus &c. arbitrata est Rota in
illa Romana societatis officij 6. Iunij 1639. coram
bon. mem. Pirouano.

Vbi pariter fuit dictum ex alio capite non fuisse
factum locum lucro pecuniarũ ad societatem data-
54 rum, † quia non fuit probatus obitus illius, super
quo residebat periculum vitæ, & in quo fundabatur
actio societatis superlucratæ, nam ille, adhuc viue-
bat, comparebat, & informabat.

Nec quidquam releuabat, fuisse conuentum, vt in-
tra spatium 15. dierum faciẽda esset nominatio per-
sonæ, super cuius vitæ periculo manere debebat so-
cietas, ac interim nominatione super periculo vitæ
dantis pecunias maneret, qualis nominatio intra
dictum temporis spatium facta fuit, ac etiam seruatis
seruandis prætendatur emanasse.

Quia nullatenus id verificabatur cum in nomina-
55 tione illius personæ, † non fuit seruata forma præscri-
pta à Constitutione san. mem. Pauli V. titul. de Not.
Tribunal. Vrb. scilicet præuia intimatione, & adno-
56 tatione † in margine matricis instrumenti societatis,
& cum clausula annullatiua actus, ac decreto irritan-
ti, & alia clausula sublata. Inde sequitur super actu
57 † per legem annullato nullum posse fieri fundamen-
tum pro societate lucranda, Ias. in l. non dubium.
num.18. C. de legib. qui loquitur de lege actum an-
58 nullante, & sola formæ omissio destruit † actum, & ni-
hil agitur ea neglecta, cũ eo casu actus fit ipso iure
nullus, can. in Synodo. de consecrat. distinct.4. can. dif-
finitiua 2. quæst.6. can. solet quæri.32. quæst.2. cap.1.
de excomm. cap. veniens. de presbyt. non baptiz. cap.
cum delicta. de rescript. cap. tua de sponsal. cap. pro-
uida. & cap. fin. de elect. in 6. l. Iulianus. §. sed & si
quis. ff. ad exhibendum l. Meuius, & l. qui hæredi. ff.
de condit. & demonstrat. l. qui sub conditione. ff. eo-
dem ibi. l. à Diuo Pio. §. in venditionem. ff. de re iu-
dic. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. l. non dubiũ.
C. de legib. l. Iulianus. § sed & si quis. vers. forma
mutata prope interemi substantiam rei. ff. ad exhi-
bend. l. Seia. ff. de aur. & argent. legat. l. si conuene-
rit. §. si quis. ff. de pignor. act. l. mulieris. §. 1. ff. de
verb. obligat. l. si is qui. ff. ad leg. Falcid. l.1. C. vt in
possess. legat. l. hac consultissima, & l. si vnus. C. de
testam. l.1. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. l. contra-
ctus. C. de fid. instrument. l.1. C. de præd. decurion.
sine decr. non alien. lib.10. & l. inter cætera. ff. de
liber. & posthum. l. diligenter. ff. mandat. Francisc.
Viu. decis. Audientiæ Baren. 325. num.1. part.1. vbi
plura. Boer. decis. Senatus Burdegal. 2. num.22. Af-
flict. decis. Consilij Neapolitan. 355. num.3. & decis.
378. num.4. Vincent. de Franch. decis. pariter Nea-
politan. 185. nu.2. Surd. decis. Senatus Mantuan. 168.
num.8. Manent. decis. quoque Mantuan. 57. num.2.
Osasch. decis. Senatus Pedemontani 165. nu.7. Gam-
ma decis. Senatus Lusitani 45. num.3. Merlin. decis.
Rotæ Lucen 68. num.4. Rota Ianuen. decis. 190. n.9.
Borgn. decis. Fori Fiuizanen. 13. num.13. & decis.23.
numer. 1. part. 1. Gratian. decis. Rotæ Marchiæ
86. num.7. Amat. decis. pariter Marchiæ 67. nu.7. vbi
de communi. Magon. decis. Rotæ Florentinæ 118. nu-
mer.1. idem Magon. decis. Rotæ Lucen. 49. num.4.

Rota vero Romana, sæpissimè dictam conclusio-
nem perpetua constantia admisit, & potissimum in
diuers. decis.226. num.1. par.1. decis.72. nu.2. par.2.
decis.2. num.4. par.3. lib.1. decis.28. num.4. eadem
part. lib.2. decis.55. num.4. eadem part.3. lib.3. decis.
247. num.4. par.4. decis.164. nu.1. part.5. alias post
2. tom. Consil. Farinacc. & in recent. decis.158. nu-
mer.10. par.1. decis.15. num.3. par.2. decis.463. n.1.
par.3. decis.498. num.6. part.4. decis.71. num.10. &
decis.77. num.8. eiusdem par.4. tom.2. decis.350. n.3.
part.5. decis.454. num.10. eiusdem part.5. tom.2. de-
cis.143. num.4. par.6. & decis.190. nu.25. & decis.
161. num.8. par.7. & fuit dictum coram bon. mem.
Card. Mant. decis.300. nu.1. cum ibi allegatis, & co-
ram bon. mem. Buratto decis.14. num.10. & coram
san. mem. Gregor. XV. decis.1. num.1. & coram bon.
mem. Card. Caualer. decis.619. la prima. num.13. vbi
etiam dicitur, quod lex resistit contractui si eius for-
ma præscripta non fuerit seruata, & coram R.P.D.
meo Ghisilerio in causa Bononien. fideicommissi de
Ramundinis 22 Martij 1638. §. pariter censuerunt
vers. forma præcisa debebat adimpleri, itaut aliter
gesta non valerent &c. cum ibi allegatis, alijsq. in-
finitis, quæ vsque ad nauseam referre possem, ac in
terminis societatis officii, & in puncto supradictæ
Constitutionis Reformatoriæ Pauli V. fuit dictum
in Romana societatis officij 5. Decembris 1615. corã
bon. mem. Remboldo, est decisio 356. num.1. par.4. re-
cent. estq. etiã decis.71. apud Zacch. de societ. officij

coram bon.me. V*baldo in alia Romana societatis officij* 15. *Nouembris* 1624. *vers. forma non seruata corruit actus &c.& recentius in altera supradicta* Romana *societatis* 6. *Iunij* 1639. *coram bon.me.* Reuerendiss. *Pirouano. §. quia cum. vers. sola formæ omissio vitiat actum &c.*

Procedit insuper dicta conclusio, vt forma non
59 seruata †corruat actus, etiam si in minimo constet omissio, quia in hoc, qui cadit à minima parte, cadit etiam à toto, *Butr.in cap.Pisanis in* 7. *notab.per illum text.de restitut.spoliat. cum alijs citatis per Felin.in cap. cum dilecta. col.*3. *de rescript. & per Iacob. Nouell. de iure prothomiseos, siue de iure congrui. §.*3. *num.* 16. *Hippolyt. Riminald. in cap. quæ in Ecclesiarum num.*92. *de constitut.Ant.de Vetrutia in l.*1. *num.*243. *ff.de iureiur. Surd.decis.*144 *numer.*17. quãdo vero id non procedat, latè ponit *Petr. Barbos. decis. Lusitan.*52. *num.* 27. & amplia licet actus esset fauorabilis, *l.qui Romæ. §. Flauius. ff.de verb.obligat. Bald. in l.testamentum. C. de testam. & in consil.* 201. *incip. considerandum est. lib.* 5. *Ias.in consil.*191. *incip.placet mihi.col.* 1. *lib.*2. vbi dicit etiam id procedere in causis pijs, quod & sequitur *Hoied. de incompatibilit. benefic. part.* 2. *cap.*1. *num.*23. Cum sit generale, ac perpetuum, formam
60 vsque ad †vngulam, & guttulam custodiendam esse ex relatis per *Io. Baptistam Cost. in tractat.de iur. & fact.ignorant.inspect.*71. *num.*9.

Desperari enim potest, vt formæ nihil addi, vel
61 detrahi † possit, ad quod expendi potest sacer textus iuris Diuini *in Deuteron. cap.*12. *in fin. dicens*. Quod præcipio vobis, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas &c. *qui textus ad hoc post Hostien. adducitur per Io.Andr. in cap.prudentiam. §.* 1. *verb. citra formam extra de offic. & potestat. delegat.* Sine pugna quidem transit conclusio, illa, quod forma est indiuidua, & indiuisibilis, quæ ex integritate consistit, & vt dicit *Bald.in cap.*2. *col.*2 *vers.sed nũquid numerus. titul. de milit.vassall.q. contum. in vsib. feud.* ex forma
62 nihil immutari†potest, nec vnius quidem horæ momentum *facitq. text.in l.cum hi. §.si prætor. ff.de transact.* Rota *in Romana donationis* 50000. 10. *Septembris* 1574. *coram san. mem. Clement.VIII. est decisio* 246. *num.* 10. *par.* 1. *diuers.* vbi dicitur formam non posse adimpleri per relationem, quan-
63 do † ea requirit expressionem, & tamen paria sunt quippiam esse per se, vel per relationem, quandoquidem & relatũ est in referente, verè, & propriè per modum naturæ, atque patentis, veritatis *l.institutio. ff.de condit.instit. l.asse toto. vbi Bart. ff. de hæred. instit.Dec.cons.* 9. *nu.*3. *& cons.*687. *col. in fin. Paris.cons.*9. *num.*17. *lib.*3. *Gozzad. cons.*57. *num.*16. *Crauett.cons.*639. *num.*7. *vol.*4. *Decian.cons.*72. *numer.*45. *vol* 2. Rota *decis.*35. *sub nu.*6. *vers. cum relata dicantur esse in referente verè, & propriè &c. par.*1. *recent. & decis.*194 *num.* 49. *vers. verè, & propriè &c.par.*5. *recent.* sic etiam grauia sunt pec-
64 cata commissa in forma, †vt Iudex nec in hoc parcere potest rusticitati, sexui, ætati, nec cuilibet aliæ qualitati, aut conditioni *l.vltim. C.de testam.iuncta glos.in l.ambiguitatis eodem titulo*, & bene dixit idẽ *Bald. in l.iuris ignorantia. C.qui admitt. ad bon. possess.* sicut mulieres, & rustici vadunt ad syluam
65 pro lignis, & ad Ciuitatem pro † indulgentijs, ita etiam adire debent aduocatos, & iurisperitos pro consilijs quod & refert *Euerard.in suis topicis legalib. titul* 53. *de argument.à defectu formæ. circa fin.* & idem *Bald.in l.hi, qui ad ciuilia. col. penult. C.de*
66 *appellat.* plus †dixit quod omissio formæ vitiat actũ etiam si omittatur à rustico etiam per errorem.
67 Quod enim forma non seruata, † corruat actus, etiamsi iustissima causa excusationis adsit post *Bald. in cons.*11. *præmissis verbis. vers & circa omnium. lib.*1. *& in cons.*324. *Punctus lib.*2. *Dec.in cons.*466. *stante statuto. num.*14. *vers. vbi deficit forma non sufficit causa etiam iustissima &c. ac Francisc. Bec. cons.*66. *num.*26. *vers. agitur de forma statuti omissa, quo in casu, nec iustissima quidem causa excusat &c. Gamm.decis.*45. *num.*3. *dixitq. Rota in causa Ferrarien. bonorum* 16. *Iunij* 1614. *coram bo.mem. Archiepiscopo Dunozetto. est decisio* 624. *sub nu.*2. *vers.nulla tametsi iustissima causa excusat à seruatione formæ &c. par.*1. *recent.*

Insuper notandum est quando illud, quod agitur
68 peccat in forma, †tunc ex eo, non nascitur, nec naturalis, nec ciuilis obligatio, *vt notabiliter dixit Bart.in l.*1. *col.*3. *ff. de condit. indebit.* quem secuti sunt *Roman.& Angel.relati ab Hippolyt. Marsil.in tractat.de Bannitis.in verb.incontinenti.num.* 16. *in fin. & adde Surd.decis.*168. *num.*9.

Vtique est adeo necessarium, vt in actibus inter-
69 ueniat forma in eis †tradita, vt si millies partes sint in concordia, vt forma non seruata habeatur pro expressa, ac perinde esset adhibita, talis conuentio nihil operatur, nam formæ, nec potest renunciari de consensu partium, *l. quidam decedens. ff. de administrat.tutel.Bald. in cap.*1. *qui succed. teneant. Angel. in §. tripli. nu.*8. *vers. præterea.instit. de action. cum alijs copiosè allegatis per Becc cons.*12. *num.*20. *& per* Riminald. *sen. cons.* 413. *num.* 12. cum alijs abundè relatis *per Francisc. Viu. decis.*355. *num.*4. *Gamm.decis.*237. *num.*2. *Osasc.decis.*166. *num.*7. *& Boer.decis.*1. *num.*47.

Tandem non solum actus dicitur ipso iure nullus, quando est gestus contra formam in eo traditam, sed etiam casu quo dictus actus gestus est præter, licet non contra formam *Bart. in l.item eorum. §.sed etsi ita.ff. quod cuiusq. vniuers.nom.Ioan.Andr. in cap. prudentiam §.* 1. *de offic. delegat. Roland. cons.*72. *num.*54. *vol.*3 *Surd.decis.*268. *sub num.* 9. vbi etiam ait, nec prodesse, quamuis sine forma, actus facilius fuerit expeditus, quia nihilominus subiacet nullitati, *glos.in cap. solet. in verb. superiorem, & ibi Gemin. de sentent.excommunicat.*

Quare redeundo ad nos, quod enim in casu supradictæ Constitutionis Pauli V. sit inducta forma, fateri
70 etiam †inuitis debitis quilibet debet, quia in ea adest clausula annullatiua, cum decreto irritãti, & alijs ex quibus colligitur fuisse traditam formam circa ibi disposita *cap.si capitulo.de conceß. præbend.in* 6. *iuncto cap. dilecto.*2. *de præbend.Bald. & communiter omnes in l.*1. *ff.de liber. et posthum et est glos.in l.fin.C.de vendit. rer.ciuil. lib.*11. facit *text. in cap. quia propter. de elect. in cap.Pisanis. de restitut.spoliat.* vt scribit *Alex.in d.l.*1. *& in l.hac consultissima. C.qui testam. facer. poss. Ias.in l. non dubium in* 5. *col.C.de legib. Gomes. ad Regul. Cancellar. in annal. possess.quæst.*6. *§.primo, quia ista regula, & in regul. de idiomat.quæst.*8. *in princip. Felin.in cap.ex parte num.*7. *de constitut.& in cap. cum dilecta. in quinto signo formæ. de rescript.glos.in clem.*2. *in verb. nullo modo.*

modo de ætat.& qualit. Dec.*consf.*279.*num.*1 *vers.& hoc expressè, & consf.*612 *num.*1. *in fin. Gratian. discept.*596.*num.*5. dixitq *Rota coram san.mem. Gregor.XV.decis.*384.*nu.*9. *coram bon.mem.Buratt.decis.*120.*num.*2.*& in recent. decis.*225. *num.*5.*par.*2. *& coram bon.mem.Pirouano in causa Ianuen. separationis thori* 5.*Maij* 1634 *est decis.*277.*nu.*13. *vers. ex pœna nullitatis colligitur forma &c. par.*6.*recen.* & vide tradita per *Osasc.decis.Pedemont.*165.*nu.*13.

Quippe nec iuuat replicare, quod reformatoria Constitutio, non loquatur de nominatione, quæ fit ab
71 initio in ipso contractu † societatis, vel intra terminum 15. dierum inter partes præfixum, & conuen-
72 tum, quæ de iure non requirit intimationem† propter verisimilem notitiam eius, qui est certiorandus, *l.eum qui certus. de reg.iur. Caputaquen. decis.* 293. *part.*3.*Cassador.decis.*2.*num.*3. *de iudic. Gratian.discept.* 156. *num.*1. *& fuit dictum coram bon. mem. Card.Caualer.decis.*3.*num.*1.*& seq. facitq. textus in l.*1. *in fin. de act. empt. in l. item veniunt contra. §. petitum. ff.de petit. hæred. & in cap. eum. qui certus. de regul.in* 6.*Bart.in l.nomen.col.*1.*vers.quæro. C.de pign.oblig.poss.& in l.emptor.C de act.empt. Decian. consf.*18. *num.*151. *vol.*1. *& consf.* 69. *num.*17. *vol.*4. *Viu.decis.*510.*num.*9.*&* 10.*tom.*2. & optimè distinguit *Iacob.Nouell.de iure congru.*93.*à num* 25. sed
73 de nominatione, † quæ fit ex interuallo durante societate parte absente, qualis non est casus præsens.

Quoniam huiusmodi distinctio repugnat verbis, &
74 sensui † eiusdem Constitutionis, nam in contractibus societatis officiorum, quando principales non subeunt periculum propriæ vitæ, faciunt ex pacto, vel ex natura contractus nominationes aliarum perso-
75 narum, vel † translationes, ac demum disdictas, quibus omnibus prouidet Constitutio obuiando fraudibus, ne periculum vitæ sub incerto resideat, nec alij termini in istis contractibus societatis officij dãtur, quam supradicti, dum non possunt considerari
76 nominationes † in origine contractus, & nominationes in progressu societatis, ex quo ille sciat translationes, non autem nominationes, quando fiunt † perfecto contractu societatis, propterea constitutio prouidendo omnibus casibus. Primò determinat,
77 quoad dictam, ibi disdictam† societatis officij teneãtur Notarij non solum in manuali registrare, sed etiã in margine instrumenti societatis adnotare videlicet die tali disdicta, & die tali reproducta, *& in vers.*
78 *idemq. seruetur*, mandat Constitutio, †idem seruari, in intimatione, necnon, & in translatione periculi vitæ, & hoc absque illa distinctione supra opposita, scilicet nominationis in ipso contractu, & † post cõ-
79 tractum perfectum, quandoquidem non conuenit verbis constitutionis, vt ponderauit *Rota in causa Romana societatis officij* 15.*Decembris* 1624.*coram bon.mem.Francisco Vbaldo, & recentius respondit in illa Romana societatis officij* 6.Iunij 1639. *coram bon.mem.Pirouano.*

Nec suffragatur, quod supradicta Vbaldi decisio
80 † in illius repropositione fuerit reuocata *coram bo. mem. Reuerendiss. Patriarcha Manzanedo die* 27. *Aprilis* 1626. & exinde in eadem causa confirmata reuocatio 5.*Iulij* 1627.*coram clar.mem.Merlino*, ac demum iterũ confirmatio d.reuocationis *sub die* 19. Iunij 1628.*coram bon.mem.Pirouano, quæ est decisio* 192.*infra part.*5.*recent.*

Quia non ideo ab ea decisione Vbaldi fuit recessũ,
81 quia† possent dari plures nominationes, & in origine contractus, & post contractum perfectum, vel quod originalis exempta esset à solemnitate intimationis, vel registrationis, sed ex eo, quod intimatio,
82 vel registratio tamquam de forma † accidentali non autem substantiali poterant fieri post actum perfectum, & sic intra terminum 15. dierum assignatum, & tunc, quia forma desiderata, constituta fuit ad
83 obuiandum fraudibus, †quæ poterant se offerre in mutatione periculi vitæ, & nominatio facta fuit in illo casu partibus præsentibus, & data scientia officialis, & patientia, & consensu.

84 Satisq in iure notum est,† quoties forma aliqua requisita est à lege ad certum effectum, tunc illa per æquipollens potest adimpleri, eaque potest sperni,
85 dummodo habeamus effectum, †cum sat sit, vt satisfacta remaneat mens Legislatoris illam formam inducentis; & ille ab eo cogitatus sequatur effectus, *l.iubemus.C.de testam.l.mulier. in princip.ff.ad Trebell. l. si mulier, & ibi not. Dec.in* 2. *notabil. ff. de instit. & substit.Roman.consf.*433.*nu.*1. *vers.*7 *considero.Rain.decis.*137.*nu.*9 *lib.*1. *Paris.consf.*32. *numer.* 34.*lib.*2.*Bero.consf.*2.*nu.*21.*lib.*2.*Viu.decis.*334. *num.*13.*par.*1. *Osasc.decis.*92. *num.*15. *Card. Mantic.de tacit.& ambig. conuent.lib.* 2.*titul.*4. *num.*45. vbi etiam dicit ita sæpè fuisse dictum in Sacro Auditorio, & allegat nonnullas decisiones, & adde *Seraph.decis.*309.*num.*1. *& decis.*1413. *num.*3. *& decis.* 261.*num.*6.*par.*1.*& decis.*33.*num.*4. *&* 5.*par.*2.*diuers.& decis.*577. *num.*9.*part.*1. *decis.*167. *num.*12. *part.*2.*decis.*353.*num.*1. *par.*3. *& decis.* 124.*nu.*41. *&* 149 *num.*14.*par.*6.*recent.* & in his terminis fa-
86 cit illa† regula, quod non refert, quid ex æquipollentibus fiat *l.certum. ff. si cert. petat. l.cum seruus. ff.de verb.obligat.cum simil. & in his terminis societatis officij, ac prædictæ Constitutionis sanct. mem. Pauli V. fuit perpensum in causa Romana societatis officij* 5.*Iulij* 1627.*coram Merlino.*

Ideoque non est mirum, si cessante possibilitate fraudis periculi vitæ substinetur nominatio absque solemnitate intimationis, & registrationis
87 propter scientiam officialis, † quæ æquipollere possunt, & debent formæ præscriptæ in Constitutione, *cap.Pisanis de restitut.spoliat. Bald. in rubric.de iurisdict. omn. iudic.* dicens, vbi concurrit confessio,
88 aut consensus, non est necessaria † disceptatio fori, *Felin.in cap.cum delicta num.*4. *de rescript.* latè *Tiraquell.de retract.lignager. §.*36 *glos.*2.*nu.*59. idem comprobans, quando vtilius, securius, & vberius fieri possunt, *Mascard. de general. statut. interpretat. conclus.*9. *num.*72. dicens, quando partis confessio,
89 vel†consensus concurrit, non indigemus tela iudicij, & cum nihil aliud expectatur, nisi Iudicis executio, ex allegatis per *Rotam in causa Romana pecuniaria* 27.*Iunij* 1614.*coram bo.me.Pirouano. §.pro canone autem. vers.ea confessione subsistente partes Iudicis sunt in exequendo, cum non requiratur alia probatio extrinseca &c. & in causa Florentina decimarũ* 29.*Ianuarij* 1635.*coram Eminentiss.et Reuerendiss. D.Card.Hieronymo Verospio. vers. confessus habetur pro iudicato &c. & in causa Sancti Seuerini, dotis, seu saluiani* 4.*Maij* 1640 *coram Reuerendiss.P. D.meo Dunozetto Decano §. altera vero est. vers. confessio habet vim rei iudicatæ &c.*

Quæ tamen scientia, consensus, & ratificatio partium, aut officialis non probabatur in casu supra relato

lato á num.55. ideoq. non possunt applicari decisiones illæ, illud firmantes allegatæ supra nu.80.& seq. & in quibus Rota recessit á decisis in prima decisio-
90 ne coram bon mem. Vbald. Quæ tamen† scientia vel ratificatio est quidem plenè, ac præcisè proban-
91 da, nam vt quis cadat á commodo contractus †non benè infertur de vno, ad alterum casum, *Seraph. decis.794.num.3.et 357.num.2.par.4.recent.*

Et hoc est perpetuum, vt ad effectum præiudicij
92 certa,& indiuidua scientia cum omnibus† suis qualitatibus, & requisitis omnino debeat interuenire, ita vt non sufficiat confusa aut generalis per famam, siue aliquo modo velata, *vt notatur in l. de his ff.de transac.glos.in cap.concertationi in verb.sciuerit*, quam ibi notat *Dominic. de appellat. in 6.* quæ glos. aurea reputatur *a Felin.in c.a nobis col.2. de except.* dicens per eam determinari, quod vbi qualitas
93 † scientiæ est illa quæ operatur, non sufficit probare scientiã in genere, aurea fuit etiam reputata *d.glos. a Natta in consil.636.nu.* 192. & vt aurea fuit quoque canonizata *á Tiraquell.de retract. lignager. §. 36.titul.* Notifice augresse apud acta glos.2.num.30. & responderunt Crauett. *consil.93.num.8.& consil. 193.num.8.* Cephal. *consil. 371.numer. 23. & seq. lib.3.*Roland.*consil. 36.num.7.8. lib.3.* Corn. *consil. 153.num.4.lib.4.* Aretin. *consil. 68.* Roman. *consil. 403.Pro decisione vlt.dub.num.18.* ibi cum notitia
94 † specifica requiratur, ergo non sufficit generalis &c. *Surd.consil. 348.num.28.vers. non sufficit simplex, vel confusa scientia &c. Becc.consil.37. nu.24. vers.in casu nostro certa scientia, etc. et cons. 111. nu.20.vers.non sufficit scientia in genere, sed requiritur in specie,&c.Osasch.decis.Pedem. 176.sub n.4.*
95 vbi dicitur, in casu præiudicij,†cum requiratur sciẽtia certa, nisi de ea verè apparebit, non nocet taciturnitas etiam longissimi temporis, nam & quando
96 consensus est de substantia †actus, nũquam ex diuturnitate temporis præsumitur *teste Alex. cons.50. num.5.vol.5.et est de mente. Bart. in l.1.nu.2.et 3. C.de filijsfam. et quemad. pater teneatur pro eis lib. 10.cum alijs allegatis per* Osasch. *d.decis.176.in fin.* Surd.*decis.216.num.41.* vbi etiam subditur, ad effe-
97 ctum vt quis †incidat in pœnam, non sufficit scientiam probare ex præsentia, quia non probat intelligentiam, *l.1.§.fin.vbi Bart. ff. de authorit. tut.* vbi si testis dicat aliquid esse factum præsente Titio non probat, quod ille intellexerit, quæ fiebant, *Ias.in l.2.§.voluntatem. num.21.ff.solut. matrim.* vbi de communi, & multos allegat *Grauett.cons.944.n.7. lib.6.*

Prædictamq. conclusionem, vt quando agitur de re præiudiciali, sit necessaria certa, plena, explicita,
98 † & indubitata scientia constanter retinet Rota vt videre est apud *Cæsarem de Graff. decis. 9. num.11. vers.vbi tractatur de præiudicio, etc. de rescript. et fuit dictum in decis.621.nu.1. vers. explicita, et indubitata scientia requiritur in præiudicialibus etc. par.1.recent. et decis.593.num.4. vers.requiritur in eo specifica et indubitata scientia etc. part.2.recent.* vbi etiam dicitur *glossam in d.cap.concertationi. supra allegatum* esse communiter receptam, & plura allegantur, *et adde decis.584.num.1 vers.requiritur scientia explicita, et indubitata in præiudicialibus etc. par.3.recent. et decis. 322. sub num.3. vers. non per hoc includitur vera, et indubitata scientia etc. par.4. recent. et decis.401.num.28. vers. ad effectum præiudicij requiritur certa, et specifica scientia etc. part.5.recent. et decis.562.num.14. vers.ad effectum sibi præiudicandi requiritur certa, et plena scientia, etc. eiusdem par.5. recent. tom.2. et decis.360. nu.3. vers.ista scientia debebat esse indubitata, non autem velata, et implicata ad effectũ præiudicij etc.p.6.rec.* vbi etiam dicitur quod ad hunc effectum nõ sufficit
99 cõiectura illa scientiæ†ex simultanea habitatione, vt ibi, *et decis.221.num.9. vers.ad effectum præiudicij requiritur scientia, &c. part.7. recent. et antea fuit dictum coram san.mem.Greg.XV.decis.425.num.5. vers.scientia vt præiudicet debet esse certa, et non præsumpta etc. et sic sæpissimè in alijs causis fuit responsum*, & recentius *in causa Bononien. nullitatis 8.Martij 1638. coram* R.P.D. *meo* Rojas. *§. quia fuit responsum. vers.scientia debet probari pernecesse, et concludenter, et non præsumptiuè etc. et in altera Bononien.fideicommissi de Glauarinis 22.Iunij 1639. coram eodem R.P.D.* Rojas. *§. nec obstare. vers.agitur in præiudicialibus, quo casu scientia debet esse certa, et indubitata etc. necnon in causa Parmen.beneficij 31.Ianuarij 1642. coram clar.memor.Merlino. §. quoniam. vers. vt quis cadat á iure suo requiritur sciẽtia indubitabilis*, idemq. fuit dictũ *in causa Rom.vineæ 27.Iun.1640.corã eod.Merlino. §.ex affinitate.vers.cũ agatur ad effectum præiudicandi tertio possessori requiritur certa scientia et indubitata etc.* vbi pariter resoluitur, quod ex affinitate, & cohabitatione non probatur scientia, vel
100 illius præsumptio, † nisi in concernentibus iura sanguinis, non autem in actis extrinsecis,& momentaneis, *Alex. cons.71. num.6. lib. 1. Dec. cons. 445. nu.35. vers.non obstat quod inter coniunctos. Grat. cons.76.num.41. lib.1. Surd.cons.251.num.14. Menoch. cons.203. num.39. et cons.260. num.26. cum alijs in d.decisione allegatis.* Tandem in terminis societatis officij, & in puncto supradictæ Constitutionis reformatoriæ san.mem. Pauli V. vt requisitæ intimationi, & registrationi non dicatur satisfactum per præsumptam, & genericam scientiam officialis, vel patris creditoris, ad hoc vt cadat á commodo contractus, & sic sibi præiudicet, sensit Rota *in illa Romana societatis officij 6.Iunij 1639.coram bo. mem. Pirouano. §. fin.vers. quæ scientia, consensus, et ratificatio partium, vel officialis non probatur in casu controuerso, et bene non infertur de vno ad alterum casum, ad effectum, vt quis cadat á commodo contractus etc.*

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Dotis de Mutis.

Mercurij 29.Maij 1624.

ARGVMENTVM.

Dotis promissio, quando præcedit, & subsequitur eius confessio, illa probat etiam in præiudicium creditorum, & quamuis ista conclusio non procedat, quando concurrunt præsumptiones in contrarium tamen non omnes sufficiunt, cum tunc debeant esse concludentes, & reijciuntur nonnullæ ex eis tanquam insufficientes.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dotis promissio, quando præcedit, & subsequitur confessio, illa probat etiam in præiudicium creditorum,*
2 *A qua regula tamen receditur, quando concurrunt præsumptiones, quod confessio fuerit facta in fraudem.*
3 *Confessio dotis receptæ, vbi præcessit promissio, licet tollat præsumptionem donationis, & exceptionem non numeratæ pecuniæ, non tamen tollit præsumptionem fraudis cõmissæ in præiudicium creditorũ.*
4 *Fraus nec actu, nec potentia præsumitur nisi probetur.*
5 *Fraus multò minus præsumitur, quando aliquid gestum est à moriente, & num. 14.*
6 *Fraudis suspicio in conficiente dotem, ex quo argui possit.*
7 *Fraudis suspicio omnis cessat, quando constat de veritate rei gestæ.*
8 *Partitæ in aliquo libro descriptæ, quando nonnullæ ex eis, & maximè maiores sunt iustificatæ, præsumuntur cæteræ veræ,*
9 *Eoq. magis id procedit, quando illæ aliæ sunt verisimiles, & amplia si ille qui scripsit, sit mortuus, num. 10.*
11 *Præsumptio leuis non tollit validiorem.*
12 *Fraudis suspicio multo magis cessat, quando sumus in viro bonæ conditionis, & famæ, & sit nobilis.*
13 *Confessio, ex quo reddatur verisimilis.*
14 *Confessio facta ab eo, qui est ære alieno grauatus, ex hoc non est dicendum fraudolenta, vbi plura alia concurrunt ad excludendam fraudem.*

DECISIO DXLIII.

DVBIVM originale in hac causa est, an constet do solutione scut. 1600. quæ Pompeius in infirmitate, ex qua obijt confessus est, & controuersia non est, quod scuta 500. ei soluta ex banco Ceuli, nec minus de summa scut. 100. soluta ex banco Maringhi, vel scut. 36. soluta per manus Erriquez. Nã istæ solutiones tam claræ sunt, & ostenduntur ex partitis banchi, & quietantijs, vt super his insistendum non sit. Sola igitur difficultas consistit in residuo, an si probetur solutio scutorũ 954. & Domini affirmatiuè responderũt receden. à dec. facta 1. Iulij 1620.*

Responsũ fuit, quia regula est, quod quando præ-
1 cedit † promissio dotis, & subsequitur confessio, illa probat etiam in præiudicium creditorum, quod in eadem dec. non controuertitur, & vltra allegatos idem dicit *Castr. in l. 1. num. 8. vers. quartus est. ff. solut. matr.* vbi *Barbos. par. 6. num. 50. vers. quod si procedit, & 52. Boer. Virg. 90. in princ. Rota decis. 485. nu. 1. lib. 3. par. 3. & decis. 145. nu. 1. post tract. de salu. & dec. 324. num. 3. par. 2. recent. san. mem. Greg. dec. 491. num. 7. & ibi add.*

Neque obstat, quod ab ista regula recedatur, quã-
2 do † concurrunt præsumptiones, quod confessio fuerit facta in fraudem, quia præcedens promissio dotis tollit præsumptionem donationis inter virum
3 & vxorem, & exceptionem non numeratæ † pecuniæ non tamen tollit præsumptionem fraudis, *Surd. decis. 116. num. 10.* Nam fuit responsum, quod fraus,
4 neque † actu, neque potentia præsumitur, nisi probetur. *arg. l. merito. ff. pro soc. Menoch. præsumpt. 82. num. 10. lib. 4.* præsertim cum fuerit facta à mo-
5 riente, quia † non præsumitur immemor salutis æternæ, *Bald. cons. 476. lib. 5. Aym. cons. 158. num. 7. & cons. 287. num. 7. vers. tertio, Rota dec. vlt. nu. 13. par. 1.* Quod agnoscens pars aduersa ad inducendam
6 præsumptionem † confessionis fraudulentæ nitebatur vnico fundamento, quod si Pompeius tempore obligationis erat multis debitis implicitus, vnde conabatur inferre, quod confessio fuerit facta ad defraudan. creditores.

Cæterum ex nouiter deductis, fuit dictum, neque constare de fraude, neque aliquam adesse præsump-
7 tionem. † Primo, quia constat de veritate quoad sũmam scut. 500. & scut. 36. vt supra dictum est. Quoad residuum de eo satis apparet ex libris Soceri bene recognitis in quibus Pompeius creatur debitor in diuersis summis pro ipso solutis, quilibet negari
8 non potest † quin tollat præsumptionem fraudulentæ confessionis, immo cum dictæ partitæ maiores sint iustificatæ præsumũtur & aliæ veræ, *Castr. cons. 301. lib. 1. Rota d. dec. vlt num. 15. & 18. par. 1. & decis. 845. num. 2 par. 4. Mant. decis. 144. num. 30 & decis. 363. num. 4.* Eoq. magis hæc procedunt, quia
9 omnes aliæ partitæ minores † descriptæ in dicto libro sunt verisimiles per *Rot. decis. vlt. num. 1. & dec. 292. nu. 5. par. 2 recent. sanct. mem. Greg. decis. 485. nu-*
10 *mer. 13. & decis. 537.* & cum Socer, † qui scripsit, sit mortuus, *Rot. decis. vlt. num. 13. sanct. mem. Gregor. decis. 468. num. 12.*

Non obstat, quod tũc temporis. Pompeius mul-
11 to ære alieno esset † implicitus, quia hæc leuis præsumptio nedum tollitur ex prædictis, sed ex quo erat vir nobilis, bonæ conditionis & famæ, & si voluisset
12 fraudare, confessus fuisset receptionem totius dotis, vel saltem maioris partis, & nõ sũmæ ad tertiã partẽ ascendentis, vt benè post, *Aym. cons. 40. nu. 13. vers. bene fateor, & num. 7. vers. 7. & num. 8. vers. profecto, & cons. 44. num. 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 20. num. 16.* & ex quo idem Socer soluit maiorem partem dotium aliarum filiarum postea
13 nuptui traditarum. Vnde verisimilis est † soluisse hanc partem dotis antea promissæ, vt fuit ponderatum coram me *in Spoletana dotis 15. Iunij 1610.* &
14 præsertim † cum confessio fuerit facta in infirmitate ex qua decesserit, & nimis rigidum, nedum iniustũ
15 esset dicere, quod confessio facta ab eo, † qui alieno ære grauatur præsumitur in fraudem, vbi alia in contrarium concurrant, maximè cum Pompeius licet esset in malo statu, nihilominus habebat bona stabilia, itaut aliquid certè superat.

Ex quibus vnanimi Dominorum consensu fuit recessum ab alia decisione.

Decisio ista in hac causa facta sub die 1. Iulij 1620. coram eodem bon. mem. Coccino, à qua Rota in præsenti decisione recessit à decisis est supra in præcedenti Tomo decisio 239.

R. P. D. PIROVANO.

Firmana Hæreditatis.

Veneris 31. Maij 1624.

ARGVMENTVM.

De Testamenti perfectione, quando nullatenus veniat dubitandum, & quæ sint ad hoc indubitata signa.

De

De validitate extractionis instrumenti cessat omnis pugna, quando ipsum originale fuit productum. Ad instrumentum originale semper in dubio est recurrendum, eique omninò standum, quidquid asserant instrumenta exemplata ab eo. Instrumentum, quando est ex omnibus suis partibus perfectum, non indiget fomento Archiuij, nec requiritur, vt reperiatur inter alias scripturas authenticas Notarij, & aliqua circa prothocolla, & solitum Notariorum.

SVMMARIVM.

1 *Testamenti validitas ex quibus, satis superque colligatur.*

2 *de Testamenti perfectione rogitus, non potest dubitari, quando adest clausula, actum, cum subscriptione* Notarij.

3 *Instrumenti perfectio bene colligitur ex inscriptione, & subscriptione.*

4 *de Extractionis validitate non est opus disputare, quando instrumentum originale fuit productum.*

5 *Instrumento originali semper est standum etiamsi alia instrumenta ædita discordent ab eo.*

6 *ad Instrumentum originale semper in dubio est recurrendum.*

7 *inter Instrumentum extensum, & prothocollum si sit differentia, statur prothocollo.*

8 *Lex non habet oculos retro.*

9 *Constitutio Sixti V. super erectione Archiuiorum status Ecclesiastici, quid non probibeat.*

10 *in Archiuijs non nisi authenticæ scripturæ solent deferri.*

11 *Scripturæ imperfectio non suppletur per Archiuiũ.*

12 *Archiuium non probat, vbi datur concursus non subditi loci Archiuij.*

13 *Scriptura quando est matrix, & indubitatum originale, & in ea non adest imperfectio, tunc non eget fomento Archiuij.*

14 *Instrumentum, quando est authenticum cum omnibus suis debitis requisitis, & solemnitatibus, non indiget subsidio Archiuij. & num.15.*

16 *Prothocolli veritas, & identitas ex quibus dubitari possit.*

17 *Scriptura, quod non fuerit reperta inter alias authenticas* Notarij, *quando possit dubitari.*

18 *Scriptura, vt dicatur reperta inter alias scripturas authenticas* Notarij, *quid sufficiat. & num.19.*

20 *Scriptura habens clausulam, actum, & cætera solemnia, an possit dici scriptura præparata, vel stipulata, dubitatur. & num.21.*

22 *In* Codicillis, *si testator mentionem faciat de testamento, debet intelligi de testamento vero, & stipulato.*

23 *Subscriptio* Notarij *in instrumento sola potest verificare illius stipulationem.*

Notarij in instrumentis non stipulatis non solent apponere eorum subscriptionem. num.23.

24 *Instrumentum, quando constat fuisse stipulatum, licet non sit repertum inter alias scripturas Notarij, tamen de illius publica fide non est dubitandum,*

Nec Iudex potest impedire, quin edatur in publicam formam.

25 Notarij *solitum non stipulandi scripturas immundas, quid ex dicto solito possit argui. & nu.26.29.*

27 *Scriptura, quando habet omnia solemnia requisita in instrumento publico, tunc eius fides non potest tolli, ex sola possibilitate, aut suspicione.*

28 *Fratrum mutua institutio non est probibita. & quando non sit captatoria.*

30 *Prothocolli cartulatio non facit scripturam authenticam, sed bene clausula actum.*

31 *ad Suspicionem arguendam contra stipulationem scripturæ non sufficiunt actus æquiuoci Notarij rogati.*

32 Notarij *stylus, quando apparet æquiuocus, non est supper eo faciendum fundamentũ pro non arguẽda stipulatione instrumenti, si concurrant requisita pro stipulatione.*

33 *Apostillæ instrumenti, quando sunt positæ manu eiusdem* Notarij, *non est necessaria earum approbatio.*

DECISIO DXLIV.

RESOLVTA parte dubij * tangẽte validitatem sententiarum Rotalium, suscepta fuit disputatio partis reseruatæ respectu iustitiæ earumdem, in qua Domini dixerunt sententiam Rotalem esse confirmandam.

Principale enim fundamentum huius disputationis ponebatur in validitate testamenti Isidori, de cuius forma probanti cum semper oppositum fuerit per D. Eneam, tam coram D. meo Archiepiscopo Seleucieñ, * quam Domino meo Caualerio, nunc Sanctiss. D.N. Datario, sed nihilominus pro validitate resolutum, & nunc in hac tertia instantia coram me contra eandem replicatum Domini, & obsequendo petitioni eiusdem D. Eneæ, & vt maturius ex oculari illius inspectione posset deliberari, mandarunt transportari originale dicti testamenti, quod conseruatur in Archiuio Terræ Montis Sancti Firmanæ Diœcesis, eoque transportato, & hodie in Rota per me omnibus Dominis ostenso, firmarunt dictum Isidori testamentum esse validum, quia ex contextu illius colliguntur omnia requisita neces-
1 saria, † ad substantiandum huiusmodi actum tam respectu solemnitatis quam voluntatis, & perfectionis, nempe diem, mensem, annum, locum loci, institutionem hæredis, testes, clausulam, Actum, subscriptionem Notarij, de quibus per *gloss. in l. generali C. de tabular. lib. 10. Specul. in tit. de Instr. edit. in princ. Felin. in cap. 1. num. 2. de fid. Instrum.* Et demũ matrix ista ex eadem oculari inspectione apparet de protocollo inter alias scripturas authenticas eiusdẽ
2 Notarij, de testamento Isidori rogati, quo † casu de perfectione rogitus videbatur non posse dubitari, quia clausula, Actum, cum subscriptione Notarij, quod habuerit scripturam pro stipulata, ponendo illum inter notas publicas, vt hic contigit, vel de ro-
3 gitu attestando, prout † ex inscriptione, & ex subscriptione colligitur, semper important perfectionem indubitatam. *Alex. cons. 14. num. 19. lib. 6. Castr. cons. 307. num. 2. par. 1. Bero. cons. 1. num. 51. vol. 2.* & latissimè fuit comprobatum in *decis. 714 par. 1. & 628. par. 2. recent.*

Neque obstant infinita prope opposita formæ probanti dicti testamenti, tam respectu trransumptorum de anno 1605. & 1618. & in Rota respectiuè productorum, quam respectu prothocolli vltimo loco transportati, quæ cum possint ad certas species reduci, nempe ad validam extractionem, ad Archiuij subsistentiam, & releuantiam, ad veritatem Protocolli, ad præsumptiones extrinsecas, & ad vitia

tia eiusdem scripturæ intrinseca, singulis patebit responsio ex infra dicendis. Et

4 Prima quoad validam † extractionem de ea nunc cessat exceptio per transportationem matricis ori-
5 ginalis, cui semper standum est † etiam quod alia instrumenta ædita discordent ab ea *glos. in vers. prothocollum in auth. de tabell. Angel. in §. vltimo num.*
6 *15. in authen eiusdem* dicens, quod † semper recurri debet ad originale, & idem sensit *Bald. in l. nostrā num. 4. C. de testam.* quod si inter extensum, & pro-
7 thocollum † sit differentia, statur prothocollo, & alios plures pro hac conclusione refert. *Surd. cons. 141. num. 8.*

Secunda de Archiuij subsistentia, & releuantia, nec etiam habenda est ratio, quia & si Constitutio Sixti V. super erectione Archiuiorum in Terris Status Ecclesiastici emanauerit in Kalendis Augusti 1588. rogitus verò Testamenti Isidori contigerit de mense Octobris 1587. de quo tempore ex forma
8 Constitutionis, † & sub pœnis in ea contentis Notarij non tenebantur deferre originalia, aut copias authenticas ad Archiuium, sed tantummodò roganda per bannum, vt expressè in ea cauetur in cap. 24.
9 Attamen bannum, aut Constitutio non † prohibet quin Notarij possint deferre alias scripturas authēticas ad eundem Archiuium, & eo casu scripturæ recipiunt robur, quod de iure ratione custodiæ, & auctoritatis illius recipere possunt, puta si habeat faciem exempli, non autem copiæ magis præsumatur
10 autenticum, † quam copia ex solito Archiuij, in quo non nisi authenticæ scripturæ deferre soleant, *auth. ad hæc de fid. instr. quem text. allegat Roman. cons. 165. in princ. & cons. 105. in fine. Alex. in auth. si quis in aliquo num. 8. & Dec. ibidem num. 23 C. de eden.* Et è conuerso, si non est scriptura perfecta, neque versemur inter subditos, non etiam iuuetur
11 auctoritate Archiuij, quia † de iure non suppletur imperfectio scripturæ per Archiuium *Rota decis. 135. num. 8. par. 1. recent.* nec probat vbi datur con-
12 cursus non subditi Terræ, in † qua positum reperitur Archiuium. *Caputaq. decis. 42. par. 1. Gabr. de probat. conclus. 5. num. 14. Rot. decis. 271. num. 6. par. 1. recent.* in quibus terminis nos non versamur, quia scriptura non est talis, quæ possit se referri da
13 copiam, † & ad exemplum, sed est indubitata matrix, & originalis ex signis, & verbis illius in principio narratis, neque desideratur suppleri aliqua
14 imperfectio ex ipsius Archiuij auctoritate; † quia se ipsam tuetur ab imperfectionibus oppositis cum sit manu Notarij rogati conscripta, & concurrant
15 alia, quæ † reddunt authenticam absque Archiuij subsidio.

Tertia non etiam obstat species exceptionum, quæ tendunt contra veritatem, & identitatem pro-
16 thocolli, nempe carentia principij, & † præambuli, ac cartulationis ordinatæ cum in versione numerorum, & esse potius filciam Instrumentorum confusam, & collectam absque indicio, per cuius manus id contigerit, ex quibus dicebatur tolli originale
17 fundamentum, quod scriptura, † de qua agitur, fuerit reperta inter scripturas authenticas Notarij rogati.

Quia vltra quod ex prædictis non euitatur fundamentum, quod scriptura ista reperta fuerit inter au-
18 thenticas † cum id possit contingere etiam in fasciculis, & filicijs, vt per *Rot. tenuit in alleg. decis. 714.* & *628.* & quod magis est si etiam cōmixtæ sint scri-
19 pturæ non autenticæ, & in † scrinio inordinatè tentæ repertæ fuerint, *vt in Meleuitana bonorū coram Reuerēd. Patriarcha Hierosolymitano die 6. Nou. 1623.* Est etiam aduertendum, quod versamur in scriptura
20 habente clausulam, Actum, & cætera solemnia, † in qua etsi *Rota in dicta decis. 628.* dubitauerit posse dici scripturarum præparatam non autem stipulatam, in alia tamen 714. tenuit esse stipulatam etiam
21 quod † non posset dici repertam inter notas authenticas sola declaratione Notarij, quæ colligebatur ex inscriptione, quod erat testamentū talis personæ, & ex nuncupatione testamenti in codicillis,
22 quæ debebat intelligi de vero, † & stipulato, non autem de præparato, quæ in præsenti conueniunt, nempe inscriptio super dorso scripturæ ibi testamētum Isidori, quæ est manu eiusdem Notarij, & releuat ad declarationem Notarij. *Seraphin. decis. 909. num. 6.* & comprobat eadem *decis. 714. num. 5.* sed additur etiam subscriptio testamenti eiusdem Notarij, quæ non erat in casu dictarum decisionum, quæ
23 sola potest verificare † stipulationem scripturæ, quæ in non stipulatis non solet apponi, & hoc stante etiā quod hæc testamenti scriptura sola reperta fuisset de
24 illius publica † fide non esset dubitandum, nec Iudex potuisset impedire quin ederetur in authēticam formam, vt comprobatur in iam *dictis decisionibus 628. & 714.*

Quarta est species, quæ deducitur ex præsumptionibus extrinsecis nempe ex eo, quod in prothocollo reperiantur duo testamenta, alterum Isidori, alterum verò Mandricardi ijsdem testibus, eodem Notario, eadem die, & cum eisdem legatis, & solum mutatis nominibus hæredis, & testatoris, & inde inferebatur testamentum Mandricardi vti immun-
25 dum † redactum fuisse stipulatum, non autem illud Isidori plenum cassaturis, & interlineaturis, & vlterius, quia in prothocollo exhibito constabat de solito Notarij conficiendi minutas emendatas, & super munda scriptura stipulare, ac etiam cartulare minutas imperfectas, & post propriam Notarij subscri-
26 ptionem, & clausulam Actum, scribere † legata, & additiones semper propria manu approbare, ex quibus inferebatur ad possibilitatem præparatæ minutæ, non autem ad veram illius stipulationem.

Prædicta tamen omnino vnica responsione possunt euitari, dum contenditur contra scripturam
27 habentem clausulam Actum, & alia solemnia † cum subscriptione Notarij rogati, & inscriptione testamenti Isidori, pro qua stat probatio publicationis, & perfectionis, nec tolli potest sola possibilitate, aut suspectione, vt bene declarat *Alex. dicto cons. 14. num. 19. lib. 6.* & per illius dicta idem comprobant *decisiones supradictæ 628. & 714.* & nihilominus suspicio deducta ex conformitate testamentorum cessat ex resolutione in hac causa facta 27. Ianuar. 1621.
28 quia prohibita † non est mutua fratrum institutio, neque captatoria fuit voluntas Mandricardi, atque ita possibilitas versatur circa actum licitum, non autem ad illius derogationem, cum alter voluerit cum
29 alterius voluntate se conformare; solitum † vero de stipulando minutas mundas, non autem emendatas fuit sublata ex eodem protocollo, cum reperiantur, & aliæ stipulatæ super minuta emendata, quæ fuerūt enunciata in Summ. Tullij nu. 6. & 9. nec quicquam facit cartulatio minutarum, quæ non fuerunt stipu-

latæ,

30 latæ, quia illa non facit scripturam † stipulatam esse, sed clausulam, Actum, & declaratio Notarij, similiter nec additio legatorum post clausulam Actum, & approbatio additionum per verbum approbo, quæ in multis Instrumentis eiusdem prothocolli asseritur legi, non sufficiunt ad arguendam suspicionem
31 contra stipulationem scripturæ, † quia quoad legata scripta post clausulam Actum, magis destruitur suspicio præsentis scriptnræ, si adsunt alia similia testamenta, & tamen non carent suo inditio, vbi referantur additiones, quo verò ad approbationem Notarij cum multo plura sint instrumenta in eodem
32 prothocollo, quæ carent dictione approbo, inde † colligitur Notarium indifferentem stylum tenuisse, & esse hanc difficultatem secundum maiorum tra-
33 ditiones terminandam, vt necessaria † non sit approbatio Notarij, quando Apostillæ sunt remissæ manu eiusdem Notarij. *Bald. in rubr. C. de fid instrum. num. 12. cum alijs allegatis in decis. in hac causa facta 7. Iunij 1619. in qua allegatur* Nepesina Tutelæ *29. Ianuarij 1618. coram D. Verospio*, vbi Rota transiuit cum supradicta distinctione.

Superest quinta, & vltima species oppositionum, quæ tendunt ad demonstrãda vitia scripturæ intrin-
34 seca, quæ cum reducantur ad cancellationes, diuersitates atramenti, & cartæ, apostillationes excedentes clausulam Actum, barbarismos interlineaturas,
35 † subscriptionem Notarij non approbantem testamentum Isidori, sed declarantem se dedisse publicũ, prout iacet cum prædictis omnibus fuerit satisfactũ ex responsionibus datis in *decis. 7. Iunij 1619.* visum fuit non egere alia replicatione, & cum illis Domini transierunt.

36 Quò verò ad secundam principalem † inspectionem respectu hæreditatis Hieronymi, quamuis ex contextu sententiæ Rotalis appareat iudicatum su-
37 per hæreditatibus Isidori, & Mandricardi † tantũ, & iudicari potuerit tanquam ex capitibus separatis, & distinctis in sententia Illustrissimi Vicarij, placuit tamen Dominis, quod eadem sententia expresse
38 declararetur non cõprehendere † hæreditatem Hieronymi, de cuius meritis in vlterioribus instantijs non fuit cognitum. Et ita, &c.

☞ ** Scilicet sub die 15. Martij 1624. est supra in hoc Tomo decisio 521.*

☞ ** Decisiones tres in prima Instantia emanarunt in hac causa coram bo. me. Reuerendiss. Dunozetto, & tres aliæ emanarunt in altera Instantia coram bo. me. Card. Caualerio, quas annotaui supra ad dictam decisionem 521.*

R. P. D. PIROVANO.

Romana venæ Ferreæ.

Lunæ 3. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Socij si simul, ac insolidum inierint aliquem contractũ cum aliquo, ac de certo pretio conuenerint, dato modo vt ex vnus eis conueniat cum illo contrahente de minori pretio, & obliget se vti tertius, quæritur modo an ista particularis cõuentio noceat alijs socijs agentibus nomine societatis ad totum pretium primò conuentum, & responsio est negatiua, & quare, vide in decisione. Obligationis Cameralis executio non potest impediri, nisi sit ex illis tribus exceptionibus, nempe solutionis, falsitatis, & pacti de non petendo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis, cum soleat continere debiti confessionem, & renunciationem Iuris, & legum auxilio, ideo eius executio non est retardanda.*
2 *Obligationis Cameralis executio maximè nõ potest retardari, quando non agitur de illis tribus exceptionibus, solutionis, falsitatis, & pacti de non petendo.*
3 *Socij non possunt agere pro toto debito, si aliquis ex eis illud remiserit debitori.*
4 *Socij ad inuicem censentur habere mandatum.*
5 *Promissio aliqua si facta sit ad fauorem sociorum insolidum, tunc aliquis ex socijs potest agere pro omnibus insolidum.*
6 *Rei plures debendi sicuti creantur ad eandem quãtitatem, ita possunt constitui plures rei credendi ad totum.*
7 *Socius vnus non potest præiudicare alijs, & maximè in pactis iam conuentis.*
8 *Socius non potest videri an sit creditor, necne, donec societas non sit finita.*
9 *Rationes antequam non sint redditæ, non potest cõstare de credito socij, de quo constare debet, siue agatur ad compensationem, siue ad remissionem.*
10 *Castr. & Fulgos. in l. si vnus. num. 6. ff. de pact. in quo casu loquantur.*
11 *Bart. in l. ex duobus n. 2. ff. de duob. reis. & in auth. hoc ita num. 52. circa finem, C. eod. in quibus terminis loquatur.*
12 *Socius non debet per indirectum alijs socijs præiudicium inferre.*
13 *Socius vnus non æquum, vt grauetur ad omnia debita societatis persoluenda.*

DECISIO DXLV.

APPALTATORES venæ ferreæ in Insula Elbæ, qui sunt DD. Philippus Vbertinus, & Lucas Antonius eiusdem cognominis, & Esaũ Martellinus vendiderunt D. Io. Petro Narcesio plura centenaria ferri ex eadem vena ad rationem scut. 53. auri ponderis veteris soluendorum in paghis distinctis, idem Philippus nomine proprio eadem die conuenit, quod pro quolibet cento valutato in scutis 53. auri D. Io. Petrus non teneretur vltra scuta sexaginta monetæ, & quod superesset, promisit de suo proprio præstare; solutis exinde nonnullis paghis, cum instaretur pro vlteriori maturata solutione de mense Septembris 1622. pro parte Ioannis Petri fuit oppositum de retentione occasione promissionis dicti Philippi, & pro rata illum tangente, exceptione tamen prædicta non obstante mandatum fuit relaxatum, à quo nunc pendet appellatio cum clausula, si quid exequendum, quam intrare fuit responsum.

Constat enim de obligatione D. Io. Petri sub for-
1 ma Camerali, † quæ cum soleat continere debiti confessionem, & renunciationem omnis iuris, & legum auxilio executio non venit retardanda *Gallesi. super eadem forma 3. par. tit. de Instr. q. 3. num. 2. Gabr. cons. 173. num. 2. lib. 2. Capic. decis. 87. nu. 10. & 88. num. 4.* maximè cum non agatur de excep-
2 tionibus † priuilegiatis solutionis, falsitatis, pacti de non

non petendo de quibus per *Cassad.decis.vnica de mut.petit.num.2.*

Non obstat quod ad instantiam Lucæ Antonij, &
Esaù non poterat agi pro toto debito, & sic pro ra-
3 ta etiam Philippi quæ ad † illos non pertinebat iure
societatis, sed ad Ioannem Petrum vigore pacti re-
missiui pro rata Philippi, *Castr. in l. si vnus ex ar-
gentarijs num.4.vers. videtur tamen hoc esse intel-
ligendum ff de pact.Bart.Add.in l.ex duobus nu.27.
ff.de duob.reis* Ronchegall.*in l.eandem §. sed si quis
num.34 ff.eodem tit.de duob. reis.*

Quia quoad potentiam agendi verius est, posse
4 agere tam † ex vi societatis, quam ex qualitate ob-
ligationis Io: Petri, quæ stipulata fuit ad fauorem so-
ciorum insolidum, & quidem per extensum non
5 † autem ex clausulis formæ obligationis Cameralis
deductæ, primo casu, quia † socij ad inuicem censen-
tur habere mandatum *Castr.in d.l.si vnus in fine
vers.potest tamen Card. Mantic. de contr.lib.6. tit.
22.num.10.Rota Ianuen.decis.14. num. 67.* Secun-
6 do verò casu, quia ita possunt constitui plures † rei
credendi ad totum, sicuti plures rei debendi crean-
tur ad eamdem quantitatem *Bart.in l fin. n.6.& 7.
ff.de duob.reis, & in auth.hoc itaque num. 19.& 20.
C.eodem tit.Alex.cons.135.num.1.lib.5.*

Quo verò ad pertinentiam crediti ad societatem
eodem modo agere potuerunt, quia non est quæstio
de præiudicio Philippi paciscentis, quia quoad eum
pactum remissiuum nocet, sed de præiudicio sociorũ,
quibus solus paciscens non potuit ex facto suo præ-
7 iudicare † in reductione pretij iam conuenti *Roman.
cons.209.num.3.* non enim certi sumus quod tertia
8 pars veniat illi restituenda, † donec societas finita
non est, vel si etiam terminata esset, ante tamen red-
ditam rationem nõ potest apparere de credito Phi-
9 lippi de quo constare debet, † siue agatur ad remis-
sionem, siue ad compensationem & in hunc sensum
10 se declarant *Castr.* † *& Fulgos.in d.l.si vnus nu. 6.
& idem sensit* Rota *apud Guidobon. decis.15.num.3.
& in recent.decis.612. num.2.& 5.par.1.* Neque di-
catur quod & si socij poterant agere ad totum cre-
ditum sociale Philippo non reclamante, secus eo
dissentiente, & exhibente pro eius tertia parte, vt in
præsenti factum fuit ex actu, qui datur in Summario
11 Ioannis Petri num. 7. † quo in casu dicebatur Bart.
loqui *in d.l.ex duobus num.27.ff. de duob. reis, & in
auth.Hoc ita num.52.circa fin.*& quidem per ratio-
12 nem tua non interest, & ne per indirectum † affera-
tur præiudicium socio, vt teneatur possessionem
suam capere de manu sociorum contra formam sti-
pulationis sub nomine proprio, & sociorum, quia
ex eadem ratione euitatur obiectum, ex quo tertia
pars Philippi non est separabilis, nisi finita societate,
& computis inter socios redditis, ne contingat alte-
13 rum ex socijs grauari † ad omnia debita societatis
soluenda, *vt Rota ponderauit in Romana rationis
fundariæ coram D. meo Buratto die 8. Martij 1621.*
nec omissa est indemnitas Philippi respectu dilapi-
dationis allegatæ, si pecuniæ in illa tertia parte per-
uenissent ad manus sociorum, quia prouisum est de
cautione in illum casum ex decreto primi Iudicis,
cum quo Domini transierunt.

Et ita, &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Parmeñ. Pensionis.

Mercurij 5. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Pensio, quando fuit reseruata sine causa, & de consensu Titularis, qui erat affinis eius, ad cuius fauorem reseruata fuit dicta pensio, & in literis reseruationis fuit appositum solitum decretum, dummodo Titularis, qui consensit pensioni integrè, & effectualiter soluat dictam pensionem, aliàs ea reseruatio eo ipso nulla fit, tunc quando agitur contra successorem in beneficio ad effectum solutionis dictæ pensionis, vt pensionarius obtineat, quidnam sit necesse probare, & an ad prædictum effectum concludant confessiones de recepto, & quid si sit vnica.

SVMMARIVM.

1 *Pensionario spectat onus iustificandi valorem beneficij in suis literis pensionis narratum, & quidem concludenter, ita vt pensio aliàs corruat.*

2 *Pensio, quando fuit reseruata cum decreto, quod si Titularis, qui pensioni consensit realiter, & cum effectu eam non soluerit, reseruatio sit nulla, tunc pensionarius id integrè tenetur probare, aliàs successor in beneficio non tenetur ad soluendum dictam pensionem.*

3 *Et ad hunc effectum non sufficit probatio solutionis vnius termini, sed integra, & realis est necessaria.*

4 *Confessio de recepto solutionem non probat ad fauorem eius, qui tenetur docere de vera numeratione.num.5.*

6 *Confessio de recepto non releuat, quando solutionis probatio debet esse realis, & effectualis.*

7 *Confessio facta inter patruum, & nepotem; & sic inter personas suspectas, inter quas facilè potest præsumi simulatio, non probat in commodum eorum.*

8 *Pensiones decursæ, quod non fuerint solutæ ex quibus arbitrari possit.*

9 *Pensionis solutio facta à tertio, de cuius mandato non constat, minus releuat, ad hoc vt dicatur satisfactum decreto apponi solito in reseruatione pensionis.*

10 *in Pensione soluente pro alio non præsumitur mandatum, nisi concurrant adminicula.*

Rota non sequitur decisionem 2. de caus. possess. & propriet. in antiq. nisi concurrant adminicula. num.10.

11 *Quietantia, quando non dicatur continere, veram, & realem solutionem. et num.12.*

13 *Dispositionibus præcisis, est plenè et integrè satisfaciendum.*

DECISIO DXLVI.

DOMINI responderunt, pensionem reseruatã anno 1603. in fauorem Francisci Mariæ super beneficio simplici Sanctorum Gottardi, Bernardini, & Petri nullam esse; Quoniam illius reseruatio emanauit sine causa, & de consensu Baptistæ Titularis, qui erat patruus Francisci Mariæ, & in litteris pensionis appositum fuit solitum decretum, quod si Titularis, qui pensioni consensit, eam in vita, & quamdiù obtinuerit beneficium, nõ persoluerit rea-

liter,

liter, & cum effectu, illius reseruatio prorsus nulla sit eo ipso,& in iisdem litteris valor fructuum beneficij grauati fuit expressus affirmatiuè per assensum in ducatis 100. auri de Camera,& vltra: vndè, cum hodie agatur in petitorio super validitate huius pensionis inter Pensionarium, & Bartholomæum successorem in beneficio, qui reseruationi prædictæ
1 nunquam consensit, Pensionario † incumbit onus probandi duo illa; Quorum primum est, quòd valor beneficij narratus in suis litteris pensionis sine causa ascendat ad summam expressam, & quidem plenè, & concludenter, aliàs valore non iustificato pensio corruit, *vt firmauit Rota in Burgen. pensionis 18.Februarij 1585.coram Gipsio, et in Spoletana pensionis 26.Ianuarij 1622.coram* R.P.D. *meo Vbaldo*, & tamen de huiusmodi valore nulla affertur probatio, cùm nec Pensionarius, quamuis pluribus citationibus fuerit lacessitus, informare curauerit.

Alterum autem, quod Pensionarius debet probare, illud est,quod durante vita Titularis prædecessoris, qui pensioni consenserat, vel quamdiù ille beneficium obtinuit,† pensio fuerit sibi integrè so-
2 luta pro omnibus terminis decursis tempore eiusdem prædecessoris iuxta formam supradicti decreti, *vt fuit dictum in Lunen.Sarzanen.pensionis 26. Februarij 1616.coram R.P.D.meo Buratto,in Lucana pensionis 21.Februarij 1617.coram R.P.D. meo Pirouano,in Fauentina pensionis 12.Nouembris 1621. coram Reuerendiss. D.meo Caualerio, et in dicta Spoletana coram R.P.D.meo Vbaldo* in qua etiam solutionum probatione Dominis visus est Franciscus Maria defecisse.

Ad hunc enim effectum non releuat solutio vnius
3 termini pensionis facta per Iuffredum † die 6. Decembris 1604.vice, & nomine Baptistæ primi Titularis absentis,ac pro termino, vt in instrumento solutionis asseritur, maturando in festo Sanctiss. Natiuitatis Domini proxime venturo, *vt in Summario num. 9.* cùm quietantia, & confessione de alijs terminis præcedentibus. Nam quoad terminos de-
4 cursos † non potest dici constare de solutione ex sola confessione facta de recepto, quæ solutionem non probat ad fauorem eius, qui tenetur docere de
5 † vera numeratione *l.Lucius 47. §.tutelæ ff. de administr.et peric.tut.Bart in l.si ex cautione in secũda lectura nu.10.C.de non num.pec.* Natt.*cons.543. num.19 lib.3.Alex.cons.132.num.6.lib.4.Card. Seraph.decis 302.num.2.* Et in terminis dicti Decreti, quod pro illius implemento doceri debeat de reali,
6 † & effectuali solutione,nec suffragetur confessio de recepto, *fuit resolutum in dicta Lucana pensionis 27. Nouembris 1617.coram* R.P.D. *meo Pirouano et in dicta Spoletana coram* R. P. D. *meo Vbaldo*, maximè cum nullius fulcita sit adminiculis dicta confessio, sed immò nonnulla concurrant,quæ dictã confessionem de recepto videntur labefactare: facta
7 enim fuit confessio inter † patruum, & nepotem, & inter personas suspectas, inter quas de facili præsumi potest simulatio, præcipuè vbi in vtriusque commodum illa redundat *Rot.dec.244.nu.2.et 4.part.2. diuers.et in hac specie fuit consideratum in d.Lunen. Sarzanen.coram* R.P.D.*meo Buratto*.


Præterea idem Franciscus Maria Pensionarius anno 1619. in iudicio Parmæ agitato coram Vicario Curiæ Episcopalis pulsauit Iuffredum, postquam
8 successerat in beneficio, † ac pariter fuerat institutus hæres Baptistę primi Titularis vtroque nomine, scilicet vti Rectorem beneficij, ac vti hæredem prædicti primi Titularis, vt ipsi Pensionario solueret libras 2617.ratione dictæ pensionis sibi,vt in petitione asserebat, debitas tàm per Baptistam primum Titularem,quàm per ipsum Iuffredum, *vt in Summario num.7.* Quam petitionem Domini arbitrati sunt iudicare,quod non fuerint exacti omnes termini pensionis decursi in vita Baptistæ; nam aliàs non fuisset actum pro eis contra successorem in beneficio, & contra hæredem.

Quò verò ad solutionem vnius tantùm termini factam à Iuffredo de anno 1604. nomine, vt supra Baptistæ primi Titularis, & ipso adhuc viuente
9 visum est etiam Dominis per illam, † cum sit facta à tertio, de cuius mandato non constat, minimè satisfieri decreto supradicto, cũ potuerit supponi persona ad soluẽdum, & Rota non sequitur decisionem 2.de caus.poss.& propriet.in antiq. quod in soluente
10 pensionem pro alio † præsumatur mandatum, nisi concurrant adminicula *Card.Seraph.decis.436.n.8. et fuit dictum in Spoletana pensionis 21.Iunij 1619. et 1.Iulij 1620. coram* R.P.D.*meo Vbaldo*, quæ tamen adminicula hic non dantur.

Nec habita fuit in aliqua consideratione quietantia facta per Franciscum Mariam Pensionarium die 18.Ianuarij 1611. Iuffredo de omnibus terminis decursis, tàm tempore dicti primi Titularis, quàm tempore ipsius Iuffredi vsque ad terminum Sanctiss. Natiuitatis Domini anni 1610. *vt in Summ nu.4.* Nam, omissis alijs responsionibus,hæc quietantia,
11 vt apparet ex lectura Instrumenti, non † continet veram, & realem solutionem,prout requirit decretum, sed dumtaxat confessionem de recepto, per quam non dicitur satisfactum decreto ex supra allegatis.

Demum animaduertebant Domini, quod à Baptista primo Titulari debebantur antè dimissionem beneficij quinque termini, cum reseruatio pensio-
12 nis, † cui ipse consensit, fuerit die 5.Ianuarij 1604. ab incarnatione Domini, *vt in Summario num. 1.* qui est annus 1603. inchoando à Natiuitate,& idem primus Titularis retinuerit beneficium,vsque ad diē 9. Septembris 1605. qua die Iuffredus adeptus est beneficij, possessionem vigore permutationis factæ cum eodem Baptista, *vt in Summario num.2.* vnde apparet Baptistam debuisse omnino soluere quinque terminos, quorum vltimus erat Natiuitatis S.Ioannis Baptistæ de mense Iunij 1605. Pro quo termino cum nulla detur probatio solutionis, nec vera, nec confessata, nedum de tempore,quo ipse primus Titularis possedit beneficium, verùm neq; post illius dimissionem, qua facta per plures annos superuixit
13 consequenter † nullo modo potest ex hactenus deductis dici satisfactum dicto decreto, quod est præcisum pro toto tempore vitæ consentientis pensioni, vel quamdiù beneficium retinuerit, *vt fuit ponderatum in dicta Lucana pensionis 27. Nouembris 1617.coram* R.P.D.*meo Pirouano*.

Et ita vna tantum parte informante.



RE-

REVERENDISS. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano
Romana Spolij Domus.

Mercurij 5. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Sententia si laboret vitio nullitatis, & iniustitiæ, cum non mereatur nomen sententiæ, transitum facere non potest in rem iudicatam, ideoque nihil releuat oppositio, quod ab ea non fuerit appellatum. Citationes, quæ fiunt per diligentias, vt validæ sint, requiritur, vt prima citatio personalis præcesserit. Acta vt dicantur integrè trāsportata ex repetitione actorum, quæ sunt in officio Notarij, in cuius officio causa agitatur, requiritur, vt repetitio sit generalis, secus verò si fuerit specialis ad certa acta. Præscriptio vt releuet, quando opus est vt interueniat possessio, & quando procedat sine ea.

SVMMARIVM.

1 *Sententia satis dicitur appellatum, quando causa appellationis reperitur commissa.*
2 *Sententia nullitate, & iniustitia stante, non est opus, vt ab ea appelletur.*
3 *Sententia nulla, & iniusta non transit in rem iudicatam.*
4 *Citationes factæ per diligentias, & ad Valuas non releuant, quando non præcessit citatio prima personalis.*
5 *Iudicium, vt validum reddatur, è monitorio præsentato procuratori principalis, quid requiratur.*
6 *Monitorium, ad effectum validitatis iudicij, non sufficit præsentari procuratori generali, quando principalis est præsens in Curia.*
7 *Actorum integra transportatio, satis dicitur, ex repetitione omnium actorum, quæ sunt penes Notarium in cuius officio causa agitatur.*
8 *Quod intellige, quando repetitio est generalis, secus si specialis, scilicet ad aliqua acta.*
9 *Iudex sententians non visis actis probatorijs, dicendum est illum non minus nulliter, quàm iniustè processisse.*
10 *Actio spolij etiam per spatium 30. annorum non potest præscribi, quando non adest possessio.*
11 *Præscriptio non procedit sine possessione.*
12 *Possessio, tunc est necessaria ad effectum præscriptionis, quando quis ea mediante vult acquirere nouum ius.*
13 *Præscriptio tunc iuuat, licet absit possessio, quando quis eam inducit ad se defendendum contra alterius actionem,*
Quia tunc præscriptio perficitur absque vlla possessione ex solo cursu temporis.
14 *contra Actiones numquam præscriberetur, si requireretur possessio.*
15 *Præscriptio longissimi temporis inducitur ex sola negligentia non petentis absque alio facto, & ministerio præscribentis.*

DECISIO DXLVII.

DOMINI perstiterunt in decisis, nempe mandatum de manutenendo esse dandum florenis docentibus de eorum anteriori possessione, qua non potest d ci fuisse priuatos per sententiam reintegratoriam p stea latam in iudicio spolij à R. P. D. Sacchetto ad fauorem Alphonsi Ferri, quia illa fuit nulla, & iniusta ex rationibus, & fundamentis adductis in decisione.

Quibus visum fuit non obstare, quod hodie dicitur ex aduerso a sententia prædicta non fuisse pro parte Florenorum appellatum, quia fuit responsum satis
1 fuisse, quod † per signaturam ad illorum instantiam fuerit causa appellationis simpliciter commissa cum facultate manutenēdi quem de iure, *vt notat Vestr. in prax. lib. 7. cap. fin. num.* 5. vltra quod stante dicta
2 † nullitate, & iniustitia nec erat necessaria dicta
3 appellatio cum sententia nulla, & † iniusta nunquam transeat in iudicatum *Felyn. in cap. inter cæteras nu. 10. in fin. de re iudic. & in cap. super literis. n. 15. de rescript. Rot. decis. 311. num. 2. par. 2. & decis. 427. num. 2. lib. 3. par. 3. diuers.*

Nec videbatur sublata nullitas prædictæ sententiæ causata ex omissione citationis Fabij Barnabæ per citationem postea factam pro parte Alphonsi ad dicendum contra iura producta, & aliam citationem in seruatione terminorum substantialium factam Iulio Cæsari Floreno etiā vti Procuratori dicti Fabij, quia huiusmodi citationes fuerunt factæ per diligentias,
4 & ad valuas, & ideo non releuant, † cum non præcesserit citatio prima personalis, prout præcedere debebat antequam deueniretur ad citationem per diligentias *Vestr. in prax. lib. 1 cap. 5. nu. 4. vers. hanc facultatem Vant. de nullit. ex defect. citation. nu. 110. & 114. Put. decis. 371. in fine lib. 2. in nouis. Rot. dec. 12. de dol. & contum. in antiq. & decis. 10. de re iud. in nou.* deinde non apparet monitorium fuisse præsentatum dicto Iulio Cæsari vti Procuratori Fabij, prout erat eidem Fabio, seu eius legitimo Procura-
5 tori præsentandum, † vt iudicium validum redderetur, ad cuius effectum dicebat amplius vnus ex Dominis, nec etiam sufficere monitorium fuisse præsen-
6 tatum † Procuratori generali dicti Fabij, præsertim si ille tunc erat præsen in Curia *ex adductis per Laderch. cons. 15. nu. 3. & seqq.*

Quo verò ad aliam nullitatem in decisione adductam, & causatam ex non integra transportatione
7 † actorum opponebatur pro parte Alphonsi sufficere repetitionem omnium actorum quæ erant penes Notarium, in cuius officio causa agitabatur, sed respondebatur prędicta bene procedere si prædicta repetitio fuisset generalis omnium actorum secus au-
8 tem † quando vt in casu nostro dicta repetitio fuit particularis quorumdam Iurium, vt apparet in Sūmario dato per Alphonsum, in quo non leguntur mandata exequutiua, subhastatio, adiudicatio, & alia, quæ poterant iustificare acquisitionem dictæ domus factam per Florenos, quibus per Iudicem
9 † non visis sequitur dicendum illum non minus nulliter, quam iniustè ad dictam sententiam reintegratoriam processisse, *vt fuit dictum in decisione & latè probat Cagnol. in l. 2. num. 68. C. de eden. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 16. circa fin. vers. Ad idem de constit.*

Nec obstat quod actio spolij quam prætendebat
10 habere Alphonsus, & Fratres de ferris † per lapsum plusquam 30. annorum non potuerit præscribi ex eo quod Floreni non possederint domum, de qua agi-
11 tur, sine qua possessione non præcedit † præscriptio allegata *iuxta reg. tex. in l. sine possessione ff. de vsucap. cum alijs,* quia fuit responsum tunc esse necessariam possessionem ad hunc effectum quandoquis vult

12 † vult acquirere mediante præscriptione nouum ius secus vero quando quis inducit præscriptionem ad se defenden. contra alterius actionem, quia tunc
13 † præscriptio perficitur absq; alia possessione ex solo
14 cursu temporis, cum alias † numquam præscriberetur contra actionem, *Crau. cons.* 111. *num.* 20. *Surd. cons.* 73. *num.* 48. vbi etiam alios allegat, deinde supradicta regula non procedit in præscriptione longissimi temporis, quia illa inducitur ex sola negligentia non petentis absque alio facto, & ministerio præscribentis, vt tradit idem *Surd. d. cons.* 111. *n.* 20. *vers. rursus.*

Ex quibus ita fuit resolutum.

R. P. D. V B A L D O.

Cremonen. Bonorum.

Mercurij 5. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Appellatio interposita post decem dies nulla est, & quando est validè interposita, si absque prorogatione fatalium transitum est biennium, perinde est, ac si non esset appellatum. Citationis defectus ad sententiam est maximus, & insanabilis, intellige quando d. defectus fuit legitimè probatus, dum instrumentum prolationis sententiæ aliud cantat. Emphyteusis Ecclesiastica licet non agnoscat hæredes extraneos, tamen id non procedit, quando concessio fuit facta alicui pro se, suisq. hæredibus, & successoribus, cum clausula, & quibus dederit, vel quando fuit facta, cum verbo, perpetuo, vel cum clausula pro te, tuisq. hæredibus. & successoribus quibuscũq.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interposita post lapsum decem dierum inualida est.*
2 *Appellatio remanet deserta, quando lapsum est biennium sine prorogatione fatalium.*
3 *Sententia, quando est nulla, et iniusta, transitum non facit in iudicatum.*
4 *Citationis ad sententiam nullitas maximus est, et insanabilis defectus.*
5 *Fides simplex non facit fidem, et maximè in concursu instrumenti publici.*
6 *Instrumenti publici fides absque dubio præferenda est fidei scripturæ priuatæ.*
7 *Emphyteusis Ecclesiastica regulariter non est transitoria ad hæredes extraneos.*
8 *Emphyteusis Ecclesiasticæ concessio facta pro se, suisq. hæredibus, et successoribus, cum clausula, et quibus dederit, tunc est transitoria etiam ad extraneos hæredes, et num.* 10.
9 *Emphyteusis Ecclesiastica transit etiam ad hæredes extraneos, quando concessio fuit facta cum verbo, perpetuò.*
11 *Emphyteusis Ecclesiastica an sit transitoria ad extraneos, sunt attendenda verba beneplaciti Apostolici.*
12 *Emphyteusis Ecclesiasticæ concessio facta pro se, et suis hæredibus, et successoribus quibuscumque, tunc clausula ista operatur, vt sit transitoria ad hæredes etiam extraneos.*
13 *Relationem habens ad aliquid, id venit attendendum, et num.* 15.
14 *Clausula, quorum tenores, quid operetur.*
16 *Cessionarius potest vti iure cedentis.*
17 *Cessibilis, quando semel facta est res, semper durat talis.*

DECISIO DXLVIII.

FVIT in secunda instantia lata sententia à Vicario Archiepiscopatus Mediolanen. qua inter cætera fuit declaratum, emphyteusim bonorum, de qua agitur, esse transitoriam ad extraneos hæredes, & proinde Sfortiam, & Angelam bonorum detentores non potuisse in dictis bonis molestari, quæ sententia cum prætenderetur transitum fecisse in iudicatum, Dubitaui, An constaret de re iudicata, quæ sit exequenda, & Domini ad vtramque dubij partem affirmatiuè responderunt.

Nam quo ad rem iudicatam de ea constare putabant, tum ex eo, quod non fuit appellatum intra decem dies cum sententia fuerit lata die 26. Ianuarij 1621. & appellatio interposita die 13. Februarij se-
1 quentis † vt in actis constat, & sic post decennium, *cap. Romana §. si vero de appell. in 6. authen. hodie C. de appell. Alex. cons.* 87. *num.* 1. *lib.* 7. *fuit dictum in Romana locorum montium* 25. *Maij* 1611. *corã me, & aliàs sæpè.* Tum etiam quia lapsum est biennium, & vltra non prorogatis fatalibus, vnde appel-
2 latio quatenus etiam † fuisset legitimè interposita remansisset deserta, *auth. ei qui. C. de temp. appell. cap. cum sit Romana eod. tit.* Rota *decis.* 385. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* Et hæc ex aduerso non multum controuertebantur.

Sed solum circa secundam partem non esse locum executioni prætendebatur, stante nullitate, & iniu-
3 stitia dictæ sententiæ, quæ efficit, † vt numquam transeat in iudicatum, & sic non mereatur executionem, *Cæs. de Graß. decis.* 2. *nu.* 7. *&* 8. *de solut. Surd. cons.* 62. *num.* 50. *& seqq. Rot. decis.* 427. *in fin. lib.* 3. *par.* 3. *diuers. & decis.* 307. *num.* 1. *in fin. par.* 2. *recent. cum alijs per Rot. in Mediolanen. bonorum* 23. *Martij* **1620.** *coram me.*

4 Nullitas deducebatur ex defectu † citationis ad sententiam, qui maximus est, & insanabilis, iuxta tradita per *glos. in clem sæpè de re iud. Felin. in cap. consuluit. num.* 3. *de offic. deleg.* Rota *in Mantuana bonorum* 16. *Decembris* 1611. *&* 14. Maij 1612. *coram me: quæ sunt decis.* 365. *&* 409. *part.* 1. *recent.* defectus autem citationis prætenditur adesse, ex quo Iudex non pronunciauit die 26. Ianuarij, sub quo cadebat citatio, vel saltem intra decem dies, sed post cassationem termini iuxta stylum illarum partium videlicet die 6. Februarij sequentis, & sic extra terminum citationis vt constat ex fide Notarij data in actis, sed huic obiecto fuit responsum. Vltra quod il-
5 la est simplex fides, † quæ non facit fidem, magis credendum esse publico instrumento prolationis sententiæ sub dicta die 26. Ianuarij confecto per Notarium actuarium de ea rogatum coram duobus testibus, & cum subscriptione eiusdem actuarij, vt in summario Sfortiæ num. 4.

Et fides de qua supra, est cuiusdam presbyteri Io. Petri Vacani, qui se enunciat Notarium coadiutorem in ciuili Cancellaria Archiepiscopali Mediolanen.
6 Vnde † in concursu absque vlla dubitatione videbatur præferenda fides publici instrumenti sententiæ, vt dictum est.

Iustitia vero vel iniustitia sententiæ dependet ab eo, an ista emphyteusis sit transitoria ad extraneos hære-

hæredes, quales sunt Sfortia, & Angela prout fuit per dictam sententiam declaratum, & quidem licet
7 † emphyteusis ecclesiastica, qualis est ista, non sit sui natura, & regulariter transitoria ad extraneos hæredes, *Clar. in §. emphyteusis q. 28. sub nu. 5. vers. tertius est casus* tamen hic secus est, quia emphyteusis fuit à Cimiliarcha, & Capitulo Cremonen. concessa in perpetuum de anno 1552. Ioan. Baptistæ Orlengo
8 pro se, suisq. hæredibus, & successoribus, † cũ clausula, & quibus dederit, quæ operatur, vt emphyteusis ecclesiastica sit transitoria ad extraneos hæredes, *Curt. iun. cons. 4. sub num. 1. vers. sed quoniam, & cons. 13. num. 2. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. sub num. 4. vers. quarta conclusio, vers. quin, & idem Clar. d. q. 28. num. 4. & num. 9. Surd. cons. 551. nu. 2. & 3. lib. 4.* & hanc opinionem sæpè secuta est Rota, & signanter *in causa Mediolanen. bonorum 16. Februarij 1601. coram bon. mem. Card. Lancellotto, & in Papien. bonorum 10. Maij 1602. coram bo. me. Card. Pamphilio, & per bon. mem. Cardinalem Tusc. lib. 1. conclus. 295. num. 6.* & accedit clausula in per-
9 petuum sæpe repetita † in dicta inuestitura, quæ & ipsa idem operatur *Socc. cons. 266. sub num. 37. vers. 2. præmissa lib. 2. Curt. iun. d. cons. 4. in fin. Rota in dicta Papien. coram Card. Pamphilio, & decis. 294. num. 4. par. 2. recent.* & cum dictus Ioannes Baptista cesserit de eodem anno 1562. ius suum Io. Antonio de Sãcto Maffeo qui itidem fuit stipulatus pro se, suisq. hæredibus, & quibus dederit idem dicendũ
10 est, & † proinde hæc emphyteusis potuit transire ad successores extraneos filij dicti Ioannis Antonij, qui est effectus præsentis dubij.

Nec obstare visum fuit, quod in beneplacito Apostolico obtento per d. Ioannem Antonium non adsint dicta verba, & quibus dederit, & verba benepla-
11 citi videantur † attendenda ad hunc effectum, *Bart. in l. etiam nu. 1. ff. sol. matr. Senaph. decis. 868. nu. 1.* quia respondebatur, verius esse quod immo in dicto beneplacito continetur dicta qualitas emphyteuseos quod sit ad extraneos transitoria, nam in eo fuit narrata prima inuestitura facta in Ioannem Baptistam pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscũ-
12 que, † quæ clausula operatur, quod emphyteusis sit transitoria ad extraneos, *Rol. cons. 96. num. 28. lib. 1. Clar. in §. emphyteus. q. 28. num. 8. Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 19. num. 22.* & sæpè censuit Rota *vt apud Seraphin. dec. 188. num. 7. & decis. 703. nu. 2. & in dicta Papien bonorum coram Card. Pamphilio*, & in aliis relatis per *Modern. claus. 93. num. 2. par. 1.* & nouissimè *in causa Bononien de Maluetijs 27. Martij præsentis coram R. P. D. Pirouano.*

Et licet in narratiua cessionis à Ioanne Baptista factæ Ioanni Antonio fuerit solum dictum eam fuisse factam pro eius hæredibus, & successoribus absque alia additione, tamen supplicantes non se firmarunt in huiusmodi simplici enunciatione, sed paulo infra
13 subiunxerunt, † prout in pluribus instrumentis publicis desuper confectis plenius continetur, & sic habuerunt relationem ad instrumenta, *Bald. in l. 2. nu. 4. C. de error. ad voc.* & in dispositiua Papa committit confirmationem inuestituræ, si in euidenti &c. cum relatione ad prædicta instrumenta inuestituræ,
14 & cessionis cum clausula, quorum tenores; † quæ continet expressionem omnium in ipsis contentorũ, *Butr. cons. 2. num. 5. Felin. in cap. nonnulli sub nu. 6. de reser.* cum alijs per *Modern. claus. 119. nu. 1. & 8. & per Rot. in causa Ferrarien. de Tassonis 14. Iunij 1621. coram me*, & infra mandat confirmari conces-
15 sionem, cessionem, & augmentum, & omnia, † & singula alia in dictis instrumentis contenta, *Rota decis. 216. num. 10. par. 1. diuers. Modern. claus. 98.* & demum infra mandat concessionem, cessionem, & augmentũ perpetuo obseruari iuxta conuentionem desuper factam, adeo vt ex tot clausulis non potuerit clarior relatio haberi ad prædicta instrumenta, & nihilominus videbatur etiam sufficere, quod fuisset narratum quod Ioannes Baptista cesserit Ioãni Antonio omne ius sibi competens in terris, de quibus agitur, & vtique Io. Baptista habebat ius transmittendi hanc emphyteusim etiam ad hæredes extraneos, vt non dubitatur, & istud ius transijt in Ioannem Antonium, & eius hæredes, & successores,
16 † cum cessionarius possit vti iure cedentis, *Bart. in l. si stipulatus fuerim num. 3. vers videamus. ff. de verb. oblig. & ibi Castr. num. 1. Ias. num. 6.* & benè probat *tex. in l. si sic. §. si quis ita. ff. de leg. 1.* & ratio
17 est quia res semel facta † cessibilis semper durat talis *Bart. in l. qui duos. num. 11. vbi Soccin. num. 31. ff. de reb. dub.* Ex quibus fuit resolutum constare de re iudicata exequen. Et ita fuit decisum.

Part. IV. Tom. III. Recent.

REVERENDISS. PIROVANO.

Fulginaten Alimentorum.

Mercurij 5. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Alimenta obligatus præstare ex bonis primogenituræ, si eorum taxationem prætendat excessiuam, ex quo fructus bonorum non ascendant ad summam taxatam, quid probare grauetur. Alimentorum causa cum materia sit fauorabilis, ideoq. eget celeri expeditione, nec impeditur per ea, quæ requirunt altiorem indaginem.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum taxatio quod fuerit excessiua, ex quibus probandum veniat.*
2 *Obligatus præstare alimenta in redditibus bonorũ, si dicat, quod redditus non sufficiunt, debet hoc ipse probare tanquam suæ exceptionis fundamentum.*
3 *Intentionem suam vt quis dicatur fundasse, sat non est allegatio, sed vlterius requiritur probatio.*
4 *Alimenta, ne diminuantur, quid non debeat computari.*
5 *Alimenta non debent retardari ex noua discussione iurium altiorem indaginem requirentium.*
6 *Alimentorum materia est fauorabilis, & requirit celerem expeditionem.*
7 *Pensionis materia, cum sapiat naturam alimentorum, ideo celerem expeditionem expectat.*

DECISIO DXLIX.

POST resolutiones in hac causa factas 15. Maij 1623. * & 12. Ianuarij 1624. * legatum scilicet alimentorum Francisci Iacobilli senioris, comprehendere etiam filios Laurentij, cœptum fuit dare de excessiuitate taxæ alimentorum, itaut sit retardanda expeditio causæ, dictum fuit locum non esse, causamq. esse expediendam.

Nam D. Gregorius primogenitus non docet de
1 causis diminutionis faciendæ, & quod bona primo-

geniture sint deteriorata, nec sufficientem redditum
2 respondeant, prout † de sua intentione videtur esse *Seraph.* in his terminis *decis.* 211. *num.* 5. & *decis.* 1383. *num.* 2. & 3. *Surd. de alim. tit.* 4. *q.* 26. *num.* 8. & *seqq.*

Neque obstat folium datum per D. Gregorium sub die 23. Februarij præteriti, in quo continentur onera primogenituræ, excedentia possibilitatem solutionis alimentorum ad summam taxatam, quia
3 debuissent probari, † non autem solum allegari, sed nihilominus eadem de tempore primæ taxæ extabant, dempto monte erecto pro soluendis debitis,
4 D. Gregorij, † quæ non debent computari in causam diminutionis alimentorum.

Et in omnem casum agitur de continuatione alimentorum, ex persona patris eorum, scilicet Lau-
5 rentij in ipsos filios, quæ non † debet retardari ex noua discussione iurium primogenituræ, altiorem discussionem indigente, quia materia alimentorum
6 est † fauorabilis, & requirit celerem expeditionem, *Rota decis.* 764. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* & de pensione,
7 quæ est loco † alimentorum, idem voluit in *decis. Cremonen. pensionis* 25. *Februarij* 1622. *coram D. meo Vbaldo.* Et ita &c.

Decisiones istæ in hac causa emanatæ sub diebus 15. *Maij* 1623. & 12. *Ianuar.* 1624. *corã eodem bo. me. Pirouano prima est in præcedenti Tomo decis.* 479. *altera vero est in hoc eodem Tomo decis.* 505 *Ac infra habetur altera sub die* 21. *Febr.* 1625. *coram bon. me. Vbaldo, & in Appendice adest alia coram bon. mem. Litta die* 18. *Aprilis* 1599.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Officij Iannizeratus.

Lunæ 10. *Iunij* 1624.

ARGVMENTVM.

Dominus officij ille dicitur, de cuius crumena illud fuit emptum, sibiq. dispositionem reseruauit, & sic illud transit ad eius hæredes, pro nihilo habito, quod sit emptum in vita alterius, quia non propterea stante decreto ad fauorem emptoris, ille poterit super eo aliquid prætendere, nec post mortem ementis, licèt forte contrarium esset dicendum, si non adesset dictum decretum, cum emptor sibi non reseruauit illius dominium. Donatio ex sola sanguinis coniũctione non præsumitur nisi inter ascendentes, & descendentes. Donatio non præsumitur ex eo solum, quod alicuius nomen sit appositum in instrumento alicuius emptionis

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Bona defuncti ab intestato, spectant ad eius legitimos hæredes.*
3 *Officium, quod spectet ad eum, de cuius pecunijs illud fuit emptum, ex quibus id verificetur, licet in personam illud fuerit emptum.*
4 *Officij dominium quando dicatur acquisitum illi, de quibus pecunijs illud fuit emptum, non autem ei, in cuius vita periculo stat.*
5 *Successio ab intestato spectat ad fratres, dum nullus alius eos in gradu proximiori præcedit.*
6 *Moriens ab intestato, videtur alienare in venientes ab intestato.*
Sine Testamento decedens videtur testari tacitè, si non expressè, num. 6.
7 *Bona proximioribus videtur relinquere qui moritur ab intestato.*
8 *Donans omnia sua bona præsentia, & futura, sub ea donatione quid comprehendatur.*
9 *Cessionarius vtitur iure cedentis.*
10 *Donatio non præsumitur, cum nemo præsumatur iactare suum.*
11 *Donatio, licet in dubio non præsumatur, tamen ab ista regula receditur ex coniecturis.*
12 *Donatio vt ex coniecturis præsumatur debet ex facto colligi.*
13 *Donationem testes non probant, dum de simplici voluntate donandi deponunt.*
14 *Voluntas, dum non fuit deducta ad suum esse non releuat.*
15 *Officij donatio nequaquam præsumitur ex emptione facta de eo, in vita alicuius.*
16 *inter Ascendentes, & descendentes, qui sunt in potestate, donatio præsumitur si traditio descendenti facta fuerit,*
Sed secus est inter extraneos.
17 *Donatio non præsumitur ex eo solum, quod nomen alterius sit in instrumento inscriptum, & sic res nomine alterius fuerit empta, etiamsi adsit coniunctio sanguinis, si non agatur de descendentibus.*
18 *Donatio præsumitur ratione necessitudinis, & coniunctionis, & præcedentium meritorum, & dilectionis personæ.*
20 *Officium, quando emitur cum decreto ad fauorem eius, qui exbursauit pretium, nihil potest prætendere ille, sub cuius nomine illud fuit emptum.*
21 *Pater emens officium nomine filij sine vlla reseruatione dominij, præsumitur voluisse illud ei donare.*
22 *Romana Officij Scriptoriæ* 23. *Maij* 1583. *coram Clement. VIII.* & 1. *Iulij* 1588. *coram Card. Pamph. sen. quo in casu loquantur.*
23 *Stipulari quis præsumitur etiam in facto negatiuo pro se, & suis hæredibus, licet de hæredibus mentio facta non fuerit.*
24 *Donatio vt valida sit debẽt seruari solemnitates in ea requisitæ à statutis.*
25 *Officiali attestanti de his, quæ pertinent ad eius officium creditur.*

DECISIO DL.

DOMINI resoluerunt sententiam Rotalem esse confirmandam, quia apparet valida, & iusta. Validitas probatur cum ex resolutione acto-
1 rum † constet interuenisse omnia, de iure requisita, qui est modus probandi validitatem sententiæ, *Verall. decis.* 260. *par.* 2. *Rota dec.* 678. *num.* 1. & *decis.* 708. *num.* 1. *part.* 2. *in recent.* Iustitia satis apparet clara ex duabus decis. factis coram Reuerendiss. D. meo Caualerio nunc S.D.N. Datario. Nam cum
2 officium spectaret ad Gregorium Caluum, † qui obijt ab intestato, & propterea successio spectabat ad Franciscum, & Vincentium eius fratres, & Franciscus donauit omnia bona sua præsentia, & futura, DD. de Alberinis, vtique medietas dicti officij spectat dictum Marcellum, qui habet cessionem ab alijs donatarijs de Alberinis.

Quod

Quod autem officium spectaret ad Gregorium
3 dubitari non potest, quia† vt patet ex partitis Banchi, fuit emptum de proprijs pecunijs, & licet in personam Pyrri Matthæi, tamen cum fuerit reseruata facultas Gregorio quandocumque sibi placeret dictum officium vendendi, resignandi, & fructus, & emolumenta exigendi, & in suos vsus, & vtilitatem conuertendi, nullo Pyrri requisito consensu &c. vti-
4 que † dominium fuit acquisitum Gregorio, *Rota dec 262. num. 1 & 2. par. 1. Seraph. dec. 1303. n. 11. & fuit resolutum in causa Romana officij scriptoriæ 23. Maij 1583. coram san. me. Clem. VIII. apud Pacif. dec. 151. & in eadem 1. Aprilis 1588. coram recol. mem. Card. Pamphilio, et in Romana officij plumbi 4. Iulij 1601. coram eodem, et in alia Romana officij 8. Februarij 1616. coram R. P. D. Pamphilio.*

Quod vero defuncto Gregorio dictum officium spectaret ad eius fratres, dubitari non potest, quia
5 cum nullus alius comprehenderet† successio ad illos spectabat *Auth. de hæred. ab intest. ven. §. si igitur defunctus*, neque descendentes collat. 9. qui enim
6 †non testatur, videtur alienare in venientes abintestato, & dicitur testare tacitè, si non expressè *Bald. in l. cunctos populos. num 1. vers. venio ad secundum C. de sacros. eccles.* & proximioribus videtur relin-
7 quere †bona, de quibus poterit testare, qui hoc modo disposuit *l. si quis cum nullum, et l. conficiantur in princ. ff. de iure codicilli bene ad propositum Curt. iun. cons. 4 num. 4. vers. eamdem opinionem*, & in terminis officiorum, *Rota dec. 262. nu. 9. par. 1. Seraph. dec. 1303. num. 11. et 12. et fuit dictum in prædicta Romana scriptoriæ, et officij plumbi.*

Quod autē medietas huius officij spectet ad Alberinos, satis patet ex donatione facta per Franci-
8 scum, quæ non controuertitur † sub qua cum comprehendantur, nedum bona mobilia, & immobilia, sed etiam iura, & actiones vtique, & comprehendit medietatem officij, de quo agitur, iuxta notata per *Ang. Aut. cons. 75. num. 7. vers. sedtamen*, & stante cessione aliorum de Alberinis ad fauorem dicti Marcelli dicta medietas non totum spectat ad ipsum, cū
9 † cessionarius vtatur iure cedentis, *Bald. Nou. de dot. par. 12. col. 8. vers. quarto quia, Alex. cons. 13. num 12. et sequitur vers. ex quibus in l. 1. Socc. sen. cons. 37. vsque in fin lib. 4.*

Neque prædictis obstat, quod Gregorius censeatur donasse hoc officium Pyrrho, quia regula est,
10 quod donatio† non præsumatur, cum nemo iactare suum, præsumendum sit *l. cum de indebito. vers. si qui cum soluit. ff. de prob. Menoch. de arbitr. cas. 88. nu-*
11 *mer. 1. et seqq.* à qua regula licet †ex coniecturis recedatur *Bellon. cons. 60. num. 10. Alciat. resp. 233.*
12 *nu. 5* Tamen istæ †coniecturæ debent ex facto colligi, *l. vtrum. ff. de donat. inter vir. et vxor. et in l. at, si quis. §. sed interdum. ff. de relig. desumpt. fun. Menoch. loc. cit. n. 7. et* 8. & tamē nulla deducitur, quæ releuet. Aut enim ponderantur testes, & nihil conclu-
13 dunt. Primus enim, & secundus dicunt, †*che voleua lasciar l'offitio al Signor Pirro*. Tertius vero qui fuit mediator emptionis, dicit quod Gregorius durante sua vita, volebat officium esse suum, & post eius obitum Pyrrho remaneret. Quartus deponit, quod volebat officium fore Pyrrhi, quæ depositiones non probant voluntatem perfectam, & determinatam Gregorij, sed voluntatem tantum,
14 †quæ cum non fuerit deducta in esse, nihil operatur *l. quidam cū filium. ff. de hæred. instit. Castr. cons. 160. num. 2. lib. 2* & in terminis officij fuit resolutum *in Romana scriptoriæ 5. Iunij 1609. coram Reuerendiss. D. meo Archiepiscopo Lugdunen. apud Pacif. decis.*
15 150. Aut vero deducitur †donatio, ex quo officium fuit emptum super periculo vitæ Pyrrhi, & hoc nihil releuat *Bart. in l. quæ dotis, et ibi* DD. *solut. matr.*
16 vbi, quod inter ascendentes, †& descendentes, qui sunt in potestate, donatio præsumitur si traditio descendenti facta fuit per *text. in l. 2. C. si quis alt.* vel sibi, sed inter extraneos secus est, nam ex eo solum,
17 quod nomen alterius † sit in instrumento inscriptū, & sic res nomine alterius fuerit empta, non præsumitur donatio, etiam quod adsit coniunctio sangui-
18 nis, †cum non agatur de descendentibus, *Bero post Bar. loco alleg. cons. 179. num. 10.* & cessat omnis difficultas ex decreto apposito, vt statim dicam. Aut vero prætenditur donatio ratione necessitudinis, &
19 coniunctionis, † & præcedentium meritorum, & dilectionis personæ, *Bero. cons. 178. num. 7 et 8. et 10. vers. sed his omnibus. lib. 2. Seraph. dec. 1303 nu. 3.* & videntur obstare modo dicta quia non sumus in descendentibus. Et cessat omnis difficultas, quia
20 prædicta non procedunt, † quando officium emitur cum decreto ad fauorem illius, qui dedit pecunias, *Seraph. d. dec. 1303. vbi num. 3.* ponderat prædictam conclusionem allegando *Bald. et num. 11.* dicit quod
21 Bald. loquitur in quo †pater emerat nomine filij sine vlla reseruatione dominij, & ita dicit procedere
22 decisionem† sanct. mem. Clem. VIII. & bo me. Cardinalis Pamph. & subdit quod in casu suo stante reseruatione dominij non præsumebatur donatio.

Non obstat, quod supradicta non concludunt ad donationem in vita, non excludant donationem post mortem, decretum nihil concludat post mortem, sed solum in vita Gregorij, nec in emptione officij fuerit dictum quod emebatur de pecunijs Greg. Quia fuit responsum hoc non esse verum, cum decretum nedum censeatur appositum, vt officium non possit alienari irrequisito Gregorio, sed etiam iuris hære-
23 dibus, nam quis censetur stipulare etiam † in facto negatiuo sibi & suis hæredibus licet de hæredibus mentio non fiat *l. stipulatio ista. in prin. vers. sed sine. ff. de verb. obligat. gloss. 2. in l. si ita stipuler, et in l. si hic stipulatus la grande in verbo caput. ff. eod.*

Non obstant duo, quæ opponebantur in memoriali particulari, quia alias pars non informauit. Primo quod nulliter fuerit denegatum nouum examen in curia ad probandam donationem. Nam ex prædictis satis clara fit facti veritas, & in omnem euentum probatio esset irreleuans, †cum data dona-
24 tione †non substineatur, non enim fuerunt in ea seruatæ solemnitates Statuti Vrbis, vt fuit ponderatum in dec. facta 10. Martij 1623. coram Reuerendiss. D. meo Caualerio. Neque secundum obstat, quod si pretium officij fuerit taxatum in sententia, & tamen de valore legitimè non obstat. Quia contrarium est verius, cum de valore similium officiorum de tempore, quo Pyrrhus resignauit, constet ex fide
25 officialium †Datariæ quibus in hac materia est stādum, *Seraph. dec. 792. num. 3. Rota dec. 573. num. 6. lib. 3 part. 3. et dec. 525. num. 5. par. 2. in recent.*

Et ita resolutum vna tantum parte informante, cum alia numquam comparuerit, nisi porrigendo dictum memoriale ad dilationem causæ.

Sen-

Sententia ista fuit lata per bon. mem. Card. Caualerium, super qua causa coram eodem duæ emanarunt decisiones sub diebus 6. Iunij 1622. et 20. Martij 1623. sunt inter eius impressas deciss. 603. et 635.

R. P. D. REMBOLDO.

Ferrarien. Fideicommissi.

Lunæ 10. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Plura notanda circa instrumentorum legalitatem, quando scilicet plenè probent, & quæ sint eius requisita, & vt redargui possint de falsitate, quid requiratur. Instrumentum si non reperiatur inter alias notas Notarij, an ex hoc reddatur suspectum de falsitate. Archiuij fomento non eget instrumentum publicum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum extractum ex Archiuio publico plenè probat.*
2 *Instrumentum rogatum ab aliquo Notario, si non reperiatur inter alias eius notas, propter hoc minus dici potest, quod non sit in forma probanti.*
3 *Instrumenti publici requisita, quæ sint remissiuè.*
4 *Instrumentum publicum, & originale probat, etiamsi non sit in protocollo cum alijs instrumentis registratum, ac de alia matrice non constet.*
5 *Instrumentum si non reperiatur inter alias notas notarij, an ex hoc reddatur suspectum de falsitate.*
6 *Scripturarum recognitio potest quandocumque fieri.*
7 *Instrumenti falsitas, vt probetur requiruntur probationes concludentes.*
8 *Et hoc procedit etiam ad impediẽdam immissionem.*
9 *Falsi suspicio in ciuilibus habetur pro falsitate, si ea constet in vitio visibili.*
10 *Instrumentorum minutæ sæpè concordantur inter Procuratores, & Aduocatos, & sic concordatæ traduntur notario ad effectum publicandi, seu redigendi in formam publici instrumenti.*
11 *pro Instrumenti veritate valde adminiculatur eius facies, necnon locus vbi est repertum.*
12 *Falsitatis nec leuis suspicio, quando in aliquo instrumento cadere non possit.*
13 *Instrumentum, quando est de per se perfectum, non est opus, vt capiat robur ab Archiuio.*

DECISIO DLI.

PROPOSITO dubio, An DD. Marchionibus de Brusantinis esset danda immissio, Domini reseruatis alijs exceptionibus deductis ad impediẽdam dictam immissionem ad aliam disputationem resoluerunt, Instrumentum anni 1568. esse in forma probanti. Constat enim d. Instrumentum fuisse extractum ex protocollo Liuij Prati, publici Notarij existente in Archiuio Romanæ Curiæ, vnde dubitari non potest, quin dictum Instrumentum sit in for-
1 ma probanti, accedente † præsertim d. Archiuij auctoritate, *Auth. ad hæc, et ibi Glos. in verbo testimonium publicum, C. de fid. instrum. Glos. 1. in cap. cum causam de probat. Card. Seraph. decis. 1448. in princip. et num. 1. Rot. decis. 13. num. 3. par. 1. in recent.*

Non obstat, quòd dictum Instrumentum non fue-
2 rit † repertũ inter alias notas eiusdem Notarij existentes in Archiuio Capitolij, quia inde non sequitur, illud non esse in forma probanti, cum sufficiat, quòd fuerit repertum in dicto Archiuio Romanæ Curiæ inter alia Instrumenta descripta in protocollo eiusdem Notarij. Et cessat difficultas, quoniam d. Instrumentum est etiam subscriptum ab eodem Nota-
3 rio, & † habet omnia requisita ad effectum publici Instrumenti, de quibus per *Glos. in l. generali, vers. seruituti, C. de Tabul lib. 10. Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. finitium, num. 5. et 6. ff. de eden. Card. Seraph. decis. 1236. num. 1.* nam hoc stante vtique dictum Instrumentum, tanquam publicum, & origi-
4 nale probat, † etiamsi non fuisset in protocollo cum alijs Instrumentis registratum, ac de alia matrice non constaret, *Paris. cons. 104. num. 62. & 63. lib. 1. Card. Seraph. d. decis. 1448. num. 1. Rot. decis. 250. num. 4. par. 1. diuers.*

5 Nec subsistit, quòd saltem ex eo, † quod instrumentum prædictum non reperitur inter alias notas eiusdem Notarij existentes in Archiuio Capitolij reddatur suspectum de falsitate, dicta namque ratio non concludit, & præsertim, quia plura alia adsunt instrumenta in d. protocollo, quæ non reperiuntur inter illas notas. Vnde apparet librum dd. notarum non continere omnia instrumenta à d. Notario confecta, quin etiam ex oculari inspectione d. libri apparet deficere in eo plura folia, itaut nec d. liber sit integer, & possibile est, quòd instrumentum, de quo agitur, esset in dictis folijs vel deperditis, vel laceratis adnotatum.

Non obstat, quòd manus Liuij Prati Notarij ro-
6 gati † non fuerit recognita, quia dicta recognitio quatenus esset necessaria, poterit quandocunque fieri, *Card. Seraph. decis. 1407. num. 3.*

Minus obstant aliæ suspiciones prætensæ falsitatis d. instrumenti, quia carent omni prorsus fundamen-
7 to, cum tamen ad probandam falsitatem requirantur probationes concludentes, *Rot. decis. 422. nu. 5. & 15. par. 1. in recent.* etiamsi agatur ad effectum
8 † impediendi immissionem *Card. Seraph. decis. 1364. num. 5.* & ea, quæ dici solent de suspicione falsi in ci-
9 uilibus † intelliguntur de vitio visibili, *Rota d. decis. 422. num. 15. par. 1. in recent.*

Nec quidquam facit, quod non videatur verisimile, quòd fuerit adhibitus d. Liuius, qui per tres tantum menses antea fuerat creatus Notarius ad conficiendum instrumentum inter personas nobiles, & de rebus grauissimis, prout est d. instrumentum, quia vltra quod potest esse, quod d. Liuius confecerit nomine aliorum plura instrumenta, antequam crearetur Notarius; atque ita quod eo tempore, quo confecit d. instrumentum esset peritissimus, sæpè etiam
10 † minutæ instrumentorum concordantur inter Procuratores, & Aduocatos, & sic concordatæ traduntur Notario viciniori, seu magis amico ad effectum publicandi, seu redigendi in formam publici instrumenti, vnde nulla potest hinc elici suspicio falsitatis.

Aliæ suspiciones sunt leuiores, & pro veritate d. instrumenti maximè vrget eiusdem instrumenti fa-
11 cies, † necnon etiam legalitas loci, in quo repertum est instrumentum, quodq. personæ, de quorum inte-
12 resse agitur, sunt ab omni penitus suspicione † alienæ, ex quibus apparet, nullum esse locum, nec quidem leui suspicioni dictæ prætensæ falsitatis.

Non obstat, quod non constet quo tempore fuerit repositum dictum instrumentum in Archiuio, quia d. instrumentum non habet opus sumere robur ab Ar-

13 Archiuio, cum † sit per se perfectum, & negari nõ potest, quin dictum instrumentum fuerit repositum longè, antequam esset aperta via DD. Marchionibus de Brusantinis ad fideicommissum, de quo in dicto instrumento, & tempore, quo nulla spes aderat, quod posset euenire casus, quo succederent dd. DD. Marchiones, &c.

REVERENDISS. DVNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Nullius, seu Aprutina Iurisdictionis.

Lunæ 10. *Iunij* 1624.

ARGVMENTVM.

Episcopis debetur manutentio exercendi iurisdictionem spiritualem in omnibus locis suæ Diœcesis, Et qualiter debeant probare, quod aliqua loca existant in sua Diœcesi, & quo casu duriori onere probandi grauentur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij habent intentionem fundatam de iure communi, exercendi iurisdictionem Spiritualem in omnibus Ecclesijs suæ Diæcesis, & in omnes personas degentes intra limites sui Episcopatus. limita num.* 6.
2 *Manutentio an concedatur ex sola assistentia iuris communis.*
3 *Loca omnia, seu Castra præsumuntur esse alicuius Diæcesis certæ.*
4 *Loca præsumuntur esse illius Diæcesis, cui sunt viciniora.*
5 *Ad Fines antiquos probandos leuiores requiruntur probationes.*
7 *Ordinarius, quo casu teneatur clarè, & concludenter probare aliqua loca esse sita intra limites suæ Diœcesis. & num.* 8.
9 *Præsumptiones non sufficiunt, quando aliquid clarè, & concludenter est probandum.*
10 *Exemplum exempli nullũ genus probationis facit.*
11 *Bulla, quæ emauauit ad supplicationem partis, non probat in præiudicium tertij.*
12 *in Bulla, quæ emanauit ad supplicationem partis, præsumitur inesse Clausula, si ita est.*
13 *Enunciatiuæ non probant, quando principaliter disputatur de enunciato.*
14 *Confinium, & limitum natura ea est, vt debeant ita esse coniuncti, vt ab omnibus lateribus capiãt, & quodammodo includant omnia loca confinata.*
15 *Probatio dubia non releuat.*
16 *Decis.* 405. *num.* 1. *part.* 1. *in recent. declaratur.*
17 *Testes, qui deponunt super certis finibus, & limitibus, debent etiam non requisiti assignare rationem concludentem, non per actum intellectus, sed per sensum corporis.*
18 *Testibus referentibus se ad aliquam scripturam informem non plus creditur, quam ipsimet scripturæ.*
19 *Episcopi, vti delegati Sedis Apostolicæ possunt visitare omnes Ecclesias viciniores, etiamsi sint nullius Diœcesis.*
20 *Probatio vera, sed æquiuoca elicitur ex actu, qui potest referri ad plures causas.*
21 *Sciẽtia, & patientia Domini requiritur ad hoc, vt quis cõstituatur in quasi possessione aliquid faciẽdi.*
22 *Testis depositio redditur æquiuoca, si dependeat à rariori natione, & intellectu testis, & non à sensu corporeo.*
23 *Testes, non probant fines antiquos, si nullam aliã rationem reddunt, quam de auditu, & non specificant personas à quibus id audierunt.*

DECISIO DLII

MOTA lite super iurisdictione Spirituali Castrorum, seu locorum Murri, Musciani, & Notaresci inter D. Episcopum Aprutinum, & D. Abbatem Sanctæ Mariæ de Properzano, & S. Angeli de Musciano, causa ad Rotam deuoluta, mihiq; cõmissa die Mercurij 26. Iunij 1619. dubitaui cui dãdum esset mandatum de manutenen. in exercitio iurisdictionibus spiritualis dictorum locorum. Verum quia in disputatione huius dubij pro parte dicti D. Episcopi prætendebatur manutentio ex sola assistentia iuris communis quam habent Ordinarij in omnibus Ecclesijs suæ diœcesis, & pro parte dicti D. Abbatis acerrimè negabatur supradicta loca esse intra fines Diœcesis Aprutinæ, sed esse nullius, ideo Domini voluerunt particulariter videre, vtrum prædicta loca probarentur esse intra limites dictæ Diœcesis ad effectum, vt ex assistentia Iuris Communis competeret d. D Episcopo manutentio, quo dubio multoties proposito matureq; discusso tandem hodierna die Domini negatiuam sunt amplexi.

Non dubitarunt Domini Episcopum iuxta Sacros
1 Canones † habere intentionem fundatam de iure communi exercendi iurisdictionem spiritualem in omnibus Ecclesijs suæ Diœcesis, & in omnes personas degentes intra limites sui Episcopatus *canon. omnes basilicæ, & ibi Doct.* 16. *q.* 7. *cap. conquerente, de offic. iud. ordin. c.* 1. *de appel.* Et ex sola assistẽtia
2 iuris † communis nulla alia probata possessione Ordinario conceditur manutentio, *cap. cum personæ, et ibi Doct. de priuil. in* 6. Certumq; est omnia loca,
3 † seu Castra præsumi esse alicuius Diœcesis certæ, *Felin. in c. graue, num.* 6. *vers. immo debetur, de offic.*
4 *iudic.* Et præsumptio est esse illius Diœcesis † cui sunt viciniora, *Natt. cons.* 672. *num.* 17. *Rot. in vna Fauentina Iurisdictionis* 18. *Maij* 1605. *coram Iusto, et in vna Adrien. Iurisdictionis* 22. *Iunij* 1622. *coram R. P. D meo Pirouano.* Nec etiam contro-
5 uertitur ad † probandos fines antiquos leuiores requiri probationes, *cap cum causam, de probat. cap. cum olim, vbi glos. de censib. c. si Papa, et ibi glos. in verb. probatur, de priuil. Mantic. decis.* 143. *nu.* 12. *vers. secundo, Rot decis.* 405. *numer.* 8. *par.* 1. *et decis.* 334. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*

6 Verum omnes istæ regulæ limitantur, † & non habent locum quotiescumque inferiores Prælati probant se exegisse iurisdictionem Spiritualem in ijsdemmet locis, super quibus Episcopus petit manutentionem ex sola assistentia iuris communis, vt in hoc casu pro parte D. Abbatis multi dantur actus iurisdictionales, cum scientia, & patientia Episcoporum Aprutinorum, ex quibus prætendit se esse in possessione forsan immemorabili exercendi omnimodam iurisdictionem spiritualem in supradictis lo-
7 cis, Eo † enim casu tenetur Episcopus probare clarè & concludenter illa loca sita esse intra limites suæ diœcesis, *Abb. in c. cum olim, n.* 2. *de censib. Doct. in c. cum venerabilis, de relig. domib. Anchar. cons.* 310. *numer.* 5. *Paris. cons.* 95. *lib.* 4. *Surd. cons.* 429. *lib.* 1. *nu.* 61.

num.61.Rota apud Seraph decis. 1278. *num.* 4. vbi in simili denegauit manutentionem Episcopo; quia
8 non † concludenter probauerat loca controuersa esse intra fines suæ Diœcesis, cum cumulatis *in vna Constantien. Iurisdictionis 16. Nouemb. 1607. coram Reuerendiss. Attrebaten. Et in illa Adrien. Iurisdictionis 28. Maij 1612. coram* R. P. D. *meo*
9 *Vbaldo*. Nec sufficiunt præsumptiones, † cum probatur possessio inferioris ibidem exercentis iurisdictionem, *Rot. diuers. decis. 207. par. 2. & in d. Adrien.* Iurisdictionis, tunc enim ad probandos antiquos fines coniecturis non est locus duriorique onere probandi grauatur Episcopus *Menoch. præsupt. 3. Surd. cons. 429. num. 61.*

Hoc posito fundamento existimarunt Domini examinatis omnibus probationibus adductis pro parte D. Episcopi eas omnino esse imperfectas, aut saltem non esse sufficientes ad proban. d. loca esse sita intra fines diæcesis Aprutinæ, siue fundet se in scripturis, aut in depositionibus testium.

Et primo quoad Bullam Anastasij IV. ea est scri-
10 ptura informis † exemplum exempli, quod nullum gradum probationis facit *auth. si quis in aliquo, & ibi Doct. C. de eden.* Deinde ex eius lectura apparet
11 eam † emanasse ad supplicationem partis, & sic nō probat in præiudicium tertij, *Abb. in c. dudum, n. 3. de Decimis, Imol. in clem.* 1. *col. penul. de probat. Innoc. in c. inter dilectos, num. 6. de fid. Instr. Rom. cons. 208. num. 3. Rot. decis. 780. num. 1. par. 1. diuers.*
12 *Seraph. decis. 278. num. 12.* præsumitur enim † inesse dictæ Bullæ clausula si ita est, c. 2. de rescript. Vltra quod dicti limites sunt enunciatiuè in d. Bulla positi
13 & certū est tunc non probare enunciatiuas, † quando principaliter disputatur de enunciato, *Felin. in c. per tuas, num. 12. vers. 2. de probat. Alex. cons. 126. num. 11. lib. 1. Aym. cons. 29. numer. 3. Put. decis. 381. num. tertio, lib. 1.*

Considerarunt denique Domini dictam Bullam Anastasij IV. quæ videtur assignare confines Diœcesis Aprutinæ, aut non fuisse in vsu, aut saltem nullum probationis gradum facere, quia intra limites ibidem assignatos plurimi vicini Episcopi habent multa loca, & Castra in quibus exercent iurisdictionem spiritualem, & sunt in effectu Asculanæ, Firmanæ, Montisalti, & Ripanæ Diœcesum, vt constat ex fide authentica dictorum Episcoporum, & id non
14 controuertitur. Certū est autem in iure eam † esse naturam limitum, & finium, vt debeant ita esse cōiuncti, vt ab omnibus lateribus capiant, & quodammodo includant omnia loca cōfinata, *l. patronatus, §. sempronius, ff. de leg. 3. l. inter eos, ff. de acquir. rerū domin. Montan. de finib. c. 15. num. 8. Rot. in Cæsenaten. Bonorū coram Cardinali Platto 15. Maij 1589. & in eadem apud Mantic. decis.* 169. *num.* 4. Ex quo pernecesse, sequitur limites in dicta Bulla Anastasiana specificatos non esse fines certos, & inconcussos, itaut super his debeat fieri fundamentum, cum non
15 probetur † hoc esse quod ad hoc contingit abesse, *c. in præsentia, de probat. l. neque naturaliter, C. de probat.*

Nec existimarunt Domini aliquod fundamentum posse fieri in Mappa, quæ circumfertur, nam vltra quod supradictos defectus patitur, ea non facta fuit seruatis seruandis, & ideo parum, aut nihil probat sicuti de scriptura typis impressa, *Guidob. decis. 67.*
16 & licet † *in decis. 405. num. 1. par. 1. recentior.* fuerit dicta Mappa pro adminiculo considerata, idem factū fuit, quia vtraq; pars concorditer eandem Mappam agnoscebat fuisse legitime factam.

Quo vero ad probationes quæ ex depositionibus Testium pro parte D. Episcopi examinatorum eliciuntur, visum fuit eas non esse sufficientes; certum
17 est enim Testes omnes † qui deponunt super certis finibus, & limitibus debere etiam si non sint requisiti, assignare rationem concludentem non per actum intellectus, sed etiam per sensum corporis ad hoc, vt eorum depositiones stringant, *Bald. cons. 286. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 220. nu. 5. Aym. cons. 61. nu. 5.* In hac autem facti specie testes pro D. Episcopo examinati non assignant rationes cōcludentes pro probandis finibus, maior enim pars se refert ad Bullam Anastasianam, & ad Mappam, quas scripturas ex supradictis non probare firmatum fuit. Et ita non
18 probant † dicti Testes non enim plus creditur testibus referētibus se ad scripturā, quam ipsimet scripturæ, *Aymon. cons. 112. num. 13. Seraph. decis. 206. num. 1.*

Alij verò reddunt rationem sui dicti, quia fuerunt in visitatione cum Episcopo, quæ ratio non concludit, cum enim ex dispositione Sac. Concil. Tridentin.
19 possint Episcopi, vti delegati † Sedis Apostolicæ, visitare omnes Ecclesias viciniores etiam si sint nullius Diœcesis, *c. 9, de reformat. sess. 24.* Inde sequitur
20 ex actu qui potest † referri ad plures causas non elici veram probationē; sed æquiuocam, quæ in hoc casu non sufficit, *Surd. cons. 168. numer. 33. lib. 2. & in ijsdemmet terminis Rota corā R. P. D. meo Vbaldo, respōdit in causa Adrien. seu nullius Iurisdictionis 24. Maij 1612. & 18. Martij 1618.*

Sed consideratum fuit quod ijdem Testes expressè dicunt, quod Episcopus non visitauit loca de quibus agitur. Vnde ratio visitationis non applicatur casui nostro.

Immo consideratum fuit quod etiam si daretur aliqua visitatio, vel aliquis alius actus Iurisdictio-
21 nalis necesse esset, vt probaretur id factum fuisse † cū scientia, & patientia dicti D. Abbatis, quæ fuisset necessaria ad constituen. D. Episcopum in quasi possessione Iurisdictionis, *Doct. in c. cum Ecclesia, vbi Rip. num. 64. de caus. poss. & propr. Abb. in cap. cum contingat, num. 11. de for. compet. Calderin. cons. 12. in fin. de iurepatr. Rot. apud Cas. de Grass. decis. 7. num. 9. de testib. & apud Put. decis. 281. num. 3. & 4. lib. 2.*

Alij verò testes reddunt rationem vicinitatis asserentes d. loca vti propinquiora comprehendi intra fines Diœcesis Aprutinæ. Nam vltra quod etiam hæc ratio tollitur, ex facto, cum sint viciniora alteri
22 Episcopatui, hæc ratio † non stringit, redditurque æquiuoca probatio, cum hoc dependeat à rationatione, & intellectu testis, & non à sensu corporeo, *Bald. d. cons. 285. in fin. lib. 2.*

Alij vero, qui nullam aliam rationem reddunt,
23 quam de auditu, & non specificāt personas, † à quibus id adinerunt etiam in antiquis finibus probādis non concludunt, *Montan. de finib. numer. 51. cap. 9.* Ad effectum enim, vt testes de auditu probent præcipuè in antiquis deberent concurrere requisita, *cap. licet. & qua de testib. Corn. cons. 78. numer. 5. lib. 3. Aymon. de antiq. par. 1. §. viso de fama, num. 12.*

In quam sententiam eo libentius iuerunt Domini quia pro parte D. Abbatis adducuntur vehementes proba-

probationes tam per scripturas, quam per testes, ex quibus iustificari multos actus iurisdictionales per longissimum tempus ab Abbatibus prædecessoribus factos, & cum scientia, & patientia Episcoporum Aprutinorum, quæ ex eo necessario colligitur, quod ipsimet Episcopi Aprutini multis Clericis Sacros Ordines contulerunt cum litteris dimissorijs dicti D. Abbatis. Et cum expressa narratiua quod dicta tria loca controuersa erant nullius Diœcesis, ex quibus, & alijs quæ in disputatione dubij principalis super mandato de manutenen. particulariter examinabuntur. Visum fuit probationes factas per D. Episcopum, aut elidi, aut saltem turbidas reddi, itaut ad effectum obtinendi manutentionem, ex sola assistentia iuris communis non probauerit supradicta loca, de quibus agitur, esse intra fines dictæ diœcesis.

Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISS. MANZANEDO Patriarcha Hierosolymitano.

Conchen. Beneficij.

Luna 10. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore subrogationis gratiosæ datur subrogato, constito de reseruatione, obitu in possessione, & clericatu, Beneficia promotorum sunt reseruata. Possessio semel probata præsumitur continuata vsque ad obitum. Sententia in Rota licet fieri non possit cum sola supplicatione, literis non expeditis, id tamen non procedit in disputatione dubiorum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio subrogato gratiosè, quando non possit denegari.*
2 *Beneficia omnia promotorum sunt reseruata.*
3 *Extrauag. ad regimen de præbend. capit non solum beneficia statim per promotum dimissa, sed etiam illa, quæ ex dispensatione Apostolica retinet.*
4 *Possessio semel probata, præsumitur continuata vsque ad obitum.*
5 *Possessio semel probata, præsumitur continuata, & hoc procedit etiam ad effectum obtinendi immissionem in vim gratiosæ subrogationis.*
6 *Testis probat obitum in possessione, si asserat, quod vidit illum semper possedisse vsque ad eius obitum.*
7 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*
8 *Prouisi qualitas probatur per leuiorem, ac semiplenam probationem.*
9 *Regul. 31. Cancell. inducit defectum iurisdictionis, quo ad omnia acta literis non expeditis.*
10 *Sententia in Rota ferri non potest cum sola supplicatione literis non expeditis.*
11 *Dubiorum disputatio in Rota est actus extraiudicialis.*
12 *Rota in pluribus causis admisit dubiorum disputationes cum solis supplicationibus, literis non expeditis.*

DECISIO DLIII.

FVIT per DD. resolutum Ioanni dandam esse immissionem vigore gratiosæ subrogationis, quia per ipsum bene iustificantur omnia requisita
1 ad illam obtinendam nempe reseruatio, † obitus in possessione, & clericatus, quibus probatis conceditur sine dubio immissio, *Mohed dec. 11 vt lit, pend. Rota decis. 700. num. 1. & decis. 715. num. 3. part. 1. recent. & coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 32. & decis. 306. & decis. 394. & sæpius in alijs.*

Nam quod beneficium, de quo agitur, sit reseruatum, clarè probatur ex dispositione *extrauag. ad*
2 *regimen de præbend.* reseruantis † omnia beneficia promotorum, quæ etiam innouatur per regulam primam Cancellariæ, & habet quoque locum quando prout hic promotus obtinuisset facultatem retinendi beneficia propter generalitatem, & prægnantiam verborum dictæ extrauag. ibi vacantia, & in poste-
3 rum quomodolibet vacatura, quæ capiunt † non solum beneficia statim per promotum dimissa, sed etiam illa, quæ ex dispensatione Apostolica retinebat *Cassad. decis 3. de constit. Ant. Aug. in Epitom. super prima regula Cancell. §. 6. Simonett de reseru. q. 17. in fine Mand. super ead. prima reg. Cancell. q. 15. num. 7. vers. contrarium per Dominos de Rota fuit conclusum, Garz. de benef par. 2 cap. 6. de vacat. promot. ad Episcopatum, num. 30. & fuit resolutum in illa Perusina Fauentina Carmonen. reseruat. benef 11. Iulij 1605. coram bon. mem. Penia.*

Obitus Petri in possessione istius beneficij probatur non solum ex cedula Consistoriali prouisionis Episcopatus factæ in eius personam cum facultate retinendi beneficia, & præcipuè istud nuncupatum
4 de Valuerde, de quo hodie agitur † cuius propterea possessionem præsumitur continuasse vsque ad obitum, *ad tex. in l. siue possidetis, C. de probat.* quod
5 procedit etiam ad effectum † obtinendi immissionem in vim gratiosæ subrogationis, vt per Rotam *decis. 321. num. 4. & decis. 700. numer. 3. part. 1. recent* sed etiam probatur ex testibus datis in Summ. num. 4. & 5. qui deponunt Petrum possedisse de tempore suæ promotionis ad Episcopatum istud beneficium,
6 & quod viderunt † illum semper possedisse vsque ad eius obitum, *Rota coram Sanctæ mem. Greg. XV. decis. 394. num. 4.*

7 De clericatu vero constat ex literis patentibus † Ordinarij datis in Summ. nu. 8. vltra depositionem vnius testis, qui dicit vidisse Ioannem Missam cele-
8 brantem, qui solus est sufficiens, † cum agatur de probanda qualitate prouisi, quæ probatur etiam per leuiorem, ac semiplenam probationem, *Seraphin. decis. 713. num. 5.*

Non obstant, quæ longa serie deducuntur per informantes pro D. Didaco circa defectum iurisdictionis Rotæ in progressu huius causæ ex eo quod in commissione obtenta per Ioannem cum facultate procedendi literis non expeditis fuerit tantum derogatum
9 regul. 31. Cancell. † inducentis defectum iurisdictionis quoad omnia acta literis prius non expeditis, nō autem fuerit derogatum reg. 27. de non iudicando, iuxta formam supplicationis, quia fuit per DD. responsum derogationem, reg 27. fore necessariam si hodie causa esset terminanda, & ferenda sententia,
10 quæ proculdubio non posset fieri † cum sola supplicatione absque literis, secus vero quando, prout hic
11 agitur de disputatione dubiorum, quæ in Rota est actus extraiudicialis, & in ea bene proceditur ante expeditionem literarum, prout alias Rota huiusmo-
12 di disputationes, † cum solis supplicationibus admisit in pluribus causis.

Et ita fuit conclusum.

RE-

REVERENDISS. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Domus ad Turrim Sanguineam.

Luna 10. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Transactio, quando fuit inita inter partes, cum pacto declaratiuo, quod in casu inobseruantiæ licitumsit eis redire ad primæua iura, tunc quando probata inobseruantia alicuius capiculi transactionis, ea in totum rescindatur. Transactionis contractus, quando dicatur indiuiduus, & quæ sint signa indiuiduitatis contractus. Dictio, respectiuè, quando non diuidat dispositionem.

SVMMARIVM.

1 *Transactio inita inter partes, quod non fuerit obseruata, bene probari potest ex sententia id declarante.*

2 *Transactio, quando rescinditur ob eius inobseruatiam, stante pacto resolutionis in eo casu, tunc perinde est, ac si non esset confecta.*

3 *Transactio si in parte non fuerit obseruata, quando in totum rescindatur.*

4 *Transactionis contractus, quando dicatur indiuiduus, ita vt si in parte non subsistat, pereat in totum.*

5 *Contractus indiuiduitatis signa, quæ sint.*

6 *Dictio respectiuè, quando non operetur diuidaitatē contractus. & num. 7.*

8 *Iudicium reuersionis ad primæua iura, in casu nō obseruationis contractus; quando non dicatur intentatum. & quando secus num. 9. 11. & 15.*

10 *in Transactione id quod non dicitur, nec minus ex coniecturis elicitur, illud in ea, quis sompiandum non est.*

13 *In Sententia, id quod non fuit specificatum, comprehendi non potest.*

14 *de Confessione emanata in positionibus. & nu. 15.*

16 *Positionem quis non præsumitur fecisse contra intentum; quod sperabat consequi mediante responsione partis ad dictam positionem.*

DECISIO DLIV.

IN hac causa fuerunt factæ duæ decisiones corā bo. mem. Cardinali Sacrato, tunc Rotæ Auditore, & postea vna coram me, * In quibus semper fuit resolutum non constare domum, de qua agitur, fuisse in bonis Lucretiæ senioris ad effectum, vt caderet sub fideicommisso, postea verò, & sic quarto loco iterum causa proposita DD. recesserunt à dictis tribus decisionibus, & tandem hodie super eisdem iterum causa reposui & DD. resoluerunt recedendum esse à decisis in ista vltima & quarta decisione, & standum esse in resolutis in tribus primis decisionibus ex adductis in illis & ex eo quod transactio de anno 1554. fuit resoluta propter pactum in ea contentum, quod si dicta transactio in toto, vel in parte non obseruaretur, prout omnes partes cōuenerūt quod tunc temporis Lucretiæ, & suis daretur regressus ad primeua Iura, transactio censeretur, ac si confecta non fuisset.

Quod autem ista transactio non fuerit obseruata

1 apparet † ex Sentētia Senatoris, in qua leguntur hæc verba. Et quia omnia, & singula contenta in ea transactione non fuerunt obseruata per dictos Anibalem & fratres erga dictam Lucretiam, declaramus licere ipsi Gaspari hæredi Lucretiæ vti pacto, & facultate illi in transactione reseruatā redeundi ad sua primeua. Iura &c. ex quibus resultat non obseruantia di-

2 ctæ † transactionis & per consequens illius resolutio habenda sit, ac si confecta non fuisset.

Et hoc procedit etiamsi in ista transactione adsint duo capita distincta nempe impositio Census scutorum 100. auri pro dote, & assignatio domorum pro residuo dotis, & pro donatione propter nuptias, & pro bacili, & bocali argenteis, quia nihilominus cum

3 Anibal, & Gaspar, & fratres in casu † non obseruantiæ transactionis in totum, vel in parte omnes conuenerint, quod daretur Lucretiæ regressus ad primeua iura, & transactio censeretur ac si confecta nō

4 fuisset, videtur, quod † contractus fuerit indiuiduus iuxta *Alex. cons. 143. num. 2. in fin. lib. 7. Aym. cons. 356. num. 7.* præcipuè cum tam assignatio census pro dote, quam assignatio domorum pro residuo dotis, & donatione propter nuptias, & pro bocali, & bacili, vtraquè datio insolutum processerit ab vno, eo-

5 demque debito, habueritque † originem ab eadem causa, quæ sunt signa indiuiduitatis cōtractus, in quo sufficit dependentia vnius rei ad aliam *Bart. in l. recte §. illud commune sub num. 4 ff. de fideiuss. Natt. cons. 479. num. 30. Rota decis. 143. num. 2. part. 1. diuers. quæ est ead apud Seraph. decis. 125. num. 2.*

Nec obstat illa dictio in transactione sępius repe-

6 tita nempe respectiuè † cum illa fuerit apposita ad licentiam datam Lucretiæ redeundi ad primeua iura, sed potius ad dationes Lucretiæ datas insolutū,

7 quas respectiuè dantes † illas possidebant, aut ad illas dandas remanebant obligati, vt ex lectura ipsius transactionis clarè desumitur.

Non obstat quod iudicium reuersionis ad prima-

8 ua iura coram Senatore non fuerit intentatum † per Lucretiam ad effectum rescindendi transactionem sed ad assecurationem supradicti Census contra creditores anteriores, quia DD. visum fuit contrarium manifeste apparere tām ex commissione obtēta per Lucretiam de qua in Summ. de Torellis numer. 2. vbi nulla fit mentio de transactione, sed tantummodo de dote, donatione propter nuptias, bacili, & bocali, vti ex primeuis iuribus dotalibus sibi debitis, quam etiam ex sententia postea lata per eundem

9 Senatorem † in qua pariter declaratur iudicium prædictum fuisse intentatum ad effectum consequēdi integram dotem, non autem vt census sibi remaneret liber à molestijs anteriorum Creditorum.

Nec facit quod ex verbis sententiæ ponderatis in dicta vltima decisione, ibi, licere ipsi Gaspari dictæ Lucretiæ hæredi redire ad primeua Iura, & habere Casale, & alia bona hipothecata pro dicta summa ducat. 3000. videatur constare iudicium, ac sententiam fuisse præcise restrictam ad cessionē census scutorum 100. vt supra factam, non autem ad dationem insolutum domus, de qua agitur, quia fuit responsum non esse verum, quod census annuus dd. scut. 100. fuerit assignatus Lucretiæ pro dictis ducatis

10 3000. & in † transactione hoc non dicitur, nec ex coniecturis elicitur, ex quo residuum dotis cum bacili, & bocali argenteis fuit indicatum in eadem transactione tanquam importantia magnam partem eius, quod debebatur Lucretiæ, nec minus valor dicti annui census scut. 100. auri tam ad rationem septem

ptem cum dimidio pro centenario quā etiam ad maius pretium æstimatus vti impositus tantummodo ad vitam ipsius Lucretiæ, ac eius filiorum, & descenden. potest constituere dicta scut. 3000. sed ad sum-
11 mum ascendit ad scuta 2000 quin potius si † dicta sententia benè attendatur declaratur in illa, quæ bona sint hipothecata ad fauorem Lucretiæ, nempe medietas Casalis de Monteforte. Item integra quarta pars domus solitæ habitationis ipsorum fratrum de Sanguineis, item integra pars duarum aliarum domorum simul iunctarum, positarum in Platea Sancti Apolinaris cum alijs bonis ibi specificatis, & in fine dicit pro summa & quantitate ducat. 3000. de Carlenis, quæ fuit dos data per ipsam Lucretiam Ioanni Baptistæ illius marito, vnde apparet
12 quod in † sententia sub ista summa 3000. ducatorū de Carlenis comprætenditur dictus census, & insimul omnia bona ibi, vt supra specificata, & sic non est verum quod tantummodo comprehendatur di-
13 ctus census, cum nec † ille vnquam fuit specificatus nisi sub nomine census scutorum auri annuus, non autem fuerit declaratus illius valor.

Non obstant cōfessiones Octauiani Torelli ema-
14 natæ † in positionibus per ipsum, seu eius Procuratorem datis, dum in quinta dicitur, quod Iacobus dictam domum vti propriam, & vti hæreditariam Lucretiæ retinuit, & locauit, quia ommisso An. Octauianus potuerit reuocare huiusmodi confessionem, non subsistit in facto positionem se habere
15 modo † quo refertur per Lucretiam Paluzzellam, sed aliter fuit conceptam nempe semper vti propriā & non vti hæreditariam Lucretiæ retinuit, & locauit & de ea disposuit, prout veri Domini facere solent de rebus suis, loquendo de Gaspare filio Lucretiæ, quem intendebat conuincere ex sua confessione
16 super libertate disponendi de dicta domo † quia si asseruisset modo quo supra, nempe fuisse hæreditariā matris, non potuisset habere intentum quod sperabat consequi mediante responsionead dictam positionem, & in hunc sensum respondit in hac causa Rota viso originali, quod etiam hodie datur *die 7. Februarij 1618. coram bonæ memoriæ Cardinali Sacrato in vers. quod Octauianus fecerit positiones.*

Ex quibus, & alijs late deductis in dd. tribus primis decisionibus ita hodie fuit resolutum &c.

☞ *Scilicet sub diebus 17. Februarij 1617. & 9. Februarij 1618. prima est infra in Appendice, secunda verò est in præcedenti Tomo decisio 7. & vide pariter supra in d. Tomo decisio 410. vbi alias decisiones in hac causa emanatas annotaui.*

REVERENDISS. DVNOZETTO.
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Sulmonen. Pecuniaria.

Lunæ 10. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Statutaria Vrbis præscriptio ligat etiam forenses, & quamuis instrumenta, seu chirographa alibi sint cōfecta, si tamen eorum executio in Vrbe petatur. Administrator bonorum, dum est creditor Domini, præsumitur se de suo credito satisfecisse, quod si non fecerit, dum id erat in sua potestate sibi imputet, si deinde illud reperiat præscriptum. Forensi, vt detur restitutio in integrum aduersus Statutorum dispositiones, ignorantia debet esse ex omni parte probabilis, quæ penitus labefactatur, quando adest culpa, vel negligentia.

SVMMARIVM.

1 *Creditū si non petatur intra spatiū 16. annorum, intrat statutaria vrbis præscriptio.*
2 *Statutum Vrbis de præscriptione, sibi locum vindicat etiam inter forenses, & vbi instrumēta, seu Chirographa crediti alibi fuerunt confecta dummodo petitio fiat in Vrbe.*
3 *Ærarius in Regno Neapolitano habetur pro administratore.*
4 *Administrator bonorum debitoris, præsumitur de suo credito sibi satisfecisse.*
5 *Debitoris bona fides præscribendo creditum, valde coadiuuatur si eius creditor bona d. debitoris administrabat.*
6 *Forensi ex capite probabilis ignorātiæ aduersus statutorū dispositiones datur restitutio in integrū.*
7 *Restitutio in integrum vt detur forensi aduersus statuta, ignorantia debet esse ex omni parte probabilis.*
8 *per Italiam ferè totam adsunt statuta, quæ præscriptionem iuris communis reducunt ad terminos breuiores.*
9 *Forensis si traxit moram in Vrbe, non potest prætendere ignorantiam statutorum.*
10 *Administrator bonorum si sit creditor Domini, si sibi dum potuit non curauit satisfacere, sibi imputet, dum reperit præscriptum eius creditum.*
11 *Tutor, sicuti potest creditoribus pupilli satisfacere ita proprium creditum potest exigere à se ipso.*
12 *Quod si non fecerit, non potest tamquam in culpa consequi vsuras retardatæ solutionis.*
13 *Negotia aliena gerens debet sibi satisfacere de suo credito, aliàs dicitur in culpa.*
14 *Restitutio in integrum aduersus statuta vt concedatur, requiritur iusta, & probabilis eorum ignorantia.*
Culpa stante excluditur iusta, & probabilis ignorantia nu 14.
15 *Restitutio in integrum, vt detur ex capite iustæ ignorantiæ, debet esse talis, vt nulla interuenerit negligentia.*

DECISIO DLV.

EGERAT Ioannes Antonius Calanannius contra D. Ioannem Antonium Citarellam vigore duarum apocarum, quarum vna est scut. 2134. altera scut. 600. Vnde Dubitatum fuit an dictus D. Citarella teneatur ad solutionem prædictarum pecuniarum, & DD. negatiuè responderunt, quia cum vsque de anno 1593. d. apocæ fuerunt confectæ, in-
1 trat † præscriptio statutaria 16. annorum, quæ vindicat sibi locum etiam inter forenses, & vbi Instrumenta seu Chirographa crediti fuerunt alibi confe-
2 cta dummodo tamen † in Vrbe petitio fiat, vt articulo maturæ discusso tenuit *Rota in Ianuen. seu Romana pecuniaria de Higionibus 20. Iunij 1580. coram Cardinali Lancellotto seniore, quæ est decisio 764. par. 4. diuers. in qua fuit recessum à decis. Caput. 207. par. 3. vbi contrarium firmabatur.*

Quam sententiam DD. libentius fuerunt amplexi, cum idem Io: Antonius Calanannius metu excõ-
3 municationis reuelauerit se fuisse † ærarium d. Citarelli quod in Regno Neapolis habetur pro administratore vt ex fide, quæ data fuit & testatur Carauit. super ritu magnæ Curiæ 45. & dicta administratio probatur effectuata cum dictus Colanannius tanquam ærarius cõsignauit RR. Patribus Iesuitis Sal-
4 mas frumenti 730. Itaut vel intret † præsumptio satisfactionis *iux. text. in l. debitor ff. de negoc. gest. l. sed si dam. num. §. peculium ff. de pecul. cum alijs apud Sard. cons. 290. num. 32.* Vel saltem valde coa-
5 diuuet bonam † fidem debitoris, qui se fundat in præscriptione *Abb. cons. 28. num. 3 vol. 1.*

Et licet pro parte Colananni replicaretur sibi saltem competere restitutionem in integrum tanquam
6 † forensi ex capite probabilis ignorantiæ dicti statuti *iuxta decis. Caputaquen. 207. num. 1. & 2. part. 3.*
7 Placuit responsio quod ignorantia ad hunc † effectũ debet esse omnino ex parte probabilis, *vt dixit Rota in Romana redditionis rationis coram Orano apud Pacific. de Sal interdict. decis. 143. & in Romana Saluiani interdicti coram Iusto apud eundem Pacific. decis. 169.* quæ probabilitas in hoc casu cessare videbatur, tum quia fere per totam Italiam adsunt
8 similia statuta, † quæ præscriptionem iuris communis reducunt ad terminos breuiores *Barbat. consil. 36. num. 16. & 17. lib. 2. Odd. de rest. in integr. q. 8. art. 12. num. 98* tum etiam quia dictus Ioannes An-
9 tonius † traxit moram in Vrbe, quod in his terminis ponderat *Roll. à Valle cons. 42. numer. 27. lib. 3.* Tum demum quia cum ipse esset ærarius, videtur in culpa constitutus cum nedum hoc debitum summè releuantis petere distulerit, per tantum temporis
10 spatium, sed † etiam quia sibi ipsi dum posset non curauit satisfacere prout tenebatur *iuxta text. in l. quoties §. sicut aut ff. de administrat. tut.* Vbi Tutor
11 sicuti potest creditoribus Pupilli soluere † Ita proprium suum creditum potest exigere à se ipso,
12 quod si non fecerit non poterit tanquam in † culpa à pupillo consequi vsuras retardatæ solutionis, quod etiam probat *text. in d. l. debitor. ff. de neg. gest.* vbi gerens aliena negocia debet sibi satisfacere, alias
13 † dicitur in culpa, vt benè ponderat *Surd. d. consil. 290. sub nu. 33.* Vnde interebatur quod stante dicta culpa excluditur illa iusta, & probabilis ignorantia,
14 quæ requiritur ad † obtinendam restitutionem in integrum contra statutum *Abb. cons. 18. nu. 1. lib. 1.*
15 vbi quod ignorantia debet esse talis itaut nulla † interuenerit negligentia, quam sequitur *Rota in d. Romana Salu. interd. coram Iusto apud Pacific. d. decis. 196. iuxta form. impress.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. PIROVANO.

Bononien. Bonorum

Lunæ 10. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

De Testamenti validitate non est dubitandum, quando constat de voluntate testari volentis, & de solemnitate testamenti. Testamentum conditum in terris Ecclesiæ, & maximè inter Regulares tenet, si factum sit iuxta dispositionem cap. cum esses de testam. Nouitij in renunciatione bonorum debent seruare decretum Sacri Concilij Trident. sess. 25. de regul. cap. 16. & quid si disponant per viam vltimæ voluntatis. Scriptura quando ab aliquo fuit approbata, non potest ipse amplius dare de illius inualiditate, & quod non fuerit recognita.

SVMMARIVM.

1 *Verbum remaneat tamquam commune, quam interpretationem recipere possit.*
2 *Hæres ex remedio l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. debet immitti in possessionem bonorum, quæ testator tempore mortis possidebat.*
3 *Instrumentum non probat, dum caret forma, & probatione requisita.*
4 *de Voluntate volentis testari, quando non possit dubitari.*
5 *Testamentum, vt substineatur vigore cap. cum esses de testament. sat est numerus trium testium.*
6 *Testamentum factum iuxta terminos cap. cum esses. de testament. valet, si sit factum in terris Ecclesiæ, & maximè inter Regulares.*
7 Religionem ingrediens habet facultatem disponendi de rebus suis, quomodo vult.
8 Nouitij *in renunciationibus, & obligationibus seruare debent decretum Concil. Tridentini sess. 25. de regul. cap. 16.*
9 *Nouitij quando testantur, tunc casus iste non videtur compræhensus sub dispositione Concil. Trid. sess. 25. de reg. cap. 16. nec ex vi compræhensiua, nec extensiua.*
10 *Et ratio est, quia militat diuersa ratio, quam in renunciationibus, & hoc propter facultatem reuocandi disposita per actum vltimæ voluntatis.*
11 *Sic etiam tenet ipsa Congregatio Cardinalium d. Concil Interpretum.*
12 *Manus recognitio eorum, qui testamento se subscripserunt, est necessaria.*
13 *Scripturam tamquam validam, quando quis approbauit, deinde non potest dare de eius inualiditate.*
14 *Scriptura, quando ab aliquo fuit approbata, opponendo de illius inualiditate ex defectu recognitionis, semper ei obstat factum proprium, & approbatio.*
15 *Scripturam, dum quis habet in suo posse, & in eius libris fuit registrata, contra eum non eget alia recognitione.*
16 *Exceptioni recognitionis semper in quacumque parte iudicij potest reijci per formalem recognitionem, quatenus opus sit.*
17 *Casus, quando non euenit, ad nihilum obstare debet.*
18 *Testator, quando separatim disponit de bonis vinculatis. & de bonis liberis, tunc non est admittenda confusio eorum.*
19 *Fideicommissario antequam detur immissio, necessaria est liquidatio.*
20 *Testator præsumitur voluisse disponere de omnibus bonis, quæ sub libera eius dispositione erant.*
21 *Verba, di quanto, designant numerum.*
22 *de Toto ad partem quando non sit facienda extensio: & num. 23.*
24 *Fideicommissum postquam expiratum fuit, non est agendum amplius de bonis vinculatis, aut illorum separatione.*
25 *Restitutio bonorum non est amplius facienda quando illi,*

do illi, qui restituere tenebatur, superuenit titulus ea retinendi, ac extinctum ius ad cogendum illum ad restitutionem.

DECISIO DLVI.

CENSVERVNT Domini Patribus Bernabitis non esse dandam immissionem, Lauræ autem esse dandam, nisi obstet inhabilitas testandi in Ludouico, de qua erit particulariter * agendum.

Casus autem vocationis D. Lauræ euenit, de quo in testamento Equitis Ioannis, & seu Ludouici Mariæ in Religione nuncupati, dum in casum eius mortis naturalis per formalia verba disposuit *Resti lei sola, e suoi figliuoli assoluta padrona di quanto potrà cauarsi dal fideicommisso di tutta l'heredità*, ex quibus colligitur titulus vniuersalis hæredis, & quidem iure directo si possideat per fideicommissum autem
1 si non possideat, ex quo verbum † remaneat tanquã commune aptum est recipere vtramq; significationem. *Bart. in l. prætor nu. 2. ff. de collat. bonor. Card. Seraphin. decis. 250. num. 3 & Odd de substit. par. 4. vers. remaneat*, & per eundem titulum vtroque casu
2 debet D. Laura ex remedio leg. fin. mitti † in possessionem bonorum, quæ testator tempore mortis possidebat *Bart. in eadem l. final. num. 9. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 50. 56. & 199. Surd. cons. 63. num. 10. Honded. cons. 64. num. 57. lib. 1. Rota decis. 237. num. 1. par. 1. recent.*

Neque obstat quod testamentum, cuius vigore prætenditur immissio, sit folium informe, quamuis asseratur subscriptum à Præposito Generali & Patribus Assistentibus in limine emittendæ professionis
3 per eundem P. Ludouicum, dum caret forma, † & probatione requisita, tàm de iure communi, quàm speciali nouitijs aut eorum professionem testari volentibus indicta, *vt in auth. ingressi, & ibi num. 10. C. de sacros. Eccles. Guttier. canon. quæst. lib. 2. cap. 1. numer. 14. in fine Molin. de iust. & iur. disput. 139. Sanch. super decal. lib. 7. cap. 3. num. 18.*

Quia quoad requisita de iure communi, illa sufficienter concurrunt de voluntate, & quidem vltima
4 non † dubitatur, quia per narratiuam talis indicatur ibi, *questa è la vera, libera, e reale, & vltima mia volontà*, & solemnitatem iuris adimplet præsentia Præpositi Generalis, & trium Patrum Assistentium, quorum numerus etiamsi non essent sacerdotes,
5 † sufficeret ad substinendum testamentum vigore *cap. cum esses de testam.* postquam versamur inter re-
6 gulares, & in Terris Ecclesiæ *Couar. eodem cap. cũ esses num. 12. cum alijs multis allegatis per Honded. cons. 72. num. 15. & 16. lib. 1.* & quatenus in aliquo
7 deficerent, non propterea validitas cessaret, † quia ingrediens Religionem licentiam habet suis vti quo quo voluit modo *§. illud quoq. authen. de Monach. & de his de sepult. & in hunc sensum Bart. intelligit dictum text in l. 1. num. 4. C. de Sacros. Eccles. quem Rota articulo discusso sequuta est in Romana hæreditatis de Melchiorris 16. Martij 1620. corã bo. me. Buratto.* Quo verò ad particularem, & specialem solemnitatem Nouitijs indictam quicquid sit in re-
8 spicientibus renunciationes, & † obligationes, vt seruandum sit decretum Concilij Tridentini *sess. 25. de regul. cap. 16.* In vltimis tamen voluntatibus non
9 legitur similis determinatio, † neque ex vi compræhensiua, aut extensiua faciendum est consequentia,
10 quia militat diuersa ratio propter facultatem † reuocandi disposita per actum vltimæ voluntatis. *Nauar. comm. 2. de regul. num. 51. Guttier. canon. quæst. lib. 2. cap. 1. num. 31. vers. his tamen non obstan. Me-*
11 *noch. de arbitr. cas. 436. num. 8.* & ipsa † Congregatio Cardinalium interpretũ idem declarauit *in vna Burgi Sancti Sepulchri, siue Florentina, quæ data fuit.*

Quod si dicatur adhuc non esse recognitam ma-
12 num eorum qui † se subscripserunt, à qua pendet omnis prætensa validitas *Capr. cons. 57. num. 4. & 7. Honded. cons. 26. num. 10. lib 2.* respondens *ad cap. cũ esses* omnino reperiri, qui recognitionem testium per illorum depositionem de tenore preciso, responsio patet, quia & si formalis recognitio manus Præpositi Generalis, & Assistentium non fuerit facta, attamẽ
13 cum iam fuerit in multis partibus † scriptura ista exequutioni demandata per eosdem Patres, non videtur hodie posse dari de inualiditate illius ex defe-
14 ctu recognitionis, † quia semper obstat partis oppugnantis factum, & approbatio *Surd. cons. 245. n. 26. & in his terminis idem sensit Rota in Beneuentana Domus 28 Aprilis 1617. coram D. meo Buratto, & in Anconitana de Fanellis 21. Maij 1618. coram D. meo Vbaldo*, & vlterius tanquam registrata in libris Religionis, & in posse eorumdem Patrum, non vi-
15 detur † egere alia recognitione, cum de ea ipsimet teneantur reddere rationem, sed nihilominus hæc
16 exceptio semper in quacumque parte Iudicis † potest remoueri per formalem recognitionem quatenus opus erit.

Non obstat, quod & si adhuc prædicta cessarent non etiam D. Lauram posse dici vocatam, non quidẽ in illa parte in qua substituta fuit fratri in casum in quem nollet subire onera sibi iniuncta per Ludouicũ
17 Mariam præmorientem, quia casus ille non euenit nec etiam ex alia parte in qua legitur, quod D. Laura remaneat absoluta Domina, mortuo eodem Ludouico Maria, quia patet restricta ad id quod poterit detrahi in dicto fideicommisso, quod confundi non
18 debet cum bonis vinculatis etiam quod † cessaret vinculum post mortem fratris ex quo testator aliud videatur sensisse de bonis suis liberis per detractiones separandis, & aliud de corpore bonorum fideicommissi quoad alios peruentum erat, & tunc nec
19 etiam quoad † detractiones dandam esse immissionem, nisi præmissa, & expedita liquidatione *Surd. post alios cons. 248. num. 13. vol. 2. Peregrin. de fideic. art. 47. num. 68. & seqq.*

Fuit enim responsum verba illa, *resti assoluta Padrona di quanto potrà cauarsi dal fideicommisso di tutta l'heredità*, quamuis possint importare distinctionem bonorum hæreditariorum, & per eam inferri Ludouicum Mariam cogitasse de substantia fideicommissi non tamen excludere, quin de intentione
20 eiusdem fuerit disponere † de omnibus, quæ sub libera eius dispositione posita erant, atque ita disponendo voluerit vti eadem facultate *l. 1 ff. de hæred. instit. & in specie respondit Honded. cons. 33 n. 48. vol. 1. Peregrin. latissimè de fideic. art. 40. num. 57 & in istis terminis idem ponderando Rota censuit in Romana fideicommissi 16. Nouembris 1622. coram me*, neque vim facit, quod testator locutus fuerit
21 per dictiones, *Di quanto*, quæ † designant numerũ *l. quantæ ff. de public. & vectigal. l. 1. in q. de retract. lignag. §. 1. gloss. 20. nu. 5.* & de parte ad totum non sit

22 ſit facienda extẽſio, †quia non agitur de toto extra-
hendo, ſed de libertate diſponendi vtenda ceſſante
fideicommiſſo, quæ non ſubiacet diſtinctioni partis
ad totum, propterea ceſſant quæ dicuntur de bonis
23 caducatis, quæ remanſerint† penes hæredes, & ſuc-
ceſſores eiuſdem Ludouici, & ſic dictum Collegium
pro ſua dimidia per *l.vnic.§. ſin autem ſub conditio-
ne.C.de caducit. tollen.* quia vltra quod adhuc non
eſt determinatum, quæ nam profeſſio ſit attendenda,
24 † hodie iam expirato fideicommiſſo amplius non
agitur, nec agi poteſt de bonis vinculatis, aut illorũ
ſeparatione ad effectum ſubſtinen. caducatam diſpo-
ſitionem.

Et ſtantibus prædictis patent rationes, quare pa-
tribus non ſit dãda immiſſio reſpectu prædij *dell'Ar-
coueggio* poſſeſſi per D. Lauram, quamuis enim in
conſignatione illius iuxta mentem Ludouici Mariæ
poſt certum tempus debuiſſet reſtitui, quod finem
recipiebat in anno 1621. attamen poſtquam ſuper-
25 uenit eidem†titulus vniuerſalis ſuccedendi in omni-
bus bonis per mortem Ludouici Mariæ extinctum
remanſit omne ius cogendi D. Lauram ad dicti præ-
dij reſtitutionem.

Quæ autem inferebãtur ex declarationibus factis
per eundem Ludouicum Mariam ſub die 5. Octobris
1616. & de anno 1619. & vltimo de anno 1621. in
Inſula Melitæ, de illis habenda erat ratio in diſputa-
tione partis reſeruatæ, cui magis conuenire viſum
fuit. Et ita &c.

☞ *Id enim particulariter fuit diſcuſſum ſub die* 17.
Decembris 1625. *coram eodem bon.mem. Pirouano
eſt infra ſuo loco.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Reſtitutionis Dotis.

*Vener.*14. *Iunij* 1624.

ARGVMENTVM.

Ad dotis reſtitutionem perperam agitur, quando iam
illa fuit reſtituta. Debitores hæreditarij valide ſol-
uunt hæredi grauato, antequam venerit caſus reſti-
tutionis cum interim ille dicatur dominus bonorũ,
ideo ei rectè ſoluitur, & ipſe valens eſt ad cogendum
debitores hæreditarios ad ſibi ſoluendum, & quan-
do poſſet dubitari de validitate ſolutionis factæ dicto
hæredi grauato, & quando. Hæredes grauati non
habent facultatem euertendi fideicommiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur, & cui debetur, tollitur
omnis obligatio.*
2 *Quietantia pro reſiduo ſemper includit ſolutionem
partis non expreſſæ.*
3 *Solutionis validitas, quando fuit facta hæredi gra-
uato, ex quibus poſſit dubitari de eius validitate.*
4 *Debitor defuncti rectè ſoluit hæredi grauato, ante
reſtitutionem fideicommiſſi.*
5 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem, antequam
veniat caſus reſtitutionis, interim dicitur dominus
rei vinculatæ.*
6 *Hæredi grauato poſſunt ſolui debita hæreditaria, ip-
ſeq. cogere valet debitores ad ſoluendum.*
7 *Hæredi grauato fuiſſe factam ſolutionem debiti, id
non probatur per illius confeſſionem, ſed debet
conſtare de reali ſolutione.*
8 *Hæredes non poſſunt præiudicare fideicommiſſarijs.*
9 *Bald. in cap. fin. num.7. de confeſſ. cum alijs allega-
tis per Peregr. art. 53. nu. 61. quo caſu loquantur.*
10 *in Hæredis grauati facultate eſſe nõ debet deſtru-
re fideicommiſſum.*
11 *Hæres grauatus tenetur reddere rationem de cre-
ditis hæreditarijs.*
12 *Decoctus non præſumitur habilis ad reſtitutionem
exactorum.*
13 *Solutio maioris partis dum verificatur, ſolet pro-
bare veritatem in alia parte confeſſata.*
14 *de Læſione defuncti poſſũt etiam dare eius hæredes.*
15 *in Datione inſolutum, quod interuenerit læſio, de-
bet probari valor rei de tempore dationis.*
16 *ad Diuerſa non valet illatio.*

DECISIO DLVII.

FAVSTINA vti vocata ex teſtamento Claricis
poſt mortem Iulij Cæſaris, & Marci fratrum
germanorum eiuſdem teſtatricis, & in caſum quod
decederent ſine filijs, & deſcendentibus conditione
purificata per decedentiam illorum ſine prole, pe-
tijt dotem Claricis ab hæredibus Antonij, qui vti
maritus promiſit illam reſtituere eidem Clarici, vel
quibus de iure, & cum vinculo obligationis Came-
ralis. Excipientibus autem dictis hæredibus de ſo-
lutione, & quidem ex publicis documentis, dubium
propoſui, an hæredes Antonij teneantur Fauſtinæ de
Fundis reſtituere dotem Claricis, in quo dictum fuit
hæredes non teneri.

Conſtat enim de generali, ac finali quietantia hu-
ius dotis facta per Iulium Cæſarem ſuperſtitem ex
publico inſtrumento, quod datur. Vnde ſuccedit re-
1 gula, † quod ſolutione eius, quod debetur, & cui de-
betur, tollatur omnis obligatio, *inſtit. quib. mod. tol-
latur obligatio in princ. l. ſoluẽdo. ff. de neg. geſt. l. ſolu-
tionem. ff. de ſolut. Surd. deciſ.* 113. *nu.*2. *deciſ.* 308.
num 9. *& deciſ.*60. *num.*1. nec vim facit, quod in
quietantia enuncientur ſoluta tantummodo ſcuta
200. quia vlterius fuit additum, quod eadem Iulius
Cæſar aſſeruit eſſe pro reſiduo, & integrali ſolutione
reſtitutionis dotis quondam Claricis de Fundis eius
2 ſororis, & dicti Antonij vxoris, itaut † quietantia
pro reſiduo ſemper includat ſolutionem partis non
expreſſæ, *l. ex pluribus, & ibi gloſ. in verb. reliqua.
ff. de ſolut. Hercul. in tract. quis teneatur prob. ne-
gat. num.*223. *Natt. conſ.*102. *num.*6. *Surd. conſ.* 52.
*num.*45. *Seraph. deciſ.*617. *num.*13. *& idem fuit di-
ctũ in Romana cenſus* 20. *Aprilis præteriti corã me.*

Minus etiam videbatur poſſe controuerti validi-
3 tas †ſolutionis ex eo, quod facta fuerit Iulio Cæſari
grauato, & abſque cautione, aut inueſtimento pro-
pter præiudicium vocatorum.

Quia omiſſo, an Antonius haberet notitiam te-
ſtamenti Claricis, nihilominus ſuppoſita etiam il-
4 lius ſcientia, rectè potuit † vti debitor ſoluere gra-
uato ante reſtitutam hæreditatem, *l. ante reſtitutam
§.* 104. *ff. de ſolut. l. fin. in fine. ff. de tranſact. l. fin. §.
ſin autem auaritiæ. C. commun. de legat.* quod etiam
5 ratione conuincitur, quia † fideicommiſſarius inte-
rim eſt verè Dominus rei vinculatæ, *l. generaliter
§. ſub conditione. ff. qui, & à quib. Bald. in l. volun-
tas. num.*10. *C. de fideicom.* & latiſſimè comprobant
*Molin. de primog. lib.*1. *cap.*19. *num.*4. *Peregr. de fi-
6 deic. art.*40. *nu.*6. Vnde non † videtur dubitandum
quin

quin & soluere, & cogi ad soluendum possint debitores hæreditarij, maximè in forma Cameræ Apostolicæ obligati, neque vrget replicatio, quod si possint
7 soluere de actuali, † tamen & vera solutione constare debeat, non autem per confessionem de recepto,
8 cum qua hæredes non possunt † fideicommissarijs præiudicare, *Bald. in cap. fin. num. 7. de confess.* cum
9 alijs per *Peregrin. art. 53. nu. 61.* quia Bald. & † alij allegati per Peregr. loquuntur de confessione qualitatis circa fideicommissum, quæ tanquam non perti-
10 nens ad hæredem non † potest præiudicare fideicommissarijs, ne sit in illius facultate destruere fideicommissum, secus autem est quando agitur de exigendis
11 creditis, quæ pertinent ad ipsum † hæredem, & de illis ipse tenetur rationem reddere, quod si dicatur saltem in fraudem emanasse confessionem de recep-
12 to, quia Iulius Cæsar erat decoctus, † & inhabilis ad restituendum exacta, & confessata, & huic etiam obiecto patet responsio, quia neq; malus status Iulij Cæsaris probatur, & vbi probaretur, tolleretur contraria præsumptione, dum verificatur solutio ma-
13 ioris partis dotis † in domo, & vinea data insolutũ, quæ vera est, & solet probare veritatem in alia parte confessata, *Card. Mantic. decis. 20. num. 4. & decis. 104. num. 2. par. 2. recent.*

Non obstat, quod vinea data insolutum pro scutis mille, quæ tanti non valebat, & sic læsa fuerit
14 Clarix, & quidem vltra † dimidiam, de qua læsione possunt dare etiam illius hæredes, quia articulus læsionis non pertinet ad hanc disputationem, & neque etiam est probata læsio sufficiens ex quo testes
15 non † percutiunt tempus, quo vinea fuit data insolutum. Similiter, & quæ dicuntur de linea Margaritarum, & de legato scut. 200. restituẽdo vti per Antonium non disposito in vltima sua voluntate, iuxta conditionem appositam in testamento Claricis visa
16 fuerunt extra dubium, quia alia est † dotis restitutio, & aliud legatum restituere propter omissam dispositionem, & diuersum est vendicare margaritas vti proprias Claricis, aut illas petere tanquam sub dote comprehensas. Et ita &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Maceratẽ Testamenti.

Veneris 14. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Testator, si in suo testamento ordinet, vt ex bonis, & redditibus suis instituatur, & fundetur Monasteriũ puta Monialium cum Ecclesia, pro cuius victu, & vestitu, assignauit fructus alicuius prædij, dubitatur modo an fructus dicti prædij interim decursi, dum Monasterium cum Ecclesia fabricaretur, debeantur potius hæredibus defuncti, quam Ecclesiæ postea constructæ, cum legatum fuerit factum pro victu, & vestitu, & manutentione Monialium, & resoluitur ad fauorem Ecclesiæ, eo quia ea dilatio non fuit facta fauore hæredum, sed necessitate, & gratia rei gerẽdę.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei legatæ, interim dum illud præstari non potest, cui debeantur.*
2 *Legatum factum alicui de prædio in certum diem, puta post decem annos, vel cum legatarius erit pubes, debetur prædium cum fructibus intermedij temporis, & quando.*
3 *Testator, si mandet Monasterium, vel Ecclesiam erigi intra annum, construi debet.*
4 *Opus à testatore ordinatum intra certum tempus erigendum si intra illud perfici non potest, debet saltem incipi.*
5 *Fructus legati pro Ecclesia ædificanda ex quo appareat, testatorem voluisse, vt spectarent ad ipsam Ecclesiam, & non ad hæredes, dum fabricatur, & num. 6.*
7 *Fructus rei legatæ in certum tempus, dum tempus intermedium non est appositum fauore hæredis, sed ex necessitate, & gratia rei gerendæ, spectant ad legatarium, & num. 12.*
8 *Testator ex quo coniecturari possit, vt Monasteriũ à se ordinatum erigendum, statim erigeretur.*
9 *Dispositio generalis non tollit specialem.*
10 *Prouisio generalis non refertur ad personas, quibus est specialiter prouisum.*
11 *in Testamento ea, quæ specialiter sunt prouisa, non tolluntur per generalem dispositionem.*

DECISIO DLVIII.

PIÆ mem. Vincentius Berardus nobilis Maceratẽ in suo testamento voluit inter alia pietatis opera, quod per hæredes, & Congregationem Berardam de eius ordine instituendam, ex bonis, & introitibus suis instituatur, & fundetur Monasterium Monialium cum Ecclesia, pro cuius fundatione, & pro victu, vestitu, & manutentione Monialium, reliquit eidem monasterio, & Monialibus salmas 100. terræ ex possessione Ornani, quæ continet salmas 170 & quatenus dicta possessio non redderet fructuum scut. 1400. voluit, quod monasterio per illius hæredes tot loca montium, vel tot census hæreditatis assignentur ad effectum vendendi, & respectiuè inuestiendi in tot stabilibus, itaut cum redditu dictarum salmarum 100. terræ, habeant in totum redditus scut. 1400.

Voluit præterea quod in quadam eius domo instituatur locus Orphanellarum, & pro victu, vestitu & manutentione illarum, reliquit scut. 1200. de introitibus hæreditatis ipsius testatoris, ad cuius computum reliquit residuum dictæ possessionis Ornani, quod erat salmarum 70 siq. hoc non sufficeret pro dictis scut. 1200. voluit, quod hæredes teneantur, & obligati sint dare pro residuo tot loca montium, & census.

Hæredes postea vniuersales instituit Patres Bernabitas, quorum monasterium, & Ecclesiam in quadam domo constituendam esse voluit, proq. eorum victu, & vestitu, & paratis Ecclesiæ reliquit scut. 1200. suæ hæreditatis.

Et mandauit quod hæredes dictæ hæreditatis residuum introituum debeant conuertere ad monasterij fundationem Orphanellarum domum construendã, & iniunxit quod omnia legata prædicta ad vnguem exequi debeant, & completis dictis fabricis monasterij, & domus prædictarum præter dicta scut. 1200. relicta hæredibus voluit residuum erogari in pijs operibus.

Et tandem per hæc verba disposuit, voluitq. &c. quod tam introitus locorum montium, quam censuum, & aliorum suorum bonorum, & hæreditatis inseruiant, vel inseruire debeant pro fundatione Ecclesiæ, & Collegij Bernabitarum hæredum.

Stante hac serie facti petente Illustriss. D. meo Cardinale Asculano Episcopo Maceraten. proposui dubium, an fructus dictæ possessionis Ornani relictæ monasterio, & Orphanellis debeant conuerti in vsū fabricæ Patrum Bernabitarum hæredum, & causa bis proposita, ac maturè discussa vnanimi consensu negatiuè fuit resolutum, quia spectant ad Moniales, & Orphanellas, & ratio est, quia dies constructionis non expectatur, nec inest fauore hæredis, sed ex
1 necessitate, & gratia rei †gerendæ, requiritur enim tempus, & tempus quod interponitur non est fauore hæredis, sed gratia ipsius monasterij, & domus Orphanellarum, *l. si ita relictum 43. §. pegasus. ff. de leg. 2.* vbi dicitur, quod si relinquitur prædium in certum diem, puta post decem annos, vel cum legata-
2 rius erit pubes, †debetur prædium cum fructibus intermedij temporis, si dies fuerit apposita fauore legatarij, ad idem est *text. in l. in fideicommissi 3. §. cum Pollidius. ff. de vsur. l. Lucius Titius 78. §. hæredum ff. ad Trebell. vbi Bart. Stapbil. consf. 33. nu. 1. vers. 4. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 10. & fuit resolutum coram me in causa Romana fideicom. de Sancto Petro 4. Maij 1615.*

Et hanc conclusionem eo magis procedere in relicto pro monasterio, vel Ecclesia ædificanda, non est ambigendi locus, quia si testator mandat mo-
3 nasterium, † vel alium pium locum erigendum, intra annum construi debet *cap. nos quidem 3. de testament. §. si quis ædificationem. authen. de Eccles. tit. collat. 9. tit. 6. alias 14.* Vnde negari non potest, quin saltem si non possit opus pium perfici
4 debeat incipi, † & interim de domo prouideri, vt in *d. §. si quis ædificationem. Bart. mox allegandus consil. 57. ad fin. lib. 2.* Vnde clarè patet, quod ex coniecturata mente testatoris cōstat ipsum voluisse, quod
5 redditus †possessionis minimè spectent ad hæredes, cum statim monasterium, & domus ædificanda essent, per quas rationes, quod fructus legati pro Ec-
6 clesia ædificanda† non debeantur hæredi, sed spectēt ad Ecclesiā cōsuluit *Bar. cons. 57. lib. 2.* quem sequitur *in cons. seqq. Franc. de Albergot. cons. 58. & Nicol. Lap. cons. 59. Ioan. Calderin 60.* qui concludunt fructus medij temporis spectare ad legatarios, ex quo
7 legatum est purum, licet pensio differtur vsque † ad constructionem, & quia dies constructionis non expectatur fauore hæredis, sed ex necessitate, & gratia rei gerendæ, *Abb. d. cap. nos quidem num. 7. de testam. Syluest. in summ in verb. Ecclesia 3. num. 5. Rip. in l. in fideicommissariam. n. 8. ff. ad Trebell. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 10. & fuit dictum in prædicta causa Rom. de S. Petro coram me.*

Et hæc de plano procedunt in casu isto, cum testator voluerit quod recipiatur in monasterio quædam
8 puella, signum euidens, quod etiam †voluerit statim monasterium esse erigendum, & per consequens fructus deberi, cum alias illa puella, si expectanda esset constructio fabricæ PP. Bernabitarum, senio conficeretur.

Non obstat, quod testator voluerit, quod introitus locorum montium & censuum, ac aliorum suorum bonorum, & hæreditatis inseruiant pro fundatione Ecclesiæ, & Collegij Bernabitarum. Quia hoc dixit postquam prius mandauerat quod d. Bernabitæ hæredes debeant exequi ad vnguem legata, & operas pias, & hæc dispositio generalis est intelligenda de bonis, & censibus, quæ non sunt speciali-
9 liter alteri legata, nam† generalis dispositio non tollit specialem, *l. doli clausula 119. ff. de verb. obligat. l. cum in testam. 37. §. fin. ff. de hæred. instituen. l. seruo manumisso. 15. ff. de pecul. legat. Ruin. cons. 207. num. 18. lib. 1. Cag. in l. frater à fratre. num. 16. ff. de verb. obligat. Bart. in l. quæsitum 9. §. si quis fundū. num. 13. vers. 2. casu distingue. ff. de fund. instruct.*
10 vbi quod generalis †prouisio non refertur ad personas quibus est specialiter prouisum, *& nu. 15. vers. vlterius habeo,* & 16. idem dicit de rebus super qui-
11 bus † est specialiter prouisum in eodem testamento.

Non obstat, quod legatum est factum pro victu & vestitu, & manutentione monasterij, nedum monialium, sed etiam Orphanellarum, quia hoc non facit, satis est enim quod opus debeat statim perfici eo modo quo potest, & quod legatum sit purum, &
12 †dilatio non facta fauore hæredis, quia quandocunque legatum exigatur, verificabuntur verba testatoris, videlicet quod inseruiat pro victu, vestitu, & pro manutentione monasterij, & monialium, & Orphanellarum.

Et ita conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. VBALDO.

Arimineñ Bonorum.

Lunæ 17. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Defunctus, si de eius bonis in vita fuerit spoliatus, sicuti ipse poterat agere ad reintegrationem, ita poterunt eius filij, & hæredes tale iudicium intentare, & probatis illis duobus extremis sine dubio obtinebunt talem reintegrationem, & ex quibus bene dicantur probata. A possessione, quando quis non possit dici, vt facto proprio ceciderit, itaut iniustè ei denegetur reintegratio.

SVMMARIVM.

1 *de Bonis suis, si defunctus in eius vita fuit spoliatus, sicut ipse potuisset agere ad reintegrationem, ita quoque possunt eius hæredes.*
2 *Instrumenta adepta possessionis bene eam probant.*
3 *Maximè si dicta possessio capta sit authore Pratore.*
4 *Iurium reseruatio nihil operatur, quando dicta iura reseruata euanuerunt.*
5 *Sententia lata super bonis feudalibus, non est trahenda ad bona allodialia.*
6 *Testes ex quibus probent possessionem.*
7 *Fructuum exactio coadiuuat probationem possessionis.*
8 *Fructuum perceptio facta à Factore sufficit ad effectum probandi possessionem in remedio spolij.*
9 *Catastri liber iunctis adminiculis, probat, vel corroborat possessionem.*
10 *in Spolio secundum extremum probatur ex substentatione litis.*
11 *Reintegratio ad possessionem datur, probatis illis duobus extremis necessarijs.*
12 *Sententia an sit nulla ex defectu iurisdictionis, si fuerit commissa in possessorio, & super eo non fuerit iudicatum.*
13 *Verba in sententia prolata, quando sint apta comprehendere possessorium, & petitorium.*
14 *Reseruare iura partibus aliud est, & aliud reseruare sibi causæ cognitionem.*

15 *Sententia, id quod non comprehendit sufficit asserere illud non haberi in ea expressum.*
16 *Partes, id quod faciunt potius de facto, quam de iure, attendendum non venit. Possessio spoliatiua non releuat.*
17 *Bona consequi possumus etiam remedijs possessorijs.*
18 *Petitorium absorbet possessorium.*
19 *Reintegratio est deneganda ei, qui à possessione cecidit facto proprio.*
20 *à Iuribus suis quis non præsumitur voluisse cadere, dum magis sibi cauere voluit.*
21 *Error excludit consensum.*

DECISIO DLIX.

POST factas plures resolutiones in Rota in hac causa super diuersis articulis, dubitaui an filijs Constantini sit danda reintegratio in quibus bonis, & circa primam partem dubij, Domini affirmatiuè responderunt, quia non dubitarunt quin si probetur possessio Constantini bonorum, de quibus agitur, &
1 fuerit ijs spoliatus in vita, sicut potuisset † ipse agere ad reintegrationem, ita quoque possint eius filij, & hæredes, *Soccin. in l. rem quæ nobis. col. 6. vers. vltimo potest. num. 10. ff. de acquir. poss. Gabr. in tit. de rest. spoliat. conclus. 5. num. 19. & 20. Pontan. de spol. lib. 1. cap. 13. num. 130. Benint. decis. 12. nu. 1. 2. & 3. Magon. decis. Lucen 4. num. 9. & 14. Surd. cons. 168. num. 40. & cons. 189. num. 13. lib. 2.* & sequitur Rota, *vt apud Cresc. decis. 3. de rest. spol. Mohed. decis. 3 num. 2. eod. tit. fuit dictum in causa Perusina spolij 1. Februarij 1608. coram bon. mem. Penia, & in alijs causis.*

De possessione autem Constantini, & sic de primo extremo in spolio constat ex instrumento adeptæ possessionis de anno 1587. vigore litterarum bo. me. Cardinalis Pinelli, tunc Legati Romandiolæ, & de consensu Aduocati Fiscalis Cameræ Apostolicæ, quæ possessionem sequestrauerat, necnon ex alio instrumento captæ possessionis de anno 1593. vigore sententiæ in saluiano latæ ad fauorem Constantini per bon. mem. Cardinalem Bonuisium tunc Cameræ Apostolicæ Clericum, vt in summ. hæredum num. 2.
2 & 3. quæ † instrumenta benè probant possessionem *ad l. prædia, vbi Bart. & alij. ff. de acquir. poss.* &
3 tanto † magis cum possessio fuerit capta auctore prætore *l. si iustè possidet. ff. de acquir. poss.*

Neque obstat, quod dictæ litteræ emanauerint, cũ reseruatione iurium Cameræ, quia cum postea fuerit lata sententia per bon. mem. Cardinalem Cæsium, & bon. mem. Cærasium, tunc Thesaurarium, in qua fuit declaratum, nullum ius, nullamque actionem
4 competere Cameræ Apostolicæ, talis † reseruatio iurium Cameræ omnino euanuit, vt in dicta sententia expressè fuerunt reseruata iura Constantino super bonis allodialibus, & transactionis post dictam sententiam initæ cum Dominis de Malatestis fue-
5 runt solum super bonis feudalibus, † non autem super bonis allodialibus, vt fuit firmatum in decisionibus in causa factis.

Tertio probatur eadem possessio ex testibus à parte aduersa examinatis vsque de anno 1586. qui postquam deposuerunt de possessione Cameræ, quoad castra, & bona feudalia deponunt alia bona fuisse restituta, & possideri ab hæredibus Comitis Io. Bap-
6 tistæ, vt in summ. num. 6. qui testes † probant possessionem, *Cæs. de Grass. decis. 14. num. 7. de testib.* & ac-
7 cedit exactio fructuum † facta per Factorem Constantini, & descripta in suo libro, *Cæs. de Grass. decis. 10. num. 5. de caus. poss. & propr.* vbi loquitur de perceptione fructuum facta à Factore, ad effectum proban-
8 di possessionem † in remedio spolij, & demum accedit etiam liber catastri Communitatis Soliani, in quo sunt descripta bona, de quibus agitur, tanquam spectantia ad hæredes Comitis Io. Baptistæ, qui liber
9 catastri cum adminiculis, † de quibus supra, probat, vel corroborat possessionem dictorum hæredum Ioannis Baptistæ, *Rota decis. 706. num. 6. par. 2. recent.* de qua nec dubitauit Rota in decisione in hac causa facta die 27. Nouemb. 1620. quando denegauit immissionem hæredibus Constantini, qui Constãtinus ipse dum viueret adeptus fuerat possessionem, ex ibi latè deductis.

Secundum verò extremũ videlicet possessio Do-
10 minorum de Malatestis † probatur ex sustentatione litis, iunctis adminiculis, *Caputaq. decis. 369 par. 2. Cæs. de Grass. decis. 4. de restit. spoliat.* hic autem edest adminiculum ex libro Factoris eorumdem de Malatestis, in quo adest descriptio fructuum per eũ
11 perceptorum, vt in d. summ. num. 5. probatis † autem duobus extremis, certum est dari reintegrationem, *Abb. in cap. cum ad sedem. num. 17. de rest. spol. Alex. cons. 6. num. 3. lib. 3. Roland. cons. 6 nu. 11. & seqq. lib. 3. & cons. 32. nu. 11. Menoch. de recept. remed. 15. num. 383. Afflict. decis. 327. num. 2. Pontan. de spol. lib. 2. cap. 14. num. 80. Surd. cons. 160. numer. 6. lib. 2.*

Non obstant quæ dicuntur de defectu iurisdi-
12 ctionis in Rota, † cum causa fuerit in possessorio terminata per dictam sententiam Cardinalis Cæsij, & Cærasij, cuius vigore fuit data immissio dd. Malatestis, quia sententia non loquitur de bonis allodialibus, sed de feudalibus videlicet castris, & villis, de quibus in inuestituris tàm emphyteoticis, quàm feudalibus, ac iurisdictionibus molendinorum, terrarum, & pertinentiarum illorum, in quorum omnium possessionem mandat immitti Comites reseruatis tamen iuribus, & prætensionibus, si quæ habent super bonis allodialibus Constantino, & Comiti Rouerello, & sic apparet nullam fuisse latam super bonis allodialibus non iurisdictionalibus, de quibus hodie agitur, & super quibus causa fuit in Rota commissa, nec super ijs fuisse concessam aliquam immissionem Comitibus, aliàs fuisset inepta reseruatio ad fauorem Constantini, præsertim cum fuerit supra pronunciatum nullum ius, nullamq. actionem com-
13 petere Constantino super dictis bonis † feudalibus, quæ verba sunt apta comprehendere tàm petitoriũ, quàm possessorium, vt fuit dictum *in causa Ciuitatis Castellanæ iuris pascendi 3. Decembris 1621. coram me,* neque per dictam reseruationem quoad allodialia apparet, Iudices sibi reseruasse vllã cognitionem super ipsis, adeout commissio Rotalis egeret aliqua auocatione à dictis Iudicibus, quia aliud est reser-
14 uare iura, † & prætensiones partibus, si quas habent super allodialibus, prout hic factum fuit, & aliud est reseruare sibi causæ cognitionem super eisdem allodialibus, vltra quod fuerit etiam petita auocatio ad cautelam, & facta mentio litis in Camera, vt apparet in commissione, quicquid ex aduerso dicatur, & cessat difficultas, quia sufficit hæredibus Cõstantini
15 opponere, † quod sententia quæ concessit commissionem,

sionem, non comprehendit allodialia, *Grat. cons. 149. num. 6. & seqq. lib. 2. cum allegatis.*

Non obstant transactiones, quia iam firmatum est, eas non comprehendere bona allodialia, & præsertim per vltimam decisionem die 19. Ianuarij præteriti, ex quibus sequitur, vt si Comites possessionem hanc sunt adepti vigore dictæ sententiæ, vel transa-
16 ctionis, potius de facto, quàm de † iure id fecisse videantur, & consequenter eorum possessio sit spoliatiua, & hæredes Constantini veniant reintegrandi: neque dicatur in Rota fuisse commissam causam in petitorio tantum, quia immo est commissa causa
17 consecutionis bonorum, † bona autem cõsequi possumus etiam remedijs possessorij, facit *text. in l. bis consequenter 18. §. sed & cum vnus. ff. famil. hercisc.* & patet, quia iam Rota resoluit hæredibus non competere immissionem, vt in decisione 27. Nouembris 1620. vltra quod notum est petitorium absor-
18 bere † possessionem, *Abb. in cap. consultationibus. num. 9. de iurepatr. Rota decis. 709. num. 9. par. 4. diuers. fuit dictum in dicta Ciuitatis Castellanæ iuris pascendi coram me.*

Tandem non obstat, quod Constantinus approbasse videatur possessionem Comitum, ex quo in transactionibus consensit remanere hypotecata pro solutione pecuniæ in transactionibus conuentæ, omnia bona, quæ remanserunt in hæreditate Comitis Ioannis Baptistæ, & voluit super eorum fructibus si-
19 bi posse satisfacere, † & sic videatur recidisse à possessione facto suo, quo casu certum est, cessare reintegrationem, *Menoch. de recuper. remed. 15. nu. 95. Cassad. decis. 4. num. 6. de rest. spol. Rota decis. 628. num. 1. par. 1. recent.* Quia qua ratione fuit responsum in vltima decisione, ex hoc non sequi, quod fuerit transactum super allodialibus, eadem ratione Domini censebant, nec sequi quod Constantinus re-
20 nũciare voluerit suæ antiquæ possessioni, † sed quod voluerit sibi magis cauere pro consecutione pecuniarum super bonis de facto possessis à Dominis de Malatestis, vel dici potest sicut errarunt Malatestæ putantes, & dicentes Constantinum nullum ius habere super dictis bonis, vt dicitur in dicta decisione, ita potuisse errare Constantinum circa ius prætensæ
21 possessionis eorumdem de Malatestis, † qui error excludit consensum, *l. si per errorem, vbi Doct. ff. de iurisd. omn. Surd. Iud. cons. 7. num. 37.*

Quo verò ad secundam partem dubij in quibus bonis allodialibus sit danda reintegratio, apparet ex immissione concessa Constantino in vim litterarum Cardinalis Legati, necnon in vim sententiæ Cardinalis Bonuisij, de quibus supra, & in summ hæredũ num. 2. & 3. Ideo ex his concluserunt dandam esse reintegrationem quod dicebatur iura ad probandum primum, & secundum extremum, non esse in actis Rotæ, apparuit non subsistere ex fide Notarij Dominis data. Et ita fuit decisum &c.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Arboreñ Spolij.

Lunæ 17. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Clericus in infirmitate constitutus, etiamsi ex ea decedat, licet possit donare inter viuos acquisita ex redditibus Ecclesiasticis, in piam tamen causam, interueniente etiam traditione ad tollendas fraudes, & suspiciones, nihilominus dicta conclusio venit intelligenda, quando dicta donatio est moderata, quia si immoderata appareat, non tenet, etiamsi facta sit ad pios vsus. Clericus, nisi contrarium doceatur, in dubium præsumitur acquisiuisse bona non ex propria industria, & labore, sed ex redditibus Ecclesiasticis. Spolia Archiepiscoporum, & Episcoporum in Insula Sardiniæ, ad quid ex litteris Apostolicis Pij V. & Clementis VIII. sint applicata.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in infirmitate constitutus, etiamsi ex ea decedat potest donare inter viuos acquisita & redditibus Ecclesiæ, in piam tamen causam.*
2 *Dummodo tamen talis donatio moderatè fiat & tunc requiritur traditio ad tollendas fraudes, & suspiciones.*
3 *Donatio dicitur immoderata si sit omnium bonorũ. Donatio facta à Clerico in infirmitate constituto, quando est immoderata, non sustinetur, etiamsi facta sit ad pios vsus. num. 3. & 13.*
4 *Clericus de bonis acquisitis ex eius industria liberè potest disponere.*
5 *Clericus, nisi doceatur, non præsumitur acquisiisse bona ex propria industria, sed ex redditibus Ecclesiasticis.*
6 *ab Episcopo bona relicta ex præsumptione iuris Canonici censentur post ipsam dignitatem acquisita fuisse.*
7 *Spolia omnia Archiepiscoporum, & Episcoporum in Insula Sardiniæ & extra, non tamen in Italia decedentium Pius Papa V. ad instantiam Regis Catholici, ad quid applicauerit.*
8 *Et litteræ Apostolicæ super hoc ab eodem Pontifice expeditæ, confirmatæ fuerunt à Clemen. VIII. vt num. 9. & vide num. 10. 11. & 12.*

DECISIO DLX.

DOMINVS Archiepiscopus Arboreñ aduersa valetudine laborans, grauiq; morbo in lecto detentus 16. Augusti 1621. omnia sua bona tàm acquisita ex dicto suo Archiepiscopatu, quàm ex propria industria titulo donationis inter viuos donauit Conuentui Orphanorum construendo in Ciuitate Sazzani, posteaq. 19. eiusdem mensis obijt.

Dubitatur modo An ista donatio sustineatur. Cũ verum sit, quod Clericus in infirmitate constitutus
1 † etiamsi ex ea decedat, potest donare inter viuos acquisita ex redditibus Ecclesiæ in piam tamen causã,
2 dummodo talis donatio moderatè fiat, † & tunc requiritur traditio ad tollendas fraudes, & suspiciones *Couar. in cap. cum in officijs num. 5. de testam.* Attamen cum ista donatio fuerit immoderata, cum sit fa-
3 cta † omnium bonorum maximi valoris, etiam quod fuerit in pios vsus, non sustinetur *Couar. vbi supra Redoan. in tract. de spol. q. 3. §. stantibus istis repugnantijs nu. 10. & in tract. de reb. Eccles. non alien. q. 53. nu. 24. & est text. in cap. ad hæc. de testam. vbi Imol. num. 2. & 7. Abb. num. 2. & 4. Hostien. in fin. super verb. in ægritudine, & Butr. num. 2.*

Sed quia vt dixi non solum donauit bona ex Archiepiscopatu sibi prouenta, sed etiam acquisita ex
4 sua industria, † de quibus liberè disponere potuit *Ias.*

Ias.cons.75.num.8.lib.3. qui alios adducit *Bald.cons.80.vers.interdum apparet.vol.5.Couar.in cap.1.numer.11.de testam.* vbi de communi *DD. in auth. licentiam.C.de Episc.& Cleric.& est text.in cap.quia nos,& in cap.relatum el 2.de testam.* videtur posse dubitari, an ista bona in donatione comprehensa censeantur tantum acquisita ex redditibus Ecclesia-
5 sticis, & DD.dixerunt, quod cum† nihil de bonis ex industria acquisitis doceatur, Iudex debet arbitrari omnia fuisse acquisita ex redditibus Ecclesiasticis, iuxta resolutionem *Ioan Andr.in cap 3.de pecul.Cle-*
6 *ric.* vbi quod in dubio †bona ab Episcopo relicta ex præsumptione Iuris Canonici censentur post ipsam dignitatem acquisita fuisse, quam opinionem *Abb.in dicto cap.3.* dicit esse communem, & sequitur pluribus relatis, *Couar.in d.cap.1.num.6. & 11.*

Et in casu nostro tollitur omnis difficultas stantibus litteris in forma Breuis sanct.mem. Pij V. ad in-
7 stantiam Regis Catholici emanatis, in quibus † abdicat omnia spolia Archiepiscoporum, & Episcoporum in Insula Sardiniæ, & extra, non tamen in Italia decedentium, necnon fructus omnes redditus, ac prouentus Ecclesiarum Metropolitanarum, & Cathedralium durante illarum vacatione ab Archiepiscopis, & Episcopis pro tempore successoribus, om-
8 nesq. alios applicat Ecclesijs prædictis,†vt perpetuo pro illarum fabrica, & manutentione, & etiam ornamentorum, & paramentorum, emptione, & manutentione deseruiant, vt latius in copia summ.num.1.
9 Quæ litteræ Apostolicæ sunt confirmatæ † per fel.recor.Clementem Octauum ad instantiam eiusdem Regis, qui insuper voluit omnes,& quascumque donationes etiam inter viuos, vel causa mortis, promissiones, obligationes, debitorum confessiones, &
10 † alias quascumque dispositiones per dictos Archiescopos, & Episcopos quomodolibet factas, seu pro tempore facien. de spolijs,rebus,pecunijs,fructibus, redditibus, & prouentibus etiam sub prætextu Ecclesiastici seruitij, ac etiam causa mercedis, aut in remunerationem seruitiorum, seu ex quacumque
11 † alia causa quantumuis pia, & priuilegiata etiam in fauorem consanguineorum,affinium,familiarium, & aliarum personarum, vel etiam piorum, & Religiosorum locorum, seu Collegiorum irritas, & inualidas, ac in fraudem dictæ applicationis factas nullius roboris, & momenti existere, etiamsi dicti Archiepiscopi, vel Episcopi de tempore illarum essent in infirmitate constituti, vel etiamsi ante infirmitatem ex iusta, & rationabili causa, & in casibus à iu-
12 re permissis illos †fecissent nisi bona donata actualiter, & cum effectu donatarijs saltem infra octo dies tradita fuissent, & realiter penes ipsos remansissent nulla alia causa custodire depositi, mutui, aut alia quacumque, vel titulo ipsis donatarijs suffragante pro impedien. executione dictæ applicationis, & vt plenius continetur in copia summ.num.2.

Quibus Breuibus stantibus, & maximè vltimo Clementis Octaui annullante istas donationes vide-
13 tur non posse dubitari †donationem, de qua agitur non subsistere, præcipuè cum fuerit omnium bonorum, & sic immoderata ex superius adductis.

Et ex his DD. dixerunt dictam donationem non sustineri &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Romana Successionis[1].

Lunæ 17. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Pater, & Mater æqualiter vocantur ad luctuosam successionem filiorum nulla adhibita distinctione, an bona peruenerint ad filios ex latere paterno, vel materno, nam & quatenus peruenerint pater in maternis, & mater in paternis pro æquali portione succedit, & quamuis Bart. conatus fuerit defendere, patrem non succedere in bonis filiorum, quæ prouenerunt ex latere materno,& è contra matrē non succedere in bonis,quæ peruenerunt ex latere paterno, tamen quia distinctio Bart. est potius imaginaria, quàm iuridica, ideoq. meritò super hoc Bart. à pluribus Doctoribus dirè insequitur, damnatur,& confutatur. Et plura adducuntur ad interpretationem l.quod scitis.§. sin autem. C. de bon. q. liber. quæ adeo obscura est, vt omnes Doctores in illius intellectu vacillarint. Renuncians bonis ad effectum ingrediendi Religionem, quæ sit causa finalis renunciationis.

SVMMARIVM.

1 *Pater, et Mater ad filiorum hæreditatem pro æquali portione admittuntur.*

2 *Quæ regulam nullam habet dubitationem.*

3 *Filij bona, si sint acquisita ex liberalitate consanguineorum ex latere patris, in eis succedit pater, exclusa matre.*

4 *Filij patrominium si deuenerit ei ex consanguineis ex latere matris, in illis excluso patre succedit mater.*

5 *Pater, & mater æqualiter sunt admittendi ad successionem filiorum, spreta illa Bart. & sequacium opinione, à quo latere peruenerunt bona filij.*

6 *Filiorum æqualem successionem Imperator indistinctè, & generaliter largitus est parentibus paternis, & maternis, nullumque discrimen constituendo, vnde bona filij peruenerunt, & nu.7. 8. & 11. amplia num 27.*

9 *In Filiorum hæreditate vt plurimum non adsunt alia bona, quam ea, quæ ex illis ex paterna, vel materna linea obuenerunt.*

10 *Lex inepta foret, si casus illos, qui facilè frequentius accidunt, non comprehenderet.*

12 *Verbum hæreditas complectitur omnium, & singulorum bonorum, & quorumcumque iurium species, quæ penes defunctum reperiebantur.*

13 *ad Matrem, si spectet medietas hæreditatis filij, non ideo est facienda separatio bonorum, quæ ex linea paterna ad filium iam fuerunt profecta.*

14 *Bona sua, si quis alicui donauerit, postquam in donatarium fuerunt transfusa, & in eum translata, exuuntur eorum prima natura, & nomine, & efficiuntur propria donatarij.*

15 *Patrimonium filij licet ex diuersis speciebus bonorum sit conflatum, nihilominus ex eis resultat vna hæreditas propria filij.*

16 *Bona vnius quando transiuerunt ad alium, tunc non videtur amplius repetenda eorum prima natura, sed illa, quæ est præsens spectanda venit.*

17 *Bona, vbi fuerunt in alicuius patrimonio incorpo-*

rata

rata, separatio amplius, vel diuisio fieri non potest, nisi in casibus à iure expressis.

18 *Patrimonium nemo dicitur habere nisi vnum.*

19 *Pater, & mater succedunt filijs nulla habita distinctione à quibus personis bona peruenerunt, & sic pater in maternis, & mater in paternis pro medietate succedat.*

20 *Bart. in l. quod scitis. §. sin autem. in princip. C. de bon. q. liber. à pluribus reprobatur, & præsertim à Baldo, Salyceto, Fulgosio, Bellapertica, & alijs.*

21 *Et omnes illi, qui in ea opinione Bartolo aduersati sunt, loquuntur magis accuratè & digestè, & cōtra Bart. in hoc diuersa Tribunalia iudicarunt. vt num. 26.*

22 *Bart. opinio in l. quod scitis. §. sin autem. C. de bon. q. liber. falsa est, & in contrarium est veritas. numer. 23. & sic seruatur in praxi,*

24 *Cum dicta contraria opinio sit verior, & crebrior, eaq. in iudicando est amplectenda, num. 25.*

28 L. *quod scitis. §. sin autem. C. de bon. q. liber. in quo casu procedat. & num 34. 35. 36. 37.*

29 *L. quod scitis. §. sin autem. C. de bon. q. liber. correcta fuit per §. defuncto, & per §. sin autem. auth. de hæred. ab intest.*

30 *Iustinianus Imp. in auth. de hæred ab intestat. expressè irritat omnes priores dispositiones, circa successiones ab intestato, quæ illius authenticæ sanctioni aduersarentur.*

31 L. *quod scitis. § sin autem. C. de bon. q. liber. secundum aliquos procedit tantum in lucris nuptialibus non autem in alijs bonis.*

32 *Bart. distinctio de qua in l. quod scitis. §. sin autem. C. de bon. q. liber. non probatur ex d. l. & pro Bartolo in ea opinione nulla adest iuris decisio. nu. 33.*

38 *Filius ante tempus Iustiniani in bonis aduentitijs, & reliquis omnibus non habebat hæredem ab intestato, sed statim pater omnia iure patriæ potestatis occupabat, & num. 42.*

39 *Quod postea fuit immutatum à Iustiniano in l. quod oportet. C. de bon q. liber.*

40 *Pater olim in bonis maternis filij non acquirebat pro peculio, nisi vsumfructum.*

41 *Constantinus Imp. fuit ante Valentinianum, & Theodosium Imperatores.*

43 *in* L. *quod scitis. §. sin autem. C. de bon. q. liber. quare non fiat mentio de bonis maternis.*

44 L. *quod scitis. §. sin autem. C. de bon. q. liber. varios, & diuersos habet intellectus, vt num. 45. & 46.*

47 *L. quod scitis. §. sin autem. C. de bon. q. liber. diuersimode in diuersis Codicis legitur.*

48 L. *quod scitis. §. sin autem. C. de bon. q. liber. adeo obscura, & ambigua visa fuit scribentibus, vt in illius interpretatione omnes DD. vacillarunt in positione casus illius.*

50 *Pater, & mater indistinctè æqualiter admittuntur ad luctuosam successionem filij.*

51 *Bona postquam mutant possessorem eius dicuntur, & non primæui possessoris.*

52 *in Patrimonio eodem regulariter non admittitur distinctio, & separatio.*

53 *Regulis, & conclusionibus optimè in iure firmatis standum est, & non limitationibus* Doctorum *in iuribus ambiguis.*

54 *Lex, quæ varios habet intellectus non potest allegari ad decisionem causarum.*

55 *Frater vterinus succedit fratri in bonis à matre profectis excluso fratre cōsanguineo, sed hoc axioma dubitatur, num. 56.*

57 *ex Successione transuersalium non bene infertur ad successionem ascendentium.*

58 *Patrimoniorum diuisio, vt fiat in successionibus vniuersalibus iura omnia abhorrent.*

59 *Donans aliquid filio, contemplatione ipsius patris, hæc bona sic donata, tanquam bona profectitia ad eundem solum spectant.*

60 *Filio datum etiam sub patria potestate existenti, ipsius quidem filij contemplatione non autem patris censetur datum.*

61 *Et hoc præsertim quando nulla facta fuit mentio patris.*

62 *Familia conseruatur quidem in masculo, & non in fœmina.*

63 *Donantis voluntas necesse est, vt executioni demandetur.*

64 Renunciationis *causa finalis, qualis dicitur eorum, qui ingrediuntur monasterium, & num 66. & 67.*

65 *Familiæ conseruationis causa, non potest dici causa finalis eorum, qui renunciāt bonis propter ingressum Religionis.*

66 Religionem *ingredientes dicuntur renunciare bonis, vt liberius pauperes pauperū CHRISTVM sequantur, ac terrenis cogitationibus soluti inde cælestibus toti incumbant.*

68 *Causa illa dicitur finalis propriè, quæ mouet principaliter disponentem, impulsiua verò, quæ præbet occasionem, & num. 69.*

70 *Agnationis conseruandæ causa, sat est, vt sortiatur effectum iuxta mentem disponentis.*

71 *Agnatio non dicitur contemplata vltra personas nominatas, quando nulla adest prohibitio alienationis, nec alia suadet coniectura inducendi perpetuum fideicommissum pro agnatis.*

72 *Persona extrinsecus regulariter in dispositionibus non subintelligitur, vbi verba referri possunt ad personas expressè vocatas.*

73 *Verba prolata per modum redditionis rationis non disponunt de nouo, sed restringuntur & regulantur secundum eamdem precedētem dispositionem.*

74 *Verba prolata per modum rationis non ampliant dispositionem, nec nouas personas introducunt.*

75 Gratian. & Io. Baptista Mandosius *tanquam egregij Aduocati canonizantur à Rota.*

76 *Matris causa præsertim in luctuosa hæreditate filiorum, magnam semper in iure visa est fouere æquitatem.*

77 *Matri magis debita est hæreditas filij, quam patri.*

78 *pro Matre semper in dubio iudicandum ne excludatur à luctuosa successione filij.*

DECISIO DLXI.

DECESSERANT Franciscus, & Dominicus fratres nullis superstitibus liberis, sed tantum Petro Paulo, & Catherina communibus parentibus inter quos orta fuit controuersia circa successionem filiorum, & quamuis non dubitaretur, quin regula
1 esset, vt pater, † & mater ad filiorum hæreditatem pro æquali portione admittantur, iuxta vulgatam dispositionem, *auth. defuncto. C. ad Senat. Cons. Tertull.* & vnde sumitur *d. auth. in §. si autem plurimi.*
2 *autb. de hæred. ab intest. venien.* quod nullam † habere dubitationem monuit *Crass. in §. successio ab intestato q. 22. nu. 1. in fin.* cum alijs per eum allegatis. Atta-

Attamen non leuem ingessit difficultatem, quod ferè tota hæreditas dd. Francisci, & Dominici filiorum constabat ex bonis, quæ ad eos peruenerunt ex donatione facta à Vincentio fratre consanguineo tantum, nempe filio eiusdem Petri Pauli ex primo matrimonio, & proinde cum hæc bona prouenerint
3 † ad filios à liberalitate consanguineorum ex latere paterno, saltem in his bonis, vt ad suum fontem reuertantur, ipse pater in totum ad filiorum successionem admittendus videatur, exclusa penitus matre, quemadmodum itidem, si bona à matre, seu à linea
4 † materna ad eosdem filios effluxissent, ipsa mater excluso patre in totum succederet, ita originaliter tradidit & distinxit *Bart. in l. quod scitis. §. sin autem in princ. C. de bon. quæ liber. in l. post dotem. nu. 36. ff. sol. matr. in auth. itaque nu. 2. C. comm. de success. & in cons. 18. in vltimo dubio num. 4.* quam theoricam sequuti sunt plures, *Castr. in d. §. sin autem num. 2. Ias. in d. l. post dotem. num. 105. Rom. cons. 40. num. 5.* vbi dicit opinionem *Bart.* esse veriorem, *& num. seqq. Benedict. in cap. Raynutius in verbo vxorem num. 74. de testam. Boer. decis. 192. num. 5. vers. ergo à fortiori,* plures congesti à *Gabr. concl. 3. tit. de success. ab intest. num. 1. & num. 3. in fin.* qui testatur de magis communi, & secũdum hanc opinionem Bart. fuit iudicatum in Senatu Pedemontano, prout refert *Thesaur. decis. 27. in fin. qui & num. 4.* asserit hanc sententiam esse veriorem, communiorem, & æquiorem, & obseruantia aliorum Tribunalium testantur *Modern. Neapolit. in tract. de success. legali. par. 2. q. 1. art. 1. num. 7. & plures alij ab his authoribus cumulati.*

Cæterum libratis rationibus, & perpensis iuribus quibus Bartolus, & eius fautores fulciuntur, Domini in hoc articulo Bartoli sententiæ non assentientes
5 responderunt, Catherinam matrem † vna cum patre æqualiter admittendam esse ad successionem filiorũ nulla habita ratione, quod bona deriuauerint à linea paterna, & moti sunt, quia Iustinianus *in d. auth. defuncto. & in d. §. si autem plurimi* generaliter, &
6 indistinctè † largitur parentibus paternis, ac maternis æqualem filiorum successionem, nullumq. discrimen constituit bonorum, vnde filijs prouenerint, & tamen Iustinianus, qui in principio *d. auth. hæred. ab intest.* profitetur, se claram & distinctam enuclea-
7 tionem circa successiones promulgare, † si re vera hęc bonorum ratio habenda fuisset, probabiliter huiusmodi distinctionem bonorum non prætermisisset, vel non ita absolutè nec toties, ac ita oscitanter inculcasset hanc æqualem successionem parentum in hæreditate filiorum.

Quæ & eo vrgentiora videntur, quia in vtroque textu fit distinctio graduum in ascendentibus qui ad successionem liberorum vocantur, & ideo pariter
8 etiam de facili † à legislatore facta fuisset distinctio rerum, in quibus quilibet ex parentibus succedere deberet, si & huiusmodi secunda distinctio facienda fuisset.

Præsertim quia in filiorum hæreditate vt plurimũ, vel non adsunt alia bona, quam ea, quæ illis ex pater-
9 na, vel materna linea obuenerunt, † vel saltem inter alia etiam bona huiusmodi reperiuntur, & sic retenta opinione Bartoli, raro daretur casus, in quo hæreditas ipsa filij æqualiter, & pro medietate inter patrẽ, & matrem diuideretur secundum prædictam Iustiniani dispositionem *in auth. defuncto, & in d. §. si*
10 *autem plurimi,* quæ propterea inepta foret, † ex quo casus illos, qui facile, & frequentius accidunt, non comprehendunt, iuxta *cap. 3. & seqq. ff. de legib.*

Amplius videtur, quod Iustinianus respuerit hanc
11 bonorum distinctionem, † & patrimoniorum separationem, dum *in d. §. si autem plurimi,* vtitur verbo vniuersali hæreditatis, ibi, *si autem eundem habet gradum, ex æquo inter eos hæreditas diuidatur, & in §. sequenti, si vero,* ibi, *si autem pater, aut mater fuerint diuidenda inter eos quippe hæreditate,* quod
12 vebum, hæreditatis, complectitur † omnium & singulorum bonorum, & quorumcumque iurium species, quæ penes defunctum reperiebatur *l. hæreditas. ff. de reg. iur. l. aliud. ff. de verbor. signific.* si autem ad matrem spectat medietas, quorumcumque, & sin-
13 gulorum bonorum apud filium defunctum † existentium, non ideo in illius successionis diminutionem separanda sunt bona ex linea paterna ad filium iam profecta.

Demum postquam Vincẽtius vigore donationis transtulit bona in Dominicum, & Franciscum, illa
14 exuerunt † suam primam naturam & nomen, adeo quod amplius nec sint, nec dici possint, saltem propriè bona Vincentij, sed transfusa, & consolidata fuerunt inter alia bona ipsorum Dominici, & Francisci ex quibus, & alijs diuersis bonorum speciebus vnde-
15 cumque † acquisitis vnum inde conflatum resultauit patrimonium, & vna hæreditas eorundem Dominici & Francisci, *l. sed si plures. §. filio. ff. de vulg. & pupill. l. fin. ff. de inoffic. testam. l. 1. §. veteris. & ibi glos. in verbo per vnum. ff. de acq. poss.* de quo axiomate latè fuit dictum in *Romana domorum 29. Ianuarij 1616. coram bon. mem. Andrea, & in Bononien. hæreditatis de Armis 18. Aprilis, & 12. Decembris 1622. coram me,* si autem hæc bona desierunt esse Vincentij, & effecta sunt Dominici, & Francisci
16 non † videtur repetenda vllo modo eorum prima origo, & natura, nec idem patrimonium scindendũ, nec diuerso iure censendum est, quia vbi bona fuerũt
17 † in alicuius patrimonio incorporata, separatio amplius, vel diuisio fieri non potest, nisi in casibus à iure expressis *arg. §. 1. instit. de hæred. qualit. & differ. l. 1. §. præterea. ff. de separat.* & nemo dicitur
18 habere, † nisi vnum patrimonium, *l. iuris peritos. §. 1. ff. de excus. tut.*

Ex quibus rationibus, & alijs hanc opinionem, quod pater, & mater æqualiter filijs succedant nulla
19 † habita distinctione à quibus personis bona ad filios prouenerint, & quod etiam pater in maternis, & mater in paternis pro medietate admittatur amplexi sunt *Rayner. de Foroliu. Din. Cin. & Alberic. in d. auth. defuncto, & in d. l. quod scitis. §. sin autem. C. de bon. quæ liber.* & omnes alij Doctores antiqui, qui fuerunt ante Bartolum, vt animaduertunt *Thesaur. d. decis. 27. nu. 2. vers. contrarium, & d. Modern. Neapolitan. de legali success. par. 2. q. 1. art. 1. nu. 7. vers. contrarium,* & eandem sententiam etiam post Bar-
20 tolum ipso reprobato † tenuerunt *Bald. in d. auth. defuncto num. 3. & in d. l. quod scitis num. 4. & 5. & in cons. 31. num. 1. lib. 2.* qui de communi testatur *Fulgos. in d. l. quod scitis num. 7. & 8.* qui acerrimè examinat articulum, & monet intrepidè tenendam hãc opinionem *Salycet. in auth. itaque. C. commun. de success. num. 2. vers. ego dubito, & Bellapertic. ibid. in medio. vers. sed quæritur. Corn. in d. l. quod scitis. num. 3. & 4. & latius cons. 94. num. 5. lib. 1. vbi vers.*

in

21 *in hac parte* notat Doctores Bartolo †aduersantes
loqui magis accuratè, & digestè, *& cons.286.nu.3.*
& seqq. vsque in fin.lib.1.& clarius cons.265. lib.4.
per tot. idem acriter tuetur *Cuman. cons.123.per tot.*
cui accesserunt *Fulgos. & Ansaldus de Mutina. Ni-*
col.de Vbald.de success. ab intest. par.2. num.4. Co-
uar.in epitom.de success. ab intest. part. 2. vbi; vers.
22 *alioquin* asserit, opinionem Bartoli † esse falsam
Petr.Molin.de Iust.& iur.tract.2.disput.163.vers.
contrarium.Io.Matienzo in commentarijs lib.5.nu-
mer.8.glos.3.num.17.Hier.Treutherius in select.di-
sput disp.16.Thesi 4. littera C.Anton.Gomez.in l.6.
23 *Tauri num.8.* qui in fine dicit, hanc esse † veritatem
Spina de testam.glos.1. principali. nu.32.Io. Royas
in epitom.success. cap.29.num.38. & 39. vbi quod
hæc opinio seruatur in praxi, vberrimè *Phanuc. de*
24 *inuent. par.2. num.11.* qui veriorem, † & crebrio-
rem appellat *Mising. pract. obseruat. cent.6.cap.55.*
Andr.Fachin.controu.iur.lib.6. cap.4. Cras. §. suc-
cessio.ab intestato.q.22.num.5.Constant. Capreol.de
succes.ab intest.lib.2.num.11.12.& num.17. inquit
25 hanc esse veriorem sententiã, & † in iudicando am-
plectendam *Valentin.Forster.de succes.lib.2. cap.4.*
concl.4.num.12.& seqq. vsque ad num.22. vbi om-
nibus argumentis pro Bartoli distinctione põderatis
respondet, & in eamdem etiam opinionem inclinat
Barbos.in d.l. post dotem. num.66. vers nihilominus,
vbi ait Bartoli opinionem non videri probabilem, &
numeris seqq. vsque ad num.73. vers. ex hac igitur.
Fontanell.de pact.nuptial.claus.4.glos.24.nu.59. &
seqq. qui sexcentos alios in idem placitum conspiran-
26 tes cumulant, & ita fuit etiam iudicatum † contra
Bartolum in Rota Senensi, & in Camera Imperiali,
vt fidem faciunt *Phanuc, & Misinger.locis supra al-*
legatis. Quæ opinio eo magis in præsenti casu visa
est amplectenda, quia hæc bona non peruenerunt ab
27 eodem †Petro patre, seu aliquo alio ascendente pa-
terno, sed à fratre consanguineo, & sic à transuersa-
li, vnde tanto minus totalis horum bonorum succes-
sio debita videtur patri.

Neque obstat *tex.in l.quod scitis.§.sin autem.C.de*
28 *bon.quæ liber* quem Bartolus, & illius† asseclæ sin-
gularem pro illorum sententia appellant, & potissi-
mum illo innituntur, quoniam omisso quod secundũ
opinionem *Cyn.Din.Rayner. de Foroliu. & Bald.in*
d.auth. defuncto.num.4. & in d.§.sin autem.num 4.
in fin.& Corn.ibidem etiam, & in cons.265. num.2.
vers. & posito lib.4. & aliorum, dispositio *d. §. sin*
29 *autem* fuit correcta per *d.auth.* †*defuncto, & per §.*
si autem auth.de hæred.ab intest.vbi in princ.d.auth.
Imperator expressè irritas facit omnes priores di-
spositiones circa successiones ab intestato, quæ illius
30 † authenticæ sanctioni aduersarentur, ibi, *Prioribus*
legibus pro hac causa positis vacantibus de cætero ea
solum seruari quæ nunc constituimus. Et omisso etiã
quod aliqui existimarũt *text.in d.l. quod scitis. §. sin*
31 *autem.* procedere †solum in lucris nuptialibus, non
autem in alijs bonis, vt obseruarũt *Bald.in d.l.quod*
scitis. num 5. Couar.in epitom.de succes. ab intest.
num.2. qui notat *ex d.l. quod scitis*, non iustificari
32 †distinctionem Bartoli, & idem fatentur *Pontan.in*
d.l.quod scitis. Corn.cons.286.num.3.lib.1. & The-
saur. d. decis.27. num.3. vers. & quamuis, vbi licet
33 Bartolo faueat, ingenue † tamen agnoscit pro Bar-
toli opinione nullam adesse iuris decisionem.

Respondetur quod reuera non applicatur dictus
34 terminus, quia ibi non † erat controuersia inter a-
scendentes paternos, & maternos circa successio-
nem descendentis, sed erat solum inter patrem, &
auum paternum, vnde rectè definitum fuit, patri vti
proximum debitam esse iure hæreditario successio-
35 nẽ † filij, aut autem paterno dari retentionem vsus-
fructus, quem vsque ab initio viuente ipso nepote
ratione patriæ potestatis fuerat consecutus. Et hic
fuit intellectus *Cyn.Dyn. Rayner. Alberic.* & aliorũ
36 †omnium antiquorum, quos supra retuli, & *Corn.*
d.cons.286 num.4.vers. nam communiter lib.1.& in
d.l. quod scitis. num.3 vbi verissimum appellat, &
amicum littera, & eundem comprobant *Barbos.*
Phanuc.Couar.& Fachin. locis præallegatis.

Nec vis est facienda in illis verbis, quæ ad ipsum
ex matre, vel ab eius linea prouenerint quasi quod
discrimen constituatur inter bona quæsita ex linea
materna, & alias, & consequenter detur separatio,
& distinctio bonorum considerata per Bartolum, &
37 sectatores, quoniam ibi fit mentio † solum de bonis
maternis, quia fortasse ibi filius, de cuius successio-
ne tunc agebatur, habebat solum bona materna, vel
quia ante Iustinianum tempore Valentiniani, &
Theodosij illius, *l.quod scitis* conditorum filius in
bonis aduentitijs, & reliquis omnibus non habebat
38 hæredem ab intestato, † sed pater statim illa omnia
tanquam peculium filij occupabat iure patriæ pote-
statis *l.2. ff.de Castrens. pecul, & ibi Bart.Castren.*
in d.l quod scitis, & melius *Fulgos.num.1. & 6. Al-*
beric.in auth. itaque. col. 2. vers. item secus. C. com-
mun.de success. & notat *Matienzo d.lib.5.nu.8.glos.*
3.de success. ab intest. num.4. (quod fuit postea im-
39 mutatum † à Iustiniano *in l.cum oportet. C. de bon.*
quæ lib.) In bonis verò maternis etiam de dicto tem-
pore Valentiniani, & Theodosij erat speciale, quod
40 †pater non acquirebat pro peculio nisi vsumfructũ,
iuxta l.1.C.de bon.matern. quam condidit Constan-
41 tinus, qui fuit ante dictos† Valentinianum, & Theo-
dosium, & sic penes filium remanebat proprietas in
bonis tantum maternis, quia in reliquis & vsumfru-
42 ctum, & proprietatem, vt dixi, † occupabat pater,
seu auus ratione patriæ potestatis, vnde ab ijsdem
Imperatoribus Valentiniano, & Theodosio *in d.l.*
quod scitis, solum fit mentio de bonis maternis, quia
tunc temporis defuncto filio de bonorum materno-
43 rum† dumtaxat successione iure hæreditario agi po-
terat iuxta sanctionem Constantini *in d.l.1.C.de bon.*
matern. prout distinguendo tempora ita explicat
Phanuc.de inuent. par.2.num.11. & clarius *Barbos.*
in d.l. post dotem. num.68.vers. item aduerto. ff. sol.
matr.

Denique quidquid esset de præmissis, vnum certo
44 certius videtur, quod ille text. †*in l.quod scitis. §.*
sin autem, habet varios intellectus, Bartolus enim,
45 & cum illo sentientes † interpretantur quod loqua-
tur, & de patre matris, & sic auo materno, & de auo
paterno, antiqui verò Doctores, & Bald. & quot-
46 quot supra connumerauimus intelligunt, †vt loqua-
tur de patre, & auo paterno, & diuersimodè etiam
47 legitur in plerisque enim Codicibus † adest dictio,
idem, in alijs vero desideratur, quæ dictio plurimum
48 confert ad intelligentiam dicti textus, †qui adeo ob-
scurus & ambiguus visus fuit scribentibus, vt Saly-
49 cet.ibi in fine affirmauerit omnes Doctores † vacil-
lare in positione casus illius legis, vnde cum apertissi-
ma sit dispositio *d.auth. defuncto. C. ad Tertullian.*
& §. si

& §. si autem plurimi. auth. de hæred. ab intest. ve-
50 *nien.* vt pater, † & mater ad totam hæreditatem fi-
lij æqualiter admittantur, & certa sit regula, & con-
51 clusio, quod bona alicui †peruenta illius, cui quæsi-
ta sunt efficiuntur, & desinunt esse, & dici illius, à
quo prouenerunt, nec detur separatio, vel distinctio
52 bonorum in eodem† patrimonio, nisi in casibus à
iure expressis, vt supra probatum fuit, non videtur
recedendum à dictis iuribus, regulis, & conclusio-
53 nibus, nec † inhærendum limitationi Bartoli, quæ
deducitur ex textu valde dubio, & fortasse correcto,
& qui varios intellectus, & lecturas recepit ab Inter-
54 pretibus, vulgatum enim est, legem quæ †varios ha-
bet intellectus, & diuersimode legitur non rectè ad
causarum decisionem allegari, iuxta theoricam eius-
dem Bartoli *in l. in ambiguo. vbi Soccin. ff. de reb. dub.*
Menoch. cons. 243. num. 56. quo argumento vtuntur
in specie *Corn. d. cons. 94. num. 4. vers. nec etiam, &*
nu. 5. vers. non obstantibus. lib. 1. & alij iam allegati.

Ad *l. de emancipatis. §. exceptis. C. de legit. hæred.*
ex qua Bartoli sectatores deducunt, quod vterinus
55 frater succedit fratri in bonis à matre profectis† ex-
cluso fratre consanguineo, respondebatur, vel non
rectè ex dicto textu desumi illud axioma, & fortasse
56 iuri esse dissentaneum, prout illud impugnant, † &
textum egregiè interpretantur *Fachin. d. lib. 6. con-*
trou. iuris cap. 5. per tot. & Barbos. in d. l. post dotem
num. 69. vers. non obstat & seqq. vel quatenus verũ
esset illud axioma procedere in successione transuer-
57 salium, nec inde aptè inferri† ad successionem ascen-
dentium, quia hæc successio prælatiua est exorbitãs,
& extraordinaria, & contra naturam vniuersalis suc-
cessionis, quæ est, vt pariter in omnibus bonis vocẽ-
tur, nec fiat bonorum distinctio, & est etiam contra
58 †omnia iura dum fingit, defunctum habere plura
patrimonia, vnde non est facienda extensio ad casus
in iure non expressos, vt supra dixi, & pulchrè do-
cuit *Castren. in auth. fratres. la prima. C. de legit.*
hæred. num. 2. quem sequuntur omnes, vt per *Fon-*
tanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 24. numer. 68.
Franch. decis. 59. num. 7. & ita etiam respondet *Bar-*
bos. in alleg. l. post dotem. num. 70. & Valentin. Fo-
ster. de success. d. lib. 7. cap. 4. nu. 20 & tangit *Fachin.*
d. lib. 6. cap. 4. vers. denique in casu nostro.

Neque obstat quod dum Vincentius donauit Do-
minico, & Francisco fratribus consanguineis, cuius
animum, & amorem nullis officijs, vel meritis sibi
deuinxerant, præsumatur donasse contemplatione
59 Petri Pauli communis patris, † & ideo hæc bona
donata tanquam profectitia ad eundem patrem solũ
spectent *§. 1. instit. Per quas person. nob. acquir. l. fi-*
lio familias. ff de cond. & demonstr. Card. Mantic. de
coniect. vlt. lib. 8. tit. 16. num. 4. Quoniam huic præ-
sumptioni aduersantur, & iuris regula, & ipsius do-
nationis verba, Iuris enim est regula, vt datum fi-
60 lio† etiam sub patria potestate existenti ipsius qui-
dem filij contemplatione, non autem patris datum
censeatur *l. fin. vbi glos. C. de vsufr. Bart. in l. filiofa-*
milias la 2. num. 2. ff. de donat. caus. mort. Cardin.
Mantic. d. tit. 16. nu. 4. & seqq. Menoch. de præsumpt.
lib. 3. præsumpt. 28. num. 17. Præsertim vbi nulla fa-
61 cta †fuit mentio patriæ potestatis, nec ipsius patris,
quo casu multo magis vera est cõclusio, vt per Doct.
allegatos, verba etiam donationis contra patrem vr-
gent, quia signanter ibi dicitur fieri ob amorem, &
beneuolentiã quibus donans dictos eius fratres pro-

sequebatur, & proinde non parentis, sed fratrum ra-
tio habita fuit.

Minus etiam Catherinæ obstare visum fuit, quod
Vincentius dixerit in instrumento, se dictam dona-
tionem facere pro conseruatione gradus, domus, &
62 † familiæ, quæ familia conseruatur quidem in patre,
non autem in matre, vnde & donantis voluntas sub
63 †sortiatur effectum patri, non autem matri debita
videantur bona prædicta donata, quoniam informã-
tes pro Catherina respondebant, causam finalem,
quæ principaliter, & primario mouit Vincentium
64 ad renunciandum, non fuisse votum † conseruandi
agnationem, sed potius ingressum Religionis, vt col-
ligitur ex proemio, vbi renuncians expressit quali-
ter diuino Spiritu ductus intendit ingredi Religio-
nem Cisterciensem, ibiq. professionem emittere, &
rursus quia dictam donationem voluit effectum sor-
tiri quatenus ipse emittat professionem, & non alias
65 &c. Causa vero † conseruationis familiæ potius di-
cenda videtur impulsiua, prout in dubio præsumitur
l. 1. §. sexum. ff. de postul. glos. in l. 2. §. fin. ff. de do-
nat. & in puncto *Rota decis. 587. nu. 4. par. 1. recent.*
& ideo cum familiæ conseruatio non fuerit causa
finalis, non potest dici de intentione donantis fuisse
vt ad ea bona vocaretur tantum pater, qui est de fa-
milia exclusa matre.

Verum aliquibus ex Dominis non arridebat
hæc responsio, quoniam ingressus Religionis suasit
66 quidem Vincentio, vt renunciaret, ac ita bonis †se
spoliaret, quo liberius pauper pauperem Christum
sequeretur, ac terrenis cogitationibus solutus inde
cælestibus totus incumberet, sed non suasit vt po-
tius fratribus renunciaret, quam alijs, & sic conser-
uatio agnationis fuit in causa, vt fratribus renuncia-
67 ret, & consequenter videtur, quod † etiam fuerit
causa finalis non autem deliberatio ingrediendi Re-
ligionem, quo potius apparet impulsiua, quia dedit
occasionem, & præcursionem adhibuit, vt mediante
renunciatione in fauorem fratrum bona conseruarẽ-
tur in agnatione, causa enim finalis propria illa est,
68 quæ †mouet principaliter disponentem, impulsiua,
quæ præbet occasionem, vt ex nostratibus docent
Bald. in l. generaliter. col. 5. num. 10. C. de Episcop. &
Cleric. Natt. cons. 609. num. 11. lib. 3. & Couar. var.
resolut. lib. 1. cap. 20. num. 2. & quamuis si Vincen-
69 tius non fuisset ingressus † Religionem non re-
nunciasset, hoc tamen non tollit quin adhuc ingres-
sus Religionis dicatur causa impulsiua ex his, quæ
post Dialecticos tradit Couar. vbi supra.

Sed esto sine veri præiudicio, votum conseruandi
agnationem fuisse causam finalẽ renunciationis, Do-
70 mini responderunt† huiusmodi rationem conseruan-
di agnationem satis suum habuisse effectum in ipsis
fratribus donatarijs, quos dumtaxat vocauit ad sua
bona Vincentius, & sic non perpetuam, & successi-
uam, sed limitatam desiderauit conseruationem bo-
norum in sua familia, nempe in personis fratrum
71 nulla enim vrgent †verba, nulla prohibitio aliena-
tionis, vel alia suadet coniectura, quod voluerit in-
ducere perpetuum fideicõmissum pro agnatis, adeo-
ut donatarij nõ potuerint illa bona transmittere ad
proprios hæredes etiam extraneos, sed fuerint gra-
uati restituere nedum patri, verum, & alijs agnatis,
qui nullibi vocati leguntur in dicta donatione, & ta-
72 men regulariter persona† extrinsecus non subintel-
ligitur, vbi verba referri possunt ad personas expresse

vocatas *l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. oblig. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact.* & in simili *Peregrin. cons. 52. n. 5. lib. 5.* & illa verba, hanc autem donationẽ facit pro conseruatione gradus, & familiæ tanquam consecutiua priori dispositioni re-
73 strictæ ad fratres donatarios, & prolata † per modũ redditionis rationis non disponunt de nouo, sed restringuntur, & regulantur, secundum eandem præ-
74 cedentem dispositionem, nec † illam ampliant, nec nouas personas introducunt ad *Dec. cons. 287. n. 11. vers. non obstat.* Rimin. iun. cons. 71. nu. 22. *Menoch. cons. 233. num. 28. Surd. dec. 9. num. 13. & 16. & Peregrin. præalleg. cons. 57. num. 5. vers. quamobrem, et num. seqq. et num. 11. et 12. lib. 5.*

Et ita Domini vtraq; parte accerrime informante
75 laudum † per egregios Aduocatos DD. Gratianum & Mandosium latum laudãtes pro matre, vt admittatur æqualiter cum patre, ad successionem filiorum responderunt, in quam eo libentius itum est senten-
76 tiam, quia causa † matris præsertim in luctuosa filiorum hæreditate magnam semper in iure visa est fouere æquitatem *l. nam et si parentibus. ff. de inoffic. testam. §. fin autem. de non eligen. 2. nub.* & matri
77 † magis debitam esse filij successionem, quàm patri, tradit *Peregr. cons. 21. num. 22. lib. 4.* & pro illa in
78 dubio iudicandum † monent *Bald. cons. 258. num. 3. lib. 3.* Dec. cons. 314. n. m. 4. & idem *Peregr. consil. 5. num. 12. lib. 2. etc.*

☞ *Confirmata fuit præsens decisio à Rota in hac causa coram eodem clar. mem. Reuerendiss. Merlino sub die 10. Maij 1626. est infra suo loco, vbi dicitur quod placuit Dominis decisio ista.*

R. P. D. PIROVANO.
Regien. Pensionis.

Lunæ 17. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Facultas transferendi pensionem, quando à Papa alicui conceditur, per huiusmodi facultatem non creatur nouum onus respectu Ecclesiæ, nec noua dicitur pensio, sed semper dicitur eadem, & quid ex hoc inferatur. Gratia ne dicatur laborare vitio subreptionis, quid narrare sufficiat, & vt ea excludatur sat est, quælibet scientia in Principe. Ecclesiam grauare noua pensione Papa in dubio non præsumitur hoc voluisse.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis translatio non dicitur noua pensio, sed semper est eadem in translatario, quæ fuit in transferente.*
2 *Pensionis transferendi gratia, quando petitur, circumscripto onere Ecclesiæ, supplicanti non est imposita necessitas narrandi extrinseca.*
Principi non sunt narranda ea, quæ non possent retrahere eum a concessione gratiæ. nu. 2.
3 *de Gratiarum multiplicitate quando agitur, an illæ sint narrandæ Papæ, quia forsitan nouas non concessisset, vel difficilius, aut non sic liberaliter. & num. 8. 9. 10. & 11.*
4 *Papæ concedenti gratiam non sunt narranda ea, quæ non inferunt nouum grauamen.*
5 *Parmen. Pensionis 15. Ianuarij 1616. coram bo. me. Remboldo, quo casu loquatur.*
6 *Papa non præsumitur voluisse Ecclesiam grauare noua pensione, ideoq. et faciẽda est mẽtio de veteri.*
7 *de Pensionis translatione, quando agitur, dicitur tractari semper de eadem pensione, non autem de nouo onere.*
12 *Subreptionis vitium vt euitetur, sufficit quælibet scientia in Principe.*
13 *Pensionis translatio facta absque productione litterarum Apostolicarum est nulla.*
14 *de Pensionis valida translatione, quando non possit dubitari, ad quemcumque effectum.*

DECISIO DLXII.

☞ RESOLVTVM fuerat standum esse in decisis sub die 26. Nouembris 1622.* vbi firmatum fuit translationem pẽsionis ducat. 200. ad fauorem D. Dominici factam esse validam.

Duo enim opponebantur validitati prædictæ.

Primum, quod in gratia transferendi concessa per san. mem. Paulũ V. Cardinali Tusco de anno 1614. 27. Nouembris non esset facta mentio alterius facultatis eidem Cardinali concessæ de anno 1608. 28. Decembris transferendi residuum fructuum eiusdẽ Præceptoriæ vsque ad summam scut. 300.

Secundum quod in eadem facultate non fuerit facta mentio alterius facultatis concessæ de anno 1614. 31. Ianuarij Bartholomæo Tusco transferendi eandem pensionem ducat. 200. de Camera, quam idem Cardinalis in eundẽ transtulerat de anno 1605. 9. Martij.

Cæterum vtraque difficultas vnica responsione tollitur, quia expressio vtriusque facultatis transferendi tam in Cardinali pro residuo quam in Bartholomæo respectu eiusdem pensionis non erat necessaria, dum per hujusmodi facultates non creatur nouum onus respectu Ecclesiæ, nec noua † dicatur pensio, sed semper est eadem in translatario quæ fuit in transferente, secundum veriorem opinionem, quam firmauit *Rota in Veronen. pensionis 14. Ian. 1613. coram D. Verospio, & in Romana pensionis 17. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Buratto*, ac demum articulo denuo discusso in hac eadem causa 9. Febr. 1624. & circumscripto onere Ecclesiæ, non est im-
2 posita † supplicanti necessitas narrandi extrinseca, quæ non pertinent ad Principis voluntatem remouendam, vt in eisdem decisionibus firmatur.

Nequè obstat, quod & si de huiusmodi facultatibus transferendi non sit facienda mentio in noua gratia, attamen negari non posse, quin agatur de
3 multiplicitate gratiarum, quæ si Papæ † narratæ fuissent, vel vltimam non concessisset, vel saltem difficiliùs, aut non in tanta quantitate *cap. super litteris, vbi Felin. num. 8. de rescript. cap. 2. de filijs presbit. in 6. cum alijs allegatis in Parmen. pensionis 15. Ianuarij 1616. coram D. meo Remboldo.*

Quia dum non agitur de nouo grauamine inferẽ-
4 do Ecclesiæ, inde colligitur mens Papæ quod † si sciuisset non se restrinxisset ad concedendam nouam
5 gratiam, neque tunc pertinent rationes † Parmen. supra allegatæ quia ibi agitur de grauanda Ecclesia Parmensi ad nouam pensionem, vt propterea si Pa-
6 pa sciuisset fuisse prius grauatam † non imposuisset nouum onus, quod idem in præsenti considerari nõ
7 potest, quia semper agitur † de eadem pensione, & onere, non autem do nouo addendo.

Et nihilominus si etiam puram voluntatem Papæ atten-

attendamus non etiam se à præsenti gratia reuersio
8 nis abstinuisset, nam quoad † gratiam, quæ tangit secundum obiectum scilicet Bartholomæi de transferendo pensionem ducat. 200. nō narratam per Cardinalem in dictis suis litteris 27 Nouembr. 1614. dum obtinuit, quod per dicti Bartholomæi obitum, vel priuationem, aut de eius consensu, vel alias quomodocumque cessaret pensio eidem Cardinali non autem Maffeo Titulari cederet, aut accresceret, quia non concurrit, cum gratia obtenta per Bartholomeū
9 transferendi pensionem, quam obtinebat, † sed respiciebat tantummodo interesse Titularis, qui in casibus narratis poterat prætendere pensionem sibi accrescere, e inde voluntas Papæ contraria conijci nō poterat, & si dicatur, quod hoc modo eadem pensio erat transmissibilis in duabus personis, nempe in Cardinali, & in Bartholomæo, quod si Papa sciuisset, vel recordatus fuisset de prima gratia concessa Bar-
10 tholomæo, † non multiplicasset gratias in eadem specie, & quantitate, patet responsio, & quidem clara, nam nedum in gratia reuersionis pensionis per obitum, vel delictum Bartholomæi, quæ fuit concessa Cardinali 27. Nouembris 1614. continetur gratia transferēdi pensionem quam obtinebat Bartholomæus, & quam idem poterat transferre ex alia gratia sibi per Papam concessa: Sed hæc facultas transferendi fuit etiam concessa Cardinali 20. Iunij 1627. de quo tēpore Bartholomæus iam erat mor-
11 tuus, nēpe de anno 1616. & facta mentione † mortis eiusdem Bartholomæi; Vnde cessat concursus eiusdem gratiæ in personis duorum, ex quo Cardinalis potuit & voluit iuuari vtroque indulto intransferenda pensione, & de tempore quo Bartholomæus iam erat mortuus.

Similiter quoad gratiam, quæ respicit primum obiectum, nō etiam Papa se abstinuisset, quia ex narratiua intellexit in genere saltem iam Cardinali fuisse concessam gratiam transferendi residuum fructuū eiusdem præceptoriæ vsque ad summam scut. 300. vt in decisione quæ reuidetur fuit firmatum & eo casu
12 sufficere † quamlibet Papæ scientiam ad excludendum subreptionis vitium *Caputaq. dec. 49. ad finem par. 1. 296. par. 2. & 217. par. 3.*

Neque obstant considerationes deductæ in replicatione, quia quicquid fit ad tollendam specificam scientiam, An possit deseruire, quo verò ad genericā remouendam non concludere visum fuit.

13 Demum non obstat nullitas † translationis sæpè allegata ex capite non præsentationis literarum facultatis transferendi coram Prælato, quia alias ex facto fuit dictum cessare, & vera fuit responsio, quia ex ipso actu translationis, qui datus fuit apparet in eo contineri, & inserta esse Breuia facultatum transferendi, & translationem factam fuisse corā R. P. D. Caballo Prælato in Dignitate constituto, iuxta for-
14 mam eorumdem concessionum, † itaut dubitari nō possit de valida translatione ad quemcumque effectum. *Put. decis. 245. in nou. num. 2. lib. 3. Crescen. decis. 2. de offic. deleg. Rota decis. 689. num. 4. part. 4. diuers. & in Aquilegien. fructuum 14. Iunij 1599. coram bo. me. Litta.*

Et ita fuit resolutum &c.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 26. Nouembris 1622. coram eodem bo. me. Pirouano, est in præcedenti Tomo decisio 432. vbi annotaui alias decisiones in hac causa emanatas.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana de Patritijs.

Ven. 21. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Legatum est perpetuum, & non temporale, quando in eo nulla legitur conditio, nam, & in dubio perpetuum præsumitur, & testator censetur legare omne ius, quod habet in eo. Legata plura, quando vni relinquuntur, tunc conditio in aliquo ex eis adiecta an censeatur in cæteris repetita. Et aliqua habes circa naturam quarumdam dictionum repetitiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum non temporale, sed perpetuum in dubio præsumitur.*
2 *Testator in dubio censetur legare omne ius, quod habet in re legata.*
3 *Legata plura, quando vni personæ fiunt, conditio in vno apposita, censetur in alijs repetita.*
4 *Sed hoc intellige verum, quando de hoc apparet ex coniecturata mente testatoris.*
5 *Dictio, quoad, denotat temporis procesionem.*
6 *Dictio quoad, idem importat, quam dictiones donec, quandiu, & quousque.*
7 *Dictiones, donec, quandiu, & quousque denotant temporis processionem.*
8 *Legato annuo conuenit etiam temporis processio, ex quo tot sunt legata, quot sunt anni.*
9 *Dictiones repetitiuæ, non repetunt in casibus in quibus regulariter non fit repetitio.*
10 *Repetitio vbicumque fit, intelligitur si æquè congruat omnibus.*
11 *Conditio posita in Legato annuo, non censetur repetitam in legato perpetuo & nu. 12.*
13 *Clausula in fine posita licet regulariter referatur ad omnia præcedentia, hæc tamen regula non potest referri ad conditionem.*
Conditio non est clausula, quæ de per se subsistat, sed est quædam qualitas siue adiectio, quæ dispositioni accedit num. 13.
14 *Conditio adiecta legato in fine testamenti si assereretur, vt ad omnia legata esset referenda, hoc esset ridiculum, & puerile.*
15 *Repetitio tacita sicuti fit ex coniecturis sic illa cessat per coniecturas contrariæ voluntatis.*
16 *Testator id, quod non expressit, non præsumitur voluisse.*
17 *Dictiones repetitiuæ sunt interpretandæ secundum subiectam materiam.*
18 *Rationes fortiores sunt attendendæ.*
19 *Dictio, præterea, quid importet.*
20 *Dictio, pariter, quid significet.*
21 *Mobilia etiam prætiosa vsu consumuntur.*
22 *ex Actu vno non bene infertur ad diuersum, & maxime ad effectum, vt quis dicatur sibi præiudicasse.*

DECISIO DLXIII.

FVIT resolutum prælegatum mobilium factum per bo. mem. Solderium Constantino filio, tūc Clerico Cameræ, qui postea fuit Thesaurarius generalis, esse perpetuum, non autem temporale, quia
1 † cum in eo nulla legatur conditio, tale præsumitur,

Felin.in c.literis, numer.9. vers.si autem de constit. Menoch.præsumpt.109.num.9. lib. 3. Testator enim.
2 in dubio censetur legare † omne ius, quod habet in re, *l.qui vxori §.fin.ff.de aur.& arg.lega. Dec.cons. 454.num.11.& cons.653.num.4. latè Card. Mant. de coniect.lib.2.tit.2.num.5.Surd.cons. 118. nu.14. & seq.vol.1.& cons.471.nu.7. lib 4.*

Non obstat quod prædictum prælegatum scut. m. fuerit temporale videlicet, quoad D. Constantinus vixerit, & in d. seu maiori dignitate perstiterit, &
3 propterea quando vni personæ plura legata † fiunt, conditio in vno apposita, censeatur in alijs repetita, *Bart.in l.in repetendis num.1.vers.breuiter omnes, ff de legat.3.* Quia fuit responsum tenere contrariũ ex allegatis *per Surd.cons.471.numer.36. & 37.& opinio Bart.* non simpliciter procedit, sed quando
4 † adest coniecturata mens testatoris, vt latè per *Mãtic. vbi sup. num.20.& seqq.* Et in hac facti specie cessat omnis difficultas, quia in primo legato testator dixit, quod legebat scut. 1000. annua D. Constantino, quoad vixerit, & in eadem, vel maiori dignitate permanserit, quæ non conueniunt legato mobilium, & ideò cessat repetitio, dictio enim,
5 † quoad, denotat temporis processionẽ, *Castr.col.2. in princ. Alex.col.2.ante fin in l.1.C.de legat.Surd. cons.319.num. 16.lib 3.* & idem importat quod di-
6 ctio, † donec, quandiù, & quousque, *Vulpell. de præposit. aduer. signif.in verbo quidni, vers. quoad, pag. 95.* quæ dictiones pariter important temporis
7 processionem, † & in specie de dictione, donec, *Castr. loco alleg. Ruin cons.42.num.6.vol.2. Natt.cons.459 numer.16.* & in nostris terminis considerat *Surd. cons.471.num.39.vol.4.*

Ex quibus sequitur, quod licet ista temporis processio conueniat legato annuo scut. 1000. ex quo
8 tot sunt legata, † quot anni, vt in puncto aduertit, *Surd.alleg.cons. 471.num.39.* Non tamen conuenit legato mobilium, quia illa conditio, quoad vixerit, & in eadem, vel maiori dignitate permanserit non extinguit legatum, sed impedit originem, scilicet impedit legatum ne producatur in esse; & propterea, si subintelligeretur in legato mobilium, extingueret legatum iam factum, & sic cum ista conditio non congruat vtrique legato, vel si congruit, non tamen per eumdem modum, & vniformiter, sed
9 modo diuerso, etiamsi, † adsit dictio repetitiua, immo, non repetit in casibus, in quibus regulariter est repetitioni locus, *Bart in l.repetendis, col.2.vers. item aduerte, ff.de legat.3.* vbi dicit, quod vbicunq.
10 repetitio fit, † intelligatur si congruit æquè omnibus, *Bart.cons.48.per tot.lib.2.* qui loquitur de legato alimentorum facto donec vixerit, & de legato pannorum lini, & lanæ, *Cuman.cons.47.* qui loqui-
11 tur de legato annuo, † & negat conditionem esse repetitã in legato domus, eleganter *Surd.in d.cons. 471. num.39 lib.4. Mantic.de coniect.vlt.volunt.d. lib.10.tit.6.num.36. Peregr.de fideicommiss.art.16. num.11.vers.ex bis infertur, & numer.14. qui alios cumulat.*

Non obstat, quod adsit tertium prælegatum habitationis, factum vita naturali durante, vnde ista conditio debeat censeri repetita in secundo legato,
12 † & in hoc casu non videantur intrare prædicta. Nã fuit responsum hoc non esse verum, *vt docet Bart. in l.plures vltima, vers.si enim illa, ff de reb.dub. Felin.in c.causam q.18.numer. 4. vers.limita 4. de rescript. Abb.in c.secundo requiris, nu.11. de appellat. Capic.dec.108.n.12.vers.& ideo, Curt. Sen. cons.63. numer. 11. vers.quinto respondemus, Alex.cons.48. num.8.lib.1.& latius cons.158.numer.7. & 8.lib.6. Pereg. de fideicom.art.16.num.11.vers. ex bis infertur, & num.14. & benè Cardin. Mantic.loco sup. citato num.22. vers.secundo notandum est,* vbi quod
13 licet clausula in fine posita † regulariter referatur ad omnia præcedentia, hæc tamen regula non potest referri ad conditionem, quia conditio non est clausula, quæ per se subsistat, sed est quædam qualitas siue adiectio, quæ dispositioni accedit, alioquin se-
14 queretur, quod conditio adiecta † legato relicto in fine testamẽti deberet ad omnia legata referri, quod esset ridiculum, & puerile, *vt dicit Socin.iun. consil. 128. num.100.cum seqq.lib.1 per l.filium, ff.quand. dies legat ced.*

Et quod prædicta vera sint satis patet, quia, sicuti
15 tacita repetitio fit ex coniecturis, † similiter illa cessat per coniecturas contrariæ voluntatis, *l. licet Imperator, ff.de legat.1.& l. Iulius Paulus 80. ff. de condit.& demonstr.Card.Mantic.in puncto de coniect.vlt vol. loco alleg.num 22.* In hoc autem casu adest inuincibilis coniectura, quia in primo legato adest conditio, in secundo nulla affertur, in tertio nõ solùm adest conditio, sed etiam repetitur conditio primi legati ibi Illustriss. D. Cõstantino Patritio reliquit etiam iure prælegati habitationem sua vita naturali durante in d. appartamento, in quo de præsenti existit, cum habitatione suorum familiarium, prout de præsenti gaudet, si, & quatenus, & quandiu dictum officium in sui personam obtinuerit, vel etiã ad maiorem dignitatem promoueatur. Nam si dictum officium sponte, vel coactè venderet, & cecidisse dicatur à commodo dictæ habitationis, & succed.t in dicta habitatione, prout alij fratres, & tunc etiam cesset prælegatum prædictorum annorum
16 scut. 1000 & pro infecto habeatur, † quare, si idem voluisset de legato mobilium, expressisset, *l. vnica, §. sin autem, ff.de caduc.tollen.Tiraq.in l.si vnquam, in verb.libertis, num.3.C.de reuocan.donat.Aym. cons. 161. nu 8.Becc.cons.1.num. 14. & in puncto Card. Mant.loco alleg.num.20. in fin.*

Non obstant dictiones, præterea, ptriter, quia, licet
17 istæ secundum subiectam materiam † aliquando sint in causa, quod cẽseatur facta repetitio, *vt per Card. Mantic.vbi sup.num.20.* Tamen cessat repetitio in
18 hoc casu ex rationibus supra ponderatis, † quæ tãquam fortiores attendendæ sunt, iuxta notata *per Abb in c.1.num.13.in fin.& n.52.de constit.* & ideo censeri debent repetitiuæ actus legandi, non autem conditionis, vt bene ad propositum Bero. loquens
19 † de dictione præterea, *cons.90.num.12.lib.2. & de dictione, &, Bart.in l si is 13. §.verum num.5. vers. si verò duæ orationes, ff. de reb. dub.* & de dictione & in pariter, habetur *in l si pariter, ff.de liber. caus. & in*
20 *l.2.ff. comm. diuid.* vbi quod ista dictio † importat quod simul legat, *Rebuff.in l.paries 157. vers. sic. de aduerbio, ff.de verb. signif.*

Non obstat cõiectura, quod omnes erant fratres,
21 & quod mobilia erant preciosa, quia † etiam mobilia vsu consumuntur, & licet adessent aliqua preciosa, quæ poterant conseruari, tamen ex prædictis constat de clara mente testatoris.

Non obstat concordia inita inter fratres, in qua fuit actum, quod bo.me. Constantinus haberet apparta-

partamentum à patre relictum, & mobilia, & quod inuentarium dictorum bonorum insereretur in instrumento concordiæ; quia hoc potuit fieri ad agno-
22 scendum, † quæ essent mobilia D. Constantij, non autem ex hoc potest inferri, quod vel ipse agnouerit legatum pro temporali, aut quod renunciauerit dicto legato perpetuo.

Et ita conclusum.

REVERENDISS. D. COCCINO.

Romana Pecuniaria de Querris.

Mercur. 26. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Filij familias obligatio pro eximendo patre a carceribus valet, & tenet, etiamsi sit carceratus pro debitis, nec potest prætendere quamuis sit minor restitutionem in integrum & quid si sit enormissimè læsus, & amplia supradicta in casu, quo filius se obligauit ad effectum liberandi patrem ab imminenti carceratione. Frater in subsidium, dum pater paupertate premitur, tenetur dotare sororem, & quid in concursu cum matre.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias non solum potest fideiubere pro patre, sed etiam pro extraneo.*
2 *Filiofamilias fideiubenti pro alio succurritur per viam restitutionis in integrum.*
3 *Filiusfamilias dum fideiubet pro exarcerando patre, tunc non restituitur in integrum.*
4 *Quod procedit etiam si pater esset carceratus pro debitis.*
5 *Filiusfamilias fideiubens pro patre, ad effectum ne carceretur, non restituitur in integrum.*
6 *Filius, vbi de defensione patris agitur, non restituitur in integrum ob fideiussionem ab eo præstitam.*
7 *Filius fideiubendo pro excarceratione patris dicitur pietatis officium exercere.*
8 *Filius dicitur exercere officiũ pietatis dum fideiubet, ne eius pater carceretur.*
9 *Filius non cogitur præcisè liberare patrem à carceribus, sed solummodo sub comminatione exhæredationis.*
10 *Decis. 63. part. 2. recent. quo casu loquatur.*
11 *Filius dum non obligat se pro excarceratione patris lex abhorret hanc ingratitudinem.*
12 *Filij obligatio pro excarcerando patre, tenet.*
13 *Filius minor obligando se pro patris excarceratione & si sit enormissimè læsus est audiendus.*
14 *Pater dum non valet dotare filias, hoc onus in subsidium spectat ad fratres.*
15 *Dos scutorum mille his temporibus non est sufficiens pro dote nobilis puellæ.*
16 *Fratres in subsidium tenentur dotare sorores, quia fratres sunt.*
17 *Mater in concursu cum patre tenetur dotare filiã.*
18 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. tollit iuramentum, & habet locum in omni contractu in quo minor, vel mulier lædi possunt.*
19 *Læsio minoris eò ipso probatur, quod ipse fideiussit.*
20 *Filius fideiubendo pro patre, vt liberet eum ab imminenti carceratione, non dicitur læsus, cum ista sit iusta causa carcerationis.*
21 *Minor an fuerit læsus, necnon attendi debet tempus contractus, quidquid postea euenerit.*
22 *Causæ plures, quando sunt copulatiuè narratæ, sufficit, vt vna subsistat ad validitatem obligationis.*

DECISIO DLXIV.

CVM bo. mem. Ioannes Baptista de S. Petro esset ære alieno grauatus erga DD. Anibalem, & Franciscum de Querris in summa scutorũ 13400. inter quæ computabantur scuta 8450. quorum erat debitor occasione residui dotis D. Catherinæ eius filiæ, vxoris prædicti D. Francisci Querri de anno 1621. filij prædicti Ioannis Baptistæ, videlicet Dominus Io: Antonius I.V.D. 23. D. Aloysius 20. & D. Felix pariter 17. annis completis se principaliter, & insolidum obligarunt pro patre. Hinc dubitaui, an obligatio substineretur, & licet dicti fratres non controuerterent se teneri ad debitum dotis, nihilominus ex abundanti fuit dictum pro omnibus teneri.

1 Ratio resolutionis fuit, quia filiusfam. † non solum potest fideiubere pro patre *ad l. 1 C. de fil. famil. min.* sed etiam pro extraneo *l. si dubitet §. fin. ff de fideiuss. l. fil fam. C. eod. Rota coram san. mem. Greg. XV. dec. 120. Rota decis. 580. & decis. 674 part. 1. in recent. & decis. 485. par. 2. in recent. & decis. 65. apud Modern. super cap. 151. ad Statut. Vrb.*

2 Non obstat quod in his casibus succurritur † minori per viam restitutionis in integrum *Socin. iun. cons 47. num. 6. lib. 4. Cephal. cons. 348. numer. 10. Afflict. decis. 322. num 7. & seqq Odd. de restitut. in integr. part. 2. quæst. 54. art. 2. num 4 Surd. cons. 66. nu. 2. lib. 1. & cons. 87. lib. eod. & fuit dictum in causa Anconitana dotis 27. Nouembris 1598. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, & in causa Bononien. censcus 17. Martij 1608. corã Reuerendiss. Lugdunen. quæ est decis. 56. apud Modern. sup. Stat. Vrbis, & præcitata decis. coram san. me. Greg. XV.*

Nam fuit respõsum, quod causa fideiussionis fuit, vt pater ab imminentibus executionibus liberaretur, & sic à periculo ne in carceres detruderetur; Vnde
3 † sicut cessat restitutio, quando filius pro excarceratione patris fideiubet *Alber. in l. 1. circ. med. Salic. nu. 4. Castr. num. 2. Aret. in fin. Corn. circa princ. C. de fil famil. min. Afflict. super Constitut. Regni*
4 *lib. 2. rubr. 38. num. 18.* Quod procedit etiã, † quando pater est in carceribus pro debito *Castr. cons. 52. circa fin. par. 2.* Ita etiam dicendum est non esse lo-
5 cum restitutioni, quando fideiussio filij est † ad effectum, ne pater carceribus astringatur, cum filius,
6 vbi de defensione patris agitur, non restituatur † aduersus fideiussionem præstitam *gloss. in l. exigendi in verb. condemnatione, vers. vel melius dic. C. de procurat. quam sequitur ibid. Salic. sub num. 14. vers. & ad id, quod de restitutione dicebatur*, & adstipu-
7 latur, † quod filius fideiubendo pro excarceratione patris dicitur pietatis officium exercere. *Aret. in d. l. 1. circa med. vers. 2. noto C. de filiofam. min.* quæ ratio pariter viget in filio fideiubente ad impediendũ,
8 ne pater carceretur; † & ita in puncto per rationes prædictas *fuit resolutum coram san. mem. Gregor. in d. decis. 120. num. 7. & seqq.*

Non obstat quod *auth. si captiui. C. de Episc. &*
9 *Cleric.* ex qua prædicta † opinio elicitur, non compellat præcisè filium ad liberandum patrem, sed solummodo sub comminatione exhæredationis, & sic
10 † etiam loquatur *decis. 63. par. 2. & considerauit Rota in d. causa Bononien. census coram Reuerendiss.*

 Lugdu-

Lugdunen. Quia fuit responsum quod ex ratione il-
11 lius† auth. mouentur DD. ad dicendum quod filius potest se obligare pro excarceratione patris, cum lex abhorreat istam ingratitudinem, itaut statuat
12 patrem posse exhæredare filium, † & propterea nō immeritò dicunt, quod obligatio pro excarcerando patre facta per filium teneat.

Non obstat quod indicta *Bononien. census coram Reuerendiss. Lugdunen.* subdatur, quod postea Rota in dicta causa coram S.M.Greg. censuit minorem
13 esse audiendum super † ænormissima læsione. Quia in hoc casu non potest considerari læsio, dempta enim partita dotis, aliæ non videntur considerabiles pro constituenda enormissima læsione, quæ nec minus potest considerari respectu obligationis pro do-
14 te, quia si pater non dotasset filiam in vita, † onus dotandi spectabat ad fratres, cum non haberet vnde se aliunde dotaret *gloss. in l. cum plures §. penult. in verb. alio patre ff. de administrat. tut. gl. in l. non omni in verb. nulla ratione C. eod. Abb. consil. 12. n. 5. vers. septimum dubium lib. 1. Molin. de primogen.*
15 *Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 7.* scuta enim mille † relicta pro dote in fideicommisso notum est, quod his temporibus sufficientia non sunt pro dote puellæ nobilis, & hoc procedit etiam quod omnia bona prouenerint ex fideicommisso transuersali, quia in isto
16 casu frater diues † tenetur dotare sororem *Molin. loco præcitato n. 57. & seqq. Abb. d. cons. 12. num. 5. vers. 2. capite tenetur, & fuit dictum in causa Bononien. pecuniaria* 28. *Iunij 1601. coram me.* Neque
17 hic esset agendum quod mater in concursu † cum fratre tenetur dotare filiam *Molin. vbi supra num 68* quia tunc temporis mater erat mortua, & hoc etiā est verum, quando diuitiæ superabundant, vt idem considerat, & alij allegati coram me in prædicta Bononien. pecuniaria.

Non obstat Statutum Vrbis cap. 151. lib. 1. quod
18 tollit iuramentum, & † habet locum in omni contractu, in quo minor, vel mulier lædi potest, *vt in decis. 333. coram san. mem. Greg. & ibi Adden.* Quia aut opponitur de solemnitatibus à statuto requisitis & interuenerunt, & hoc non controuertitur, aut opponitur de causa legitima, & pariter interuenit: Nā
19 † & si verum sit quod læsio probatur eo ipso quod quis fideiubet. *Alex. in l. nam & postea §. si minor num. 10. in fin. ff. de iur. iuran. Sōc. iun. cons. 48. n. 7. lib. 4. cum alijs per Odd. vbi supra art 3. numer. 7. & par. 1. quæst. 36. art. 2. & 3. num.* 30. tamen ista conclusio non procedit, quando filius fideiubet pro li-
20 berando patre ab imminenti † periculo carcerum. Quia ista est causa iusta obligationis ex supra deductis.

Minus obstat, quod Ioannes Baptista promiserit releuare indemnes filios, & propterea fuit dictum fideiussionem non tendere in damnum, aut præiudi-
21 cium ipsorum filiorum, quia † sufficit hoc fuisse verum de tempore obligationis, licet postea casu euenerit obitus Ioannis Baptistæ. *Rota apud Modern. super cap. 151. ad Stat. Vrb. decis. 10. nu. 4 & coram S.M. Gregor. decis 406. num. 8. cum seqq. & num* 61. & cum plures causæ fuerint cumulatiuè narratæ suf-
22 ficit, † quod vna subsistat ad validitatem obligationis. *Menoch. cons. 385. num. 1. Seraph. decis. 1432. num.* 9.

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante.

Confirmata fuit præsens decisio in eadem causa coram eodem bo. mem. Coccino sub die 9. Decembris præsentis anni 1624. est infra suo loco.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Pecuniaria.

Mercur. 26. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Procurator, seu quilibet alius administrator alienando ea, quæ sunt fructifera sine mandato Domini, tenetur ipse ad solutionem fructuum, perinde ac si ea non essent alienata. Administrator omnis condemnatur in eo, in quo Dominus damnificatus est ex mala, vel negligenti administratione. Mora licet sit necessaria pro consecutione interesse, tamen quando id non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Procurator alienans bona fructifera sine mandato Domini, tenetur ad interesse ad rationem fructuum, perinde ac si non essent distracta.*
2 *Administrator omnis tenetur non solum de commissis, sed etiam de neglectis.*
3 *Administrator omnis condemnatur in eo, in quo Dominus est damnificatus ex mala, vel negligenti administratione.*
4 *Procurator emens aliquid ex pecunijs Domini, et ad eius vtilitatem, si sibi dispositionem eius reseruauerit, censetur reseruare eam, vti procurator.*
5 *Procurator ex facto proprio non potest damnificare Dominum.*
6 *Litteræ, quæ non sunt recognitæ non probant.*
7 *Litteræ missiuæ non suffragantur circa ea, quæ non exprimunt.*
8 *Procurator dum interim non adimplet mandatum de soluendo alicui, non potest bona distrahere, et tenere ea ociosa penes se.*
9 *Procurator non tantum tenetur de commissis, sed etiam de neglectis, et num.* 10.
11 *Interesse non debetur sine mora.*
12 *Interesse, quando petitur ex aliquo facto minus legitimè gesto, tunc perperam quæritur an adfuerit mora.*
13 *Interesse debetur probatis requisitis Pauli de Castr. in l. 3. ff. de eo, quod cert. loc. petit.*

DECISIO DLXV.

DOMINI dixerunt Zeccadorum teneri ad interesse ad rationem fructuum locorum montium, moti sunt, quia dictus Zeccadorus non potuit alienare loca montium empta ex pecunijs Dominorum de Monteacuto, & ad eorumdem Dominorum de Monteacuto vtilitatem in ipsorum præiudicium absque speciali mandato, ideoq; cum ea alienauerit
1 †tenetur ad interesse ad rationem fructuum dictorum locorum, iuxta *text. in l. si mandauero. §. sed Iulianus. in fin.* ibi, æquissimum est mandati iudicio præstari, quanti eius interfuit rem emptam haberi, *ff. mandati, et in l. si sine. §. Modestinus. de administr. tut. l. qui aliena, et ibi glos. ff. de neg. gest. Hond. consil. 39. num 4. et cons. 82. num. 19. lib. 2.*

Quod procedit in quolibet administratore, omnis enim

2 enim administrator †tenetur non solum de commissis, sed etiam de neglectis, *Socc.iun.cons.2.num.13. lib.1. Ceph.cons.429.nu.25.lib.3. Menoch. cons.863.*
3 *num.11.* & condemnatur in omni † eo, in quo Dominus est damnificatus ex mala, vel negligenti administratione, *Bart. et alij in l.2. ff.de neg.gest. Hõded.d.cons.82.nu.20. lib.2. Menoch. d.cons.863. numer.12.Rota Ianuen.decis.80. num.4.*

Nec obstat, quod Zeccadorus in emptione reseruarit sibi omnimodam eorumdem locorum dispositionem, quia cum ex propria eius confessione con-
4 stet, quod dicta loca emit ex pecunijs † Dominorum de Monteacuto, & ad ipsorum vtilitatem, censeri debet sibi dictam dispositionem reseruasse vti procuratori dictorum DD.de Monteacuto, vt in similibus terminis fuit dictum *in Romana census 18. Iunij 1622.coram* R.P.D.*meo Pirouano*, *& in Romana de Albertonijs* 14. *Decembris* 1620. *coram* R. P.D.
5 *meo Vbaldo*, atque ita non potuit vigore † dictæ reseruationis disponere de dictis locis in præiudicium Dominorum de Monteacuto, sed tantum iuxta eorum voluntatem & ordinem.

Nec subsistit quod dicitur, quod Zeccadorus habuit mãdatum à dictis DD. de Monteacuto ad vendendum dicta loca, quia litteræ ex quibus scriben-
6 tes pro Zeccadoro conantur dictum † mandatum elicere, non sunt recognitæ, ideoque non probant, *auth.atsi contentus, & ibi glos.& Doct. C.de fid. instrument.Bero.cons.126.num.11.lib.3.* & quatenus essent recognitæ, non possent suffragari Zeccadoro,
7 quia in dictis litteris minimè † ei mandatur quod vendat dicta loca, sed tantum quod residuum crediti soluat Taurinis, & sic videtur potius habuisse in mandatis quod consignaret Taurinis eadem loca, in quibus tunc reperiebatur inuestitum creditum.

Et in omnem euentum quia non fuit simpliciter
8 demandatum Zeccadoro quod † solueret dictum residuum Taurinis, sed sub certis conditionibus, quæ nunquam fuerunt per Taurinos adimpletæ, vnde etiam Zeccadorus noluit ipsis dictum residuum soluere, non debebat interim, & donec dictæ conditiones adimplerentur, & sic tempus solutionis faciendæ adueniret, Zeccadorus dicta loca distrahere, & pecunias otiosas penes se retinere, quod cum fece-
9 rit, †tenetur ad interesse, quia vt dictum est tenetur non solum de commissis, sed etiam de neglectis, *Honded.d.cons.82.num.20.lib.2.cum ibi alleg.*

Quod & tanto magis videtur dicendum, quia non constat fuisse dictum mandatum à Zeccadoro acceptatum, quinimo ex litteris ab ipso ad dictos DD. de Monteacuto conscriptis, quorum copia datur Summar.num 6. apparet quod apertè recusauit parere dicto mandato, nisi ipsi etiam transmitterentur per Taurinos validæ quietantiæ pro alijs pecunijs prius per eum dictis Taurinis solutis, nec propterea po-
10 test prætendere, † quod dicta loca distraxerit in executionem dicti mand.ti; sed plenè apparet ea fuisse absque causa saltem rationabili distracta.

Et ex his patet etiam responsio ad alia per Scribentes pro Zeccadoro deducta, & præsertim quod non fuit in mora soluendi Taurinis dictum residuum
11 †sine qua interesse non debetur, quia interesse quod prætenditur, non prætenditur ratione moræ, sed quia
12 Zeccadorus absque causa, † & mandato distraxit loca, & pecunias penes se otiosas retinuit in præiudicium Domini, ad cuius vtilitatem dicta loca fuerunt empta.
13 Constat etiam de† requisitis *Castrens.in l.3.ff.de eo quod cert. loc.* eo ipso quod constat pecunias fuisse in dictis locis inuestitas &c.

In hac eadem causa infra in sequenti parte habentur duæ decisiones, nempè sub diebus 7 Iunij 1627. & 8. Iunij eiusdem anni coram bon.mem. Coccino, sunt decisiones 80.& 103.

REVERENDISS. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Cordubeñ Pecuniaria.

Lunæ 1. Iulij 1624.

ARGVMENTVM.

Sententiæ executio citra difficultatem dicitur excessiua, quando fuit facta pro maiori quantitate, & tempore, quam in ipsa sententia fuit expressum, & quid si virtualiter in ea id continebatur, ad hunc tamen effectum talis virtualis expressio non potest colligi, quando ipsa sententia restringit se ad certum tempus, & certam summam &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quod fuerit excessiua, quando non possit dubitari.*
2 *Sententia, quando est nulla in parte, est etiam nulla in totum ratione indiuiduitatis.*
3 *Sententiæ executio non dicitur excessiua, licet fuerit facta pro maiori tempore, & quantitate in sententia expressa, quando id ea virtualiter continebatur, & num 4.*
5 *Sententia si sit restricta ad certum tempus, non est facienda extensio ad maius tempus præter in ea expressum.*
6 *Sententiæ sunt strictiiuris, ideoq. in eis non ita facile admittitur extensio.*
7 *Sententia lata sine citatione dicitur nulliter lata.*
8 *Sententia lata à Iudice postquam à Superiore fuit inhibitum, est nulla ex defectu iurisdictionis.*
9 *Executio sententiæ facta pendente appellatione est nulla, & attentata, & nu. 10.*
11 *Appellatione pendẽte gesta, sunt nulla, & attentata.*
12 *Executio, quando est nulla, & attentata, nullatenus potest negari, quin etiam adsit grauamen mixtum cum delicto.*
13 *ex Attentatis resultat delictum.*

DECISIO DLXVI.

PRÆSENS dubium An tamen constet de grauamine Iudicum exequutorũ, fuit propositũ die 18. Martij præteriti, * & affirmatiuè pro informañ resolutum, sed quia pars de Cardenas, quæ tunc informare recusauit, quamuis pluries citata resolutioni prædictæ non acquieuit, & obtinuit super ea audiri. Ideo reproposito per me dubio, Domini censuerunt standum esse in decisis ex rationibus, & fundamentis adductis in decisione, & maximè quia cum sententia Iudicum exequutorum concorditer condemnauerit Nicolaum Rodriquez, & successiuè Alphonsum de Lara eius fideiussorem pro medietate fructuum Capellæ, de qua agitur ab anno 1584. vs-

que

que ad diem 30. Augusti 1589. vt in summ. dato in alia positione num. 3. & nihilominus exequutio fuerit facta à dicto anno 1583. vsque ad annum 1590. vt in d. summ num 7. & 10. non potest dubitari quin
1 fuerit excessiua quasi facta pro † maiori quantitate, & tempore contentis in dd. sententijs, & proinde exequutio in totum vitietur, vt in *decis.* 198. 480. *num.* 1. *coram Gregorio XV. cum alijs adductis in*
2 *decis.* vbi nec quod ratione † indiuiduitatis potest sustineri pro parte debita in decis. alleg.

Neque obstare videbatur responsio exaduerso adducta, quod nempe executio non esset excessiua licet facta pro maiori tempore, & quantitate conten.
3 † in sententijs ex eo quia in illis virtualiter continebatur condemnatio ad fructus maturatos, & maturan. vsque ad diem obitus Nicolai Rodriquez debi-
4 toris, quamuis † in sententijs id non esset expressum *ex Peregr. cons.* 46. *lib.* 4. quia fuit responsum, id non procedere in præsenti casu, in quo sententiæ se-
5 restringunt ad † certum tempus, & diem nempe ab anno 1583. vsque ad diem 31. Augusti 1584. & ma-
6 ximè cum sint stricti † iuris, & non extendantur vltra expressa in eis, *ad tex. in l. Paulus respondit la seconda. ff. de re iudic. Aym. cons.* 10. *num.* 3. *& cons.* 188. *num.* 6 *Castren. cons.* 293. *num.* 4. *lib.* 1. *Seraph. decis.* 831 *num* 5.

Vlterius in ista causa fuerunt lata duo decreta liquidatoria à prouisore, & tria à Synodalibus Cordubern. & vt dicitur in decisione non solum fuerunt
7 lata absque citatione, & sic † nulliter ad *tex. de vnoquoque. ff. de re iudic.* sed cum fuerunt lata absque iurisdictione qua defecerat propter inhibitionem emanatam à Synodali Toletano Delegato Apostoli-
8 co coram † quo lis pendebat & inhibitio fuit præsentata die 6. Nouembris, & sic per 8. dies ante prolationem secundi decreti Synodalium *l.* 1 *C. si à non competent Iudice, cum alijs in decisione relatis.*

Tum etiam quia à dictis decretis fuerat pro parte Petri hæredis Alphonsi appellatum, vt in d. summ. num. 6. & 7. & tamen appellatione non obstante
9 † fuit facta dicta exequutio, vt in dicto summ. nu. 7.
10 & 10. & sic dicta executio fuit nulla, † & attentata quod nolebat admittere pars aduersa fuisse contentum, & expressum in decisione. Cum sit clarum,
11 quod facta post appellationem, † & inhibitionem fuerint nulla, & attentata, vt per *Lancell. & Rot. in locis in decisione allegatis*, & sic non solum apparet de grauamine in exequutione ex superius adductis,
12 sed etiam de exequutione attentata, † & nulla in quo nullatenus potest negari, quin etiam consistat
13 grauamen † mixtum cum delicto quod resultat ex attentatis, vt per *Lancell. de attent. par.* 1. *in præfat. num.* 83. *&* 104. *in* 2. *part. de attent. lit. pend. cap.* 4. *ampliat.* 5. *num.* 2. *Mantic. decis.* 167. *num.* 4.

Decisio hæc in præsenti causa emanata sub die 18. Martij præsentis anni 1624. coram eodem bon. me. Patriarcha Manzanedo, est supra in hoc Tomo decis. 522. & infra habetur altera die 31. Iulij pariter huius anni 1624. est decisio 569.



REVERENDISS. PIROVANO.

Calaguritana Contributionis.

Lunæ 1. Iulij 1624.

ARGVMENTVM.

Clerus, dum se opposuit, causamq. in Rota introduxit contra Episcopum, eo quia nonnulla statuta contra eum promulgauerat, si ad effectum substinendi, & defendendi litem Clerus intendat se congregare, an Episcopus validè se opponat inhibendo talem adunantiam, indicendo pœnas ijs, qui se congregare audebunt, & resolutio est negatiua, & ratio est, quia eo casu talis Vniuersitas est necessaria; Dubitatur etiam an in his terminis possit imponi collecta omnibus de Clero, & quid si aliqui litigare non intendunt, & quid si isti non contribuerunt, & obtenta fuit causæ victoria.

SVMMARIVM.

1 *Clerus vniuersus non potest facere Collegium.*
2 *Clerus potest cõstituere vniuersitatem suarum Ecclesiarum causa Religionis, & pro oneribus eis incũbentibus, & vniuersitatem facere sine Episcopo.*
3 *Clerus potest se cõgregare aduersus Prælatum subsistente iusta causa se defendendi vsque ad definitiuam sententiam.*
4 *Clericorum adunantiæ, & Congregationes fieri nõ possunt sine iusta causa & Episcopi licentia.*
Adunantiæ, & Congregationes fieri non debent sine iusta causa, & hoc ad euitandas fraudes, & machinationes, quæ fieri possent, num. 4.
5 *Clerus, dum litigat contra Episcopum necessaria est congregatio litigantium pro litis substentatione, & defensione.*
6 *Litigare non conuenit paucis de Clero contra Episcopum, & maximè contra Synodales eius constitutiones, cum omnes eis parere teneantur, & n.* 7.
8 *Numerus congregandorum, an sit paruus, vel magnus non potest dici, dum adhuc adunantia facta non fuit.*
Litigandi iustam causam an quis habeat discuti non potest, antequam ea non proponatur, num. 8.
9 *in Episcopi voluntate esse non debet extinguere litem, contra eum motam, denegando clericis, ne possint se congregare.*
10 *Clerus dum vult substentare litem contra Episcopum, & non habet bursam communem redditum de necessitate debet fieri contributio.*
11 *Vniuersitati cuiq. licitum est imponere collectam pro oneribus eiusdem reparandis.*
12 *Litigare, si intendat Vniuersitas, itaque collecta veniat imponenda, si aliquis ex eis non vult adhærere liti, non potest cogi ad contribuendum,*
13 *Verum illis, qui voluntariè contribuunt, reseruantur ius, recuperandi à non litigantibus, quatenus victoria illis prodest.*
Litigare inuitus nemo cogitur, num. 12.
14 *Vniuersitas, quando litigat, & transmittit pecunias ad eius procuratorem ad effectum defendendi litem, procurator tanquam administrator tenetur de eis reddere rationem.*

DE-

DECISIO DLXVII.

PROMVLGATIS nonnullis statutis in Synodo Diœcesana, quam tenuit Reuerendiss. Episcopus Calaguritanus de anno 1620. Clerus se opposuit executioni eorumdem, & causa in Rota introducta cum idem Clerus se cōgregare vellet pro imponenda collecta occasione expensarum litis pendentis, & D. Episcopus se opponeret, indicendo pœnas ijs qui se congregare præsumebant; dubitatum fuit, an Clero liceat se congregare, & collectas facere pro defensione huius litis, & aliarum, & quomodo sint transmittendæ pecuniæ ad curiam.

Quoad primam partem dubij, posse se congrega-
1 re fuit responsum, quia licet vniuersus, † Clerus non possit facere Collegium, potest tamen constituere vniuersitatem suarum Ecclesiarū causa Religionis,
2 & † pro oneribus eis incumbentibus, & vniuersitatem facere sine Episcopo, *Innoc. in cap. dilecta nu. 9. de excess. prælat. Abb. in cap. accedentes nu. 1. in 3. notab. de præscript. & Anchar. in cap. cōstitutionem, num. 4. de regul. iur. in 6.* loquens de se congregan-
3 tibus contra Prælatum† subsistente iusta causa se defendendi vsque ad diffinitiuam sententiam.

Neque obstat, quod similes adunātiæ, & congre-
4 gationes † fieri non possint sine iusta causa, & Episcopi licentia ad euitandas fraudes, & machinationes, quæ fieri possent. *Guidop. decis. 87. Rot. decis. 455. in princ. par. 1. diuers.*

Quia iusta causa non deficit, ex quo pendet lis ad-
5 uersus validitatem statutorum, pro† cuius sustentatione, & defensione necessariæ sunt congregationes tàm ad effectum constituendi procuratores, quàm indicei di collectas pro sumptibus subministrandis, neque dicatur cessare iustam causam etiam ex lite
6 desumptam, postquam cessat † necessitas litigandi, quæ non conuenit paucis de Clero, sed maiori parti, vel toto, & quando continent alia, quàm reformationes morum, prout cōtinent huiusmodi Syno-
7 dales, †constitutiones, quibus omnes tenentur parere, *Miranda in manual. Prælatorum q. 31. art. 15.* nam neque minor numerus antequam se congregēt
8 iustificari potest, neque † causæ sunt iudicandæ, antequam Clerus habeat, vnde possit se defendere.

Licentia autem Episcopi, neque necessaria est, sed sufficit permissio Superiorum, ne alias pendeat à vo-
9 luntate † Episcopi litem extinguere per subtractionem necessariorum ad eam sustinendam, dum contra eum dirigitur super validitate constitutionum Synodalium.

Secunda pars dubij fuit pariter affirmatiuè resoluta, nempe posse collectas indicere pro huius li-
10 tis, & aliarum sustentatione; nam cum Clerus †bursam communium redditum non habeat, de necessitate fieri debet contributio, *Natt. cons. 418. in princ. Seraph. decis. 1012. num. 1.* & solet concedi cuicum-
11 que vniuersitati † pro oneribus eiusdem reparandis, *l. 1. §. sed permittitur. vbi gloss. in verbo tenuiorib. de Colleg. illicitis. Natt. cons. 520. num. 22. lib. 3.* vo-
12 luerunt tamen Domini posse † exigi à volentibus contribuere, non autem ab inuitis, ex quo nemo inuitus cogitur litigare, & saluo iure voluntariè con-
13 tribuentibus recuperandi ratam à non † litigantibus, quatenus victoria illis prodest, vt dictum fuit in casu *decis. Seraph. 1012. in fine.*

Modus autem trāsmittendi pecunias collectas ad Curiam, & versionem in causam destinatam Domini remiserunt ad eorum Syndicos, & procuratores,
14 † qui vti administratores de peruentis ad eorum manus tenentur reddere rationem, *Menoch. de arbitr. casu 209 num. 1. Rota Ianuen. decis. 116. nu. 2. Magon. decis. Flor. 1. num. 29.* Et ita &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Gerundeñ Absolutionis.

Mercurij 31. Iulij 1624.

ARGVMENTVM.

In præsenti decisione vberrimè discutitur, quando sit locus absolutioni à sententia excommunicationis ad cautelam, in quo articulo plures tradūtur distinctiones, & dato, vt sit locus dictæ absolutioni, quomodo & cum quibus cautionibus deueniatur ad talem actum, & quando dicatur impartita sufficiens iurisdictio Iudici ad effectum concedendi talem absolutionem. Auditores Rotæ qualiter olim in causarum cognitione, & expeditione procedebant, & qualiter hodie.

SVMMARIVM.

1 *de Excommunicatione nulla quando quis cōqueritur, anteaquam talis pronuncietur, quid sit præmittendum.*
2 *Excommunicationis sententia est nulla, quando est lata post appellationem.*
3 *Excommunicationis sentētia, si contineat errorem intollerabilem patentem, & notorium, dicitur nulla. & num. 7.*
4 *Excommunicationis sentētia, quando dicatur nulla, & num. 8.*
5 *Excommunicationis nullitate probata, quis non indiget absolutione, secus probata validitate.*
6 *Excommunicatus nulliter, si petat absolutionem ad cautelam, tunc ferenda est absolutio ante omnem probationem.*
9 *Rota ex stylo semper dat absolutionem ad cautelam à censuris latis extra Curiam.*
Rota non solet dare absolutionem ad cautelam à censuris latis in Curia, num. 9.
10 *Absolutio ab excommunicatione ad cautelam fit in dubio propter periculum communionis, & læsionis iustitiæ.*
11 *Excommunicatus dum absoluitur ad cautelam hoc nihil interest parti.*
12 *Excommunicatio iniusta, si allegetur non est agendum, de absolutione ad cautelam, sed excommunicatus est absoluendus anteaquam audiatur.*
13 *Euetus frustra expectatur, cuius nullus est effectus.*
14 *Excommunicatio nulla, quando allegatur, probata nullitate, excōmunicatus non eget absolutione.*
15 *Excommunicatus nulliter si petat absolutionem ad cautelam, est ei illa attendenda.*
16 *Excommunicator in quibusdam casibus antequam impartiatur absolutio ab excommunicatione, quæ allegatur iniusta, est audiendus.*
17 *Vt si vellet probant excommunicationem fuisse latam propter offensam notoriam, ad quod datur tempus 8. dierum.*
18 *Excommunicator est audiendus, anteaquam detur absolutio, si dicat adesse rem iudicatam, & Iudex debet admittere articulos excommunicantis, aliàs datur appellatio.*

19 *Ex-*

19 *Excommunicator, si asserat sententiam fuisse latã propter notoriam contumaciam, est audiendus, antequam excommunicatus absoluatur.*

20 *Excommunicatus, quando negat contumaciam, tunc absoluendus est ad cautelam, absque refectione expensarum.*

21 *Excommunicatus si se contumacem confiteatur vel aliàs de contumacia constet, tunc non debet absolui, nisi prius refectis expensis, ac præstita cautione de stando iudicio.*

22 *in Excommunicato, quando ex probabilibus causis contumacia est dubia, non impeditur absolutio, Nec ante omnia arctandus est excommunicatus ad satisfactionem expensarum, & quare.*

23 *Excommunicationis materia, quando reducitur ad caput nullitatis, tunc qualiter concedatur absolutio.*

24 *Absolutio ab excommunicatione, quando est danda, requiritur citatio partis cuius interest.*

25 *in Absolutione ab excommunicatione non requiritur citatio partis, quando periculum est in mora, vel nisi Summus Pontifex gratiam faciat.*

26 *de Excommunicatione debet constare, ad hoc vt ab ea, quis absoluatur.*

27 *Absolutio ab excommunicatione vt detur, de ea debet apparere, etiamsi ea petatur simpliciter, quidquid antiquioribus temporibus fuerit seruatum.*

28 *Excommunicationis nullitas, si allegetur ex defectu iurisdictionis, non est de facili danda absolutio ad cautelam, nisi prius d. defectus ex aliqua parte probetur.*

29 *Iurisdictionis defectus saltem semiplenè est probandus, quando petitur absolutio ab excommunicatione ad cautelam, ob dictum defectum.*

30 *Absolutio, vt detur ad cautelam, ex defectu iurisdictionis, ea nullitas in vniuersum est aliquo modo probanda.*

31 *Absolutio ab excommunicatione lata in Curia, quando conceditur, tunc cautius, et secundum merum ius proceditur, et quid si sit lata extra Curiam.*

32 *Absolutio ab excommunicatione lata extra Curiam vt concedatur, non præceditur mero iure.*

33 *Excommunicatus, quando absoluitur, debet præstare cautionem de parendo iuri, & num. 34.*

35 *Excommunicatus, quando quis fuit pro notoria offensa, vel contumacia, tunc vt absoluatur non requiritur iuratoria cautio, sed exigitur prius satisdatio.*

36 *Excommunicatus, quando absoluitur ad cautelã, de stylo Rotæ non recipitur iuramentum, nec cautio præstatur, nec satisfactio impenditur.*

37 *Absolutio ab excommunicatione, quando datur, cũ reincidentia, tunc tot cautiones non requiruntur, quia propter reincidentiam non est opus alia cautione.*

38 *Absolutio ab excommunicatione, quando conceditur non refert quibus verbis sit facta, an per verbum relaxationis, vel absolutionis.*

39 *Facultas data à Papa alicui, vt à sententia excommunicationis aliquem absoluat, an possit illum absoluere ad cautelam.*

40 *Facultas quando est extraordinaria, & inducta, ex quadam gratia Sedis Apostolicæ, tunc non venit in generali commissione.*

41 *Absolutio ab excommunicatione non est cuique Iudici committenda, nisi sit à iure in specie permissa, vel ex speciali rescripto concessa.*

42 *Commissio specialis semper præsupponitur, dum impertitur absolutio ab excommunicatione.*

43 *Absolutio ad cautelam est species absolutionis.*

44 *Absoluendi facultas, quando alicui est concessa, sub ea comprehenditur etiam facultas absoluendi ad cautelam.*

45 *Absolutio ab excommunicatione non datur, quando agitur de praiudicio tertij, sine speciali facultate. Absolutio ab excommunicatione in foro conscientiæ non datur, nisi satisfacta parte, num. 45.*

46 *Absolutus simpliciter, nõ dicit absolutus ad cautelã. Absolutio ad cautelam non purè tribuitur, sed sub conditione condonatur, num. 46.*

47 *Glos. in cap. capitulum. in verb. relaxetis. de rescript. declaratur.*

48 *Cap. ad præsentiam de appellat. quo casu loquatur.*

49 *Cap. veniens. de testib. expresè statuit, quando facultas tributa sit absoluendi ad cautelam.*

50 *Absolutionem ab excommunicatione, quando Papa commisit extra Curiam, & tunc Iudex etiam ad cautelam potest absoluere, Si vero commissa sit in Curia, etiam Auditori Rotæ, & tunc id non potest, & hoc propter facilem aditum ad Summum Pontificem.*

51 *in Curia facilis est aditus ad Principem.*

52 *Auditores Rotæ in cognoscendo habent ordinariam iurisdictionem, in pronunciando vero delegatam.*

53 *Auditores Rotæ possunt ad cautelam absoluere ab excõmunicatione, prout possũt Iudices Ordinarij.*

54 *Auditores Rotæ non comprehenduntur sub decreto Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de reform. ex quo in procedendo habent iurisdictionem ordinariam. & num. 58.*

55 *Auditores Rotæ de tempore decis. 4. de re iudic. in nou. non habebant ordinariam iurisdictionem in procedendo.*

56 *Auditores Rotæ licet in procedendo sint Iudices Ordinarij, tamen in processibus suis semper vtuntur via delegata, sed hodie non ita strictè, id seruatur, & quare.*

57 *Commissio vna sufficit in Rota in qualibet instãtia.*

59 *Auditores Rotæ secundum stylum antiquum propter facilem aditum ad Principem, non poterant exequi suas sententias, licet secus esset, quãdo causa committebatur in partibus.*

60 *Auditores Rotæ olim expeditiones causarum faciebant sub plumbo, & sic nomine Papæ.*

61 *sub Bulla aliquid expedire, idem est ac si sub plũbo.*

62 *Auditores Rotæ hodie vigore Innocentianæ faciunt expeditiones sub eorum nomine.*

63 *Auditores Rotæ quando faciunt expeditiones causarum, non egent alia commissione.*

64 *in Rota ad parcendum laboribus, & sumptibus litigantium sufficit vnica commissio.*

65 *Executoriales in Rota relaxantur absq. noua commissione, quæ licet aliquando à partibus impetretur, hoc tamen fit ex eorum voluntate, non autem ex necessitate.*

66 *in Rota, dum Papa vult, quod in causis vnica sufficiat commissio, reijcit illum facilem aditum ad ipsum.*

67 *Commissio vnica cum in causarum instantijs sufficiat in Rota, eius vigore Auditores pro indigentijs omnibus possunt procedere.*

68 Au-

68 *Auditores Rotæ vigore primæ commissionis causas cognoscere possunt, cum omnibus singulis emergẽtibus & dependentibus, ac alias quomodolibet incidentibus decidere valent.*

69 *Absoluendi facultas ad cautelam venit sub clausulis amplissimis, quæ ponuntur in primis commissionibus Rotalibus.*

Absolutio ab excommunicatione ad cautelam est de connexis negotio principali, num. 69.

DECISIO DLXVIII.

ABBAS de Rode prætextu exemptionis quædã proposuit edicta; Episcopus autem præcepit, vt illa amoueret sub pœna excõmunicationis, quod cum Abbas facere neglexerit, illum excommunicatum declarauit, à qua declaratione appellauit Abbas, & commisit causam in Rota cum facultate absoluendi: vnde disputato dubio prima die huius mẽsis coram Reu. D. meo Archiepiscopo Seleuciẽ, an Abbati esset danda absolutio ad cautelam, propter multiplicationem causarum, cum materia non posset plenè discuti, fuit ordinatum vt absolueretur, cũ reincidentia per totum mensem Nouembris proximi, sed cum Abbas talem absolutionem renueret recipere absente dicto Reuer. D. meo Archiepiscopo, consului Dominos in Congregatione facta supradicta die, super dicta absolutione impertienda circa quam de tribus contingit dubitare. Primo an versaremur in casu, in quo debet dari absolutio ad cautelam. Secundo quatenus sic, quomodo esset danda. Tertio an adesset sufficiens iurisdictio ad absolutionem impertiendam.

Quantum attinet ad primum, materia habetur expressa *in c. cum contingat 36. de off. deleg.* quam exornant *ibid.* DD. & præcipuè *Abbas num. 1. & seqq.* in quo habetur quod quando quis conqueritur de ex-
1 communicatione nulla, † antequam talis pronuncietur, debent recipi probationes vtriusq; partis super nullitate, & validitate vt videatur an absolutione indigeat, qui tex. licet ponat duo tantum nullitatis
2 exempla. Primum cum sententia proponitur † lata post appellationem. Secundum cum error intollerabilis allegatur expressus in sententia, quo casu nõ
3 sufficit error intollerabilis, nisi † sit parens, & notorius, *vt in c. per tuas de sent. excom.* vbi etiam habetur materia *Butr. in d. c. cum contingat num. 11.* quibus duobus casibus indubie excommunicatio nulla
4 est, idem tamen dicendum in alijs, † vbi excommunicatio allegatur nulla eadem ratione, vt notat *Abb. in d. c. num. 2. vers. 2. regula*, & ista est communis opinio *vt per Couar. in cap. Alma mater. de sent. excom. in 6. par. 1. §. 12. num. 7. vers. primum.* multos nullitatis casus ponit *glos. in c. præsenti in verbo ad cautelam de sent. excom. in 6.* Ratio est quia probata
5 nullitate † non indiget absolutione, secus probata validitate vt habetur *in d. text. & not. DD. ibid.* & præsertim *Abb. num. 2 vers. ratio 2. casus.*

Attamen si proponens nulliter fuisse excommunicatum petat absolui ad cautelam, tũc ferenda est ab-
6 solutio † ante omnem probationem *cap. solet. in fin. de excom. in 6. c. venerabilibus. §. porro eod. tit. in 6. Abb. in d. c. cum contingat num. 2. de off. deleg. Rot. decis. 9. de sent. excom. in antiq.* vbi de excommunica-
7 tione † lata post interpositam appellationem *Fastol. dubit. 36. nu. 1.* vbi de nullitate quando scilicet sen-
8 tentia continet † errorem intollerabilem, *Franc. in d. c. solet. num. 9. vers. si vero dubitatur, & num. 10. Gem. pariter num 10 de sent. excom. Rot. dec. 7. eod. tit. in antiq. & dec. 6. eod. tit. in nouiss.* quæ vna cum DD. prædictis loquuntur in puncto, quando allegatur nullitas, ex quo inferior est exemptus, quæ Ro-
9 ta de stylo † semper dat absolutionem ad cautelam à censuris latis extra curiã *Put. decis. 39 lib. 1. in nou.* licet secus sit si censuræ latæ sint in curia *Put. d. dec. & Verall. decis. 2. lib. 1.* & iste stylus forsan inoleuit,
10 quia absolutio † ad cautelã fit in dubio propter periculum communionis, vel læsionis iustitiæ, *vt in d. cap. solet, & in d c. venerabilibus. §. porro. Rot decis. 9. num. 2. de sent. excom. in nou.* & propterea antequam videantur acta de partibus requiritur tempus,
11 ideo † interim pars est absoluẽda ad cautelam quod nihil intereit partis, vt patebit ex mox dicendis. Et quamuis si allegetur excommunicatio iniusta, non
12 esset agendum de absolutione ad cautelam, † sed excommunicatus est absoluendus antequam audiatur, & aliter non debet audiri, & interim excommunicatus potest facere suas probationes, vt habetur *in d. cap. cum contingat,* & ratio est quia non admittitur per prius probatio, cum in omnem euentum absolutio sit impetranda, ex quo præsupponitur vinculum, & propterea frustra expectatur euentus, cuius nul-
13 lus † est effectus propter cautiones, quæ debent præstari *d. c. cum contingat, vbi not. Abb. num. 1. vers. ratio vtriusque regulæ,* at secus est quando excommunicatio allegatur nulla, quia vt supra dictum est, pro-
14 bata † nullitate excommunicatus non indiget absolutione & propterea auditur, & admittitur ad proba-
15 tiones, absque absolutione, si † tamen illam petat ad cautelam ex rationibus prædictis conceditur.

Est tamen audiendus excommunicator in quibus-
16 dam casibus antequam impertiatur † absolutio ab excommunicatione, quæ allegatur iniusta, vt si vellet probare excommunicationem fuisse latam propter
17 offensam notoriam, † ad quod probandum datur tempus octo dierum, & si probatur manifesta offensa non debet absolui, alias secus *cap. solet. vers. nisi & c venerabilibus. §. porro vers. similiter. de sent. excom. in 6. Abb in d. cap. cum contingat. nu. 1. in fin.* vel etiam si excommunicator dicat, super excom-
18 municatione adesse † rem iudicatam, & Iudex debet admittere articulos excommunicãtis, alias datur appellatio, *Rot. dec. 5. de except. in nou.* & idem videtur dicendum si excommunicator asserat sententiam
19 † fuisse latam propter notoriam contumaciam *d. cap. venerabilibus. §. porro. vers. idem est de sent. excom. in 6.* vbi ponuntur duo casus. Primus est quando ex-
20 communicatus negat contumaciam, & † tunc absoluendus est ad cautelam absque refectione expensarũ. Si vero se contumacem confiteatur, vel alias de cõtumacia constet, tunc non debet absolui, nisi prius
21 refectis † expensis, ac præstita cautione de stando iudicio, *vt not. Dec. in cap. prudentiam §. si vero n. 2. & 3. de off. deleg. & ex isto tex. infert. Bellam.* male ab aliquibus intellectus *dec. 174.* quod si per contrarias assertiones ex probabilibus, & verisimilibus
22 † causis factis contumacia sit dubia, & incerta, non impenditur absolutio, nec ante omnia arctandus est excommunicatus ad satisfactionem expensarum,
23 quia materia reducitur ad caput † nullitatis, quod dictum est intelligendum, vt non impendatur absolutio simpliciter, sed ad cautelam *iux. text. in d. c. venerabilibus. §. porro. vers. idem est de sent. excomun. in*

in 6. quem allegat. & ibi ſe fundat. Bellam.
Quantum attinet ad ſecundum, quomodo ſit dan-
24 da abſolutio. Primo requiritur citatio partis †cuius
intereſt, ſecundum diſtinctionem tex. in cap. venera-
bilibus. in princ. & in cap. ſolet. de ſent. excom. lib. 6.
& facit tex. in c. fin. de elect. in 6. quod tamen tem-
25 peratur niſi periculum ſit in mora, † vel niſi Sum-
mus Pontifex gratiam faciat Franc. in d. cap. ſolet.
num. 11. vbi alios refert.
Secundo debet conſtare de excommunicatione, vt
26 in terminis de abſolutione, † quæ petitur ad cautelã
eſt dec. 4. de ſent. excom. in antiq. quod etiam ſerua-
tur quando ſimpliciter petitur abſolutio, quicquid
27 antiquioribus† temporibus fuerit ſeruatum, vt dici-
tur in d. dec. 4. de qua quidem excommunicatione
hic ſatis conſtat. Tertio ſi allegetur nullitas ex de-
fectu iuriſdictionis, prout eſt in caſu noſtro ratione
28 exemptionis, † non eſt de facili danda abſolutio ad
cautelam, niſi prius exemptio aliqua ex parte pro-
betur, & hoc ne illudatur ordinariæ iuriſdictioni, vt
poſt Innoc. Rot. dec. 6. de ſent. excom. in nou. & dec. 6.
de except. nou. Franch. in d. cap. ſolet. n. 10. verſ. quã-
do autem ſententia eſt nulla. Gem. pariter num. 10.
Couar. in d. c. Alma mater. par. 1. §. 12. num. 7. verſ.
29 vnde dicens. Vbi quod requiritur †ſaltem ſemiplena
probatio. Quando verò allegantur aliæ nullitates
non tenetur pars cauſam nullitatis exponere, opor-
tet tamen illam in ſpecie nominare vt detur abſolu-
30 tio, † quia nullitatis cauſa in vniuerſum eſt aliquo
modo probanda, vt detur abſolutio ad cautelam,
Franch. loco præcitato, & alij quos allegat Couar. lo-
31 co proximè relato. Notandum tamen venit, †quod
hæc procedunt de mero iure, & ſeruanda eſſent ſi
ageretur de cenſuris latis in curia, nam cum à cenſu-
ris latis extra curiam Rota paſſim det abſolutionem
ad cautelam ſine cauſæ cognitione, vt ſupra dictũ eſt
32 in cauſis extra curiam, † hæc ad vnguem ſeruanda
minimè ſunt. In caſu autem de quo agitur, ſatis fuit
doctum de exemptione, vt abſolutio ad cautelam
33 poſſit dari. Quarto requiritur † cautio de parendo
d. cap. ſolet. ibi niſi prius ſufficiens præſtetur emen-
da, vel competens cautio de parendo iuri, ſi offenſa
34 dubia proponatur† c. venerabili. 52. & ibi gloſ. 1. de
ſent. excom. vbi iuratoria cautione. Dec. in cap. pru-
dentiam. §. ſi verò. num. 1. & ſeqq. de off. deleg. vbi
35 quod pro notoria offenſa, vel contumacia, † ſi quis
fuit excommunicatus non ſufficit iuratoria cautio,
ſed exigitur prius ſatisfactio, & habetur in formul.
inſtrum. fol. 1. & ſeqq. De ſtylo tamen Rotæ, quã-
36 do datur abſolutio ad † cautelam non recipitur iu-
ramentum, nec cautio præſtatur, nec ſatisfactio im-
penditur, Rot. dec. 36. de proc. in nou. Put. dec. 3. de
ſent. excom. prout nec ſimpliciter prædicta requirũ-
37 tur, quando datur abſolutio cum reincidentia, †quia
propter reincidentiam non eſt neceſſaria cautio, Ge-
min. in cap. ſolet. ante nu. 16. verſ. & eſt ratio ſecun-
dum eum. de ſent. excom. in 6.
Quinto non refert an huiuſmodi abſolutio fiat per
38 verbum relaxationis, quod eſt commune, & †adap-
tatur ad ius, & ad factum, ſiue per verbum abſolutio-
nis, ex quo dictis verbis additur aliud verbũ ad cau-
telam, cum idem ſit ſenſus c. venerabilibus. §. pen. &
vlt. de ſent. excom. in 6. Ioan. And. in c. ſolet. num. 11.
in fin. & num. 12. Franch. num. 12. Quantum atti-
net ad tertium an adſit ſufficiens facultas abſoluendi
in Rota, & difficultas pendet ex eo, quia in commiſ-
39 ſione dicitur, †cum facultate abſoluendi à cenſuris
non tamen dicitur ad cautelam, & propterea iſta fa-
cultas non venit in conceſſione, cum extraordinaria
40 ſit, & inducta ex quadam† gratia Sedis Apoſtolicæ,
vt in c. per tuas. de ſent. excom. Ideoque non eſt cui-
que Iudici permittenda niſi ſit à iure in ſpecie per-
41 miſſa, vel ex† ſpeciali reſcripto conceſſa, gloſ. in
cap. capitulum in verb. relaxetis in fin. de reſcr. gloſ.
in c. ſolet in verb. per ſuperiorem. de ſent. excom. in 6.
Ioan. And. ibid. num. 8. Gemin. nu. 15. col. 3. ante fin.
verſ. Gloſ. in verb. ſuperiorem. Franch. num. 13. Dec.
in c. præterea. num. 22. & 23. de off. deleg. Couar. in
c. Alma mater. par. 1. §. 12. num. 8. vbi teſtatur de
communi opinione, Rota in deciſ. mox allegand. &
42 habetur in formul. inſtr. fol. 1. † in quo ſemper præ-
ſupponitur ſpecialis commiſſio.
Huic obiecto poterat reſponderi, primo, quod cũ
Summus Pontifex conceſſerit facultatem abſoluen-
di, non autem ſimpliciter cauſam commiſerit ſuper
eo, an ſcilicet excommunicatio valeat, vel non, hoc
43 caſu Iudex poſſit abſoluere ad cautelam, † cum iſta
ſit ſpecies abſolutionis, ac abſolutio ſimplex, ergo
conceſſa facultate abſoluendi, ſub iſto genere cenſe-
44 tur comprehenſa facultas †abſoluendi ad cautelam,
Suarez de cenſur. diſput. 7. ſect. 8. in 3. diuiſ. num. 14.
Vgolin. de cenſur. tab. 1. c. 22. num. 21. Cæterum fuit
reſponſum prædicta procedere in abſolutione in foro
conſcentiæ, nec habere locum quando agitur de præ-
45 iudicio tertij, †quia in tertij præiudicium ſine ſpe-
ciali facultate, nec in foro conſcientiæ niſi ſatisfacta
parte poteſt dari abſolutio, Nauar. in man. c. 27. nu-
mer. 278. verſ. quarto dico, vbi allegat gloſ. in cap. ca-
pitulum in verb. relaxetis de reſcr. quam Vgolin. lo-
co citato, non dicit loqui in facultate conceſſa abſol-
uendi, ſed de abſolutione ſimpliciter tributa, quod
46 bene procedit, cum abſolutus† ſimpliciter, non cen-
ſeatur abſolutus ad cautelam, quia hæc abſolutio nõ
purè tribuitur, ſed ſub conditione condonatur. Sed
47 de hac interpretatione gloſ. †poteſt dubitari, quod
enim loquatur de facultate conceſſa abſoluendi di-
cunt Abb. ibid. num. 8. verſ. in gloſ. fin. Dec. num. 22.
& 23. quod ſatis patet ex allegat. per d. gloſ. quæ 1.
allegat tex. in c. ad præſentiam 16. de appell. qui licet
48 †loquatur de abſolutione tributa ad cautelam ibi de
facto tamen eum fecerat abſolui, & ibi gloſ. in verb.
abſolui tamen alius text. quem allegat. in c. veniens
49 38. in fin. de teſtib. expreſſe † loquitur de facultate
tributa abſoluendi ad cautelam, & quamuis huius
etiam ſententiæ, quam tenet Suarez, & Vgolin. ſint
Archid. in d. c. ſolet. in princ. num. 1. de ſent. excomm.
in 6. Abb. in cap. ad præſentiam num. 3. de appell. vbi
etiam Dec. num. 4. cum pluribus ſeqq. quę opinio vſu,
& praxi recepta videtur, vt dicit Couar. loco cit. at-
tamen Rota noſtra diſtinxit, quod aut abſolutio eſt
50 †commiſſa in partibus, & Iudex ad cautelam po-
teſt abſoluere, aut in curia, & etiam Auditori Rotæ,
& non poteſt ſine ſpeciali commiſſione abſoluere,
propter facilem aditum ad Summum Pontificem,
Rot. dec. 3. de ſent. excom. in antiq. & dec. 4. eodem
tit. in nouiſſ. & dec. 3. num. 3. ad med. verſ. tum quia
Auditores de renunc. in nou. vbi add. num. 7. in qui-
51 bus duabus vltimis † dec. affertur ratio facilis adi-
tus ad Principem Couar. loco cit. ſequitur hanc di-
ſtinctionem, & ideo fuit omiſſa iſta reſponſio.
Secundo firmiter fuit reſponſum, quod Rotæ Au-
52 ditores in cognoſcendo habent †ordinariam iuriſdi-

ctionem

ctionem in pronunciando vero delegatam, *Rot. decis.16.ante fin. vers. Auditores Sacri Palatij, de re iud. in nou. clem. auditor. de rescr.* per quam ita in puncto respondet glos. quæ loquitur de Rotæ Auditoribus *in cap. solet. in prædict. verbo per superiorem,* de qua etiam meminit *Abb. & Dec. in d. cap. ad præsentiam,* ergo Auditores Rotæ iunctis alijs, de quibus statim dicam, possunt ad cautelam absoluere,
53 †prout possunt Iudices ordinarij, *vt in iuribus in princ. alleg.* & hinc Congregatio Illustriss. Interpretū Concilij censuit decretum Concilij *sess.25.c.3. de reform. de monit. ad effectum reuel. relaxan.* non com-
54 prehendere† Rotæ Auditores, ex quo in procedendo habēt iurisdictionem ordinariam & quamuis Rota censuerit contrarium, vt in decis. alleg. & bene
55 quidem suo tempore, quia licet auditores, † in procedendo sint ordinarij, tamen in processibus suis sēper vtuntur via delegata *Gambara de authoritate legat. lib. 9. num. 70. 71.* & ideo non possunt procedere
56 vltra † contenta in commissione, & propterea tunc bene respondit Rota, quod & si hodie procedat, tamen non tam strictè prout tempore dictarum dec. cum ex constit. Pij IV. repetita in reformatione san.
57 mem. Pauli V. in qualibet instantia in Rota, † vna sufficiat commissio, & propterea licet fiant processus via delegata, & non excedantur fines commissionis, nihilominus commissio tribuit hanc iurisdi-
58 ctionem, cuius fines non exceduntur, quæ† etiam videtur fuisse potissima ratio declarationis Sac. Concilij, & in procedendo Rotæ Auditor est ordinarius.

Et pro faciliori intelligentia huius materiæ, est opus aliquid repetere, circa antiquum Rotæ stylum secundum quem propter facilem aditum ad Princi-
59 pem, Auditores † nec poterant exequi suas sententias, licet secus esset quando causa committebatur in partibus *Rot. dec. 39. de sent. & re iud. in antiq. Cassad. dec. 13. num. 4. de rescr. & decis. 3. de dol. & cont. Mandos. com. 29. verb. causarum* Auditores, & expe-
60 ditiones relaxabantur †sub plumbo, & sic nomine Papæ, & ita loquitur *Cassad. dec. 6. num. 11. de caus. poss. & propr.* & de hoc meminit *Roman. cons. 336. in princ.* quem allegat & ponderat *Mandos. commiss. 24. in ver. mandata huiusmodi, & hoc prouenitbat vig. Reg. antiquæ 69.* cuius verba erant. Voluit, & ordinauit, quod mandata Apostolica super sententijs in Romana Curia latis, & executioni demandandis
61 sub Bulla expediantur, † quod idem est ac sub plūbo *ad tex. in c. licet de crim. fals.* hodie vero prædictæ
62 expeditiones, vigore Innocentianæ, †& aliarum facultatum relaxantur sub nomine Auditorum, *Cassad. dec. 9. in fin. de appell. & adest reg. 47. nouissime*
63 48. in qua disponitur quod executiones †fiāt nomine Iudicis, nec requiritur super hoc aliqua commissio, quia in *Bulla Pij IV. §. 2.* disponitur quod ad parcendum laboribus, & expensis litigantium vnica
64 commissio in qualibet †causa sufficiat, quod vt dixi repetitur *in reform. san. mem. Pauli V. de Auditoribus Rotæ in princ.* Et propterea hodie [absque noua
65 commissione relaxantur executoriales], † quæ licet aliquando impetrentur hoc prouenit ex voluntate partis, non autem ex necessitate, hinc cum vnica commissio sufficiat, pro habenda absolutione ad cau-
66 telam non est opus noua commissione, † Papa enim dum vult quod vnica sufficiat, reijcit illum facilem aditum ad ipsum, & voluit quod Rotæ Auditores vigore vnicæ commissionis procedant pro omnibus
67 indigentijs † in qualibet causa, maximè cum in *Bulla Pij IV. & in dicta reform.* addatur quod Auditores Rotæ vigore illius commissionis causas cognoscere possint cum omnibus, & singulis depen-
68 dentibus, † & emergentibus, ac alias quomodolibet incidentibus decidere valeant, quæ clausulæ sunt efficacissimæ, vt per *Mandos. comm. 2.* Et in specie
69 dicendum †est venire facultatem absoluendi ad cautelam, cum sit de connexis negocio principali, quæ expresse committitur per *d. Constit. Pij IV.* & voluit *Abb. d. c. ad præsentiam num. 8.* vbi etiam *Dec. num. 8. de appell.* nec in hac parte est curandum de formulario, quia licet in eo habeatur mentio Pij IV. Summi Pontificis, fuit tamen impressus ante d. Cōstitutionem & quoad hoc refert stylum antiquum, neque constat tunc fuisse detectam auctoritatem Auditorum vigore prædictæ clausulæ in Constitutione Pij IV. Et ita conclusum &c.

REVERENDISS. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Cordubeñ. Pecuniaria.

Lunæ 1. Iulij 1624.

ARGVMENTVM.

Appellationi amplius non est locus, quando adest res iudicata, & sic constat de tribus sententijs conformibus, & quatenus tunc appellaretur, tamen nihil iuuat ad causandum attentata, & quando dicta attentata intrent.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ tres conformes quando adsunt, tunc non est locus amplius appellationi.*
2 *Attentata non intrant quando non est locus appellationi.*
3 *ad Executionem sententiæ quando fuit processum post interpositam appellationem, intrant attētata.*
4 *Attentatorum diuersitas ex quibus ad oculum pateat.*
5 *Decreta quæ secum afferunt executionem ab eis non datur appellatio.*
6 *Iudex in exequendo quoties excedit à tali excessu datur appellatio.*
7 *Appellationi quando est locus, eaq. fuerit interposita, si procedatur ad executionem, ea est attētata.*

DECISIO DLXIX.

POSTQVAM Signatura Iustitiæ ordinauit, vt facta repositione à decreto super reuocatione attentatorum facto pars Hieronymi de nouo audiretur à decreto reponi, & partem de nouo audiri, & vtraque parte informan. DD. in decisis steterunt, prima præsentis mensis, vt in decisione tunc facta apparet. * Vnde cum hodie in Congregatione pars Petri instaret pro expeditione, & pars Hieronymi prætenderet causam impedire sub prætextu decisionis in hac causa fact. 21. Iunij 1610. coram D. Caualerio, in qua fuit dictum non constare de attentatis, & pars hæredum Petri responderet diuersa esse attentata contenta in dicta decisione dicti D. mei Caualerij ab ijs, quæ hodie prætendūtur reuocari, Dñi mihi ordinarūt, vt pro maiori satisfactione extēdere in decisione vt apparet de diuersitate attētatorū in decis. D. Caualerij, & contentorū ab ijs, de quib. hodie agitur quod vide-

videtur euidens cum in ista causa fuerint latæ tres sententiæ conformes contra Alphonsum à quorum vltima fuit appellatum, & quia illa non obstan. fuit processum, ad exequutionem, hæres Petrus allegabat gesta post dictam appellationem fuisse attentata, & prædicta decisio D. Caualerij respondit non constare de attentatis ex ratione in dicta decisione ad-
1 ducta nempè quia aderant tres sententiæ † conformes, & sic non dabatur amplius appellatio ad *text. in l. vnica. C. ne liceat fort. prouoc.* quo stante non
2 † intrabant attentata, attamen cum in executione dd. trium sententiarum Iudices per aliqua decreta decreuerint exequutionem esse facien. & in quibus bonis, & pro qua quantitate, à quibus decretis, & quodlibet eorũ pro parte Petri in tempore fuit appellatum, vt in Summ. dat. 10. Martij 1624. num. 6.
3 & 7. videtur quod † cum post dd. appellationes fuerit processum ad prædictam exequutionem, non potest negari attentata *iuxta tex. in cap. non solum de appell. in 6.* & quod ista sint diuersa, & distincta at-
4 tentata ab illis, † de quibus in decisione D. Caualerij patet ad oculum, quibus non obstat, quod dicta decreta tanquam exequutiua afferent secum exe-
5 quutionem paratam † à qua non datur appellatio, quia respondetur hoc verum esse, sed non procedere
6 quoties Iudex in exequendo † excedit, non nenim est locus appellationi, *cap. nouit. de appellat. l. ab exequutione. C. quor. appell. non recip. Rota coram fel. recor. Gregor. XV. decis. 541. num. 10.* sed sic est quod de excessiuitate dictæ exequutionis constat latè in supradictis meis duabus decisionibus in ista
7 causa factis, ergo † illa data intrabat appellatio, & per consequẽs gesta post dictam appellationem fuerunt attentata, prout Rota non semel sed bis respondit &c.

Decisio ista in hac causa emanata sub die 1. præsentis mensis Iulij, est supra in hoc Tomo decisio 566. & pariter supra in hoc Tomo habetur altera decisio in præsenti causa sub die 18. Martij 1624. & est in ordine decis. 522.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Hæreditatis de Arigonis.

Mercurij 13. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM.

Adducuntur plura circa validitatem testamenti nuncupatiui. Testamentum ad hoc, vt reddatur nullum, & inualidum ratione dementiæ testatoris, quid sit necessariò probandum, & quando testamentum reddatur nullum ratione dementiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas ex reuolutione actorũ colligitur.*
2 *Sententia est nulla, & inualida si præcipitanter fuerit lata.*
3 *Pars sibi imputet, si non curauit perficere examen testium intra tempus sufficiens sibi concessum.*
4 *Hæredis institutio est caput, & fundamentum testamenti.*
5 *Testamentum est nullum, & inualidum, si testator non scripserit nomen hæredis, nec ore proprio illum nominauit.*
6 *Solemnitates requisitæ in l. hac consultissima, & l. iubemus. C. de testam. non habent locum in testamentis nuncupatiuis.*
7 *Testandi genus ad relationem cedulæ scriptæ per Notarium habet vim testamenti nuncupatiui impliciti.*
Et valet perinde ac si ipsemet testator ore proprio hæredem nominasset absque eo, quod testes viderint, aut certiores facti fuerint de contentis in d. cedula, num. 7.
8 *Et hoc casu præsumitur testator bene vidisse institutionem hæredis, ac omnia alia contenta in d. testamento manu aliena scripto. amplia num. 9.*
10 *Testamentum nuncupatiuum non redditur nullũ ex eo, quod vnus testis se subscripsit pro illis nescientibus scribere.*
11 *Demens nemo præsumitur.*
12 *Dementia est plenè, & concludenter probanda.*
13 *Cardin. Arigonius laudatur.*
14 *Actus impatientiæ ex morbi sæuitia non excludit vsum rationis, aut iudicij.*
15 *Testamentum, vt reddatur nullum ratione dementiæ, debet ea probari de tempore testamenti.*
16 *Testator habens dilucida interualla præsumitur testamentum fecisse de tempore dilucidi interualli.*
17 *Testibus deponentibus de sanitate mentis debet magis credi, quam deponentibus de dementia.*
18 *Testium domesticorum, & familiarium fides diminuitur.*
19 *Testem inducens non potest contra eum excipere.*
20 *Testatoris dementia si sit probata, tamen si testamentum sit factum, sicuti alius quilibet prudens fecisset, validum reputari debet.*

DECISIO DLXX.

ILLVSTRISSIMVS quon. Cardinalis Arigonius de anno 1615. sub die 15. Iunij condito testamẽto in quo instituit hęredes vniuersales R. P. D. Ciriacum, & Antonium fratres de Roccijs, necnon R. P. D. Diomedem, & Ioan. Petrum fratres de Vareijs suos ex sororibus nepotes post diuturnam infirmitatem sub die 4. Aprilis sequentis anni ex hac vita migrauit, ob cuius mortem prætendentes tunc D. Lucretia Macchiauella altera soror, & alij filij, ac nepotes respectiuè D. Cassandræ iam defunctæ pariter sororis d. Cardinalis, de quibus in testamento nulla fuerat facta mentio succedere in hæreditate illius ab intestato, cœperunt agere coram A. C. via monitorij pro relaxatione d. bonorum contra d. hæredes, pro quorum parte exhibito in actis testamento, & causa discussa, fuit per A. C. pro illius validitate ad fauorem hæredum pronunciatum. A qua sententia cum pars D. Lucretiæ, & consortium appellasset, & causa fuisset in Rota mihi commissa dedi tunc dubium, An sententia prædicta esset confirmanda, vel infirmanda, & illo hodie proposito, & vtraque parte acriter informante, ac causa per omnes Dominos meos de ordine Sanctiss. examinata fuit ab ipsis nemine discrepante vnanimiter resolutum d. sententiam esse confirmandam, cum quoad validitatem non fuerit de ea dubitatum, ex quo cõ-
1 stat ex reuolutione † processus fuisse seruata omnia requisita *iux. decis. Caput. 260. par. 2. & decis. 178. & 602. num. 1. par. 2. recent.* Neque dicatur illam fuis-
2 se nullam, & inualidam ex † eo quod fuerit præcipitanter lata non factis prius probationibus, nec exa-mina-

minatis omnibus testibus iuratis, quia cum ex eodē processu appareat fuisse concessum tempus sufficiēs
3 ad hæc peragenda, sibi debet imputare † pars si non curauit examen testium perficere maximè quia potuit etiam in hac secunda instantia hæc, & alias probationes facere *iux. reg. text. in l. per hanc. C. de tempor. appellat.*

Quo vero ad iustitiam licet acriter illam impugnarent informantes pro D. Lucretia, tamen Domini dixerunt sententiam prædictam fuisse quoque iustam, dum in ea fuit declaratum validum, & non subiacere alicui vitio nullitatis testamentum d. Cardi-
4 nalis quod in se continebat tam hæredis † institutionem, quæ est caput, & fundamentum testamenti, *§. ante hæredis inst. de legat. l. 1. ff. de hær. inst. l. fin. ff. de iure codicill.* quam etiam omnia alia requisita ad illius validitatem necessaria, de quibus *in l. hac consultissima. C. de testam. Crass. in §. testamentum quæst.* 10.

Neque visum fuit obstare quod primo loco dicebatur testamentum fuisse nullum, & inualidum, ex
5 eo quod testator † non scripserit nomen hæredis, nec ore proprio illum nominauerit *iux. tex. in l. hac consultissima, & l. iubemus. C. de testam.* quia respondebatur solemnitates prædictas requiri in testamento
6 in scriptis † non autem in testamento nuncupatiuo prout erat istud, quod fuit scriptum à Notario, & deinde subscriptum à Cardinali his præcisis verbis, Ego Pompeius Card. Arigonus dispono vt supra manu propria, quod genus testandi ad relationem ce-
7 dulæ scriptæ per Notarium habet vim † testamenti nuncupatiui impliciti, & valet perinde ac si ipsemet testator ore proprio hæredem nominasset absque eo quod testes legerint, viderint, aut certiores facti fuerint de dispositis in d. cedula, *Bart. in l. si ita scripsero. ff. de cond. & demonstr. Ias. in l. vbi autem. §. illud nu. 2. ff. de verb. oblig. Clar. in §. testamentum. q. 36. num.* . *Card. Mant. de coniectur. lib. 1. tit. 7. num. 7. Guttierez pract. quæst. lib. 2. q. 41. num. 4. & seqq. Magdalen. de numero testium par. 1. cap. 27. nu. 9. & fuit resolutum in illa Romana testamenti 9 Decemb.* 1620. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, vbi inter
8 cætera ponderatur, quod testator † hoc casu præsumitur bene vidisse prius institutionē hæredis, ac omnia alia contenta in dicto testamento manu aliena scripto, *Ias. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. num. 14. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 147. nu. 3. lib. 2. Paris. cons. 77. num. 26. & cons. 88. nu. 34. lib. 3.* quod sine dubio censetur fecisse Cardinalis iuris peritus consumatissimus, & qui non erat de tempore testamenti adeo infirmitate grauatus, vt contenta in
9 † eo videre non valeret, præcipuè cum testamentum esset nimis breue, & ictu oculi potuisset substātiam illius inspicere, prout fuit consideratum in d. Romana testamenti nuper allegata.

Nec refert quod in subscriptione testium in dicto
10 testamento vnus testis se subscripserit pro alio † nesciente scribere, quia hoc non operatur, quo minus testamentum non sustineatur maximè cum sit nuncupatiuum, prout ex supradictis fuit ostensum.

Minus obstant, quæ secundo loco contra dictum testamentum opponebantur de inualiditate ratione alienationis mētis, qua dicitur Cardinalem de tempore testamenti laborasse, fuit enim per Dominos responsum istum defectum pro parte D. Lucretiæ deductum nullo modo probari, regula enim est nemi-
11 nem † dementem, sed potius sanæ mentis præsumi, *iux. text. in l. nec codicill. & ibi Bald. C. de codicill. l. fin. C. de hæred. instit. cap. fin. de success. ab intest. Paris. cons. 87. in princ. lib. 3. Menoch. de præsumpt.*
12 *lib. 1. q. 18. num. 6. & seq.* vnde debuit † d. defectus ex aduerso plenè, & concludenter probari, *Bart. in l. is potest. num. 15. ff. de acquir. hæred. Salic. in l. fin. num. 2. C. de hæred. inst. Ferret. cons. 207. nu. 15. Rot. in vna Meliten. testamenti coram me, quæ est 384. num. 3. par. 1. recent.* quæ presumptio vehementius
13 intrat in Cardinalem, † qui ob illius singularem doctrinam, & prudentiam à fel. record. Greg. XIV. fuit electus in Auditorem Sacræ Rotæ, & exinde ad apicem Cardinalatus à fel. rec. Clem. VIII. assumptus, & qui totius populi ore maxima prudentia in rebus agendis pollebat, vt omnibus est notum.

Testes autem inducti pro parte D. Lucretiæ nullatenus prædictam dementiam probant, sed tantum aliquos actus impatientiæ ex morbi sæuitia, & do-
14 lorum acerbitate potius causatos, qui cum † non excludant vsum rationis, ac iudicij non tollunt facultatem disponendi, *iuxta notata per Ias. in l. furiosum, num. 4. C. qui testam. fac. poss. Dec. in l. humanitatis. C. de impub. Corn. cons. 261. nu. 21. lib. 4. Decian. cons. 51. num. 82. lib. 4. Menoch. cons. 683. nu. 14. Magdalen. de numero testium par. 2 cap. 4. num. 97.* cum alijs *in Romana donationis* 11. *Ianuarij* 1619. *coram Reuerendiss. D. meo Seleucien.* Secundò, quia nec de dementia, nec de prædictis actibus à grauitate infirmitatis procedentibus deponunt de tempo-
15 re testamenti, prout † est necessarium ad illius inualiditatem *l. 2. & l. qui testamento. §. quæcumque. vers. nec furiosus. ff de testam. Corn. d. cons. 261. n. 22. lib. 4.* Tertiò, quia d. testes non concludunt quod Cardinalis habere non potuerit dilucida interualla quatenus ex dictis actibus resultaret demētia, quod multum facit ad excludendam inualiditatem testa-
16 menti, quod † præsumitur factum de tempore dilucidi interualli, prout fuerunt hæc omnia benè ac latius ponderata *in Perusina hæreditatis 12. Iunij 1617. coram D. meo Buratto, Romana donationis. 15. Maij 1619 corā Reuerendiss. D. meo Seleucien. Romana hæreditatis de Gracchis* 1. *Decembr.* 1618. *coram D. meo Remboldo, & in d. Meliten. testamenti coram me.*

Vltra quod pro parte eiusdem D. Lucretię fuerūt examinati alij plures testes, qui dicūt quod de tempore testamenti Cardinalis erat compos mentis, & prudenter, ac congruenter loquebatur, quibus te-
17 stibus de sanitate mentis † deponentibus debet magis credi, quam prædictis deponentibus de dementia, *Dec. in l. furiosum nu 20. C. qui testam. fac. poss. Corn. cons. 219. num. 7. lib. 1. Decian. cons. 127. n. 35. lib. 3. Gabr. de testibus concl. 4. num. 19. Menoch. de præsump. lib 6. præsumpt. 45. num. 21. Rot. decis. 577. nu. 0. par. 1. diuers.* etiam quod essent numero pauciores, *Boer. decis. 23. num. 93.*

18 Nec refert quod istis testibus † cum sint domestici, & familiares eiusdem Cardinalis, nempe Præfectus Domus præpositus cubiculo, Medicus, Secretarius, & alij videatur de fide diminui, nam cū fue-
19 rint inducti pro parte D. Lucretiæ nō videntur † ab ea contra illos posse dari exceptiones *ad tex. in l. si quis testib. C. de testib. Menoch. cons. 60. nu. 17. & 18. Gra. dec. 34. n. 12. & seq. Mantic. dec. 274. sub n 1. et fuit dictū in Pacen. puritatis 6. Apr. 1616. corā me.*

 Qui-

Quibus accedit, & hoc mouit etiã maximè Dominos ad respondendum pro validitate d. testamenti, quod Cardinalis rectè ac prudenter disposuit in dicto testamento; reliquit enim hæredes inter alios duos nepotes Prælatos, in Curia cognitos, quos ipse maximè diligebat, & ad Prælaturam promoueri fecerat, omittendo alios forsan illi parum obsequẽtes, multa legata pia pro salute animæ suæ fecit, & familiæ distinctim secundum gradus, & pro vniuscuiusque seruitio, ac dignitate aliquid reliquit, ex quibus resultat quod quatenus etiam possit dici probata dementia† nihilominus d. testamentum ita factum sicut quilibet alius prudẽs ac sanæ mentis fecisset, validum reputari debet *iux. sententiam Io. Andr. in cap. fin. de success. ab intest. Bald. in cap. 1. ante num. 3. tit. per quos fiat inuest. Alex. in l. furiosum. num. 3 C. qui testam. fac. poss. Mantic. de vlt. vol. lib. 2. tit. 5. sub num. 7. & 8. Magdalen. de numero testium par. 2. cap. 4. nu. 89. & seq. Honded. cons. 78. num. 61. lib. 2. Rot. diuers. decis. 129. num. 15. par. 2. & fuit dictum in præalleg. Romana testamenti coram D. meo Decano, & in Militen testamenti coram me.* Ex quibus ita fuit resolutum.

R. P. D. REMBOLDO.

Heldesimeñ Optionis.

Veneris 15. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum, vt concedatur aduersus rem iudicatam, requiritur etiam, vt constet de iure petentis talem restitutionem. Optandi ius ad quem de iure spectet, & quid circa optiones, veniat seruandum. Canonicus, quando non dicatur abesse à Capitulo absque eius licentia, & quando tempus absentiæ ei concessum currere incipiat.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum, vt concedatur aduersus rem iudicatam, quid sit probandum.*

2 *Appellare non interest, nec prosequi appellationem ei, qui non habet ius in negotio principali.*

3 *Optandi ius de iure spectat ad antiquiorem.*

4 *Cap. fin. de consuetud. in 6. in quibus terminis loquatur.*

5 *Capitulum sine dubio potest statuere circa obedientias, & temporalitates suas certis modis, & formis inter Canonicos distribuendas.*

6 *circa Optiones, quid obseruandum veniat, & n. 7.*

8 *Statutum, si disponat, vt Canonicus antiquior habeat ius optandi, id est conforme iuri communi.*

9 *Optare an possit Canonicus absens à Capitulo absque eius licentia.*

10 *Obiectum ea, quæ sapiunt, sunt plenè & concludenter probanda.*

11 *Canonico si impertita fuerit licentia abesse à Capitulo per aliquod tempus, tunc illud incœpit currere non à die licentiæ, sed a tempore, quo abesse incœpit.*

12 *Abesse à Capitulo non potest dici Canonicus sine licentia, si tempus ei indultum, vt abesse possit, adhuc duret.*

13 *Ius suum circa optionem, vt Canonicus non dicatur amisisse, quid sufficiat.*

14 *Canonicus antiquior si ex aliqua incapacitate optare non potest, tale ius spectat ad sequentem Canonicum, & quid sibi præiudicauerit, & n. 15*

16 *Iure suo, ne quis vtatur, absque iusta causa non est impediendus.*

17 *in Optione, quis sibi non præiudicat, si stante eius iusta ignorantia incapacitatis existentis in turno permittat eum optare.*

18 *Excusari quis iure debet, dum subsistit iusta ignorantia facti.*

DECISIO DLXXI.

POST factam resolutionem in hac causa,* quod
constabat de re iudicata, dubium proposui, an
constet de causis restitutionis in integrum, etiam
1 DD. negatiuè responderunt, quia† restitutio de cõ-
suetudine Palatij non datur propter solam subsisten-
tiã alicuius causæ excusationis, sed requiritur, quod
constet etiam de iure petentis restitutionem, vt per
Vestr. in prax. lib. 8. cap. 3. num. 7. in fin. & num. 8.
Aegid. dec. 38. circa med. vers. sicut cum petitur, vbi
2 assignatur ratio, quod non habenti †ius in principa-
li negotio, non interest appellare, nec prosequi ap-
pellationem.
In proposito autem non constat de iure Remberti,
sed potius de malo iure ipsius videlicet, quod ius
optandi spectabat ad Arnoldum, non autem ad di-
3 ctum Rembertum, quia nempe† Arnoldus est anti-
quior Remberto, vt latè fuit deductum in decisio-
nibus Reuerẽdiss. D. mei Decani in hac causa factis.
Nec obstat, quod decisiones Reuerendiss. D. mei
Decani fundantur in dispositione, *cap. fin. de con-*
4 *suetud. in 6.* quæ †in optionibus obedientiarum, de
quibus agitur locum non habet, eo quod dispositio
dicti Capituli loquitur de præbendis annexis Cano-
nicatibus, quales non sunt dictæ obedientiæ, aliaque
seruari mandat, quæ in optionibus dd. obedientiarũ
non seruantur, cum in ijs procedatur iuxta statuta à
5 Capitulo edita quod †dubium non est posse statuere
circa obedientias, & temporalitates suas certis mo-
dis, & formis inter Canonicos distribuendas, *cap.*
constitutionem. §. cæterum, & ibi glos. in verb. sta-
tutum de verb. signif in 6.
Quia dd. decisiones fundantur in ratione *d. cap.*
6 *fin.* quod † optio spectet ad antiquiorem, nec prop-
terea refert, quod in reliquis non seruatur dispositio
d. cap. sed particulare statutum, & siquidem scribẽ-
7 tes pro Remberto prætendunt, quod neque †in hoc
quod optio spectet ad antiquiorem seruari debeat
dispositio d. cap. sed forma à dicto statuto præscripta
ostendere deberent contrarium in dicto statuto ca-
ueri, quod tantum abest vt hactenus præstiterint, vt
etiam ex copia dicti statuti per eosdem scribentes
exhibita appareat primum locum in optando dari
8 seniori Presbytero, secũdum seniori Diacono, quod
est conforme dispositioni *d. cap. fin. de consuet. in 6.*
Quia immò nec vnquam inter partes fuit contro-
uersum, quod optio non debeatur seniori, tàm de
iure, quàm de consuetudine Cathedralis Ecclesiæ
Heldesimeñ, idq. pluries idem met Rembertus fas-
sus est in partibus, vt constat ex processu.
Non obstat, quod iuxta formam dicti statuti Tur-
nus Arnoldi erat consumptus, eo quod permisit op-
tare procuratorem Henrici, quod non debuisset per-
mittere, ex quo dictus Henricus erat incapax etiam
9 horribilis ad optandum, †cum abfuerit à Capitulo
celebrato 19. Febr. 1616. absque licentia, quia dicta
inca-

incapacitas nullo modo probatur, cum tamen esset
10 plenè, & concludenter probanda, † cũ sapiat obiectum *glos. & DD. in cap. 1. §. si quis igitur in verb. apertissimis de except. in 6. Sarnen. in reg. de infirm. quæst. 26 Rot decis. penult. & fin. de except. in nou. & coram sanct. mem. Greg. XV. dec. 322. nu. 1. & ibi adden.*

Quin etiam potius dicta incapacitas excluditur,
quia anno 1613. die 19. Ianuarij fuit concessa dicto
11 Henrico licentia† abessendi ad triennium, quæ cum
non incœperit à dicto die 19. Ianuarij, sed à die 22.
Februarij subsequentis, quo cœpit abesse *Castr. consil. 117. num. 1. vol. 1.* durauit vtique dicta licentia vs-
12 que ad diem 22 Febr. 1616. & sic † dici non potest,
quod dictus Henricus absuerit à Capitulo celebrato
19 Febr. 1616. sine licentia.

Et quatenus in hoc adesset aliquis scrupulus sufficere debet Arnoldo ad effectũ, ne ipse censeatur ami-
13 sisse † ius suum, eo quod permisit optare Henricum,
quod Capitulum non habuit dictum Henricum horribilem propter dictam suam absentiam, sed potius ad fauorem eiusdem Henrici declarauit ipsum esse manntenendum, & quod ipsemet Rembertus eodem tempore tacitè fassus est d. Henricum non esse horribilem, cum & ipse permiserit eumdem op-
14 tare, quod non debuisset facere, † ex quo data incapacitate Henrici, & quod non optauerat Arnoldus, optio ad ipsum spectabat, itaut fateri oporteat, quod
15 vel Hẽricus † re vera non fuerit horribilis, vel quod in pari culpa, cum Arnoldo sit etiam ipsemet Rembertus, qui propterea eo minus potest impedire Ar-
16 noldum quominus † iure suo vtatur, vt fusius fuit firmatum in dictis decisionibus Reuerendiss. D. mei Decani in quibus etiam fuit dictũ, quod dictum sta-
17 tutum locum non habet, quando aliquis † ignorat incapacitatem existentis in turno, quia tunc videtur excusandus, si eum permittit optare, & præsertim
18 quando † vt in casu subsistit iusta ignorantiæ causa.

Et ita resolutum &c.

Videlicet sub die 4. Martij huius anni 1624. coram eodem bon. mem. Remboldo, est supra in hoc Tomo decisio 517.

In hac causa plures decisiones emanarunt coram bon. mem. Coccino, quas annotaui supra in præcedenti Tomo ad decisiones 314. & 434.

R. P. D. VBALDO.

Romana Societatis Officij.

Veneris 15. Nouemb. 1624.

ARGVMENTVM.

In societatibus Officij, quando nominatio periculi vitæ, quæ fit intra quindecim dies post contractam societatem, vt suffragetur, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta obligatione Camerali vallata habent paratam executionem.*
2 *Pecuniæ in societate officij lucrantur per mortem illius, sub cuius vita erat inita d. societas, & non possunt per mortem alterius superlucrari.*
3 *Dictio, idemq. quid importet.*
4 *Dictio, vt supra, est repetitiua præcedentium.*
5 *Actus, quando est nullus, perinde est, ac si non esset factus.*
6 *Forma non seruata actus est nullus.*
7 *In societate officij, quando fit translatio periculi vitæ, de vna persona in alteram ex interuallo, tunc requiritur intimatio partis.*
8 *Dictio, necnon, resoluitur in copula.*
9 *Copula, &, solet poni inter diuersa.*
10 *Intimatio, quando est de forma actus, tunc non sufficit scientia eius, cui debuit intimari.*
11 *Forma nec potest remitti de consensu partium.*
12 *Forma, non potest adimpleri per æquipollens.*
13 *Forma non est indiuidua.*
14 *Lex, quando non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
15 *Decis. in causa Romana societatis, coram Eminentiss. Verospio declaratur.*
16 *Actus, qui habet assistentiam iuris pro se, dicitur præualere alijs.*
17 *Constitutio præsumitur vsu recepta stante eius publicatione.*
18 *Constitutio per contrarium vsum non tollitur, si non adsit consensus, & positiua scientia Principis.*

DECISIO DLXXII.

DOMINVS Fuluius Maffeus inita ad sui fauorem societate scutorum mille de anno 1622. cum officiali, & alijs obligatis, eam tempore legitimo disdixit, sed fuit oppositum, pecuniam fuisse superlucratam ob mortem Sereniss. bon. me. Principis Vrbini, cuius vita fuerat per Maffeũ nominata: Ideo dato dubio, an esset factus locus lucro, eoq; proposito die 4. Martij præteriti, Domini mandarunt, vt informaretur strictè super reformatione sanct. mem. Pauli V. & demũ hodie ad dubium negatiuè responderunt. Fuluius enim fundat intentionem suam in publico Instrumento societatis, & disdicta, ex qua insurgit obligatio restituendi sortem, & quidem exe-
1 cutiua, † stante obligatione Camerali, & iuramento, *Cassad. decis. vnic. nu. 2. de mut. pet. Thesaur. decis. 26 num. 11. & in puncto societatis officij fuit dictum in alia Romana societatis officij 16. Decembr. 1619. coram me*, nisi tamen ostendatur pecunias ante disdictam fuisse superlucratas quod tamen visum est, sufficienter non probari, cum in eodem instrumento le-
2 gatur, alia nominatione † non facta, societatem fuisse initam super periculo vitæ ipsius Fuluij, vnde non potuit per mortem alterius personæ superlucrari.

Non obstat, quod intra quindecim dies Fuluius nominauerit, vt dictum est, siue transtulerit periculũ vitæ in personam Sereniss. Principis Vrbini, qui obijt de anno 1623. & sic ante disdictam, quia fuit respõsum in hac translatione non fuisse seruatam formam præscriptam in Reformatione sanct. mem. Pauli V. in titulo de Notarijs Tribunalium Vrbis, in vers. disdictam, & vers. Idemq. nam in nominatione, & translatione periculi vitæ, certum est requiri eandem formam, quæ in præcedenti capitulo requiritur circa
3 disdictam, vt probat † illa particula, idemq. seruetur &c, *Bald. cons. 94. num. 2. lib. 3. Menoch. cons. 130. num. 7. lib. 2.* & dictio illa, vt supra, ibi, & per Nota-
4 rios, vt supra fuerint annotatæ, quæ dictio † est repetitiua præcedentium, *Bart. in l. 1. §. hoc edicto. in fin. ff. de postul. Rot. decis. 39. num. 6. par. 1. recent.* Sed reformatio circa disdictam in præcedenti capitulo mandat Notarijs, vt teneantur disdictam, seu intimatio-

mationem, non solum in manuali registrare, sed etiã
in margine instrumenti societatis annotare his ver-
bis, die tali disdicta, & die tali reproducta, ideo dum
subditur, idem seruan. esse in nominatione, necnon
& in translatione periculi vitæ, quæ non suffragen-
tur, nec cuiquam prosint, nisi parti intra tempus ad
nominandum, vel transferen. intimatæ, & per No-
tarios, vt supra fuerint annotatæ, sequitur, vt etiam
nominatio, & translatio debeat intimari, & per No-
tarium in margine instrumenti annotari, & in ma-
nuali registrari. Quare cum in hoc casu nominatio,
seu translatio super periculo vitæ d. Principis, non
fuerit intimata, nec registrata in manuali Notarij,
nec annotata in margine instrumenti, videtur ob nõ
5 seruatam formam dictæ reformationis † translatio
fuisse nulla, ac si facta non fuisset, prout in pũcto fuit
resolutum *in alia Romana societatis officij 5. Decem-
bris 1616. coram R. P. D. meo Remboldo, quæ est de-
cis. 71. post tract. Modern. de societ. offic.* vbi etiam
fuit ostensum, prædicta fuisse constituta pro forma,
6 & latius hic deducitur per informantes, qua † non
seruata, actus corruit, *l. cum hi, §. si prætor. ff. de
transact. Surd. decis. 264. num. 8. & cons. 318. nu. 10.
Rota decis. 15. num. 3. par. 2. recen.*

Nec videbatur obstare responsio, & distinctio da-
ta ex aduerso, quod constitutio in vers. Idemq. non
loquatur in nominatione, quæ fit tẽpore instrumen-
ti, vel in ipso instrumento, qualis videtur esse ista
nominatio periculi vitæ prædicti Principis, quæ fuit
facta vigore instrumenti societatis intra quindecim
dies. sed loquatur in illa nominatione, quę fit etiam
propriè translatio periculi vitæ, vt si primum peri-
culum erat in persona Titij; postea ex facultate re-
seruata danti pecunias, trãsfertur periculum in per-
sonam Mæuij. hæc enim propriè est nominatio, &
translatio simul, quia nominatur Mæuius, & fit in
eum translatio de persona Titij, & hoc suadent ver-
ba Constitutionis, ibi, in nominatione, necnon & in
translatione, quasi vtrumque debeat concurrere, vt
sit locus Constitutioni videlicet nominatio, & trãs-
latio, vt in exemplo allegato, sed hic non est casus
noster, Quia Princeps Vrbini fuit nominatus intra
quindecim dies, licet in ipso instrumento, sed nulla
interueniente translatione, cum antea nullus alius
fuisset nominatus, & proinde verba Constitutionis
non videntur applicari, sicuti etiam diuersa videtur
ratio, cum primo casu, quando nominatio fit in cor-
pore instrumenti, præsentibus partibus nulla possit
7 considerari fraus, secus quando ex interuallo † fit
translatio periculi vitæ de vna persona in alteram,
tunc enim propter facilitatem fraudis; debet trans-
latio parti intimari, & alia concurrere requisita in
Constitutione, hæc inquam non obstant, quia in
primis non sumus in casu, in quo nominatio fuerit
facta in ipso instrumento, & cum præsentia partium,
tunc enim esset indubitatum, non requiri intimatio-
nem, sed hic fuit facta nominatio post decem dies, à
die contractæ societatis, & parte absente, quo casu
viget eadem planè ratio, vt debeat intimari parti, vt
sciat, societatem non stare amplius sub periculo vitæ
dantis pecuniam, sed personæ nominatæ, & ideo ne-
cesse fuit prouidere huic casui, in quo adest simplex
nominatio etiam sine translatione, & hoc suadent
verba ipsa, ibi, in nominatione, necnon & in trans-
8 latione, quæ † dictio necnon resoluitur in copula, *Ro-
ta decis. 668. nu. 1. par. 2. recent.* & hic additur etiam
9 copula, &, † quæ solet poni inter diuersa, *glos. in rubr.
ff. de iur. & fact. ignor. Paris. cons. 36. num. 14. lib. 1.*

Non obstat, quod officialis eadem die, habita no-
titia dictæ nominationis eam acceptauerit, & prædi-
cta forma videatur introducta ad effectum deducen.
ad notitiam parti nominationem, quia posito, quod
intimatio, annotatio, & registratio sint de forma,
10 † non sufficit scientia eius, cui debuit intimari, *Se-
raph. decis. 1471. num. 3. & decis. 158. nu. 9. post tract.*
11 *Modern. de censib.* immò forma nec potest † remitti
de consensu partium, *Surd. decis. 268. num. 8. & 9.* cũ
alijs per *Modern. discept. forens. cap 691. num 9. &
in d. decis. 71. num. 7. post tract. societ. offic.* neque
12 potest † suppleri per æquipollens, *Bald. in l. 1. nu. 2.
ff. de lib. & posth.* cum alijs per *Rot. decis. 691. nu. 2.
par. 1. recent.* vltra quod in omnem euentum prædi-
ctæ partis notitia nõ potest supplere registrationem,
& alia requisita constitutionis, dato quod suppleret
13 defectum intimationis, & tamen † forma est indiui-
dua, *Dec. cons. 532. num. 5. Rota decis. 30. nu. 3. par. 1.
recent.*

Non obstat, quod cõstitutio loquatur quando iu-
dicialiter agitur inter partes per viam disdictæ, & in-
timationis, non autem prohibeat procedi extraiu-
dicialiter mutuo partium consensu ad nominatio-
nem, quia respondebatur, mutuum istum consensum
non fuisse contemporaneum, cum Maffeus nomi-
nauerit personam Principis die 13. Maij, Antonius
verò officialis postea superuenerit, & asserens se ha-
buisse informationem de dicta nominatione illi con-
sensit, & extra casum nominationis eodem contextu,
& in eodem instrumento, cũ præsentia partiũ, omni-
no seruan. est d. constitutio, qua cauetur, vt nomina-
tio parti non intimata non suffragetur, & cum con-
stitutio non distinguat de nominatione iudiciali, vel
14 extraiudiciali, † nec nos distinguere debemus, *l. de
pretio. ff. de publician.* cum alijs per *Surd. cons. 426.
num. 24. & seq. lib. 3.* vltra quod nominatio semper
fit extraiudicialiter coram Notario, & testibus, sed
intimatio fit iudicialiter apud acta.

15 Non obstat decisio † *in Romana societatis 7. No-
uembris 1614. coram* R. P. D. *meo Verospio*, quia
loquitur in disdicta mutuo partium consensu facta,
quæ non eget intimatione, quod & admitti posset in
nominatione in instrumento facta acceden. consen-
su partium vnico contextu, & momento temporis,
vt dictum est, secus in actu separato, & distincto ab
instrumento, & absente parte, prout hic factum
fuit, vltra quod quæ in ea decisione dicuntur circa
disdictam patiuntur difficultatem in nominatione,
& translatione, in quibus est apposita clausula, vt
non suffragentur, nec cuiquam prosint nisi parti in-
timatæ, quæ verba videntur inducere annullationem
actus aliter gesti, vt benè fuit ponderatum *in alia
Romana societatis officij coram* D. *Remboldo supra*
allegata prò Fuluio.

Obseruantia allegata non faciendi intimationem
est æquiuoca cum dentur plura instrumenta intima-
16 tionum, & praualere debet, quæ habet † pro se assi-
stentiam constitutionis, nec valet dicere, quod non
sit vsu recepta quoad intimationem, *vt per Moder.
discept. forens. cap. 516. num. 4.* quia stan. publica-
17 tione præsumitur † vsu recepta. *Rota decis. 30. nu. 5.
par. 1. recent.* & contrarius prætensus vsus nihil ope-
18 ratur sine consensu, & positiua scientia Papæ, de qua
hic non docetur, *Rota in Romana concordiæ coram*
R. P. D.

R.P.D. Caualerio, quæ sunt decis. 197. num. 3. & 4. 213. num. 2. & decis. 221. num. 4. part. 1. recent. & rursus Rota decis. 356. num. 7. ead. par. 1.

Et ita fuit decisum vtraque parte informante.

A præsenti decisione recessit Rota in illius repropositione facta sub die 27. Aprilis 1626. coram bon. me. Reuerendiss. Manzanedo, & deinde in eadem causa cōfirmata fuit reuocatio 5. Iulij 1627. coram re. me. Merlino, ac demum coram bon. mem. Pirouano 19. Iunij 1628. quæ est decisio 192. infra in seq. parte. Ex quo capite Rota non stetit hic in decisis, tetigi supra in Annotat. ad decisionem 542. à num. 80.

P. Rubeus.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Beneficiatus S. Petri.

Mercurij 20. Nouemb. 1624.

ARGVMENTVM.

Curialitas, quando non possit dubitari, quin sit contracta, & si semel fuerit acquisita, præsumitur semper cōtinuata, nisi aliud doceatur. Voluntas, quando præsumatur mutata, licet id in dubio non præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Curialitas quando dicatur contracta.*
2 *Curialitas semel acquisita præsumitur continuata vsque ad mortem, nisi aliud doceatur. & nu. 4.*
3 *Beneficia vacantia apud Sedem sunt reseruata.*
5 *Regulæ, si quis innitatur, pro eo dicitur rem esse certam.*
6 *Probatio præsumptiua non admittitur vbi quis tenetur aliquid probare.*
7 *Factum, vbi requiritur, lex non illud supplere intendit*
8 *Voluntatis mutatio non præsumitur, nisi probetur, & hoc non alia ratione quam non supplendi factū accidentale contingens in mutando. & nu. 9.*
10 *Curialitatis impressio non est immutabilis & indelebilis, sed mutabilis & delebilis, tanquam in animo consistens.*
11 *Voluntas præsumitur mutata, si superueniat causa apta, & verisimilis ad mutationem.*
12 *Voluntas, vt probetur mutata, quando superuenit causa apta mutationis, admittitur leuior probatio per coniecturas, & præsumptiones. & nu. 20.*
13 *Domicilium acquiritur ratione residentiæ, propter necessitatem inseruiendi beneficio.*
14 *per Domicilium contractum in aliqua Ciuitate, quis desinit esse exter, & incola accidentalis.*
15 *Domicilarius Vrbis si aliquis sit effectus, an ex hoc desinat esse Curialis.*
16 *Familiaris Cardinalis, si quis sit, non desinit esse talis, si obtineat beneficium residentiale alibi.*
17 *Actuum compatibilitate data, vnus non euellit alterum.*
18 *Exterus, & aduena, si efficiantur domiciliarij alicuius loci, desinunt esse tales, & vide num. 19.*
21 *ad Declarationis animi effectum, & renunciationis qualitatis acquisitæ, verba super hoc prolata, debent concludere per necesse, & non sufficiunt si sint iactatoria. & num. 22.*

DECISIO DLXXIII.

CAVSA repropósita* Domini quoad caput curialitatis steterunt in decisis: quia rationes subsistunt, & responsiones datę non releuant.

Non enim poterat controuerti curialitas iam contracta per Bernardinum Tonum, per cuius obitū vacauerat beneficium: quia de ea sufficienter cōstat
1 ex famulatu in seruitijs Auditoris Rotæ, † qui non datur citra animum acquirendi curialitatem, *Mādos. ad reg. quintam Cancell. in quæst. 1. num. 18. Rot. dec. 616. num. 2. part. 4. diuers.* Similiter nec euitari poterat consequentia, quod semel acquisita curialitas
2 † eadem continuata vsque ad mortem censeretur, nisi probetur mutata, *Mandos. reg. 5. quæst. 4. in fine & num. 6. vers. ad illud,* prout de familiaritate idem dicunt *Sarnen. de impetr. benef. per obitum fam. quæstio. 13. num. 6. Rot. decis. 145. num. 4. par. 1. recen.* & de ciuilitate pariter firmat *Bart. in l. assumptio. ff. ad municip. § vlt. Menoch. de præsum. lib. 6. præsum. 25. num. 3. & præs. 42. num. 12.* ex quibus intrabat reseruatio ex generali dispositione, *C. præsenti. §. sanè de*
3 *præben. in 6.* propter † obitum eiusdem Bernardini apud Sedem, neque dicatur prædicta D. Prospero non sufficere, nisi etiam apparet qualitas curialitatis
4 continuata † vsque ad mortem Bernardini, quia vera est conclusio, & eam probant *Ancbar. & Archid. in d. §. sanè, & Mandos. in reg. 5. Cancell. quæst. 3. in fin. per illum textum, & per extrauag. ad regimen de præben. & dignit.* sed de pertinentia oneris probandi hanc continuationem curialitatis est quæstio, quæ ad D. Prosperum non est referenda, dum regu-
5 læ † innititur, & pro eo dicitur adesse res certa, *l. ab ea parte ff. de probat. Bart. in l. quoties. ff. si quis caut. Dec. cons. 142. num. 4. Alex. cons. 79 num. 5. lib. 7. Tiraq. de retract. lignag. gloss. 9. num. 211. Rot. coram Papa Greg. decis. 182. num. 1.* propterea cessat illatio, quod reseruatio non fuerit concludenter probata nō iustificata curialitate de vtroque tempore verè, &
6 non præsumptiuè, prout † dicebatur præsumptiuam non admittere, *Aegid. decis. 612. Achill. decis. 1. de probat. Card. Seraphin decis. 1171. num. 2. & coram Papa Greg. XV. decis. 279. nu. 2.* quia in præsenti non agitur de præsumptione legis, sed de vera impressione curialitatis, quæ non controuertitur, nec amitti potest sine facto illam obtinentis, & vbi factum re-
7 quiritur † lex non intendit illud supplere, & hoc est quod dicit *Bart. in l. assumptio. §. vltimo ff. ad municip. & Menoch. præsump. 42. num. 12. lib. 6.* quod scilicet
8 licet non præsumitur mutatio voluntatis, † nisi probetur; non alia ratione, quam non supplendi factum
9 accidentale † contingens in mutando; & seu deponendo animum illius, qui iam curialitatem induerat, nec propterea cessat effectus *§. sanè* requirentis curialitatem de vtroque tempore, quia impressio cu-
10 rialitatis non est indelebilis, sed mutabilis † tanquā in animo consistens, & pro arbitrio potest amitti, *Bald. in rubr. C. si à non comp. iud. Tiraq. de retract. cosang. §. 9. gloss. 2. num. 25. & 26.* ideo semper subiacet contrariæ probationi, quæ respicit requisitum eiusdem *§. sanè.*

Quod si dicatur non etiam absolutè, & simpliciter esse excludēdam præsumptionem mutationis voluntatis de curiali in domiciliarem, sed rebus sic stā-
11 tibus, itaut si superueniat † causa apta, & verisimilis ad mutationem, tunc præsumatur voluntas mutata,

Me-

Menoch. præs. 37. nu. 35. & 38. & præsumpt. 42. numer. 14. lib. 6. vbi admittitur etiam leuior probatio ad hunc effectum per coniecturas, & præsumptiones, nam & hæc iuris cōclusio non improbatur, sed factū,
12 † quod causa habilis superuenerit pro mutatione voluntatis.

Non obstat igitur, quod Bernardinus assequutus fuerit beneficium requirens residentiam, nec amplius continuauerit in domo Rotæ Auditoris, à quo procedebat curialitas, & ratione residentiæ acqui-
13 sierit† domicilium propter necessitatem inseruiendi beneficio, *Innoc. & Abb. in c. ex ore de priuil. Felin. in cap. dilectus, il 2. num. 4 de rescript. Rot. decis. 642. num. 13. par. 1 recent.* & per contractum domicilium desierit esse exter, & incola accidentalis, pro-
14 ut† quilibet iudicatur Romanam curiam sequens.

Quia prima decisio respondit non esse consequentiam necessariam, si dicatur Bernardinus effectus est
15 domiciliarius Vrbis, ergo† desinit esse curialis, quia vna qualitas alteri non repugnat, sicuti non aduersatur domicilium originis cum domicilio acquisito,
16 aut familiaritas † Cardinalis beneficiato cum onere residentiæ, & hanc compatibilitatem Rota admisit in pluribus causis, nempe in *decis. 616. n. 2. par. 4. diuers. in Assisien. bonorum 18. Iunij 1607. coram bo. me. Card. Sacrato in Romana beneficiatus S. Petri 27. Ian. 1593. coram bon. mem. Card. Blanchetto, in Romana hæreditatis, seu census coram bon. mem. Card. Platto impress. apud Marches. de commiss. p. 2. fol. 575. in Papien. præpositura 10 Decembris 1620. coram Episcopo Attrebaten. & in Auenionen. Archidiaconatus 12. Februar. 1617. coram R. P. D. meo*
17 *Buratto*, & data compatibilitate † actuum, vnus non euellit alterum, *Bald. in l. fin. in princip. C. de nouat. Decian. cons. 564 nu. 15. Alex. cons. 193. nu. 3. vol. 6. Berou. cons. 205 num. 13. vol. 3. Dec. cons. 11. num. 67. vol. 1. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 134. num. 39.* nec vrget replicatio, quod si de aduena, & extero quis efficiatur domiciliarius, & prout
18 contigit curialibus, † qui accidentaliter occasione seruitij mercaturæ, aut aduocationis sequuntur curiam domiciliū acquirere, non amplius dicuntur aduenæ sed incolæ, quod dicebatur non posse cōtingere citra mutationem volūtatis deserendi accidentalem habitationem, quia fuit respōsum huiusmodi acquisitionem domicilij non inferre dimissionem animi se-
19 quendi curiam, si quando id† contigisset, sed acquirendo nouum statum addere conditioni suæ maiores prærogatiuas, & priuilegia.

Non obstat, quod si mutatio voluntatis ex ipsa acquisitione beneficij residentialis in Vrbe non probetur, adminiculata tamen testibus pro D. Patriar-
20 cha examinatis remaneat impleta probatio, † quæ leuior per coniecturas, & præsumptiones admittitur per *Menoch. Bart & alios supra allegatos.*

Quia testes, qui dantur in eius summario non videntur huic probationi satisfacere, nam primus, qui iuxta quartum refert verba Bernardini dicētis, quòd si Papa Paulus vocasset eum ad illi inseruiendum, non accessisset, etiam cum mercede scutorū decem qualibet die, quia verba prædicta sunt quidem verba
21 †iactatoria acquiescentiæ sui status, & fortunæ, sed non abdicatoria curialitatis, & priuilegiorum illius iam acquisitorū propterea ad effectum decla-
22 rationis animi, & renunciationis qualitatis† acquisitæ deberent concludere pernecesse, & apta esse ad disponendum taliter se iactantem, qualia non sunt hæc iactatoria, *cap. cum venissent de inst. Alex. in l. ita stipulatus num. 6. & 7. ff. de verb. oblig. Decian. cons. 103. nu. 23. vol. 2.* Secundus verò testis, tertius, quartus, quintus, & sextus concludunt de omissione exercitij actuum, ex quibus posset inferri ad curialitatem, quod deseruire posset, si ageretur de reprobando statu acquisitionis nouæ concludunt, quia simul esse potest, quod curialitatem nolit exercere, & quod iam acquisita non deponatur, & ita fuit resolutum &c.

☞ *Causa ista fuit prius proposita sub die 8. Aprilis 1622. coram eodem bon. mem. Pirouano, & est decisio 429. infra in seq. part. tom. 2. Et præsens decisio fuit reuocata coram eodem 30. Martij 1626. causa verò quare latè habetur in decisione super emanata, quam posui pariter in sequenti parte estq. in ordine decis. 9.*

REVERENDISS. D. COCCINO.

Treuerē Abbatiæ S. Maximini.

Mercurij 20. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM.

Abbatis electio, si petatur à Papa confirmari, & quidem iuxta terminos cap. cupientes de elect. nisi ea sit valida, confirmari non debet. In electione Abbatum, cum seruanda quoque veniat dispositio cap. quia propter. de elect. ideo forma in eo tradita, præcisè seruanda est, tum quia nisi ad vnguem seruetur, cum sit indiuisibilis, actus corruit in totum, tum quia in d. cap. quia propter, adest decretum irritans. Et discutiuntur plures defectus, qui interuenerunt in præsenti electione Abbatis, & concluditur pro reiectione petitæ confirmationis Apostolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Electio non debet confirmari, nisi valida sit.*
2 *in Electione Abbatum, nisi sit seruata forma tradita in cap. quia propter. de elect. potestas prouidendi deuoluitur ad Sedem Apostolicam.*
3 *Cap. quia propter. de elect. habet etiam locum in electione Abbatum.*
4 *Forma tradita in aliquo actu, est præcisè obseruanda.*
Forma dicitur inducta, si decretum irritans fuerit appositum in lege, num. 4.
5 *Cap. quia propter. de elect. dat tres formulas electionis.*
6 *Forma tradita in cap. quia propter. de elect. in quo consistat, & num. 34. & 35.*
7 *Electio si peccet in forma nulla est.*
8 *Clausula apposita in cap. quia propter. de elect. scilicet, vt electio aliter facta non valeat, refertur ad omnia, quæ attentantur contra formam d. cap.*
9 *in Electionibus, quod debeāt interuenire tres scrutatores de Collegio, & non plures, id à quo solummodo fuerit statutum.*
10 *Scrutatores in electionibus tantum tres debent interuenire, alias electio nulla est.*
11 *Et ista est communis opinio, à qua non est recedendum in consulendo, nec in iudicando.*
12 *Personæ tres facilius conueniunt quam plures, & fidelius negotium tractant.*

13 *Scru-*

13 Scrutatores tres, eligendi pro electione facienda, debent esse de Collegio, aliàs electio erit nulla.
14 Scrutatores pro electione facienda debent esse de Collegio, quia præsumitur eos fidelius esse tractaturos electionem,
Et non est honestum, vt qui sunt extra Collegium faciant conscientiam illorum de Collegio.
15 Cap. quia propter. de elect. substantialis forma à quibus verbis incipiat.
16 Electio Abbatis fuit confirmata in Curia, licet in eius electione interuenerint sex scrutatores, tres ex Collegio, & alij tres extra Collegium.
17 Doctori attestanti de receptione alicuius actus nulli, non est credendum.
Doctori attestanti de consuetudine non creditur, cũ consuetudo sit quid facti, & sic in dies potest mutari, num. 17.
18 Rota continuò reijcit illam opinionem, quod Doctori attestati de consuetudine fori, in quo versatur, credatur.
19 ex Gratia ea, quæ fiunt, non debent trahi in exemplum.
20 Vtile per inutile non vitiatur.
21 Forma cum sit indiuidua, ideo eius causa vtile per inutile vitiatur.
22 Electio, quod fiat per annum, & non vltra, si statutum, id disponat, electio facta per triennium est nulla in totum, & quare.
23 Forma non seruata, actus in totum corruit.
24 in Electionibus, vt interueniãt aliqui, qui non sint de Capitulo, id consuetudine potest induci, & an hoc sit verum, num. 25. & 26.
27 Decretum irritans tollit omnem consuetudinem in contrarium.
28 Decretum irritans facit personam incapacem, & consuetudo non potest tollere incapacitatem.
29 Lex irritans aliqua, ratione honesta, potest esse abrogabilis per consuetudinem.
30 Quod intellige verum si vniuersaliter in toto Orbe per consuetudinem contrariam, cum requisitis lex esset abrogata.
31 Præscriptio induci non potest contra actum habentem decretum irritans.
32 Lex, quando generaliter non est abrogata, remanet in suo robore.
33 de Lege præscribenda, & non de communi DD. opinione, quando agatur.
36 Actus, vt corruat ex defectu formæ, sufficit, vt in vno ea non fuerit seruata.
37 Forma in parte non potest relinqui, cum sit indiuisibilis.
38 Electio quando est nulla, non potest ratificari.
39 Scrutatores tres de Collegio iuxta terminos cap. quia propter. de elect. vota omnium debent exquirere.
40 Verbum, exquirere, quid importet.
41 Facere aliud est, & aliud assidere.
42 Facere aliud est, & aliud esse præsentem actui per alium explicato.
43 Vota singulorum iuxta terminos cap. quia propter. de elect. debent redigi in scriptis, aliter eius forma non dicitur seruata.
44 Eligentium vota melius est, vt in scriptis reducantur, & hoc ne memoria scrutatorum pereat.
45 Vota singulorum in terminis cap. quia propter. de elect. debent publicari in communi, aliter si tantum electio fuerit publicata, nulla est electio. n. 46.
47 Vota singulorum eligentium, quando non sit necessè, vt in communi publicentur.
48 Enunciatiua simplex non releuat.
49 Electio, quando est vnanimis, non est facienda collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, vel zeli ad zelum, sed qualiter.
50 Electio, quando fit à duabus partibus, hoc casu licet non fiat collatio meriti, & zeli, tamen fit collatio numeri, licet non ad numerum.
51 Abbates Ordinis S. Benedicti iuxta eius Regulam qualiter eligantur.
52 Forma certa, quando datur habenti facultatem, illa non seruata, actus tenet, licet contraueniens possit puniri.
Quod tamen secus est, quando forma data habet decretum irritans, num. 52.
53 Lex, quando est posterior, & habet decretum irritans, ea non seruata, actus corruit, non obstantibus legibus anterioribus.
54 de Abbatis Regularis electione, quando agitur, sufficit, vt electio fiat per vota secreta iuxta Concil. Trid. sess. 25. cap. 6. de regul.
55 Concil. Trident. sess. 25. cap. 6. de elect. de quibus electionibus loquatur.
56 Cap. quia propter. de elect. non fuit derogatum per Concil. Trident. sess. 25. cap. 6. de elect. & vide numer. 57. & 58.
58 Electio ex quibus non dicatur remansisse secreta.
59 Electio est nulla, si aliquis ex Electoribus vnam schedulam tantum vnico nomine scriptam recepit de manu Scribæ, vel duas recepit, & aliã scindit.
60 Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.
61 Electio substinetur, quando votum alterius ostenditur, absque culpa Capituli.
Electio quando non dicatur secreta culpa Capituli.
62 Electio tenet, etiam non seruata forma electionis, quando adest consensus, sed hoc intellige in foro conscientiæ.
Nauar. cons. 9. de elect. opinio quando procedat.
63 Electio in foro fori indubitatè est nulla, quando forma in ea tradita, seruata non fuit.
Papa potest consensum eligentium non solemniter præstitum conualidare, num. 63.
64 Instrumentũ electionis est indubitatæ fidei, quando est manu publica scriptum, & habet sigillum, & subscriptionem omnium eligentium.
65 Electio à Papa non est confirmanda si non fuerit petita, iuxta terminos cap. cupientes. de elect.

DECISIO DLXXIV.

1 PETITVM fuit, vt Sanctissimus Dominus Noster confirmaret electionem Abbatis, † quæ nisi valida sit, confirmari non debet *cap. nihil. 44. §. cæterum. de elect.* Immò si est nulla, ob non seruatam
2 formam *cap. quia propter. de elect.* potestas † prouidendi deuoluta est ad Sedem Apostolicam, tam vigore iuris communis, *vt est text. expressus in cap. quamquam. de elect. in 6. Roman. cons. 332. num. 11.* quam vigore Concordatorum, & compactat. Germaniæ. Ideo Sanctissimus Dominus Noster mandauit, vt in Rota videretur, an constet de valida electione, quæ veniat confirmanda; & resolutio pendet principaliter ex eo, an fuerit seruata forma *cap. quia*
3 *propter. de elect.* quod habet locum † in electione etiam Abbatum, vt colligitur ex dicto *text. in verbo,*

*bo, Ecclesiæ viduatæ, iuncto text. in cap. ne pro defe-
ctu* 41. *tit. eod. & in cap. indemnitatibus. §. sanè, cum
seqq. de elect. in 6. Ioan. Andr. in d. cap. quia propter.
num.* 59. vbi de communi, *Bellam. ibid. num. 3. in
princ. Imol. num. 3.* vbi de communi, *Rot. dec. 5. in
princ. iuncto num. 2. de elect.* in nouis cum pluribus
allegatis *in causa Meten. monasterij 5. Iulij 1621.
coram me*, quibus potest addi *Cuch. instit. maior.
lib. 4. tit. de elect. num 279 in fin. Canis. de elect. §. &
hæc de Episc. Iodoch. Lorich. in thesaur. vtriusque
Theolog. in verbo electio in forma scrutinij. vers. &
hæc forma.* Et forma, quæ traditur *in d. cap. quia pro-
pter* est præcise seruanda, † cum habeat decretum
4 irritans, ibi, electio aliter facta non valeat, quæ ver-
ba dictum decretum important *l. non dubium. C. de
legi. l. stipulatio. ff. de verbor. oblig. Io. Salas. de ll.
q. 95. tract. 14 disput. 16. sect. 11. num. 29. Alex. cons.
41. nu. 13. & 14. lib. 5.* quod duplicatur *Soccin. sen.
cõs. 87. n. 6. vers. confirmatur. lib. 3. Ias. cons. 85. n. 8.
& 9. lib. 3. & in puncto dicti cap quia propter dicunt
Gloss. & Doctor. in dicta Meten. allegat. Compost. nu-
mer. 20. vers. nunquid de ista. Io. And. num. 37. in
verbo non valeat, Innoc. num. 6. eodem verbo, Gu-
lielm. Mandagot. de elect. cap. 22. Roman. cons. 332.
num. 12.* Et Domini negocio maturè discusso, cum
vna tantum pars informaret, censuerunt non con-
stare de valida electione, quæ debeat confirmari.

5 Cum enim in *dicto cap. quia propter.* dentur † tres
formulæ electionis per scrutinium scilicet compro-
missum, & quasi inspirationem, quæ vltima verè nõ
est formula, vt notant Doctor. ibidem, & fuerit ele-
cta forma scrutinij, non fuit seruata forma *in d. cap.
quia propter.* præscripta. Primò, quia ibi disponi-
tur, quod assumantur tres de Collegio fide digni, qui
secretè, & sigillatim vota cunctorum diligenter ex-
6 quirant, † & in hoc casu fuerunt assumpti tres qui-
dem de Collegio, & tres extra Collegium, vnde ele-
ctio in duobus peccat, ac proinde remanet nulla.
Primò quia fuerunt electi sex, & tamen non debent
esse plus quam tres. Secundo, quia fuerunt electi
7 tres extra Collegium, † vtrumque enim est contra
formam substantialem illius *cap. quia propter*, vt pro-
batur *ex tex. claro in cap. Ecclesia vestra il 2. 57. §.
denique de elect.* vbi est expressum, quod clausula illa
posita in dicto *cap. quia propter.* dum post requisita
ad electionem legitimè faciendam subiungitur, ele-
ctio aliter facta non valeat &c. refertur ad ea omnia,
8 † quæ attentantur contra formam electionis, reper-
tam solum à dicto *cap. quia propter* in Concilio gene-
rali, non autem ad alia ibi narrata, quæ ad electionem
faciendam reperta sunt ab alijs etiam Canonibus,
quibus tamen omissis, illi Canones non inualidant
electionem, hoc vero, quod scilicet tres de Collegio,
9 & non plures debeant esse scrutatores, † statutum
est solummodo ab ipso concilio generali in dicto *cap.
quia propter*, non autem ab alio Canone, igitur ele-
ctio, omissa ista forma, est nulla cum illa clausula
alias electio facta non valeat, posita in fine dicti cap.
ad dictam formulam à Concilio generali introductã
referatur, vt bene dictum *tex. in cap. Ecclesia vestra*
ponderat *Roman. cons. 332. num. 12.* ad quod nullus
alius, quem ego viderim, animaduertit.

10 Et quod etiam scrutatores debeant esse tres, † &
non plures, aliàs electio non valeat est communis, &
indubitata sententia, *Abb. in d. cap. quia propter. nu-
mer. 13. vers. tertium substantiale.* vbi de communi
*Imol. num. 7. Innoc. num. 4 Bald. num. 31. Ioan. An-
dr. num. 9. vers. assumantur*, dum vult, quod substã-
tialia *cap. quia propter* incipiant à verbo assumãtur
Butr. num. 22. vers. dicitur 6. Hostien. nu. 17. & 43.
dicit hoc esse tutius *Card. nu. 3. q. 12. Anchar. col. 1.
in fin. Goffred. in sum. tit. de lect. num. 7. Hostien. in
sum. §. qualiter facienda, vers. sed verba Concilij
Bais. de elect. par. 3. cap. 23.* vbi de communi *Ber-
trand. cons. 187. num. 1.* vbi etiam de communi, &
11 quod ab hac opinione † non sit recedendum in con-
sulendo, neque in iudicando *Rebuff. super concor. in
tit. de reg. ad Prælat. nomin. facien. §. vlt. verb. for-
mam. vers. tres*, vbi de communi *Franc. Marc. dec.
1201.* vbi pariter de communi *Io. de Friburg. in
sum. tit. de elect. q. 7. col. 2. vers. assumantur Siluest.
in summ. verbo electio 2 num. 12. vers. tertium de
communi Ang. in summ. eod. verb. num. 26. Tabien. in
verb. electio 1. num. 20. vers secundum quod Rosell.
eod. verb. col. 5. vers. quot sunt formæ. Azor. instit. mo
ral. par. 2. lib. 6. cap. 14. col. 7. vers. vndecimo quæri-
tur Rodriq. in summ. cap. 2. de elect. col. 3.* vbi de com-
muni, *aliàs cap. 102. Iodoch. Lorich. in thes. vtriusq.
Theol. in verb. electio in forma prima scrutinij vers.
12 2. vt ipsi eligant.* Et ratio huius sententiæ, † vt tres
facilius conueniant, & fidelius negotium tractent
Hostien. in summ. Petr. de Bais. Butr. & Bertrand.
locis iam allegatis.

Et quod etiam dicti scrutatores debeant esse de
13 † Collegio, alias electio sit nulla, est pariter com-
munis opinio *Abb. in d. cap. quia propter. num. 13.
vers. quartum substantiale. Imol. num. 8.* vbi de com-
muni *Io. Andr. num. 11. Butr. nu. 22. vers. dicitur 7.
Hostien. num. 25. & 43. Card. num. 3. q. 12. Compost.
nu. 5. in fin. vers. de* Collegio. *Anchar. col. 2. vers. cir-
ca hoc. Goffred. in summ. de elect. num. 7. Hostien. in
summ. eod. tit. §. qualiter facienda col. 4. vers de Col-
legio. Roman. cons. 312. num. 12.* vbi de communi *Re-
buff. loco præfato, vers. quarto requiritur Bais. de
elect. par. 3. cap. 24. Franc. Marc. d. decis. 1201. in fin.
Siluest in summ Ang. Io. de Friburg. Tabien. Rosell.
Azor. Iodoch. Lorich. locis supra allegatis.* Et ratio
huius dicti est, quia præsumitur eos, qui sunt de Col-
14 legio, fidelius † tractaturos electionem, & non est
honestum, vt qui sunt extra Collegium sciant con-
scientiam illorum de Collegio, *Hostien. Imol Bais.
& Rebuff. supra citatis locis.*

Et quamuis secundum aliquos substantialia for-
15 mæ, † *cap. quia propter* non incipiant à verbis illis
assumantur tres de Collegio, sed à verbis immedia-
tè sequentibus qui secretè, & sigillatim vota cuncto-
rum diligenter exquirant, prout *gloss. in d. cap. quia
propter in verb. sanior. in fine*, & fuit opinio *Vin-
centij, & Tancredi. Mardagot. de elect. cap. 23. in
verb. irritari*, vbi, quod in Curia fuit cõfirmata ele-
16 ctio † Abbatis Tullen. licet in ea fuerint electi sex
scrutatores, tres scilicet de Collegio, & tres extra
Collegium, quem etiam refert *Card. in d. cap. quia
propter num. 13. q. 12. vers. & iuxta Mardagotum*
& hanc opinionem esse in Curia receptam dicũt, li-
cet ipsi contrarium expresse teneant *Hostien. in
summ. de elect §. qualiter facienda col. 4. vers. assu-
mendo. Goffr. in summ. num. 7. Io. de Friburg. in sum.
tit. de elect. q. 7. col. 2. vers. assumantur Io. Andr. in d.
cap. quia propter. num. 9 in verb. assumantur.* Prædi-
cta tamen opinio gloss. non est vera, vt patet ex su-
pradictis, & bene dicunt Doctor. modo allegati, ne-
que

quæ probatur quod sit recepta in Curia, quia non
17 credendum Doctori de †receptione attestanti, prout nec creditur de consuetudine attestanti *Mohed. d. cap 2. & 3. de consuetud.* & est ratio quia consuetudo est quid facti, & quod tunc fuit, potest hodie non esse, per quam rationem semper meo tempore Rota reprobauit opinionem illorum, qui tenent,
18 † quod credatur Doctori testanti de consuetudine, quando est versatus in illo foro. Eoq. magis non est credendum dictis Doctoribus, quia hoc dictum non videtur congruum cum ferè omnes prædicti Doctores videantur moueri ex prædicta confirmatione electionis, in qua fuerunt adhibiti sex scrutatores, quæ quidem electio, vt rectè Rota aduertit in d. causa Meten. Monasterij 5. Iulij 1621. per Summum Pon-
19 tificem †potuit confirmari ex gratia, non autem ex eo, quod electionem censuerit validam, nec prædicta electio adhibitis sex scrutatoribus potuit sustineri, prout nec ista, ex regula, quod vtile per inu-
20 tile †non vitiatur *cap. vtile de reg. iur.* quia ista regula non habet locum, quando aliquid inducitur
21 pro forma substantiali, † prout est, quod tres tantū eligantur scrutatores de Collegio, quia cum forma sit indiuidua, vtile per inutile vitiatur, *Dec. cons. 332. num. 5. Mandos. de communi reg. 27. q. 24. nu. 10 Matien. in l. 1. tit. 4. lib. 5. gloss. 4. num. 9. Bert. cons. 12. num. 30. Gutier. canon. qq. lib. 2. cap. 15. nu. 114. Rot. dec. 471. num. 9. par. 1.* & in terminis electionis *Roman. cons. 66. nu. 2. vsque ad finem*, vbi, quod stante
22 statuto, vt electio fiat ad annū, & nō vltra† & si cōtra fiat sit nulla, electio facta per trienniū est nulla in totū, quia illa verba dant formam electioni, quæ facit eam indiuiduam, & ibi *Add. in littera C*, quem sequitur *Alciat. in l. 1. §. sed si mihi. num. 13. ff. de verb. oblig. & Garzias de benefic. par. 2. cap. 5. n. 59.* & optimè ad rem idem *Alciat. loco cit. nu. 11. & 12.* vbi ex *cap. Messana de elect.* dicit, quod si interueniat in electione laici, & Clerici, electio est nulla in totum ea ratione, quia non est seruata forma, cum
23 lex de forma† introduxerit, vt laici non interueniāt in electionibus, vt tenent *Card. & Imol. in d. cap. Messana.*

Neque prædictis resistit, quod de consuetudine
24 potest introduci, †vt aliqui extra Collegium interueniant in electione *Specul. de elect. §. 1. n. 12. Card. in cap. quia propter q. 12. in princ. Bertach. de Episc. lib. 1. par. 3. q. 5. nu. 4.* quem refert, & sequitur *Boer. ad Mandagot. de elect. cap 23. littera R. vers. adde*, qui tales possunt eligi scrutatores *Card. & Specul. vbi supra.* Quia quicquid sit de hac opinione, pro-
25 cedit, quando illi extra Collegium de consuetudine legitimè† præscripta habent vocem, tunc enim, vt considerat Card. loco prædicto, hi dicuntur de Collegio eligentium. In proposito autem nullibi probatur, quod tres scrutatores exteri de consuetudine debeant interesse electioni, & si probaretur ista cōsuetudo, non releuaret, quia apertè constat, quod hi ex consuetudine non sunt de Collegio eligentium, cum in electione vocem minimè dederint. Si verò prætendatur, quod de consuetudine possint eligi sex scrutatores, tres de Collegio, & tres extra Collegiū,
26 hoc etiam probato, nihil officeret, quia esset† consuetudo contra dispositionem *d. cap. quia propter.* quod cum habeat decretum irritans, tollit omnem consuetudinem in contrarium, vt in puncto illius *tex. dicit Boer. decis. 1. num 49. & 50.* & hoc est regu-
27 lare in omni lege, & †canone habente decretum irritans *cap. quod super his in fin. de consanguin. & affinit. cap. super eo in princ. de cognat. spirit. Couar. par. 4. cap 6. §. 10. num. 35. & seqq. Driedon. de libert. Christian. lib. 1. cap. 16. col. vlt vers. & hinc iam consideranda*, & confirmatur, quia lex irritans facit
28 personam incapacem, †quādo circa illam versatur, & consuetudo non potest tollere incapacitatem *Dec. in cap. nouit. de iudic. nu. 84 Felin. & Aym.* quos allegat *Suarez de ll. lib. 7. cap. 19. num. 13. in fin.* & quamuis ipse *num. 14.* hanc sententiam non probet, dum tenet, quod lex irritans aliqua ratione honesta
29 possit esse abrogabilis †per consuetudinem: Tamen quicquid sit de hac opinione, quatenus etiam esset vera, in casu isto nihil prodesset, quia, vt idem *Suarez declarat num. 16. & 17.* procederet, si vniuersa-
30 liter in toto Orbe per consuetudinem † contrariam cum requisitis lex esset abrogata, quod in casu isto videtur improbabile, secus autem, quando in certo loco seruatur contra id, quod in lege habente decre-
31 tum irritans disponitur, ista enim † est præscriptio, quæ introduci non potest, obstante decreto irritanti, quia cum lex generaliter non sit abrogata, remanet in suo robore neque hic repetendum est, quod alias dicebatur in d. causa Meten. coram me, quod videlicet non agatur de præscribenda lege, sed communi Doctor. sententia, quia immò de præscriben-
32 da lege agitur, † nam licet aliqui DD. interpretentur substantialia, *cap. quia propter* incipere ibi qui secretè inquirant, nihilominus communis intellectus illius text. est, quod substantialia incipiant, à verbo assumantur, & hoc in alijs iuribus declaratur, scilicet *in d. cap. Ecclesia vestra il 2 de elect.* vt supra relatum est, & sic agitur de præscribendo contra ius,
33 † non autem contra communem sententiam, quæ communis sententia versatur solum circa interpretationem illius *text. Suarez. de ll. lib. 6. cap. 1. num. 5. vers. de hac igitur interpretatione.*

Secundo principaliter cōstat de nullitate electionis, quia dicti tres scrutatores extra Collegium scrutati sunt votum fratris Antonij primi scrutatoris de Collegio, & secundo loco præsente d. Antonio votum Matthiæ secundi scrutatoris, ac tertio loco præsente Antonio, & Matthiæ votum Valentini tertij scrutatoris, vnde scrutatio Antonij, & Matthiæ corruit, quia, & si aliqui velint, quod eligatur quartus scrutator, qui vna cum Notario scrutetur scrutatores, rectius tamen & communiter seruatur, quod duo ex
34 eis tertium scrutentur, †& sic duo ex scrutatoribus debebant Antonium scrutari, & duo Matthiam, quod minimè seruatum fuit, ita *Abb. d. cap quia propter. num. 9. vers. 4. quæritur. Innoc. in verb. cunctorum num. 6. Hostien. num. 43. vers. sed quis inquiret Io. Andr. num. 18. Butr. num. 26 Compostell. nu. 6. Bais. de elect. par. 3. cap. 26. num. 8. Io. Frideburg. in summ. de elect. q. 7. col. 2. ante fin. vers. & puto. Rosell. in summ. verb. electio 1. col. 5. vers. quot sunt. Rodriq. qq. reg. tom. 2. q. 52. art. 3. vers. in princ.* & sic non fuit seruata forma, *cap. quia propter*, quia modus
35 prædictus scrutandi est secundum † formam d. text. ibi vota singulorum diligenter exquirant, ac proinde etiam sui ipsorum, vt scilicet semper duo tertium exquirant *Hostien. in d. cap. quia propter nu. 3. in verb. cunctorum*, & sufficit, quod forma deficiat in
36 his duobus votis, cum satis esset, quod etiā † in vno non fuisset seruata, vt electio corrueret, vt fuit opinio

nio *Vinc.* quem refert, & sequitur *Bellam. in d. cap.*
quia propter. §. nisi forte. vers. 3. quaro, & ratio est,
37 quia in parte relinquitur † forma, quæ est indiuisibi-
lis, *Garz. de benef. par. 5. cap. 4. num.* 184. qui loqui-
tur, quando etiam defectus est in vno voto, & quod
magis est, nec ille vnus, in quo notatur defectus, po-
38 test postea assentire, quia cum electio † fuerit nulla
non potest ratificari *Compostell. in d. cap. quia prop-
ter. num. 29. Bellam. loco citato.*

Tertio principaliter electio fuit nulla, quia ipsi
scrutatores extra Collegium scrutati sunt, solum as-
sidentibus scrutatoribus de Collegio, vt patet ex in-
strumento confirmationis transmisso S.D.N. in quo
sic habetur. Petrus Abbas Epternacen. suffraganeus
Treueren., & Abbas ad S. Matthiam, qui sunt scru-
tatores electi extra Collegium (in præsentia Nota-
rij infrascripti, primo votum fratris Antonij scruta-
toris, deinde in præsentia iam d. Antonij votũ Mat-
thiæ scrutatoris. Tertio ipso quoque Matthia præ-
sente votum Valentini) qui sunt tres scrutatores ele-
cti de Collegio, & postea subsequitur assidentibus iã
dictis scrutatoribus venerabilis Patris Michaelis
Prioris, & postea singulorum in ord. seqq. vota præ-
stita ab vnoquoq; primitus iuramento consueto præ-
stito inquisiuerunt, audiuerunt, & exceperũt &c. Et
sic scrutatores extra Collegiũ sunt illi, qui scrutati
sunt vota, assidentibus solum scrutatoribus de Col-
legio, atque ita contra formam *cap. quia propter*, vbi
39 expresse disponitur, quod tres † scrutatores de Col-
legio vota omnium diligenter exquirant quod ver-
bum (exquirant) importat ex se, & proprio ore
exquirant, immò adhibitis quibusdam verbis adhor-
40 tatorijs, † quæ tamen non possunt dici de substantia,
prout de substantia est, quod ipsi exquirant *Specul. de
elect. §. 1. nu. 17.* quem sequuntur *Bertach. de Episc.
lib. 2. par. 1. num. 2. Butr. in cap. quia propter. n. 25.
Abb. num. 5. vers. nota 3. Hostien. nu. 30. Innoc. nu. 6.*
quod non fecerunt scrutatores de Collegio, aliud
41 nempe est facere, † aliud assidere *l. 1. ff. de off. assess.*
& aliud est facere, & aliud est esse præsentem actui
42 per alium † explicato *Bart. in l. omnium num. 5. per
illum tex. & ibi Bald. num. 9. Alex. num. 9. Bart. in
l. modestinus. num. 3. ff. de donat. Bald. in l. illud sub
num. 4. C. de sacr. Eccles.*

Quarta etiam principalis nullitas ex verbis supra
ponderatis resultat, quia vt ex illis patet, vota non
43 fuerunt redacta in scriptis † contra formam *text in
d. cap. quia propter* ibi & in scriptis redacta *Abb. ibi-
dem num. 6. Butr. num. 27. Io. Andr. nu. 19. Hostien.
num. 31.* vbi expresse, quod aliter non seruatur for-
ma *Innoc. num. 6. Imol. num. 5. in fin. vers. in gloss.*
redacta, vbi quod hoc requiritur quia melius con-
44 stat de voto per scripturam, † hoc est, ne memoria
scrutatorum pereat, *Innoc. ibid. Anchar. ante nu. 1.
Bais. de elect. par. 3. cap. 28. num. 1. & seqq. Mirand.
in manual. Prælat. regul. tom. 2. q. 23. art. 16.*

Quinta adest nullitas, quia vota in scriptis reda-
cta publicati debent in communi vt habet *in d. cap.*
45 *quia propter*, & hoc est etiam † substantiale in pro-
prio autem fuit publicata solum electio non autem
vota, vt in instrumento, ibi inquisitis itaq; collectis,
& collatis singulorum votis, suffragijs, & voluntati-
bus nos omnes rursus in vnum, ac in locum capitu-
larem conuocati, atque pro publicatione noui electi
Abbatis, & Pastoris instantes per sæpe dictum Do-
minum Præsidentem expresse rogati, num factam
per nos electionem ratam, firmamque haberemus,
consentientes in Abbatem, & Pastorem nostrum
Monasterij, & Conuentus venerabilem Patrem &c.
Pium &c. publicari, & proclamari fecimus, prout
idem D. Præsidens Dominum electum alta, & intel-
ligibili voce proclamauit, publicauitq. &c. Vnde
46 cum fuerit publicata tantum electio † non autem
vota, electio fuit nulla, *Hostien. in d. cap. quia prop-
ter. num. 44. vers. quintum est, Io. And. num. 28. vers.
9. Anchar. & Butr. eod. vers. Bais. d. par. 3. cap. 29. in
princ. Miranda loco prædicto vers. 9.* Neque dicatur,
47 quod electio fuit vnanimis, & propterea † non erat
necessaria publicatio votorum, cum nõ esset facien-
da collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum,
vel zeli ad zelum, *Abb. in d. cap. quia propter. nu. 10.*
quia respondetur, quod ex tenore narratæ electionis
constat vota non fuisse publicata, sed solum electio-
nem. Et quamuis in petitione confirmationis di-
catur quod electio fuit vnanimis, hæc est simplex
48 † enunciatiua, & si modo constaret, quod fuisset
vnanimis non releuaret, dum non constat fuisse pu-
blicatam, cum vota semper publicanda sint, licet
enim, vt supra dictum est, quando electio est vnani-
mis non sit facienda collatio numeri ad numerum,
49 meriti, ad meritum, vel zeli ad zelũ, † debet tamen
fieri collatio numeri, meriti, & zeli, *Abb. in d. cap.
quia propter. num. 10. vers. si vnus*, vel saltem est fa-
cienda collatio numeri alias esset in arbitrio scruta-
torum pronunciare quem mallent, & hoc benè re-
50 quiritur, prout etiam quãdo quis eligitur † à duabus
partibus, quo casu, licet non fiat collatio meriti, &
zeli, *cap. si quando de elect. in 6. Abb. d. nu. 10. vers.
nam maioritas. Franc. Marc. decis. 924. ante num. 6.
lib. 1.* nihilominus fit collatio numeri, licet non ad
numerum.

Non obstat, quod Monasterium sit Ordinis San-
cti Benedicti, & in d. electione dicatur, & lecto capi-
tulo ex regula de eligendo Abbate &c. quod est
cap. 64. ex quo forsan posset prætendi, quod electio
51 facta, † iuxta dictam regulam substineatur, quia, vt
aduertit Turrecre. tract. 38. illud caput habet duas
partes principales, in prima agitur de ipsa electione,
in secunda de qualitate ipsius electi, & circa primã
partem tres ponuntur electionum differentiæ. Pri-
ma est si tota Congregatio in timore Domini con-
cors fuerit in eligendo. secundo si parua pars Con-
gregationis, meliori tamen consilio freta eligeret
aliquem. tertio si tota Congregatio peruersa inten-
tione corrupta aliquem elegerit primam, & secun-
dam approbat, tertiam verò reprobat, & hoc est,
quod disponitur etiam postea *in d. cap. quia propter*,
vt supra relatum est, circa modum autem eligendi,
regula nihil disponit, & si disponeret non releuaret,
52 quia licet verum sit, quod † quando habenti facul-
tem datur certa forma, illa non seruata, actus tenet,
licet contraueniens possit puniri, secus tamen est,
quando illa forma habet decretum irritans, vel per-
petuam prohibitionem, prout in casu isto, nam cum
Regula S. Benedicti sit anterior, superuenit consti-
tutio concilij generalis, de qua *in d. cap. quia prop-*
53 *ter*, quę dat certam formam † cum decreto irritanti,
ergo quod fiat in contrarium est nullum, vt distin-
guendo, dicunt *gloss. in Clem. 1. in verb. inbibentes de
iurepatr.* vbi *Imol. num. 3. & 4. Vitalin. nu. 13. An-
char. in cap. statutum. §. fin. per tot. de rescript. in 6.
& in Clem. 1. num. 11. vers. & hoc enim videtur de
sequest.*

sequest.poss.& fruct. Felin.in c.ex parte limit. 2. de constit. Abb.cons 91.*col.3.num.6.vers.ad prædicta induco lib.1.& q.5.Augerio num.6. vers 2. probatur Apostill.a l Roman.cons. 236.num.8. in verb.singularis Suarez de ll.lib.5.c.31.num.* 10. vbi materiam exornat. *Io: de Sallas.de ll.q.96.tract.14.disput. 16. sect.8.num.33. Sà in summa.verb.lex.nu.* 13. & ista est communis opinio, *vt per Brun.de forma tit. de potestate, & effectu formæ, & solemnit. in vlt. eff. in 6. limit.fol.57. col.1.vers.sexto prædicta regula.*

Neque etiam obstat si dicatur, quod vbi agitur de
54 electione † Abbatis regularis, sufficit, quod electio fiat per vota secreta *iux.Conc.Trid.sess.25.c. 6. de regul.* Quia fuit responsum, quod aut Conc. loquitur de Abbatibus temporalibus, prout innuunt illa
55 verba in electione † Superiorum quorumcumque Abbatum temporalium, & aliorum Officialium &c. & super dispositione Concilij non est insistendum; aut loquitur de Abbatibus perpetuis, & eo magis
56 electio est nulla, † quia Concilium non derogat dispositioni *d c.quia propter, vt per Rodriq. in summ. c.1.aliàs* 102 *num. 2.& 3. de elect. & fuit dictum coram me in dicta Meten.Monasterij solum addidit* quod ne dum vota sint secreta, sed ita, & taliter, vt nunquam eligentium nomina publicentur; Vnde si erat seruanda forma c. quia propter, dispositio
57 † Concilij nedum non obstat, sed operatur, vt eo magis electio sit nulla, cum eligentium nomina nunquam publicari debeant, ex quo fuit, quod cum fuerint electi tres scrutatores de Collegio, & tres extra
58 Collegium, electio† nō remāserit secreta, quod certè non esset dicendum, si tres tantum de Collegio electi fuissent *Rodriq. loco alleg. numer.* 3. Et censuit Congregatio Illustriss. interpretum, quam refert *Garz.de benef.p.5.c.4.num.* 189. vbi quod electio est nulla, si aliquis ex electoribus vnam schedulam tātum vnico nomine scriptam recipit de manu scribæ,
59 † vel duas recipit, & aliam scindit, quam declarationem refert idem *Garz. in d.num.* 193. Sic in proposito tres scrutatores extra Collegium sciunt votum eligentis, vnde illud possunt reuelare, & intrat nullitas electionis per rationem declarationis præfa-
60 tæ, cum Concilium habeat decretum † irritans, verbis claris, quod inficit tit.& possessionem Et quamuis *Nau. cons. 9. de elect. & Rodriq. loco prædicto, num.4.& qq. regul tom.2..q.52.art.9.* teneant, quod
61 electio substineatur, quando votum † alteri ostendatur sine culpa Capituli, tamen quicquid sit de hoc in casu nostro, culpa Capituli votum non est secretū, cum admiserit tres scrutatores extra Collegium, neque etiam, sustineri potest electio, ex quo *Nauar. post Innoc. & alios asserat loco citato*, quod si adsit
62 consensus, † etiam non seruata forma, electio teneat quia loquitur in foro cōscientiæ; nam in foro fori indubitatum est electionem esse nullam; sed Summus Pontifex potest consensum eligentium non solemni-
63 ter † præstitum conualidare *c.vnic.de postul.Prælat. Abb.in c. quod sicut in fin.de elect.*

Neque facit quod de prædictis solum constet ex instrumento in quo Capitulum petit cōfirmationem,
64 quia † cum illud sit manu publica scriptum, habeatque sigillum, & subscriptionē omnium eligētium, indubitatum est, quod probet, vt in puncto similis Instrumenti dicunt *Innoc.in c.innotuit.nu.3.de elect. Io. Andr.num.20. Card.nu.7. vers.6. quæro Bellam. num.20.vers item dicit Bursat.cons.159. numer.* 15. *lib.2.& videtur facere tex.in c. Ecclesia vestra il 2. & ibi Doctor.de elect.*

Tandē fuit consideratū, quod in omnē euentum
65 electio non debet confirmari, † cū non fuerit petita iuxta terminos *c.cupientes de elect.in 6.*& concordata Germaniæ, & impedimēta quæ possent allegari nō probātur, vnde merito fuit resolutum in cōtumaciam alterius partis non constare de valida electione quæ debeat confirmari, neque etiam debere confirmari ex negligentia petitionis confirmationis.

Et ita conclusum.

R. P. D. VBALDO.

Romana pecuniaria.

Mercurij 20. Nouemb. 1624.

ARGVMENTVM.

In pœnam ex mora, si quis inciderit, per receptionem fructuum vigore illius contractus, videtur a creditore ea remissa, quod intellige, quoad moram præcedentem, non autem, quo ad sequentem. Et adducūtur aliqua circa pactum illud initum à creditore cum debitore de soluenda integra summa, quando fuit cessatum in solutione alicuius termini, scilicet casu quo tale pactum substineatur tantum vigore iuramenti in eo appositi, & quando teneat, etiam sine iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum dicitur probatio probata, & veritas apparens.*
2 *Soluere aliquid debens in diuersis pagis cum pacto, quod si deficiat in vno termino teneatur ad integram solutionem, tunc probato tali defectu agi potest ad totum.*
3 *Mora ex quibus censeatur remissa.*
4 *Mora per receptionem fructuum censetur remissa quoad solutiones præcedentes, non autem, quoad sequentes.*
5 *Iuri de futuro difficilius dicitur renunciari.*
6 *Renunciatio vt excludatur, facienda est omnis interpretatio.*
7 *Clausula sine præiudicio legitimæ executionis, præseruat iurisdictionem Iudicis à quo.*
8 *Conuentio de soluenda integra summa in defectum solutionis alicuius termini, etiam si alij termini nō sint decursi, non substinetur, nisi ratione iuramenti.*
9 *L. si quis maior. Cod.de transact. non vindicat sibi locum in praxi, nisi dolosè fuerit contrauentum.*
10 *Pœna l.si quis.C.de transact. non potest excedere interesse creditoris.*
11 *Debitor, quando tenetur veteri actione ad solutionem integri debiti, & pro faciliori executione fuit distributa solutio, vt quotannis aliquid solueretur.*
12 *Et in casu cessationis primæ vel vlterioris solutionis deficientiæ, teneatur ad integram summam hoc casu tale pactum validum est etiam sine iuramento.*
13 *Exceptio non adimplementi impedit executionem etsam obligationis Cameralis.*
14 *Contrauentor primus, quando quis fuit, non potest opponere exceptionem nō implementi alteri parti.*
15 *de Attentatis contra principalem non potest dari, si eius*

ftitius procurator absque mandato attentaueret.
16 *in Mãdato generali numquam veniunt ea, per quæ Dominus incidat in pœnam.*
17 *in Mandato generali non veniunt aliàs illicita, vel quæ sapiunt delictum.*
Attentata sunt illicita, & sapiunt delictum, cum Ius, & Iustitia offendatur.
18 *Attentata satis purgari possunt per eorum renunciationem in actis factam & obligatione reficiendi damna, si quæ veniant de iure reficienda.*
19 *Instrumentum dum aliquid clare cantat, & conuenta in eo sunt iusta, æquum est, vt promissa obseruentur.*

DECISIO DLXXV.

DOMINI permanserunt in decisis in hac causa
die 8. Martij præteriti, Mercatores enim fun-
dant intentionem suam in pacto de quo apparet pu-
1 blicum Instrumentum, quod † dicitur probatio pro-
bata, & veritas apparens, *Bald. in l. quotiesin fine C. de iudic. Osasch. dec. 72. num. 4. cum alijs per Rot. dec. 294. sub num. 1. part. 1. recent.* pactum autem
fuit vt pro extinctione Censuum in sorte scutorum
22204. quorum DD. de Balleonibus erant debito-
res & pro quibus mercatores fideiussores accesse-
rant quæ extinctio fieri debebat intra quindecim an-
nos à die 17. Iunij inchoandos DD. Belleoni tene-
rentur singulis annis, incipien. die prima Iunij præ-
dicti ad finien. vt sequitur soluere & cõsignare Mer-
catoribus scut. 2300. & sic in totum infra terminũ
15. annorum scuta triginta quatuor millia quadra-
ginta octo computatis fructibus & prouisionibus il-
lo etiam adiecto, vt si DD. de Balleonibus defice-
rent in prima, vel qualibet integra annua solutione
tenerentur ad duas & si in duabus ad totam sum-
mam. Et ita vt mora purgari non posset inuitis
mercatoribus, quæ si fuisset incursa, licere mercato-
ribus cogere Balleonos ad solutionem integram to-
tius summæ ad effectum extinguendi dictos census,
nec non ad solutionem omnium fructuum vsque ad
diem talis solutionis decurren. nec non ad solutionẽ
prouisionis annuæ scutorum 45. dictis mercatoribus
promissæ, vt latius in instrumento, & in decisione de
qua agitur. Vnde cum præsupposito, quod Balleo-
ni defecerint in solutione terminorum intrat pactum
2 † de solutione integræ summæ *l. iurisgentium §. prætor ait ff. de pact. cum alijs in decisione alleg.*

Non obstat primo dum obijcitur, quod mercato-
3 res videntur remisisse istud pactum, & moram † ex
quo receperunt plures pecuniarum summas à Bal-
leonibus sine aliqua protestatione *iux. text. in l. lege §. vltimo ff. de reg. commiss. Surd. late cons. 104. & seqq. lib. 1. cum alijs alleg.* Quia quatenus iustificen-
4 tur dictæ solutiones, respondebatur posse † hoc pro-
cedere quoad moram annorum præcedentium, sed
non quoad subsequentes annos quorum ratione ad-
huc mora non erat commissa, sed postea superuenit,
5 & adhuc durat, cum certum sit † Iuri futuro diffici-
lius renunciari *Seraph. decis. 295. num. 3.* & alias re-
missio iuris & renunciatio non præsumitur & omnis
6 † interpretatio sumi debet ad eam excluden. *ex traditis par Tiraq. de retract. lignag. §. 36. glos. 2. n. 10. & in l. si vnquam in verbo donatione largitus n. 207. & seq. C. de reuoc. donat. Rota apud Seraph. dec. 829. num. 9. & decis. 636. num. 6. par. 1. recent.* & in om-
nem euentum quoad terminos præteritos ante rela-
xationem mandati A. C. non est in Rota agen. in
qua est cõmissa causa sine præiudicio legitimæ exe-
7 cutionis quoad pagas decursas, † quæ clausula, vt
est notissimũ præseruat iurisdictionem Iudicis à quo
Lancell. de attent. post inbib. cap. 20. lib. 13. numer. 2. fuit dictum in Romana melioramentorum, seu statutorum 5. Decembris 1614. *coram me & sæpè aliàs.*

Secundo non obstat quod conuentio de soluendo
integram summam propter defectum solutionis ali-
cuius termini etiam si alij termini non sint decursi;
8 vt † in casu nostro non sustineatur, nisi ratione iura-
menti, & in pœnam inductam *ex l. si quis maior C. de transact. vt patet ex singul. Mathes. 50. & ex Seraph. de priuil. iuram. priuil. 84. num. 1. & 2. in de-*
9 *cisione alleg.* cui tamen legi si quis maior † non est
locus in praxi nisi dolosè fuerit contrauentum, *vt ibi per Iason. numer. 9. Rota coram fel. rec. Gregorio XV. decis. 68. num. 9.* de qua dolosa contrauentione
10 non constat & in omnem casum † dicta pœna non
posset excedere interesse creditoris *Seraph. dec. 809. num. 4. Card. Mant. decis. 108. num. 2. & admittitur in decisione de qua agitur*, quia fuit responsum, quod
præcesserit promissa DD. de Balleonibus de extin-
guen. prædictis censibus intra 15. annos & postea
pro faciliori executione fuit distributa solutio, vt
11 quot annis † soluerentur per DD. Balleones scuta
2300. cum illo pacto, vt si deficerent in prima, vel
qualibet integra annua solutione iun. cautelã *Cagn. in d. l. si quis maior. num. 59. vers. est igitur.* Teneantur ad duas & si in duabus tenerentur ad totam sũ-
mam, quando verò debitor tenebatur aliqua vereri
12 actione ad totam summam † soluen. quod prædictũ
pactum sit validũ etiam sine iuramento sensit *Bertazol. ex aduerso alleg. in d. l. si quis maior q. 4. 5 n. 648. & seq.* nec de interesse fideiussorum dubitari potest,
quod in eo consistit, vt deponantur pecuniæ pro ex-
tinguen. censibus, & soluen. fructibus decursis, &
& decurren. vsque ad diem depositi, nec non pro pro-
uisionibus sibi promissis, vt latius in decisione dedu
citur, quæ nullo modo dicit si recte aduertatur, nec
dicere potest DD. Balleones teneri ad deponen. in-
tegra scuta 34408. nec pro tanta summa esse rela-
xan. mandatum quia illa summa fuit calculata pro
integris quindecim annis computata sorte, fructibus,
& prouisionibus prædictis, sed si sors deponatur ante
d. tempus iam erunt detrahendi fructus, qui con-
current post depositum si illud factum non esset, vt
clare dicitur in decisione.

Non obstat tertio quod mercatores agere non
possint contra DD. de Balleonibus ex eo quod ipsi
non adimpleuerint promissa de extinguen. Censibus,
& soluen. fructibus pro rata singulis triennijs prout
in instrumento de qua extinctione, & solutione non
13 docent, ideoque ijs videatur obstare † exceptio nõ
adimplementi, quæ impedit executionem etiam obli-
gationis Cameralis, *vt per Galles. ad formam obligationis Cameralis quæst. 17. num. 7. & ibi Modern. num. 47. cumulant plures decisiones Rotales*, quia
fuit responsum, quoad fructus obiectum cessare ex fa-
cto cum plures pecuniarum summas pro fructibus
soluerunt, quo verò ad extinctionem ratæ Cẽsuum
illam debuisse fieri cum pecunijs DD. de Balleoni-
bus, qui cum non soluerint per tres annos continuos
scuta 6900. prout tenebantur ad rationem scutorũ
2300. singulis annis, vt supra dictum est, sequitur
14 vt ipsi † fuerint primi contrauentores, ideoque non
possint

possint opponere exceptionem non implementi. *vt per Doct. communiter in l. cũ proponas 2. C. de pact. Dec. cons. 452. num. 10. vers. præterea fuit dictum in Romana executionis contractus 27. Maij 1594 corã Litta, quæ est decisio 70. num. 17. post tract. oblig. Camer. & aliàs sæpè.*

Non obstãt vltimò prætensa attentata, ex eo quod fuerit per A. C. relaxatum mandatum, quod prætenditur esse nullum & nihilominus executioni demandatum per Congregationem Baronum instan. Mercatoribus & transmissus fuit Commissarius cum magno Dominorum de Balleonibus dispendio, & impensa, quia fuit responsum non constare, quod procurator mercatorum, qui fecit huiusmodi instantiam

15 † haberet ab ijs mandatum de attentan. prout erat

16 necessarium, cum in mandato generali † nunquam veniant ea, per quæ Dominus incideret in pœnam *iux. notata in l. si procurator vbi Ias. num. 4. & seqq.*

17 *ff. de condit. indebit.* neque alias illicita & quæ † sapiunt delictum prout sunt attentata *Natt. cons. 538. num. 15. fuit dictum in Placentina beneficij 27. Nouembris 1613. & in Cusentina pensionis 23. Febr. 1619. coram me*, vltra quod in omnem euentum Mercatores renunciarunt in actis & obtulerunt refi-

18 cere impensas si que veniant † de iure reficien. Nec constat de vlla subhastatione bonorum, neq; ostenditur vlla de hoc facta instantia.

Ex quibus DD. concludebant stan. esse in decisis & sic relaxan. esse mandatum dempta tamen ex summa calculata scut. 34408. summa scut. 7354. quæ à DD. Balleonibus dicuntur iam soluta & fruct. qui decurrent post depositum facien. vsque ad quindecim

19 annos completos † quo vero ad prouisiones promissas DD. sentiebant eas integras deberi per totum tempus 15. annorum, quia sic cantat Instrumentum nec conuentio videbatur iniusta cum non stet per mercatores quominus impleantur promissa.

REVERENDISS. MERLINO.

Cameracen. Canonicatus.

Mercur. 20. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM.

Tractatur de Indulto Vniuersitati Gimnasiorum Louanien. concesso per Romanos Pontifices, nominandi clericos ad quæcunque beneficia, quouis mense, etiam Apostolico, vel Ordinario vacantia, quorũ tamen fructus non excedunt summam ducatorum 100. de Camera, quo stante, si quis beneficium vigore d. Indulti obtinuerit, vt valide dicatur per eum obtentum quid probare teneatur, & præsertim, qualiter docere teneatur fructus eius non excedere dictam summam.

SVMMARIVM.

1 *Indultum alicui concessum, vt ei suffragetur, ei incũbit onus iustificandi conditiones in eo appositas.*
2 *Fructuum Canonicatus appellatione quid veniat.*
3 *Redditus, qui percipiuntur ex massa grossa veniũt etiam appellatione fructuum Canonicatus.*
4 *Indultum, quando exprimit aliquam conditionem, tunc non est aliud quærendum.*
5 *Fructus Assisæ maioris, & minoris sunt censendi fructus præbendæ, vt vocant grossi, non autem distributiones quotidianæ.*
6 *Fructus Canonicatuum, partium Germaniæ solent exprimi per non excessum in ducatis 24.*
7 *Ista tamen consuetudo locum habet in prouisionibus, quæ fiunt in Curia, ad effectum iustificationis narratiuæ factæ in gratia concessa per Papam.*
8 *Valor verus beneficij, quando omnino veniat exprimendus.*
9 *Papæ voluntas non debet remanere illusa, ex aliqua consuetudine ad diuersum finem inducta.*
10 *Summorum Pontificum voluntas, dum concesserũt vniuersitati Gymnasiorum Louaniensi indultum nominãdi Clericos ad quæcunq; beneficia, quorum fructus non excederent 100. ducat. qualis fuerit.*
11 *Congrua competens Rectoribus Parochialium Ecclesiarum existimatur ducat. 100.*
12 *Indulto contraueniens gaudere non potest eius priuilegio.*

DECISIO DLXXVI.

CVM vacasset Canonicatus in Cathedrali Ecclesia per obitũ Pieret de mense Ianuarij proximè præteriti fuit de illo vti reseruato ratione mensis fixi à Sanctiss. D. N. prouisus Dauid, & illius prouisioni se opposuerit Guilielmus ad eundem Canonicatũ nominatus in vim indulti per Romanos Pontifices concessi vniuersitati Gymnasiorum Louanieñ nominandi Clericos ad quæcunque beneficia quouis mense etiam Apostolico, vel ordinario vacãtia. Dubitatum fuit. An Dauidi prouiso apostolico obstent huiusmodi priuilegia.

Et fuit resolutum non obstare, quia supradictum indultum est limitatum, & restrictum ad beneficia, quorum fructus non excedunt summam ducatorum 100. de Camera, vt apparet ex indulto fel. re. Pauli V. qui nominationes concessas, & limitatas ad valorẽ 60. ducatorum per suos prædecessores Sixtum IV. Leonem X. Adrianum VI. & Gregorium XIII. ampliauit vsque ad hanc summam ducatorum 100. vnde Gulielmo nominato, vt sibi suffragetur indultum

1 † huiusmodi, & repellat prouisum apostolicum incumbit onus probandi canonicatum, de quo agitur non excedere summam prædictam 100. duc. *Fel. in c. ad aures, num. 4. concl. 3. vers. similiter dicit de rescript. Rot. decis. 10. de probat. in nou. Put decis. 322. num. 3. in fin. lib. 3.* & fuit dictum *in Leodien. Canonicatus 13. Nouembris 1587. & 2. Iunij 1589. corã bo. mem. Cardinali Pamphilio, & in Leodien. Capellæ 30. Maij 1616. coram R. P. D. meo Remboldo*, quæ probatio nedum deficit, sed immo ex deductis pro Dauide probatur contrarium, quod scilicet canonicatus longè excedat summam prædictam.

Nam præsupposito quod vltra distributiones quotidianas dari consuetas ijs, qui personaliter inseruiunt diuinis officijs, adsint in dicta Ecclesia Cathedrali quædam portiones mensæ capitularis nuncupatæ Assisa maior, & Assisa minor, quæ Canonicis præsentibus, & absentibus causa studij, vel alias ex priuilegio æqualiter assignantur.

Et quod ista quantitas excedat valorem annuum ducatorum 170.

Et demum, quod canonicatus, de quo agitur, nullo sit onere grauatus.

Visum fuit Dominis non posse dubitari, quin huiusmodi etiam portiones sint computandæ in fructi-

2 bus Canonicatus, tum attenta † dispositione Iuris communis iuxta quam appellatione fructuum Canoni-

nonicatus veniunt nedum qui colliguntur ex præbenda, verum & comprehenduntur illi redditus, qui
3 percipiuntur † ex massa grossa, statisq. mensibus inter Canonicos præsentes, & absentes ex causa priuilegiata æqualiter diuidi solent iuxta notata per *glos. in cap. licet, vbi Abb. num. 8. de præb. Calder. cons. 21. eod. tit. latè Paris. cons. 32. num.* 10. 16. *&* 17. *lib.* 4. *Garz. de benef.* 3. *par. cap.* 2. *num* 249. *Monet. de distribut. quotid. par.* 1. *quæst.* 3. *nu.* 5. *&* 6. *& quæst.* 6. *num.* 12. *& seqq.* Tum etiam ex speciali dispositione fel. recor. Gregorij XIII. qui idem videtur sensisse in eius indulto, dum expressis verbis declarauit in
4 valore fructuum exprimendorum † per nominatum ab vniuersitate Louanien. habendam esse rationem onerum quorumcumque, siue illa sint personalia, siue realia, vel perpetua, ac etiam pensionum, quibus grauati sint fructus grossi canonicatus, vel alterius beneficij ad absentem in studio, vel alio loco priuilegiato spectantes, itaut onera prædicta diminuant valorem canonicatus, & cessare visa est difficultas ex responso Illustrissimorum Concilij Inter-
5 pretum, quod fructus † dictæ Assisæ maioris, & minoris sint censendi fructus præbendæ, vt vocant grossi,
A non autem distributiones quotidianæ. A

Nec suffragatur Guilielmo, quod fructus Canoni-
6 catuum illarum partium soleant exprimi † per non excessum in ducatis 24. vt de consuetudine totius Germaniæ dixit *Rota in Leodien. canonicatus 9. Decembris* 1587. *& in Colonien canonicatus* 20. *Maij* 1602. *coram bon. mem. Card. Pamphilio in Leodien. canonicatus, & scholastriæ* 27. *Februarij* 1612. *coram bon. mem. Card. Sacrato, & in Paderbonen. canonicatus* 29. *Maij* 1610 *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, quoniam talis consuetudo obtinet quidem in prouisionibus, quæ fiunt in Curia ad effectum iu-
7 stificationis narratiuæ factæ in gratia † concessa per Papam, & in his terminis procedunt dictæ decisiones, & hoc introductum fuit per concordata, vt euitetur solutio annatæ in Curia non autem ad alios effectus, cum immò, vt validè fiant nominationes
8 concessæ ex priuilegio, † verus valor, prout est veniat omnino exprimendus, quemadmodum in his terminis pulchrè notat *Rebuff. in prax. benefic. in* 3. *par. signatur ver. necnon verus valor num.* 7. *in fin.* & latius *in tract. nomination. quæst.* 9. *num.* 32. *&* 33. Alias enim frustrà in prædictis indultis cōcessis Vniuersitati fuisset limitata facultas nominandi ad beneficia valoris 60. vel 100. ducatorum, cum scirent Summi Pontifices valorem cuiuscūque etiam opulentissimi beneficij in illis partibus non exprimi nisi
9 24. ducatis, & alioquin etiam illusum esset † voluntati Romanorum Pontificum, si dum ipsi restrinxerunt indultum ad beneficia valoris duc. 100. dumtaxat, sub hac tamen postea cautela cōsuetudinis Germaniæ exprimendi in ducatis tantum 24. Louanienses inuaderent beneficia valoris tercentorum, & quatercentorum, & vltra ducatorum.

Et tamen intentio Summorum Pontificum in dd. indultis fuit succurrere clericis pauperibus de honesto subsidio Ecclesiastico vsque ad dictam summam duc. 100. annuam in quam computan. esse om-
10 nia beneficia per nominatos vigore aliarum † nominationum obtenta etiam quod illa resignauerint, vel nominationes prosequuti non fuerint, resoluit alias Rota *in dicta Leodien. canonicatus* 2. *Iunij* 1589. *coram Illustriss. Card. Pamphilio*, & huiusmodi summa duc. 100. visa est congrua pro clericis, vt litterarum studijs incumbant etiamsi lectoris munere fun-
11 gantur, prout etiam ducat. 100. congruam, competentem pro Rectoribus Parochialium Ecclesiarum existimauit *sac. Concilium Tridentin. sess.* 24. *cap.* 13.

Vnde in hanc sententiam eo libentiùs DD. inclinarunt, quia præsupponebatur Guilielmum olim in vim similis nominationis obtinuisse satis commodū canonicatum, quem tamen postea resignauit reseruata sibi pensione scutorum 100. & ita se reddidit quoque incapacem alterius nominationis, prout expresse cauetur in indulto fel. record. Greg. XIII. ibi quod si fecerint cessiones huiusmodi nullæ sint, & cedentes ad futuras (scilicet nominationes) omnino inhabiles censeantur eo ipso, & sic cum indulto iam
12 contrauenerit Guilielmus, † eiusdem indulti priuilegio, gaudere non debet, vt in terminis istius priuilegij Gregorij XIII dixit *Rota in Leodien. canonicatus* 11. *Martij* 1596. *coram bo. me. Card. Blanchetto.*

Et ita resolutum Dauide solum informante.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS AD DECISIONEM DLXXVI.

1 *Distributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum præbendæ.*
2 *Quæ opinio transit sine pugna, eamque sæpè sæpius tenuit Rota.*
3 *Distributiones quotidianæ debentur ex labore præstito à Canonicis in vinea Domini.*
Distributiones quotidianæ debentur ex seruitio personali præstito propter residentiam, & interessentiam in diuinis, & acquiruntur tanquam stipendium operæ, & laboris, num. 3.
4 *Fructus propriè dicuntur illi, qui deductis omnibus oneribus percipiuntur.*
5 *Fructus non dicitur id, quod percipitur ex labore, sed benè merces.*
6 *Distributiones quotidianæ non augent corpus beneficij.*
7 *Fructus beneficij communionem vllam non habent cum distributionibus quotidianis.*
8 *Distributiones quotidianas clericus tanquam rem suam, nomine proprio, & nō Ecclesiæ petere debet.*
9 *Quod verum intellige, si Canonicus repelleretur à perceptione earum ex aliqua culpa sua, secus si ex alio capite, & num.* 10.
11 *ad Fructuum præbendæ restitutionem, si quis sit condemnatus, non extenditur talis condemnatio ad restitutionem quotidianarum distributionum.*
12 *ad Fructus restituendos dum quis est condemnatus intelligitur de perceptis iure ordinario, non autem iure speciali.*
13 *Intrusus vt validè condemnetur ad restitutionem distributionum, est necesse, vt præcesserit protestatio, nempe, aut resideat, aut possessionem dimittat.*
14 *Canonicatus, & præbendæ ratione, vt quis teneatur residere, non videtur iure cautum.*
15 *de Beneficijs prouisi non faciunt fructus suos donec iuramentum fidei personaliter præstiterint.*
Distributiones quotidianæ acquiruntur etiam ante præstationem iuramenti fidei, num. 15.
16 *ex Distributionibus quotidianis non debetur subsidium charitatiuum.*
17 *Decimæ non persoluuntur ex distributionibus quotidianis,*

tidianis, quamuis dd. decimæ sint adeo fauorabiles.
18 in Distributionibus quotidianis percipiendis magis laboratur, ideoq. plenius acquiruntur
19 de Distributionibus quotidianis Clericus tanquam verus, & absolutus dominus liberè potest testari.
20 de Distributionibus quotidianis clericus ita potest testari, sicut mercenarius, vel rusticus de his, quæ dantur sibi pro opere diurno.
21 Circa dispositionem fructuum præbendarum viuit vti dominus, sed moritur vti seruus, sola vita contentus.
22 Distributiones quotidianæ sunt adeo propriè clericorum, vt ad libitum possunt de eis disponere, & transmittere ad quoscũque hæredes, & n. 26. & 27.
23 de Pensionibus quis liberè potest disponere.
24 De distributionibus quotidianis clericus ita disponere potest, sicuti de patrimonialibus.
Distributiones quotidianæ acquiruntur etiam quo ad plenum dominium, num. 24.
25 Quod procedit non obstante talem acquisitionem pendere à dignitate clericali.
28 Distributiones illæ dicuntur de Massa grossa, quæ debitæ sunt Canonicis præsentibus, & non interessentibus.
Distributiones de Massa grossa non transmittuntur ad hæredes, cum non sint debitæ singulariter, sed Capitulo, num. 28.
29 Canonicus si moriatur, antequã fiat diuisio distributionũ de Massa grossa portio ipsum targen. accrescit Capitulo, seu successori, si tunc sit electus, non autem ad hæredem mortui Canonici.
30 Distributiones de Massa grossa succedunt loco præbendæ, ac verè dicuntur fructus beneficij, & de illis sicuti de præbenda iudicatur.
31 Distributiones quotidianas clericus transmittit ad quoscumque hæredes, etiam si ante mortem eas non exegisset.
32 Distributiones quotidianæ paria sunt, quod fuerint solutæ, vel quod debuerint solui.
33 Exactionis negligentia, vel culpa, citra præscriptionem, tollere non potest obligationem.
Decius in cons. 280. per tot. improbatur. num. 33.
34 Pensiones difficillimè reseruantur super distributionibus quotidianis.
35 Pensio an possit reseruari super distributionibus illis, quæ præter distributiones quotidianas, in certis casibus Canonicis solent assignari.
36 in Beneficij valore imputantur distributiones illæ, quæ in certis casibus sunt assignatæ.
37 Pensio non potest imponi super fructibus illis, ad quorum acquisitionem certum seruitium requiritur, & num. 38.
39 Ius idem est de parte, quam de toto.
40 Pensio debet imponi super fructibus beneficij.
41 Pensio non de proprio, sed de fructibus beneficij est soluenda.
42 Pensionem, quis soluere non tenetur, nisi percipiat fructus beneficij super quo ea est imposita, quia eatenus ad id tenetur, quatenus fructus percipiat, & num. 44.
43 Pensio non est soluenda per eum, qui nec titulum beneficij habuit, nec fructus percepit.
44 Afflicto afflictio addenda non est.
45 Pensio cum sit onus reale fructuum, ab eo solui debet, qui fructus beneficij percepit.
46 Distributiones quotidianæ, cum veniãt minimè appellatione fructuum beneficij, ideoq. pensio super illis imponi nequit, cum illa ex stylo Curiæ imponatur super fructibus beneficij.
47 Pensiones omnes reseruatas super quibuscumque fructibus, redditibus, & prouentibus beneficiorũ si quis habeat indultum transferendi, an possit transferre eas, quæ specialiter sunt reseruatæ super distributionibus quotidianis, dubitatur, & num. 50.
48 Distributiones quotidianæ an veniant appellatione fructuum, reddituum, & prouentuum beneficiorum, & num. 49.
51 à Decisione in causa Romana pensionis 15. Februarij 1636. coram bon. mem. Pirouano recessit Rota sub die 23. Maij 1644. coram R.P.D. Merlino.
53 Dictio, quibuscumque, est tanti, ac talis vigoris, vt tanquam effrenata, nullo obice contineri potest, quominus omnia comprehendat, etiam per improprijssimam significationem, & num. 54.
55 Dictio, quibuscumque, non est ita latè, etiam in fauorabilibus interpretanda, vt sequatur aliquod absurdum.
56 Dictio quibuscumque, licet sit effrenata, ita tamen debet interpretari, vt conueniat subiectæ materiæ.
57 Dictio, quibuscumque, quando est inserta in materia odiosa, non tam latè debet interpretari.
Sed stricto interpretationis quasi freno etiam inuitis dentibus inter expressorum metas coangustanda venit, num 62.
Pensionis translatio est materia odiosa, immo odiosissima, cum proroget seruitutem beneficij, nu. 57.
58 Libertas si absit, nihil beatum est.
Libertas est illud, quod inter mortales optimum est. ibid.
Seruitus morti æquiparatur. ibid.
59 Debitis qui sunt onusti, cum sui iuris non sint, viuere non dicuntur.
60 Felix, qui nihil debet.
Seruitus peior est morte ipsa, num. 60.
61 Libertas tam præclara res est, vt nec mors quidem pro libertate assequenda, fugienda sit.
63 Dictio, quibuscumque, licet sit vniuersalis, est tamen restringenda ad ea, quæ sunt eiusdem speciei, dum materia est odiosa.
64 Dictio, quibuscumque, non potest comprehendere ea, quæ sunt diuersæ naturæ.
65 Distributiones quotidianas ne Canonici possint percipere, multa accidere solent.
Pensiones ex stylo Curiæ non imponuntur, nisi super fructibus certis beneficij, num. 65. & 66.
67 Distributiones quotidianæ si venirent appellatione fructuum, reddituum, & prouentuum beneficij, quale absurdum sequeretur.
68 Cultus diuinus desereretur à Canonicis si distributiones quotidianas, quæ ob eorum laborem eis deueniũt, coacti essent dare pro solutione pensionis.
Et sic nollent Ecclesiæ in diuinis deseruire, dum alius seruitij mercede gauderet.
69 Labores suos deplorare amarum est.
70 Distributionum quotidianarum ius non alia ex causa fuit introductus, nisi in gratiã cultus diuini.
71 Cultus diuinus cum à Canonicis, alijsque ministris magna ex parte negligeretur, ideo mediante distributionibus quotidianis, tanquam esca quadam ad chori officium capiuntur, & prouocantur, & n. 72.
73 Canonici per distributiones quotidianas de negligentibus

gentibus fiunt diligentes, de somnolentis vigiles, & de tardis assueti ad frequẽtãdas Horas canonicas.

74 *Distributiones vbi non sunt, vel ita paruæ, vt facilè negligãtur, debet Episcopus eas ampliare ad tertiam partem fructuum, & redditium &c.*

76 *Concil. Trident. sess. 21. cap. 3. & sess. 22. cap. 3. qualiter inter se differant.*

77 *Vnio, & suppressio facta propter tenuitatem distributionum quotidianarum non tenet, nisi concurrat etiam tenuitas fructuum præbendarum.*

78 *Quia stante sola tenuitate distributionum, per aplicationem tertiæ partis fructuum præbendarum tali necessitati succurritur.*

79 *Episcopo de iure communi licitum est facere vniones beneficiorum.*

80 *Episcopus, vt validè deueniat ad vniones, omnino requiritur iusta causa, & euidens necessitas, vel vtilitas.*

81 *Vnio facienda Capitulo, vt viribus subsistat debet adesse præcisa necessitas, scilicet, quia non adsint Canonici, vel paucissimi inueniantur, qui velint acceptare, & num. 82.*

83 *Itaut hoc casu præcisa necessitas debet interuenire non autem sola decentia.*

84 *Necessitas præcisa non iustificatur, quãdo aliquid augumentatiuè, & pro maiori commoditate fit.*

85 *Vnio quando fit ob tenuitatem distributionum quotidianarum, non debet fieri mensæ Capitulari, cum sit facienda singulis præbendis distributiuè.*

86 *Quod intellige quando vnio est facta auctoritate ordinaria, secus vero si interuenerit auctoritas Papæ.*

87 *de Papæ potestate, & maximè in beneficialibus non potest dubitari absque nefario crimine.*

88 *Papæ supremam, & omnipotentem potestatem negans hæreticus est.*

89 *Concil. Trident. in sess. 24. cap. 15. in secunda parte loquitur de suppressione præbendarum Capitularium facienda, nõ autem de beneficijs simplicibus.*

90 *Distributionibus quotidianis, seu præbendis, Episcopi non possunt vnire beneficia, nisi seruata forma Concil. Trid. sess. 24. cap. 15.*

91 *Vnio facta ab Ordinario ob tenuitatem distributionum quotidianarum, inualida est, nisi seruata fuerit forma tradita à Conc. Triden. sess. 24. c. 15.*

92 *Necessitas præcisa, quæ requiritur, vt valida sit vnio facta ob tenuitatem distributionum quotidianarum non est ita mordicè interpretanda, vt Canonici coacti sint mendicare.*

93 *Necessitas requisita, vt valida sit vnio ob tenuitatem distributionum quotidianarum ex quo dicatur probata.*

94 *Vnio facta ex causa tenuitatis redditium, & necessariæ substentationis obtinentium præbendas pro congruo dignitatis decore, dicitur legitimè facta.*

95 *Vnio facta ob tenuitatem Canonicatuum, vt decentius Canonici Ecclesiæ seruitium præstare possint, non subiacet regulis reuocatorijs vnionum.*

96 *Vnio debet esse facta ex causa necessaria, & non pro maiori commoditate Canonicorum, vt non subiaceat regulis reuocatorijs, amplia num. 97.*

98 *Regulæ reuocatoriæ vnionum modernæ, sunt longè strictiores, quam antiquæ, vtique omnes vniones amplectuntur, præter factas ex causa necessaria.*

99 *Vnio, quando in toto, vel in parte fuit effectuata nõ subiacet amplius regulis reuocatorijs vnionũ.*

100 *Vnio facta ob tenuitatem distributionum quotidianarum præsumitur legitimè facta, dum super hoc obtenta fuit licentia à Sac. Congregat. Concil. Trident.*

101 *Qua stante præsumitur facta cum causæ cognitione ad Dei cultum augendum, & vt decentius Canonici valeant substentari.*

de Vnionis validitate facta auctoritate Papæ non dubitandum est.

102 *de Canonicis solent murmurare plebei, asserendo eorum ministerium non esse purum propter Christum, sed propter nummos.*

103 *Canonici solent esse diligentes, quando pinguis est distributio, negligentes vero, quando est nulla, vel tenuis.*

104 *Quadragesimam pauci suo ieiunio sanctificarent, nisi id præceptum esset ab Ecclesia.*

105 *Iugum suaue Domini pauci portarent, nisi in retributionem intuerentur.*

106 *Homines cum infirmi, & carnales sint, partim sunt cogendi præceptis, & partim præmijs inuitandi ad pietatis officia.*

107 *Canonici inuitantur ad diligentiorem residentiam in choro per distributiones quotidianas.*

108 *Canonici principaliter intrant chorum propter Deum, secundariò verò propter ea, quæ adijciũtur.*

109 *Ebrietati, vel blasphemiæ si quis sit deditus, & vt melius ab illis dissuescat, imponat sibi necessitatem, certum quid dandi pro eleemosyna, is principaliter propter Deum abstinet à tali malo, licet secundariò propter talem sibi felicem necessitatem.*

110 *Canonici, qui principaliter propter lucrum distributionum intrant chorum, peccant grauiter, & simoniam mentalem committunt.*

111 *Et tamen super hoc in foro exteriori non solet fieri scrupulus, quodq. valde deplorandum est.*

112 *Distributiones quotidianas, vt quis lucretur requiritur ipsa corporalis interessentia in choro, & sic continuò respondit Rota, vt num. 129.*

113 *Clerici militare dicuntur, iuxta dictum Paul. Apost. ad Titum, labora sicut bonus miles Christi.*

114 *Milites non lucrantur stipendia, nisi quatenus militent.*

115 *Miles captus ab hostibus, si postea reuertatur non recipit iure postliminij stipendia, & donatiua, temporis quo fuit apud hostes.*

116 *Miles veteranus captus ab hostibus, reuersus deinde, consequitur emeritum.*

117 *Stipendium, & emeritum recipere diuersa sunt.*

Emeritum datur militibus post tempus militiæ expletum, num. 117.

118 *Stipendium datur militibus ob annuam, menstruam, vel diurnam mercedem.*

119 *Miles captus ab hostibus absens ex causa iusta, & necessaria, si stipendium non consequitur, multò minus clericus distributiones, potest consequi qui dissidia, & laboris fuga, volens abest à choro.*

120 *Agricola conductus si non laboret, mercede indignus est.*

Labore sublato tollitur, & præmium.

Beneficiati, dum non deseruiunt in choro, merces ei persolui non debet, num. 120.

121 *Famulo non detur salarium, de tempore, quo infirmus fuit, quamuis contrarium firmare tentauerit glos. sed perperam, num. 122. & 127.*

123 *Conditio seruiendi certo tempore, illud dicitur com-*

completum adueniente termino, licet in seruo contigerit impedimentum infirmitatis.

124 *L.4. §. Stichus. ff de stat. liber. & l.1. §. Diuus. ff. de var. & extraord. cognit. loquuntur in casu speciali.*

125 *Canonicus infirmus lucratur distributiones quotidianas, dum tamen ægritudo præstet iustam causam absentiæ.*

126 *Canonico infirmo non debentur distributiones quotidianæ, dum tempore rectæ valetudinis diuinis interesse solitus non erat.*

Canonico non debentur distributiones quotidianæ cessante legitima causa intereßendi Diuinis, ac in vinea Domini aspernatur laborare, num.127.

128 *Canonici nonnulli, quantum ad honores, potestatem, & dominia vsque ad vnguem, & vltra obseruant iura sibi concessa.*

Sed in quantum ad seruitium, ordines, & labores in Ecclesia sumendos sunt tanquam testudines, & cancri. ibid.

130 *Canonici, qui actualiter in Choro non intersunt diuinis, non habent intentionem fundatam pro consecutione distributionum quotidianarum.*

131 *Distributiones quotidianas quis nisi sine dubio obtinebit, probata eius interessentia in diuinis.*

132 *Intereßentia in diuinis est adeo præcisè necessaria ad effectum lucrandi distributiones quotidianas, vt non iuuet, licet Canonicus adsit in Ecclesia, si non actualiter assistat in diuinis.*

133 *Canonicus celebrans Missam extra chorum tempore, quo Horæ canonicæ decantantur, non dicitur interesse eis, & sic illarum distributiones accipere non potest.*

134 *Et refertur super hoc declaratio Congregationis Concilij.*

135 *Fructus beneficiorum habens indultum à Papa percipiendi in absentia, sub tali facultate non veniunt distributiones quotidianæ.*

136 *Quod ampliatur etiamsi specialiter sit concessum vt deseruire posset per Vicarium.*

137 *Canonico, qui personale non exhibet ministeriũ, non debentur distributiones quotidianæ.*

Vicario, qui deseruit pro Canonico absenti non debentur distributiones quotidianæ, num.137.

138 *Canonicus indultum Apostolicum habens percipiendi fructus Canonicatus in absentia, cum ea integritate, cum qua illos perciperet si Ecclesiæ deseruiret, nec sub eo complectuntur distributiones quotidianæ.*

139 *inter Residere, & interesse magnum est discrimen.*

Residere dicitur is, qui habitat in loco, vbi adest Ecclesia, cuius beneficium habet, & num.139.

140 *Interesse dicitur is, qui dum diuina peraguntur præsens est, & eius ministeriũ celebrationi exhibet.*

141 *Præsentia absque interessentia in diuinis non releuat pro acquisitione distributionum quotidianarum.*

142 *Princeps aliquid indulgens præsumitur voluisse sequi communem vsum loquendi, non autem illum violare.*

143 *Distributiones quotidianas vt absens lucrari possit ex indulto Apostolico, requiritur, vt illud loquatur super ipsa intereßentia, & mentio fiat de distributionibus quotidianis, num.144.*

145 *Absens causa studij pro præsenti habetur, & sic videtur posse lucrari distributiones quotidianas, sed contrarium est verius, cum ea non sufficiat ad hunc effectum absque intereßentia, & num.156.*

147 *Et super hoc refertur declaratio S.Congreg.Concil Trident.*

148 *Canonicus absens causa studiorum non lucratur distributiones quotidianas, etiamsi super absentia habeat licentiam à Papa.*

149 *Canonici non possunt percipere distributiones quotidianas tempore trium mensium, quo licitum est eis abesse.*

150 *Distributiones quotidianæ, nec per illos Canonicos absentes poßunt lucrari, qui inseruiunt Romano Pontifici, cum habeantur pro præsentibus, sed non pro interessentibus.*

151 *in Distributionibus quotidianis acquirendis adeo est necessaria interessentia ipsa in diuinis, vt etiã is, cui illæ accrescunt, non possit eas remittere noninteressenti.*

152 *Distributionum quotidianarum priuatio quoad non interessentes sancita fuit intuitu boni publici, & diuini cultus contemplatione.*

153 *Fauori publico non potest priuatus per eius consensum præiudicare.*

154 *Concil Trident. seß.24.cap.12.de reforma. verba perpenduntur.*

155 *Glos.in cap.vnic in verb. suas. de cleric. non resid. in 6. delenda est, & quare num.156.*

157 *Quæ tamen saluari potest, & quomodo.*

158 *Remissio inter Canonicos, vt etiam absentes lucrarentur distributiones ante Concil. Trid. non erat probibita. & num.159.*

160 *Canonici, quibus accreuerunt distributiones quotidianæ absentium possunt consentire ne, illi, qui eas iam perdiderunt teneantur restituere.*

161 *Idq. est longe diuersum à pactione, quà quis distributiones in absentia lucretur.*

162 *Cardin. in clem.2.num.8. de vit. & honest. cleric. & Gemin. in cap.1. §. si vero. num. 50. de cleric. non resid. in 6. qualiter sint intelligendi.*

163 *Dolus præteritus remitti potest.*

164 *Dolus futurus, vt remittatur, iura id tollerare nolunt.*

Dolus futurus ne remittatur id suadet publica, & priuata vtilitas, num.165.

165 *Dolus futurus, si posset remitti daretur anxa, & occasio delinquendi, & furandi.*

166 *Licentia omnes deteriores sumus, secundum Comicum.*

167 *Fraudibus obuiandum est, ne vulpina simplicitas comedat pecus.*

168 *Canonici, si per pactum possent remittere non interessentibus distributiones quotidianas, sequeretur collusio inter eos, & qualis.*

169 *Canonicis si aperiretur illa ianua, vt possent sibi ipsis remittere distributiones quotidianas, socordia psallere debentium sensim augeretur, Ecclesia, & Chorus suis ministris destitutus appareret.*

170 *Distributiones quotidianas, vt Canonici non intereßentes diuinis possint acquirere, id non potest induci statuto, consuetudine, vel qualibet alia dispositione.*

171 *Statuta quarundam Ecclesiarum in quibus habetur permissum, vt qui adsunt certis horis in choro aliarum horarum distributiones lucrentur.*

172 *Quæ statuta tanquam iniusta, perniciosa, & abusiua,*

siua, declarata fuerunt à Concil. Basiliense titul. quo tempore quisque debeat esse in choro.

173 *Statutum adest in quibusdam Ecclesijs, vt Canonici, qui vna dumtaxat hora præsentes sunt in choro, totius diei distributiones sibi vsurpent. Quale statutum iniquum est, nam spectat ad diminutionem cultus diuini, & dat licentiam vagandi contemnere, & negligere diuina officia, n. 176.*

174 *Distributiones quotidianæ ideo institutæ sunt, vt clerici plures intersint diuinis officijs, & sic fidelium deuotio crescat.*

175 *ex Concursu maiori Beneficiatorum in choro resultat maior deuotio, reuerentia, & dignitas, & preces efficaciores redduntur.*

177 *Consuetudo, & statuta in terminis distributionũ quotidianarum quoad perceptionem in absentia, quando subsistant remissiuè.*

178 *Distributiones quotidianæ tũc lucrantur per absentes, quando adest infirmitas, seu rationabilis corporis necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas.*

179 *Canonici nonnunquam fingunt itinera petere pro negotijs Ecclesiæ, asserentes causam esse arduam & occultam, & non reuelandam, sub qua vmbra percipiunt distributiones quotidianas, sed malè, & contra mentem sacrorum Canonum.*

ANNOTATIO AD DECISIONEM DLXXVI.

DISTRIBVTIONES quotidianæ, appellatione
1 fructuum † præbendæ nullatenus veniunt, vt non inobscurè notatur *ex cap. licet. 32. vers. nolumus autem vt distributiones quotidianæ &c. de præbend. & dignit.* estq. optimus *text. in cap. vnic. de cleric. non resident. in 6. & in cap. fin. §. in illis. de concess. præbend. eod. lib. & in extrauagan. cum nonnullæ. vers. præterea. de præbend. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 13. num. 7. in princip. Rip. in cap. cum M. Ferrariensis. num. 16. de constitut. Rebuff. in tract. congruæ portionis. num. 80. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 2. num. 30. Fr. Emanuel. quæst. regul. tom 3. quæst. 74. art. 4. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 2. Sanchez. respons. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 89. num. 2. Monet. de distribut. quotidian. lib. 1. quæst. 6. nu. 12. Rodean. de spolijs Ecclesiast. quæst. 3, num. 3.* cum alijs relatis per *Gig. de pension. respons. 35. num. 10. & latè cons. 34. nu. 11. & seq. & adde Oldrad. cons. 118. ex virtute gratiæ num. 1. Paris. cons. 33. num. 4. & 5. lib. 4. Ioan. Guttierez cons. 8. num. 2. Hoied. in tractat. de benefic. in compatibilit. part. 1. cap. 12. num. 8. Lotter. de re benefic. lib. 1. cap. 39. num. 22.* & sic sæpissimè arbitra-
2 ta† est Rota, vt testatur *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. procem. nu. 154.* vbi plures decisiones antiquas cumulat, idemq. fuit responsum *in Romana pensionis 10. Iunij 1588. coram bo. mem. Card. Hieronym. Pamphil. in Calaguritana pensionis 20. Decembris 1589. coram bon. mem. Francisco Penia, est inter eius à me imprimend. decis. 56. num. 5. in Asten. fructuum 27. Martij 1613. coram bon. mem. Reuerendiss. Manzanedo, & alias sæpissimè.*

3 Nam, cum istæ distributiones † quotidianæ dentur ex diurno labore præstito in vinea Domini, idest in Ecclesia, & ex seruitio personali propter residentiã, & interessentiam, & sic ex industria propria illas, tanquam stipendium operæ, & laboris Beneficiati acquirunt, *Rota decis. 309. num. 16. infra part. 7. recent. cum ibi adductis, & apud bon. mem. Burat. decis. 193. num. 18.*

Ideo non possunt venire appellatione fructuum, cũ fructus sint propriè illi, qui deductis cunctis one-
4 ribus † recipi possunt in absentia, prout in his terminis post *Gomes. Mohed. Put. Achill.* & alios ratiocinatur *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. §. 7. procem.*
5 *num. 163.* pro seruitio enim, id quod datur, † non dicitur fructus, cum ratione laboris, & operis detur *l. si duobus. §. si coeundo. ff. pro socio*, cum alijs in puncto allegatis *per Francisc. Viu. in sylu. commun. opin. in verb. distributio. opin. 594. num. 5. vers. quod datur pro seruitio &c.*

Vnde videmus distributiones quotidianas non
6 augere corpus beneficij, † vel præbendæ ex pluribus allegatis in eleganti decisione *causa Romana pensionis 23. Maij 1644. coram R. P. D. meo Hieronymo Meltio*, (Auditore doctrina admirabili clarissimo, ac magnæ probitatis, humanitatisq. conspicuo, quem propter eximiam erga me beneuolentiam, mirificè diligo,) vbi post *Gratian. discept. forens. cap. 283. numer. 9.* & alios, prædictam opinionem esse veriorem testatur.

7 Insuper, nec † communionem aliquam dd. distributiones habent cum ipsa præbenda, sed personam
8 tantum respiciunt, adeo vt Beneficiatus illas † petere debet nomine proprio, itaque in arena ædificaret, cum pro eis assequendis libellum offerret nomine Ecclesiæ, *Marian. Socin. in cap. 1. num. 112. post med. vers. aut agit pro distributionibus quotidianis, de libell. oblat.* quem secutus est *Rota in causa Cæsaraugustana distributionum 17. Martij 1638. coram bon. mem. Coccino. §. minus obstat.* Vbi etiam ad-
9 uertit id procedere, si Beneficiatus † repelleretur à perceptione distributionum ex aliqua culpa sua, sed secus est, si ex isto capite non repellatur, sed ex diuerso, veluti quia præbendæ non debeatur tanta
10 quantitas distributionum, † hoc enim tangit ius ipsius præbendæ, & tunc potest agi nomine ipsius Ecclesiæ, vel præbendæ, cum ibi allegatis.

Vlterius apertum est in condemnatione fructuum
11 perceptorum ex aliqua præbenda non venire † distributiones quotidianas, nec ad illas se extendit dicta condemnatio, vt refutata contraria opinione hanc tuetur *Boer. decis. 383. num. 4. vers. in contrarium videtur talem ad restitutionem fructuum condemnatum &c. Lancellott. de attentat. tertia part. cap. fin. num. 31. & seq.* vbi etiam num. 36. dicit condem-
12 nationem † fructuum intelligendam esse factam de perceptis iure ordinario, non autem iure speciali, allegans *Cottam decis. 781. Put. decis. 489. nu. 5. lib. 2.* & in terminis nostris videatur idem *Put. decis. 383. in antiq. & secundum modernam impress. 373. nu. 7. lib. 1. & decis. 1170. num. 2. par. 3. lib. 3. coram Ant. Augustin.* in quibus etiam habetur ad hoc vt intru-
13 sus lite pendente validè condemnetur † ad restitutionem fructuum, & quotidianarum distributionum quas non percipit, quia non residet, est necessarium vt præcesserit protestatio partis, quæ obtinuit, scilicet, vt intrusus resideat, & in diuinis intersit, aut possessionem dimittat, idemq. responsum fuit in *causa Irlendem fructuum 24 Ianuarij 1556. corã bon. mem. Oradino, & in Tarsonen. beneficij 27. Ianuarij 1577. coram bon. mem. Card. Lancellotto,* quæ
14 protestatio videtur necessaria, † quia iure cautum non

non videtur, vt quis ratione Canonicatus, & præbendæ teneatur residere.

15 Supradictis pariter confert, licet † prouisos de beneficijs non facere fructus suos, donec iuramentū fidei personaliter, & non per procuratorem præstiterint, vt disponit Sacrum Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. vers. prouisi etiam &c. distributiones tamen acquirunt, & faciunt suas, quamuis non iurauerint, vt declararunt Eminentiss. DD. Cardinales Congregat. Concil. teste *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 169.*

Sursum ex distributionibus quotidianis non de-
16 betur † charitatiuum subsidium inspecto iure communi, nisi contrarium sit sancitum, vt probat *Bellezin. in tract. de charit. subsid. quæst. 76. num. 1. & 2. Paris. consil. 33. nu. 5. lib. 4. Gemin. consil 85. nu. 18. & 25.* vbi dicit non constare de aliqua sanctione, vel Papæ declaratione in contrarium, &c. *atque mirè id probat eruditus Doctor Quintilian. Man-*
17 *dos. in consil. 15. num. 4.* vbi etiam asserit ex † distributionibus quotidianis non solui decimas, & tamen ista decimarum materia est adeo fauorabilis, & de iure Diuino inuenta, & alia vt ibi.

Nec est omittendum, cum in percipiendis distri-
18 butionibus † quotidianis magis laboretur, ideoque plenius acquiruntur, quàm fructus præbendæ, & ita de illis Clericus vti verus, & absolutus Domi-
19 nus liberè potest † testari, licet non possit de fructibus beneficij. *Gemin. in cap. vnico §. qui vero num. 3. Anch. num. 4. Franc. pariter nu. 4. post alios ibi allegatos, de præbend.* ac perinde Clericus de
20 eis potest testari, sicut mercenarius, vel rusticus † de his, quæ dantur sibi pro opere diurno, *argumento eorum, quæ notat Hostien. in cap. requisiuisti ext. de testam. & in cap. fin. de pecul. Cleric.* & in specie notat *Ludou. Bologn. in Addit. ad Io. de Anan. cons. 87. sub num. 5.*

Itaque in terminis istarum distributionum silebit
21 conclusio illa, vt Prælatus, vel Clericus viuat † tamquam Dominus, sed moriatur vti seruus nuda vita contentus, teste *Bald. cum M. Ferrariensis, sub num. 20. ante fin. de Constitut. & Prob. ad Monach. in cap. hoc consultissimo 2 nu. 7. vers. & viuit tamquam Dominus &c. de reb. Eccles. non alienand. in 6.*

Absque enim controuersia transit, clericum de dictis distributionibus posse arbitrio suo disponere,
22 † ac transmittere ad quoscumque hæredes, vt fatentur *Gemin. in cons. 85. col. 3. Franch. in cap præsenti. num. 10. vers. sed bene poterit testari. de offic. ordin. in 6. Card. in clem fin. quæst. 13. nu. 12. de præbend. Paris.* qui de communi *consil. 33. nu. 8. & seqq. lib. 4. Bursat.* qui pariter testatur de communi *concl. 226. nu. 49. par. 3. Eminentiss. Alban. cons. 25. per tot. Monet. de distribut. par. 3. quæst. 2. nu. 7. & seq. & q. 3. num. 4. & seqq. Anton. Marsil. in tract. de orig. redd. Eccles. cap. 26. in princip. par. 3. Francisc. Sarmient. de reddit. Eccles. par. 2. cap. 7 num. 11.* quo in loco
23 *num. 12.* idem de † pensionibus recenset, ex *Hieron. Gigant. in tract. de pension. q. 52. & Couarr. in cap. cum in officijs num 6. in fin. de testam.* & in dd. terminis distributionum quotidianarum *Redoan. de spolijs Eccles. quæst. 1. num. 27. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 11. Gratian. discept. forens. cap. 381. nu. 11.* vbi ait clericum de distributionibus quo-
24 tidianis, sicut de patrimonialibus posse ad † libitum disponere, cum illæ acquirantur, etiam, quo ad dominium. *Hostien. Butr. Card. & Imol. in cap. quia nos. de testam. quos refert, & sequitur Alex. in con-*
25 *sil. 116. col. 2. in fin. num. 5. lib. 7.* & hoc † non obstante talem acquisitionem pendere à dignitate clericali *Paris. cons. 33. num. 12. lib. 4.*

Eaque opinio, vt clericus distributiones quotidianas ad hæredes quoscumque transmittat, tamquam
26 celebris, & communiter à Doctoribus secuta, † canonizata fuit à Rota *in causa Romana, seu Vercelleñ. Pecuniaria 15. Decembris 1582. coram bo. me. Card. Seraph. est decisio 594. num. 7. inter eius impressas,*
27 vbi subditur, † dictam sententiam probari *ex text. in cap. cum in officijs, & in cap. ad hæc de testam. & in can. expedit, ibiq. glos. 12. quæst. 1.* quam DD. passim amplectuntur, idemq. recentius sensit *Rota in causa Eugubina distributionum 28. Aprilis 1634. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano. §. Secunda verò. vers. distributiones quotidianæ sunt transmissibiles ad hæredes &c.* in qua decisione etiam habetur, distributiones illas, quæ dicuntur de Massa
28 grossa, debitæ Canonicis † præsentibus, & non interessentibus, non transmitti ad hæredes, quia non sunt debitas singulariter, sed Capitulo, taliter quod si
29 Canonicus moriatur ante diuisionem, † portio ipsū tangen. accrescit Capitulo, seu successori, si tunc electus reperiatur, non autem, vt dixi, ad hæredem transmittit. *iuxta magistrale consil. Calderin. 21. de præben. per totum, & consil. 2. num 2. vers. tertius casus. de pecul. cleric.* facit text. *in cap. relatū il 2. de testam. Felin. in cap. Iacobus num. 1. de simon.* & ratio est,
30 quia † isti fructus succedunt loco præbendæ, qui vere dicuntur fructus beneficij, & de illis sicuti de præbenda iudicatur. *Innocent. in cap. dilectus il 1. nu. 2. de præben. & in cap. ex parte. de concess. præben. Prob. ad Monach. in cap. vnic. num. 60 de Cleric. non resident. in 6. Bolognett in d. Addit. ad Io. de Anan. consil. 87. sub num. 5. Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 440. Rota dec. 449. num. 1. par. 2. recent. & in Conchen. fructuum 1. Iulij 1578. coram bo. me. Rubeo, apud eumdem Garz. impress. d. part. 3. cap. 2. num. 441.*

Sed loquendo de distributionibus quotidianis propriè, amplia supradicta, vt Clericus illas trans-
31 mittat † ad quoscumque hæredes, etiamsi ante mortem eas non exegisset, quia paria sunt, quod fuerint
32 solutæ, vel † quod debuerint solui, nec citra præscriptionem, negligentia, vel difficultas exactionis tolle-
33 re potest obligationem, † quidquid in contrarium dixerit *Dec. in cons. 280. per tot.* quem reprobat *Paris. d. cons. 33. num. 22. & seq. lib. 4.* Gigas *cons. 144. nu. 21.* latè Moneta *de distribut. quotid. par. 3. q. 3. num. 20. & seqq. cum alijs relatis à Bellett. Episcopo Hieracen. disquisit. Cleric. par. 1. titul. de bon. Cleric. §. 7. num. 18.* & nuper admisit *Rota in causa Caesaraugustana Distributionum 27. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Bicho. §. Etiamsi distributiones ante mortem non exegisset, &c.*

Præterea ad corroborationem supradictorum,
34 scilicet, vt distributiones quotidianæ non † veniant appellatione fructuum præbendæ, & plenius illę Beneficiatis acquirantur, sintq. absoluti Domini, ideo difficillimè reseruantur pensiones super distributionibus quotidianis, vt ratiocinatur *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. proem. num. 168.* & adde *Francisc. Viu. in sylu. comm. opin. in verb. Distributio. opin. 194. in-*

cip.

*cip.Distributiones quotidianæ num.*4.nec non *Petr.*
Anton.Gamb.in tract. de auctorit. Legat.de Later.
*lib.6.titul.de pension.num.*17.*& seq.* vbi etiam quæ-
rit, quid sit dicendum, quando vltra distributiones
35 quotidianas, † sunt alij redditus communes,qui di-
uiduntur inter eos, qui intersunt certis tempori-
bus an super istis constitui possit pensio ? Et videtur
36 dicendum posse, † quia redditus huiusmodi impu-
tantur in valore beneficij secundum *Imol. in cap.di-*
lectus.de præbend. Contrarium tamen voluit Rota,
vt dicit idem *Gamb. in causa Canonicatus S. Petri*,
vbi fuit decisum,quod vbicumque requiritur certum
37 seruitium † ad consequendum fructus,super illis nõ
possit constitui pensio, quia non imputantur in fru-
ctibus, & cum dentur pro seruitio certi diei,vel ho-
38 ræ,† dicuntur merces illius diei, sicuti aliàs distri-
butiones dicuntur merces quotidiani laboris, nam
39 idem † ius est de parte, quam de toto. *l. quæ de to-*
ta. ff.de rei vendic.

Tamen quidquid sit de præsenti quæstione,contra
quam facit *decisio* 330.*par.*1.*diuers.* illud est indubi-
tatum in terminis nostris pẽsionem super quotidia-
40 nis distributionibus non constitui, nam † pensio de-
bet imponi super fructibus. *Roman.consi.*388. *nu.*2.
*Gigas de pensionib.quæst.*39. *num.*1. *cum alijs rela-*
*tis à Rota in dec.*508.*num.*3 *par.*2.*& dec.*77.*num.*1.
*par.*3.*recent.* vnde nota est illa iuris conclusio, pen-
41 sionem non de proprio, † sed de fructibus beneficij
super quo imposita est, soluendam esse. *Gig.de pen-*
sion.q. 39.*& q* 45 *Rota decis.*128.*num.*2.*& dec.*699.
*num.*1.*par.*1.*diuers.*

Adeo vt, si fructus beneficij à grauato non perci-
42 piantur † ad solutionem pensionis non tenetur,quia
eatenus ad id tenetur, quatenus percipiat fructus.
*ad notata in l.*1.*vbi Ias.num* 4. *C.de liber. præterit.*
*Bart.in l.*3 *§ filius. num.*7.*ff.de liber.& posthum.Fe-*
*lin.in cap.causam quæ num.*4.*vers. clare refert. de*
*rescript.*Rota coram *bo. me. Card. Seraph. decis.* 66.
*num.*3.*vers.iniquissimum est, vt quis teneatur sol-*
uere, &c. & in Legionen. Pensionis 5. *Iunij* 1609.
coram bo.me. Card. Marquemont. vbi dicitur pen-
43 sionem non † esse soluendam per eum, qui nec ti-
tulum habuit, nec fructus percipit, & allegatur *Ac-*
*chill.dec.*12.*num.*2.*de præbend. Gig. de pension.q.*47.
& addo *decisionem in causa Lauden. Pensionis* 30.
Aprilis 1635.*coram Reuerendiss. P. D. meo Duno-*
*zetto. § Quæ interpretatio suadetur,*vbi firmatur, si
44 quis non percipiat beneficij fructus,† super quibus
est imposita pensio ad illius solutionem non tenetur,
non est enim addenda afflictio afflicto contra *text.in*
l.Diuo. ff.de offic. præsid. in l. tam dementis. C.de
Episcopal.aud.in l.omnes. C.de Episcop.& Cleric.in
can.si mulier. 5. *distinct. & in cap. penult. & ibi*
Abb.de cleric. ægrot. nam cum pensio sit onus reale
45 fructuum † ab eo solui debet, qui fructus beneficij
percipit.*argumento doctr.Bart.in l.quæro ff.de vsu-*
*fruct.& in l.*1.*C.de ann.& tribut. lib.*10. cum alijs
in puncto adductis per *Bursat. cons.* 361. *num.* 25.
vbi ad hoc nonnullas decisiones Rotales antiquas
cumulat, sensitq.*Rota in d.Lauden.Pensionis sub die*
11.*Ianuarij* 1636.*coram eodem Reuerendiss. Duno-*
zetto. §.Præsertim cum id suadeat, vers.pensio cum
sit onus reale fructuum ab eo solui debet,qui fructus
beneficij percepit &c.

Sed persistendo in terminis distributionum quo-
46 tidianarum, cum pensio sit imponenda super † fru-
ctibus beneficij, & illæ nullatenus veniant appella-
tione fructuum,& ipsarum verum dominium Bene-
ficiatus nanciscatur *cap.vnic.de Cleric.non resident.*
in 6.*cum alijs supra allegatis,* ideoque conclusio sa-
tis per se clara est.

Quam opinionem veridicam quoque intellige
quamuis quis haberet facultatem, seu indultum
47 quascumque † annuas pensiones transferendi ei re-
seruatas super quibuscumque fructibus, redditibus,
& prouentibus quorumcumque beneficiorum Ec-
48 clesiasticorum,quorum fructuum, † & reddituum
appellatione licet iam fuerit à Rota resolutum in
causa *Romana Pensionis* 15.*Februarij* 1636. *coram*
bo. me. Pirouano, comprehendi etiam quotidianas
distributiones, quæ dantur ob laborem, & seruitium
49 Ecclesiæ præstitum per Beneficiatum vigore † di-
ctionis vniuersalis appositæ in d. Indulto, videlicet,
quascunque pensiones super quibscumque fructi-
bus &c. ex qua resolutione illatum fuit, si ille, qui
tale habet indultum, possideat aliquam pensionem
50 † reseruatam specificè super distributionibus quo-
tidianis, tunc vigore d.Indulti eam valide transferre
possit.

Sed repropositа dicta causa sub die 23.Maij 1644.
51 coram R P.D.meo Meltio, placuit Rotæ † à prædi-
cta resolutione recedere, quia licet indultum lo-
quatur de pensionibus reseruatis super fructibus,
redditibus, & prouentibus, sub his tamen non ve-
niunt distributiones quotidianæ, & sic supradicta
52 † translatio pensionis inualida fuit iudicata. Nec
aliquo modo vrgent potentia magna illius dictionis,
53 quibuscumque cuius vigor talis,ac tantus est, † vt
tamquam effrenatus, nullo obice contineri valeat,
quominus omnia imaginabilia ex quauis causa, etiã
per improprijssimã significationem,& quæ aliàs non
54 † comprehenderentur, includat. & ad hoc expen-
dendo *textus in l.*1 *ff.de legat.*2.*l.*2.*ff.de pact. dotal.*
l.bis solis, & ibi glos. in verbo quoquo modo.ff. de
condit.indeb.l.qui autem ff.de constit. pecun.l. 1.*§.*
quo autem, ff. de vi, & vi armat. cap.si quis perso-
diens. de homicid.cap.si Canonici. de offic.ordin.in 6.
Rota dec 36.*num.*4.*vers. comprehendit omnem titu-*
lum imaginabilem &c. infra in seq. part. & recen-
tius in *Recanaten.Bonorum* 29.*Aprilis* 1641. *& in*
Bononien. Bonorum 17. *Iunij eiusdem anni* 1641.
coram R.P.D.meo Carolo Cerro.

Verumenimuero, quidquid dicendum sit, si esse-
55 mus in causa fauorabili, quo etiam casu † non ita
latè est accipienda, vt sequatur aliquod absurdum,
cum ita sit interpretanda, ne iniuria fiat propositæ
56 † materiæ, tamen in casu nostro sumus extra diffi-
cultatem,cum dicta dictio, quibuscumque, sit infer-
57 ta † in materia odiosa, qualis est translatio pensio-
nis,imo odiosissima cum proroget beneficij seruitu-
58 tem, nam, & † nihil beatum, si absit libertas,quod-
que inter mortales optimum est,libertas est. Quare
iura Imperialia non dubitarunt æquiparare seruitu-
tem,morti ipsi, vt patet ex *l.intercedit in fin.ff. de*
condit.& demunstr.& ex l. cum hic status. §. si do-
59 *nator.ff.de donat.inter vir.& vxor.* sicuti † dicimus
de illis qui ære alieno onusti sunt,vt viuere non dicã-
tur cum sui iuris non sint,vt latè probaui in *annotat.*
*ad decis.*9.*à num.*154.*supra par.* 3.*recent.* vbi addu-
60 xi veram illam sententiam. † Felix, qui nihil debet,
aliaque vt ibi. Immo seruitus peior est morte, ex
sententia Romani Oratoris in Philipp. ibi, *Ita præ-*
clara

61 clara † est libertas, vt nec mors quidem pro liber-
tate sit fugienda. Sed persistendo in terminis, cum,
vt dicebam, memorata dictio, quibuscumque, sit ad-
iecta in materia adeo exosa, quæ prorogat seruitutem
62 beneficij, † ideo tunc stricto interpretationis, quasi
freno etiam inuitis dentibus inter expressorum me-
tas coangustianda venit absque eo, quod secundum
eius naturam alibi vagari possit.
63 Vnde licet sit † vniuersalis, restringenda est ad ea
tantum, quæ sunt eiusdem speciei. glos. in clem. 1. in
verb. quamuis, vers. item quia. & ibi Anchar. nu. 12.
Imol. num. 18. vers. nota bene. Zabarell. nu. 12. vers.
64 appone, de præbend. nec † comprehendere potest ea,
quæ sunt diuersæ naturæ Bald. cons. 67. vers. nec ob-
stat si dicatur lib. 3. Cæphal. cons. 347. num. 9. lib. 3.
Corn. cons. 199. num. 17. vers. vnde vniuersalis lib. 2.
Quare, vt supra dixi num. 46. pensiones ex stylo
65 Curiæ imponantur † super fructibus certis benefi-
cij, & multa accidere solent ne distributiones quoti-
dianas Canonici possint percipere. Felin. in cap. ad
aures num 14. vers. decimatertia conclusio. Oldrad.
cons. 118. nu. 1. & 2. Paris. cons. 33. num. 4. & seqq.
lib. 4. Rota dec. 285. nu. 38. & 41. coram Reuerendiss.
66 Vrgellen. & per consequens † talis dictio non po-
test comprehendere prædictas distributiones quoti-
dianas, idque pluribus auctoritatibus comprobatur
à Rota in d. Romana Pensionis 23. Maij 1644. co-
ram eodem R. P. D. meo Meltio. vbi etiam in fine
animaduertitur, si vt dictum est, appellatione quo-
rumcumque fructuum, reddituum, & prouentuum,
67 venirent in hac † materia odiosa translationis pen-
sionis, distributiones quotidianæ, cõtingeret, vt om-
nes ferè Canonicatus essent litigiosi, & desereretur
cultus diuinus, quia Canonici scientes frui non pos-
68 se † quotidianis distributionibus, Ecclesiæ in diui-
nis nollent deseruire, vt scribit Ripa respons. 5. nu. 2.
lib. 1. Gigas de Pens. respons. 35. num. 18. in fine. nam
ipsi laborarent, & mercede, illis assignata pro eorum
seruitio, & labore, tertius gauderet, quæ res quàm sit
69 absurda palam est, deplorare † enim labores suos
amarum est.

Defraudaretur quippe ius commune, dum non
70 alia ex causa † introduxit vsum distributionum quo-
tidianarum, nisi in gratiam Cultus Diuini. cap. 1. de
Cleric. non residen. vt facilius Canonici, & Cappel-
lani conueniant ad diuina, vt notat Abb. in cap. licet
in 2. notab. de præbend. Decius in cons. 280. num. 4.
In casu proposito &c.

Cum enim in Ecclesijs Collegiatis passim horis
71 sacris † assistendi, & psallendi munus negligeretur,
visum fuit Patribus, Christiana pietate redolere, si
Canonici, cæteriq. Ecclesiæ Ministri hisce distribu-
72 tionibus, † quasi quibusdam illecebris ad interessen-
dum diuinis officijs inuitarentur, ac allicerentur.
arg. clem. si Dominus, vnic. de reliq. & venerat. San-
ctor. & sic Canonici, alijque de negligentibus fie-
73 rent diligentes, † de somnolentis vigiles, & de tar-
dis, assueti ad frequentandas horas Canonicas, vt ra-
tiocinatur Io. Stephan. Durant. de ritib. Eccles. Ca-
thol. lib. 3. cap. 25. num. 4. Quare, vt benè aduertit Ro-
ta in causa Burgen. Distributionum, seu residentiæ
19. Maij 1594. coram bo. me. Penia, est decisio 285.
num. 11. inter eius à me imprimen. quando distri-
butiones quotidianæ totam præbendam constituunt,
74 sequitur, quod Capitulares † continuo deseruiant,
& præsentes sunt futuri Diuinis officijs, ne tantis
commodis careant. Videmus quoque Concil. Tri-
den. sess. 21. cap. 3. & sess. 22. cap. 3. decreuisset quod
75 Episcopi, tãquam † Apostolici delegati ex fructibus,
& prouentibus tertiam partem in quotidianas di-
stributiones conuertant in ijs Ecclesijs, vbi nullæ
sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt
verisimiliter negligantur &c. sunt, & alia quæ-
dam decreta, sed omnibus satis obuia, quæ au-
76 tem sit differentia inter duas † illas dispositiones
Concil. Trident. supra citat. latè ponit Rota in cau-
sa Astoricen. Residentiæ 6. Iunij 1616. coram bo. me.
Coccin. est decis. 712. num. 2. par. 1. recent. & vide
in causa Gadicen. Distributionum 21. Octobris 1577.
coram bo. me. Card. Lancellott. est decisio 325. par. 2.
diuers. ac etiam in terminis supradictæ dispositionis
Concilij adest decisio in causa Mediolanen. Vnionis
12. Iunij 1592. coram bo. me. Orano. vbi dicitur, quod
77 vnio, & suppressio † facta propter tenuitatem di-
stributionum quotidianarum non tenet, nisi con-
currat tenuitas etiam fructuum præbendarum, ita vt
pro Canonicorũ substentatione minus sufficiant, vt
78 est casus eiusdem Concil. sess. 24. cap. 15. quare, † stã-
te sola tenuitate distributionum, tunc per applica-
tionem tertiæ partis fructuum præbendæ, tali ne-
cessitati succurritur, aliaq. vt in dicta decisione ha-
bentur pluraq. etiam fuerunt adducta in causis To-
letana Cappellaniæ de Pastrana 23. Ianuarij 1608.
& Virdunen. subsidij 14. Martij 1616. coram S. D.
N. Innocentio Decimo, & nuper in vna Mediolanen.
Cimiliarchatus 13. Martij 1644. coram R. P. D. meo
Peutingero confirmata postea sub die 10. Martii
1645. coram eodem. in qua animaduersum fuit, licèt
79 de iure communi † Episcopo vnionem facere li-
ceat cap. sicut vnic. de excess. Prælat. Conc. Trident.
cap. 6. sess. 21. & cap 9 sess. 14. in decreto de reformat.
80 tamen ad hoc iusta causa, & euidens necessitas, † vel
vtilitas requiritur cap. exposuisti 33. de præbend. cũ
alijs copiosè allegatis in causa Squillacen. Dismem-
brationis 3. Iunij 1644. corã R. P. D. meo Ottobono.

Et hæc necessitas præcisa esse debet, quia scilicet
81 non adsint † Canonici, vel paucissimi inueniantur,
qui velint acceptare vt explicant Doctores in d. cap.
exposuisti, & præsertim Hostien. num. 1. Io. Andr.
Anan. & Anchar. Abb. num 4. Lotter. de re benefic.
lib. 1. quæst 28. num. 42. Acchill. dec. vnic. num. 4. su-
per regul. reuocat. vnion. Et simul cum tenuitate
82 præbendarum † copulatiuè tenuitas distributionum
quotidianarum necessaria est, ita vt vna sine alia
non sufficiat. Vnde notandum venit præcisam neces-
83 sitatem debere interuenire, non † autem solam de-
centiam, quæ præcisa necessitas non iustificatur in
84 casu, quo vnio fit augumentatiuè, † & pro commo-
diori subsistentatione, vt tenuit Rota coram Thano
impress. per Garz. de benefic. par. 12. nu. 283. vbi re-
fert etiam Crescentium Rotæ Auditorem, ita alias
attestatum fuisse, & in Toletana Beneficij de Valle-
cas coram Gyps. relata à Garz. vbi supra num. 284.
Rota in causa Valentina Pensionis 15. Martij 1632.
coram R. P. D. meo Ghisilerio, est decis. 109. num. 15.
vers. non ad maiorem commoditatem, &c. infra
par. 6. recent. & in causa Lucana Vnionis 14. Iunij
1642. coram eod. §. 1. vbi dicitur hanc esse opinio-
nem Rotæ in pluribus decisionibus canonizatam, vt
augumentum non debeat esse ad maiorem commo-
ditatem, sed ex causa necessaria.

Insuper in d. Mediolanen. Cimiliarchatus fuit re-
uocata

opinionem secuti sunt *Innocent. Io. Andr. & Barbat.*
in cap.3. de locat. & hanc opinionem communem
asserit *Imol. in cap.3. nu.10. de locat.* quibus suffra-
gatur *text. in l.4.§. sticbus si hæredi ff. de stat. liber.*
123 Vbi I. C. expressit, conditionem seruiendi † certo
tempore, etiam si tempus numero dierum certum,
& diffinitum foret, licet incertum in specie, euenisse,
& contigisse censeri, si eo tempore morbo seruitium
impendi non potuit, ad idem text. est *in l.1.§. Diuus*
ff. de var. & straordin. cognit. quibus iuribus inge-
niosè respondit *Couarr. in d. cap. 13. num.8.* asserẽs
124 † in vtroque casu esse speciale, quamobrem in re-
gulam illa iura trahi non possunt.
Nolo tamen ex hoc argumento inferre Canonicũ
125 infirmum † non lucrari distributiones quotidianas
quia hoc esset contra text. expressum *in d. cap. vnic.*
vers. exceptis illis, quos infirmitas &c. *de cleric. non*
resident. in 6. & ista opinio absque difficultate tran-
126 sit, quam veram intelligo quando † ægritudo præ-
stat veram causam absentiæ, & talis infirmus solebat
tempore rectę valitudinis diuinis interesse officijs,
alias secus. Nauarr. *de Hor. Canon. cap. 11. a nu 9.*
latè Couarr. variar. resolut. cap.13. numer.8. Corset.
singul.152. incip. an quilibet infirmus *Spin. in specul.*
vltim. volunt glos. 9. numer. 30. Caldas. de renouat.
emphyt. quæst.5. numer.23. vers. Vnde si Canonicus.
Monet. de distribut. quotidian. p.2 q.6. num.21.
127 Sed rectè infero, si seruo impedito iusta † causa
aduersæ valetudinis, non debetur salarium secundũ
magis communem opinionem, de qua supra. Ergo
multo magis nõ debetur Canonicis, qui dũ sani sũt
interesse Diuinis, ac in vinea Domini laborare asper-
nant, & merito contra istos *post Hostien.* exclamat
Prob. ad Monach. in cap. vnic. nu. 34. de Cleric. non
resident. in 6. ibi, Canonici Ecclesiarum quantum ad
honores, potestatem, & dominia, vsque ad vnguem
128 & † vltra obseruant iura sibi concessa, sed quantũ
ad seruitium, ordines, & labores in Ecclesia sumen-
dos, sunt tamquam testudines, & cancri, &c.
Rursus, vt dicebam, præsentia, & interessentia in
diuinis omnimodo est necessaria ad effectum lucrã-
129 di † distributiones quotidianas, & sic indesinenter
arbitrata est Rota, & iam olim penes *Cassador. dec.*
vnic. num.2. vers. pro interessentia, & non pro sola
residentia dantur distributiones quotidianæ &c. *de*
cleric. non interess. & in vna Cauen. Fructuum 13.
Martij 1592. coram bon. mem. Orano, & in Car-
thaginen. Fructuum 5. Maij 1595. coram bon. mem.
Card. Seraph. & in Baren. Emolumentorum 19. Iu-
nij eiusdem anni coram eodem sunt inter eius impres-
sas decis. 1131. num.1. & 1140. num.2. necnon. in
causa Hispalen. Distributionum 2. Maij 1603. corã
bon. mem. Coccino est inter eius impressas decis. 108.
num.3. & in causa Cæsaraugustana Distributionum
13. Martij 1638. coram eodem Coccino.
Ita vt nisi Canonicus realiter in diuinis interesserit
130 non dicitur habere intentionem fundatam, † quo
ad consecutionem talium distributionum, ex allega-
tis *in causa Burgen Distributionum de Viruiesca*
26. Aprilis, & 8 Nouemb. 1610. coram bo. me. Pen. a
vbi dicitur tunc in assequẽdis distribntionibus quo-
131 tidianis † quis obtinebit, quando constat de eius
residentia, & interessentia in diuinis.
Vlterius prædicta interessentia in Diuinis ad hũc
132 effectum est adeo necessaria, vt nullatenus † suffi-
ciat, Canonicum adesse in Ecclesia, dum diuina per-
aguntur, sed etiam oportet esse præsentem in Choro;
Vnde non excusaretur Canonicus, quominus non
amittat destributiones quotidianas, etiamsi adesset
133 † in Ecclesia celebrans extra Chorum eo tempore,
quo horæ Canonicales decantantur, prout declara-
uit Eminẽtiss. Congregatio Card. Sacr. Concil. Trid.
cuius tenor est sequens; Qui tempore, quo canta-
134 tur vna Hora in Choro, Missam † celebrat in ea-
dem Ecclesia ex deuotione, vel deuotione, non di-
citur interfuisse illi Horæ, nec illius distributiones
accipere potest &c. quale decretum plures ex nostris
referunt, & præsertim *Ricc. in prax. Fori Ecclesiast.*
decis.494. sub num.2. prædictam opinionem amplexi
quoque fuerunt *Federic. de Sen. consil.225. Abb. in*
cap. cum olim num.3. & 4. ibiq. Felin. num.2. de re
iudic. Gonzal. ad regul. octauam Cancell. §.7. proem.
num.181. Thesaur. For. Eccles. cap.13. num. 6. cum
similib.
Confert quoque hic non parum illa satis recepta
135 conclusio, † vt si quis habeat Breue Apostolicum de
percipiendis fructibus suorũ beneficiorũ in absentia
talis concessio non extẽditur ad distributiones quoti-
dianas, *text. est in c. fin. de rescript. in 6. & ibi glos. in*
verb. exceptis, quæ est cõmuniter recepta, *gl. & DD.*
in cap.2. de priuileg. eod. lib. latè Monet. de distrib.
quotidian. part. 1. cap.6. num. 10. cum seqq. etiamsi
136 auctoritate d. Breuis indultum sit † specialiter Be-
neficiato, vt Ecclesiæ deseruiat per Vicarium, nam
distributiones quotidianæ, nec absenti, quia perso-
nale ministerium non exhibet, nec Vicario, quia is
137 † Canonicus non est, minimè debentur *Calderin.*
consil.1. de Cleric. non resident. eumq. secus est *Co-*
uarr. variar. resolut. lib.3. cap.13. sub num.2. amplia-
tur iterum d. conclusio, etiamsi in Breui dicatur, vt
138 absens percipiat fructus beneficiorum cum † in-
tegritate, cum qua illos perciperet, si Ecclesiæ re-
sideret, vt est elegans decisio *Rotæ apud Cassador.*
139 *de Cleric. non resid.* aliud est † enim residere, &
aliud interesse, nam residere dicitur is, qui habitat in
loco vbi adest Ecclesia cuius beneficium habet, ap-
pellaturque ab alijs præsentia, interesse vero, dum
140 † quis præsens est, quando diuina celebrantur, &
eius ministerium celebrationi exhibet.
Vnde cum prædictum Breue dicat, perinde ac si
141 resideret, ista residentia absque interessentia non
iuuat ad acquisitionem distributionum quotidiana-
rum, vt supra dictum est. Princeps namque aliquid
142 indulgens † præsumitur sequi voluisse communem
vsum loquendi, non autem violare, vt in puncto dixit
Rota penes *Cassador. d. decis. 1. in fin.* Breue enim
143 debet loqui super ipsa interessentia, † vt suffrage-
tur quo ad lucrum distributionum quotidianarum,
vt aduertit *Lother. de re benefic. lib.1. q.29. num.41.*
aduerte quoque, mentionem esse faciendam de di-
stributionibus quotidianis, quia si fuerit dictum, vt
144 possit lucrari fructus, † eorum appellatione non ve-
niunt dd. distributiones, vt constat ex pluribus re-
latis in principio Annotationis.
Annecto supradictis, licet in confesso apud omnes
145 sit, absentem † ex causa studij pro præsenti haberi,
l. quæsitum, & ibi Bart. ff. de fund. instruct. Bald.
cons.324. vol.2. Alex. cons.122. num.3. & seq. lib. 1.
146 ex quo sequi videtur, cum habeatur † pro præsenti
lucrari debeat distributiones quotidianas, quæ con-
clusio tamen vera non est, cum sola præsentia in his
terminis absque interessentia non sufficiat, vt iam
dictum

147 dictum est, & in puncto † absentis causa studij, adest declaratio Sacræ Congregat. Concil. his verbis Congregatio censuit Canonicum absentem studiorũ causa, percipere quidem fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas, quam declarationẽ ponit *Ricc. in prax. benefic. decis. 495. num. 3.* Quodque etiam procedit, quamuis etiam de licentia Pa-
148 pæ sit absens causa † studiorum, vt censuit Sacra Congregatio Concilij declarans cap. 3. sess. 21. de reformat. teste *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. proem. num. 179.*

Rursus Canonici non possunt percipere distribu-
149 tiones quotidianas tempore trium † mensium, quo licet eis abesse etiamsi consuetudo esset in contrariũ vt declarauit Sacra Cõgregatio Concil. Trid. in vna *Toletana 2. Augusti* 1584. id attestante *Flamin. Paris. lib. 1. quæst. 10. num. 65.* Nec incognitum est, nec
150 eos, qui Romano † Pontifici deseruiunt, licet vniuersali Ecclesiæ dicantur inseruire, nihilominus non lucrantur distributiones quotidianas, cum habeantur pro præsentibus quidem, sed non pro interessẽtibus. *Abb. in cap. cum dilectus num. 5. de Cleric. non resident. Nauarr. consil. 1. & 2. eod. tit.* dixitq. *Rota infra in seq. part. decis. 22. num. 15.*

Insuper addo in Diuinis officijs non interessentes à distributionibus quotidianis arcentur, vt etiam hi,
151 quibus † accrescunt, nequeant illis, eas remittere, distributionum si quidem priuatio sancita fuit intui-
152 tu boni † publici, & diuini cultus contẽplatione, vt dixi supra num. 10. & infra num. 174. quare consen-
153 sus eorum quorum priuatim interest, iuri † publico officere non potest, *cap. si diligenti de for. competent. l. ius publicum ff. de pact. glos. in l. quidam decedens, in verbo, publicum ff. de administ. tut. vbi alios textus in his terminis adducit.*

Idque expressum videtur in Concil. Trident. d.
154 sess. 24. cap. 12. ibi, *reliqui quauis collusione, † aut remissione exclusi,* perpendenda etenim sunt ea verba, *quauis remissione*, quæ remissionem eorum, qui-
155 bus accrescunt manifestè comprehendunt, itaque delenda est *glos. in cap. 1. in verb. suas de cleric. non resident. in 6.* quæ asserit Canonicum non teneri ad
156 restitutionem, modo illi, quorum † lucro cedunt distributiones, consentiant, quam ibi Archidiaconus reprobat sicuti quoque *Stephan. Durant. in d. tractat. de ritibus Eccles. Catholic. lib. 3. cap. 25. & fin. sub num 6.* quem sequutus est D. *Theodosius* Rubeus *Pater meus in suo Horar. Ecclesiast. vniuers. perpet.*
157 *cap. 5. num. 5.* Addo tamen † excusari, ac saluari posse dictam glosam, quia ratio in qua se fundauit, ad asserendum validam esse talem remissionem est,
158 quia illa à iure non erat † prohibita, sed hodie ea est prohibita per Concil. Trident. vt iam docui.

In qua materia plures adsunt etiam declarationes Sacr. Congregat. Eminentiss. DD. Cardin. super d. Concil. & præsertim, quæ sic se habet; Non licet Ca-
159 pitulo † aliquo prætextu distributiones donare, relinquere, aut quauis collusione remittere alicui, qui vel à seruitio Ecclesiæ absuerit, vel alio quouis modo distributiones legitime debeat amittere, nec fas sit cuique eas accipere, si acceperit suas non faciat, & restituere cogatur illico Fabricæ Ecclesiæ quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi, quæ declaratio habetur, *apud Garz. de benefic. p. 3. cap. 2. num. 432.*

Præterea, si attentè *dictã glos. inquiramus*, non
160 † probat, validam esse dictam conuentionem, quia non inquit posse conueniri, quod distributiones in absentia remittantur, sed solum asserit, vt is cui iam ipso iure accreuerunt possit eas remittere, idest consentire, ne is, qui illas iam perdidit, tenea-
161 tur restituere, id enim est † longè diuersum à pactione, qua quis distributiones in absentia lucretur. *& hanc glosam ita intelligit Nauarr. in tract. de Orat. & Hor. Canonic. cap. 22. miscell. 14. num. 48.* hoc etiam sentit *Franc. in d. cap. vnic. §. qui vero num. 4. vers. tu dic. de Cleric. non resident. in 6.* sic quoque prædictam *glos.* interpretata est *Rota in causa Hispalen. Distributionum 2. Maij 1603. coram bo. me. Coccin. est decisio 108. num. 5. inter eius*
162 *impressas.* vbi pariter † asserit ita esse intelligendam doctrinam *Cardinal. in clem. 2. num. 8. vers. decimotertio quæro. de vit. & honest. cler. & Gemin. in d. §. qui vero num. 10. vers. possent concordari.*
163 Et merito quidem, † quia dolus præteritus remitti potest. *Bald. in l. iurisgentium §. sed si paciscar. num. 5. ff. de pact. Ias. in l. si vnus. §. illud nulla in princip. ff. eod.*
164 Dolus verò futurus † nullo modo, nam Leges id tollerare nolunt; *l. si ita vnus §. illud ff. de pact. & l. quidam decedens. ff. de administrat. tut. & ibi*
165 *Glos. Bart. cæterique scribentes,* & hoc suadet † publica, & priuata vtilitas *l. si libertas ff. de iurepatr.* aliàs si contrarium admitteretur, facili negotio daretur anxa, & occasio delinquendi contra text. *in l. conueniri ff. de pact. dotal. & in puncto considerauit Rota in decis. 108. num. 6. in fin. coram Coccin.* quia vt aduertit senes ille Terentianus.

166 *Omnes deteriores sumus licentia.*

Et egregiè admonuit *Bald. in cons. 386. in fin. lib. 1.*
167 obuiandum esse fraudibus, ne vulpina † simplicitas comedat pecus &c.

Sed persistendo in terminis nostris, si aperiretur ianua ista, vt Canonici possent sibi inuicem per pa-
168 ctum remittere distributiones quotidianas, † sequeretur, vt dum præsentes permittunt absentibus eas recipere, vt cum rursus illi adfuerint, hi vicissim sinant simili modo eos reciproco beneficio gaudere vt reddant, quid pro quo vt dicere solemus, & sic
169 † socordia psallere debentium sensim augeretur Ecclesia vacua, & Chorus suis ministris destitutus appareret, vt appositè considerat *Oliuer. Bonart. in tractat. de Institut. obligat. & Religion. Horar. Canonic. lib. 2. cap. 23. num. 28.*

Ad corroborationem supradictorũ etiam subiungi potest, consuetudine, statuto, vel qualibet alia
170 dispositione induci posse, vt † distributiones quotidianæ ab absentibus, & qui diuinis officijs personaliter non intersunt, percipiantur *text. est in d. cap. vnic. vers. penitus improbantes. de cleric. non resident. in 6. cap. fin. & ibi glos. in verb. exceptis. de rescript. in 6. cap. licet, vbi Imol. & alij de præbend. latè Gonzal. Mendez. Vascõcell. lib. 1. diuers. iur. argument. cap. 9. cum alijs relatis coram bon. mem. Buratto decis. 193. num. 19. & coram bon. mem. Pirouano in causa Visen. recreationis 3. Martij 1625.*

Quamobrem statuta quarumdam Ecclesiarum,
171 in quibus obseruatur, † vt qui adsunt certis horis aliarum horarum distributiones lucrantur, pernicio-
172 sa, & iniusta sunt, eaq. abusiua declarat † Concil. Basiliense, tit. quo tempore quisque debeat esse in chor.

cher. Tollens prorsus abusum illum, quo in vna dũ-
173 taxat hora presens † totius diei distributiones vsurpat. Talia enim statuta spectant ad diminutionem cultus diuini, *argument. cap. ex parte. de constitut. cap. 1. de consuetud.* Distributiones siquidem, vt docuimus, institutæ fuerunt in gratiam, & ampliatio-
174 nem diuini cultus, vt plures † intersint Horis canicis, & sic fidelium deuotio crescat, cum ex maiori concursu clericorum † resultet maior reuerentia,
175 & dignitas in diuinis, & precationes † efficaciores redduntur, vt considerauit Rota *coram clar. mem. Merlino decis. 59. num. 32. & 33. infra par. 7. recent.* Quodq. prosterneretur per similia statuta, dũ liber-
176 tatem, † & licentiam dant vagari, & diuina officia contemnere, ac negligere, vt satis notum est.

Quæ statuta vero, & consuetudines circa materiã
177 perceptionis † distributionum quotidianarum in absentiã subsistentiam habere possint, ponit *Barbos. in suis remissionibus ad Conc. Triden. sess. 24. cap. 12. de reform. in fin.*

Sunt etiam nonnulli casus, in quibus distributiones quotidianę debentur pariter nõ interessentibus,
178 † veluti in casu infirmitatis, seu iustæ, & rationabilis corporis necessitatis, aut euidentis Ecclesiæ vtilitatis, iuxta dispositionem *text. in cap. vnic. vers. exceptis his, quos infirmitas, & vers. rationabilis corporis necessitas, & vers. aut euidens Ecclesiæ vtilitas &c. de cleric. non resid. in 6.* ibique late scribentes, sensitq. Rota *in causa Valentina emolumentorum 16. Octobris 1585. coram bon. me. Cantuccio, & fuit animaduersum coram san. mem. Greg. XV. decis. 154. nu. 2. lateq. id tractat Prob. ad Monach. in cap. consuetudinem à num. 16. & per tot. de cleric. non resident. in 6. ac num. 28.* in terminis euidentis vtilitatis
179 † Ecclesiæ inuehit contra nõnullos suæ tempestatis canonicos, qui fingunt pro negotijs Ecclesiæ itinera petere, vt interim recipiant distributiones quotidianas, asserentes causam arduam, & occultam, & non reuelandam, qui si à terra festucam leuarent, dicerent hoc esse ad vtilitatem Ecclesiæ, & similia sub quorum vmbra distributiones percipiunt, & male, quia est contra mentem iuris, & sacrarum Constitutionum &c. Infiniti DD. si desiderantur, qui
180 † tractant materiam hanc de iustis causis ex quibus non interessentes lucrentur distributiones quotidianas, referuntur *à Cened. in collectan. ad Ius canonicum 3. part. collectan. 15.* & copiose per *Barbos. in eisdem collectan. ad lib. 6. decretal. titul. 3. c. 1. à num. 8. & copiosus in dd. remissionib. ad Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. de reform. à litteris 77.*

P Rubeus.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Palatij.

Veneris 29. Nouembr. 1624.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis de præscriptione inducens præsumptionem crediti spatio 16. annorum, cum fundetur in negligentia creditoris differentis exactionem, ideo cessat, quando in eo talis negligentia non potest cõsiderari, veluti quia creditum non potest petere, eo quod quædam conditiones requisitæ ante solutionem non sunt adimpletæ.

SVMMARIVM.

1 *de Solutione debiti ex quibus non dicatur constare*
2 *Statutum Vrbis inducit præsumptionem solutionis stante lapsu 16. annorum.*
3 *Statutum Vrbis de præscriptione fundatur in negligentia creditoris procrastinantis exigere eius creditum.*
4 *ad Pretij consecutionem quis agere, non potest nisi pro parte sua adimpleat ab eo adimplenda.*
Negligentia, quando non possit considerari in creditore differente exigere creditum, num 4.
5 *Emptor non tenetur ad fructus cõpensatiuos, quando ei fuit concessa dilatio ad pretij solutionem.*
6 *in Sententia dispositiua, quando aliquid dicatur expressum.*
7 *Emptor pro solutione pretij debet conueniri iuxta formam instrumenti initi inter eũ, & venditorẽ.*

DECISIO DLXXVII.

DOMINI recesserunt à resolutione facta die 31. Ianuarij præteriti, *quia sententia de cuius confirmatione agitur, declarat Franciscam creditricem in summa scutorum 1530. monetæ pro residuo pretij domus alias per quondam Petrum venditæ, ac fructuum recompensatiuorum ad rationem scutorum quatuor cum dimidio auri pro quolibet centenario, & anno post diem dictæ venditionis decursis, & non solutis eamq. fore, & esse immittendam in realem & corporalem possessionem dictę domus per ipsam retinendam, donec, & quousque fuerit de suo credito, & fructibus satisfacta, nec tamen dicta sententia iustificatur.

Quidquid enim sit quoad pretium dictæ domus
1 de cuius solutione † non videtur ex hactenus deductis sufficienter constare, cum ad hunc effectum vix videatur suffragari posse Buccamatijs, seu monasterio habenti causam ab ipsis, præsumptio solutionis
2 desumpta ex dispositione statuti † Vrbis, inducentẽ dictam præsumptionem per lapsum sexdecim annorum ex quo statutum fundatur in negligentia cre-
3 ditoris petentis debitum, † quæ non adest in Petro, siue eius hærede, quia in instrumento dictæ venditionis fuit conuentum, quod non prestita euictione per venditorem, possit emptor arbitrio suo, vel allocare pretium in tot locis montium non vacabilium, vel deponere penes aliquem mercatorem Vrbis, vel penes se retinere loco euictionis, & sic Petrus venditor dictæ domus, non potuit ante præstitam euictio-
4 nem † agere ad pretium, nec per consequens potest dici quod fuerit negligens in petendo dictum pretiũ *iuxta trad. per DD. in l. cum notissimi. §. illud. C. de præscript. 30. annorum, & in l. 1. §. fin. C. de annal except. Paul. de Castr. cons. 466. num. 2. & 3. l. cum alijs per Bald. in tractat. de præscript. in 1. par. 6. partis principalis num. 15. & seqq.*

Non sustinetur dicta sententia in eo quod declarat Franciscam hæredem Petri creditricem fructuum dicti pretij ad rationem scutorũ quatuor cum dimidio pro quolibet centenario, & anno post diem dictæ venditionis, tum quia attenta forma dicti instrumẽti non debebantur dicti fructus nisi ad rationem scutorum quatuor pro centenario non autem ad rationem scutorum quatuor cum dimidio prout dicitur in sententia, tum etiam quia nec dicta scuta quatuor debebantur post diẽ venditionis, apparet enim ex

ex dicto instrumento venditionis, quod fuit data certa dilatio ad soluendum dictum pretium, fuit enim conuentum quod soluerentur inde ad annum scuta 500. & residuum intra duos annos tūc proximè fu-
5 turos, nec propterea pendente † ista dilatione emptor, tenebatur ad fructus, sed finita dilatione, & per consequens etiam non potuit ad dictos fructus post diem venditionis condemnari.

Nec dicatur quod tantum in narratiua dictæ sententiæ, non autem etiam in eius dispositiua legitur
6 facta mentio dictorum fructuum, quia immò in dispositiua dictæ sententiæ dicitur, quod Francisca sit immittenda, donec de dicto credito, & fructibus, & sic de pretio, & fructib. super expressis sit satisfacta.

Præterea cum, vt supra dictum est fuerit in eodem instrumento cautum, quod posset emptor penes se
7 retinere pretium pro euictione domus, † non potuit condemnari ad soluendum pretiū, sed debebat conueniri, vt vel pretium solueret, vel illud deponeret, aut quatenus penes se retinere vellet pro euictione, fructus conuentos solueret iuxta formam dicti instrumenti &c.

Decisio ista sub 31. Ianuarij præsentis anni 1624. à quo Rota recessit, est supra in hoc Tomo decis. 512.

R. P. D. VBALDO.

Romana Alimentorum.
Veneris 20. Nouembris 1624.

ARGVMENTVM.

Iudex, vt validè procedat, eiq. obijci non possit exceptio iurisdictionis, de ea certus esse debet, & sic debet fieri illius productio in actis, quoniam si de eius deputatione non appareat, omnia per eum gesta, sine spe alicuius remedij, nullitatis vitio subiacebunt, quod procedit, etiamsi partes coram eo comparuerint, actaque fecerint, cum non possint dare iurisdictionem eam non habentibus, & iterum id ampliatur, licet pars allegaret deputationem Iudicis ex actis fuisse subtractam &c.

SVMMARIVM.

1 *de Iudicis deputatione in actis debet constare.*
2 *Iudex dum non est certus de sua iurisdictione, nulliter procedit.*
3 *Iurisdictionis defectus est insanabilis.*
4 *Partes per eorum tacitum consensum non possunt dare, vel prorogare iurisdictionem eam non habenti.*
5 *Iudicis deputatio, quod fuerit subtracta ex actis, id non præsumitur, et maximè si nullum iudicium afferatur pro subtractione.*
6 *Testes examinati parte non citata, ad videndum illos iurare, nulliter dicuntur examinati.*
7 *Citationis defectus remanet probatus ex sola reuolutione actorum.*
8 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, remanet notoriè iniusta.*
Sententia, quando est notoriè iniusta, consequenter etiam est nulla, num. 8.
9 *Sententia nulla non potest confirmari, parte opponente.*
10 *Iudex ad vlteriora procedens, dum pars opposuit sententiam esse nullam, eam confirmando dicitur facere iniustitiam.*
11 *Signaturam adire pro sanatione defectus iurisdictionis, perperam id fit, cum tale vitium incurabile sit.*
12 *Nullitatis declaratio parte instante est declaranda, non obstante alteram partem asserere, se velle adire signaturam pro illius sanatione.*
13 *Decis. 468. in princip. part. 1. recent. quo casu procedat.*
Nullitates Iudex de consensu partium, potest omittere, disputando super sola iustitia sententiæ latæ, num. 13.
14 *Testis vnicus non probat.*
15 *Testis deponendo per verbum, credo, vel quod non recordatur, non releuat, & num. 16.*
16 *Testis, qui super certo tempore debet deponere, & de eo non habet certam memoriam non iuuat.*
17 *Onus alendi pupillos ad quem spectet.*
18 *Actor non turbidè, sed clarè debet iustificare intentionem suam.*

DECISIO DLXXVIII.

DIXERVNT Domini sententiam extra Rotam latam esse reuocandam, cōtra quam opponebatur de nullitate, & iniustitia, nullitas deduceba-
1 tur, † quia non constat in actis de deputatione Iudicis, qui sententiam tulit tanquā deputatus ab A. C. & sic cum Iudex non esset certus de sua iurisdictio-
2 ne, nulliter † pronunciauit *Bart. in l. multum interest num. 2. ff. de cond. & demonst.* cum alijs adductis *in Ferrarien. bonorum 15. Iunij 1615. coram me, quæ est decis. 730. sub num. 4. par. 2. recent.* qui de-
3 fectus iurisdictionis † dicitur insanabilis *Sarn. in compend. vtr. Signat. num 74. vers. & iste defectus, Vant. de null. ex def. iurisd. n. 6. Vestr. in praxi lib. 5. cap. 13. sub num. 4. & fuit sæpè decisum.*

Nec quicquam facit intimatio deputationis, & successiuè comparitiones partium coram Iudice, & in specie responsio Thadæi positionibus datis pro
4 parte Iulij, quia non sequitur, partes † posse dare, vel prorogare iurisdictionem non habenti *l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. Butr. post alios in cap. cū olim. 1. num. 9. ff. de off. deleg. Felin. in cap P. & G. num. 11. eod. tit. Guidop. q. 285. nu. 5. Mohed. decis. 3. num. 1. de appell. Rot. decis. 451. nu. 13. par. 3. recent.*

Neque obstat, quod deputatio dicatur subtracta ex
5 actis, † quia talis subtractio non probatur, neque aliquod de subtractione affertur iudicium, *iux. not. per Rot. decis. 762. num. 3. par. 2. recent.*

Altera erat nullitas ex qua insurgit etiam iniustitia, quia in actis nō reperitur productum, nisi quod-
6 dam examen testium, qui fuerunt examinati † parte non citata ad videndum illos iurare, & sic nulliter *cap. 2. de testib. l. si quando. C. eod. tit.* cum alijs per *Rot. decis. 128. num. 1. & decis. 411. num. 1. par. 1. re-*
7 *cent.* vbi quod iste defectus remanet probatus † ex sola reuolutione actorum, vnde cum sententia fundetur in istis testibus, remanet notoriè iniusta, cum
8 † non iustificetur ex actis, *iuxta decis. Cæs. de Grass. 13. num. 3. de solut.* & consequenter etiam nulla, *Seraph. decis. 1261. nu. 5.* Vnde talis sententia tan-
9 quam nulla confirmari † non potest parte opponente, *Cæs. de Grass. decis. 9. nu. 12. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 714. num. 3. par. 4. diuers.* immò Iudex ad
10 † vlteriora procedens dicitur facere iniustitiam, *Cæs. de Grass. d. decis. 9. nu. 8.* neque facit, quod pars dicat velle adire signaturam pro sanatione, quia vltra

11 tra quod † defectus iurisdictionis est insanabilis, vt
dictum est, interim non potest denegari declaratio
12 † nullitatis parte instante, & sic non applicatur *de-*
13 *cis.468. in princ.par.1. recent.* quia ibi fortè † fue-
runt omissæ nullitates de consensu partium, & di-
sputatum fuit super sola iustitia, de qua etiam in pro-
posito, Domini dubitabant, quia licet testes conen-
tur deponere de alimentis præstitis. Thadæo in domo
Iulij, tamen non benè constat à quo tempore incœ-
perint dicta alimenta, nam licet septimus testis iux-
ta secundum deponat Thadæum cum sororibus ve-
nisse ad habitan. in domo de mense Ianuarij 1612.
& iuxta quintum de Thadæo dicatur fuisse in dicta
domo ab anno 1612. vsque ad 1618. de mense Au-
gusti, vt in summario Iulij num.2. 3. & 4. tamen
est vnicus.

Tertius testis iuxta octauum non recordatur, de
quo tempore Iulius cœperit præstare Thadæo ali-
14 menta, & octauus deponit per verbum, † credo, de
anno 1612. vel 1613. dicit non recordari, vt dicto
summ.num.3. & licet tertius iuxta octauum dicat,
Iulium cœpisse dare alimenta Thadæo, antequam
aleret eius sorores, tamen nec videtur sufficienter
constare; de quo tempore cœperit alere sorores; nã
15 tertius testis iuxta sextum, credit, † sorores venisse
in domum Iulij de mense Septembris, vel Octobris
anni 1612. quartus iuxta sextum nihil deponit de
16 tempore, sextus pariter iuxta sextum † non recor-
datur de tempore, vt in summ. Iulij num.2.

Præterea aduertebatur, quod Iulius non fuit præ-
sens in Vrbe pro toto tempore, quo fuerint præstita
Thadæo alimenta, quo tempore absentiæ Iulij du-
rante, testes dicunt fuisse præstita à bon.mem. Bal-
duino Massa, qui dicebatur esse tutor, & curator
Thadæi, & licet nonnulli deponant, fuisse præstita
de pecunijs Iulij, quia Balduinus eius redditus exi-
gebat, tamen hoc nõ concludit, quin Thadæus pos-
17 sit † prætendere recepisse alimenta à suo curatore,
ad quem spectat onus alendi, *l. vltima. C.de alim.*
pup.præst. Rot.decis.250.num.6.coram fel.rec. Gre-
gor.XV. & sic actio à Iulio deberet dirigi contra
Balduinum, qui eius pecunias exegit, & expendit,
& in omnem casum Iulius debet melius iustificare
18 † intentionem suam, quæ turbida remanet ex supra-
dictis, & consequenter sententia extra Rotam, quæ
præcisè condemnat Thadæum ad restitutionem di-
ctorum alimentorum pro tempore sex annorum
cum dimidio ad rationem scutorum nouem pro sin-
gulis mensibus, vix videtur posse saluari ab iniusti-
tia. Et ita fuit decisum.

R. P. D. REMBOLDO.

Fanen. Fideicommissi.

Lunæ 4. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Substituto in secundo gradu aperitur via ad fideicom-
missum, si prima substitutio efficiatur caduca. Sub-
stitutio quando dicatur compendiosa, & quid in se
contineat.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionis primus gradus, quando efficitur ca-*
ducus, tũc intrat sequens gradus, & nu.13. & 14.
2 *Substitutus substituti est hæredi substitutus.*
3 *Substitutionis primus gradus, si caducetur, hoc nõ*
impedit, quominus fideicommissum debeatur se-
quenti, verum etiam ei viam aperit, & facit.
4 *Cum isto casu substitutio secunda fiat prima, &*
ad hunc effectum quid sufficiat, num.5.
6 *Substitutus secundus non potest succedre hæredi*
instituto, quando nominatim substitutus est pri-
mo substituto.
7 *Substitutio dicitur compendiosa propter mentio-*
nem mortis, & conditionem si sine filijs.
8 *Substitutio compendiosa continet in se vulgarem,*
& fideicommissariam, præsertim quando est con-
cepta verbis generalibus.
9 *Substitutus substituti est substitutus instituti.*
10 *Clausula, tunc, & eo casu, est taxatiua.*
11 *Verba, tunc, & eo casu &c. quando sunt adiecta*
substitutioni vulgari, non stant taxatiuè, sed de-
monstratiuè, & num.12.
15 *Testator præsumitur aliquid disposuisse, si de eo*
fuisset interrogatus ita proculdubio respondisset,
stante, quod nulla diuersitatis ratio in contra-
rium assignari possit.

DECISIO DLXXIX.

MICHAEL Angelus Boldrinus instituta hære-
de vniuersali in suo vltimo, cum quo decessit
testamento Iustina eius filia, illi quandocumque de-
cedenti sustituit Michaelangelum, Iosephum eius fi-
lios, quibus sine filijs decedentibus sustituit Iacobũ
in medietate suæ hæreditatis, in alia vero medietate
Thadæum, & alios; prædecesserũt dictus Michaelan-
gelus, & Ioseph primo loco sustitui Iustinæ matri,
ac propterea dicta quoque Iustina vita functa, fuit
dubitatum, An dicta substitutio possit dici purificata
ad fauorẽ Thadæi, vel potius caducata, & dicto Tha-
dæo tantum informantes hæredibus dictæ Iustinæ, &
legatarijs sæpius citatis fuit resolutum d. sustitutio-
nem ad ipsius fauorem fuisse purificatam, quia licet
præmortui sint Iustinæ dicti eius filij primo loco su-
1 stituti, ideoque primus gradus † sustitutionis fuerit
factus caducus, nihilominus intrat gradus subsequẽs
& sic Thadæus non quia succedat filijs Iustinæ in
primo gradu comprehensis; sed ipsę Iustinæ hæredi,
ac si dictæ Iustinæ esset substitutus, *ad text. in l.1. §.*
pro secundo. C.de caduc.toll.Bart. & alij communi-
ter in l.quamdiu institutus. ff.de acquir. hæred.Ca-
strens.cons.152.num.1.l.1.Soccin.cons.52.num.15.
lib.1. Curt.iun.cons.83.num.4.Ias.Corn. & alij quos
refert & sequitur *Gabr.cons.115. num.3. & seq. l.1.*
2 Certum est enim, quod substitutus † substituti, est
hæredi substitutus, *ad tex.in l. si tutius, & in l.co-*
hæredi. ff.de vulg. & vtrobique Doct. Rot.decis.648.
par.1. diuers. Et dicta caducitas non modo non im-
pedit quominus fideicommissum debeatur sequenti,
3 † verum etiam ei viam aperit, & facit, vt debeatur,
Bald.cons.83.l.4.Castrens.cons.422. ad med. vers. in
contrarium videtur lib.2. Gabr.d.cons 115. num.8.
4 *& cons.107.num.16.l.1.* cum isto casu † substitutio
secunda fiat prima, *Imol in d.l.quamdiu.num.3. &*
not.Bal.in l3. §.fin.ff.de lib. & posth. & satis est ad
istum effectũ hæreditatem aditam fuisse ab ipso gra-
uato penes quem fideicommissum caducum rema-
5 net, † cum onere restituendi sequentibus in gradu
d.l.quamdiu, ibi is autem, qui tertio gradu, & c. ff.de
acquir.hæred.l.1.§. pro secundo.C.de caduc.toll. cum
alijs sup.cit.

Nec

6 Nec obstat quod secundus † substitutus non potest succedere hæredi instituto quando nominatim substitutus est primo substituto *l. Celsus. §. quod alicuius. ff. de leg. 2. l. si plures. ff. de leg. 3. Bart. in l. licet Imperator num. 3. ff. de leg. 1.* Quia quicquid esset dicendum si secundus esset substitutus per fideicommissariam dumtaxat, cessat in casu isto difficultas, ex quo tam substitutio primo loco facta Iustinæ de eius filijs, quam illa facta secundo loco de persona Iacobi, & Thadæi dictis filijs Iustinæ si sine filijs
7 decederent, est compendiosa † propter mentionem mortis, & conditionem, si sine filijs, *iux. trad. per glos. in cap. 1. in verb. absque deductione de testam. in 6. Rip. in l. centario. num. 89. ff. de vulg. & pupill. cum alijs per Crass. in §. substitutio. q 60. nu. 10. & fuit dictũ in vna Reatina fideicõmissi* 14. Mar. 1622 *coram R. P. D. meo Vbaldo*, & sic dicta substitutio
8 † continet in se vulgarem, & fideicommissariam, præsertim, quia est concepta verbis communibus, *Bar. in d. l. centurio num. 13. cum seqq. & nu. 26. & seqq. ff. de vulg. & pupill. Corn. cons. 273. sub. nu. 3. l. 4. cum alijs fusè deductis in Romana fideicommissi de Surdis* 11. *Maij* 1618. *coram R. P. D. meo Vbaldo*, ac propterea per dictã vulgarem succedit in casu isto dictus Thadæus in locum primi substituti, ita quod Iustina hæres instituta censeatur à testatore grauata totam hæreditatem dictis secundo loco substitutis restituere, non tanquam successoribus (vt dictum est) filiorum Iustinæ in gradu perempto contentorum,
9 † sed vti successoribus ipsius Iustinæ, ac si illi simpliciter substituti fuissent, & procedens gradus non fuisset factus caducus, *Bart. & alij communiter recepti in d. l. quamdiu num. 10. ff. de acquir. hæred. d. l. vnic. §. pro secundo. C. de caduc. toll. Soccin. iun. cons. 4. nu. 40. & seqq. l. 1. & cons. 181. vbi de communi num. 46. & seq. l. 2. Gabr. cons. 117. nu. 16. & seq. l. 1. Honded. cons. 49. num. 17. lib. 2. Peregr. de fideicom. artic. 15. num. 14. & hanc opinionem secuta est pluries Rot. vt in decis. 9. de testam. in antiq. & decis. 648. par. 1. diuers. & fuit dictum in Romana fideicommissi de Paluzzellis* 28. *Februarij* 1611. *coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Hierosolymitano*, vbi aliæ decisiones referuntur.

Nec obstat, quod in substitutione facta ad fauo-
10 rem Thadæi, & sociorum sit adiecta clausula, † tunc & eo casu &c. quæ clausula cum sit taxatiua, videtur restringere dictam substitutionem ad casum, quando scilicet primo substituti post delatam illis hæreditatem decederent sine filijs, non autem quando prædecesserunt hæredi instituto.
11 Quia vltra quod dicta verba † quotiescumque sunt adiecta substitutioni vulgari, prout hic, non stant taxatiuè, sed demonstratiuè, *Decian. cons. 1. num. 148. & 334. l. 1. Cassad. decis. 1. num. 3. de testam.* non
12 etiam aliquid operentur, † quando constat de præsumpta mente testatoris in contrarium *Surd. cons. 344. num. 13. & cons. 443. nu. 32. l. 3. & fuit dictum in allegata Romana fideicommissi de Surdis coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Præsumptio autem visa fuit inter alias ad hũc effectum vrgentissima, quæ elicitur ex verbis in testamento probatis, dum expresse prohibet dictæ Iustinæ suæ hæredi, ne bona ab ipso relicta alienet, excepta tantum modica summa florenorum 300 ne fieret vllum præiudicium prædictis substitutis, ex quibus verbis videtur manifestè colligi, ipsum cogitasse, posse euenire casum in quo Iustina hæres institu-
13 ta, hæreditatem restitueret † non solum primis, sed etiam alijs secundo substitutis, vt in similibus terminis fuit ponderatum in dicta *Reatina fideicommissi 14. Martij 1622. coram R. P. D. meo Vbaldo.* Et verisimile admodum est, quod sicuti Thadæus, & socij fuerunt substituti primis substitutis decedẽtibus sine liberis, si fuisset illis delata hæreditas, ita quoque
14 sint vocati † à testatore in casu quo dicti primi substituti hæredi grauato prædecesserunt, atque ita proculdubio testator respõdisset, si fuisset interrogatus, cum nulla possit diuersitatis ratio in contrarium assignari, *glos. fin. in l. si tale pactum. in fin. ff. de pact.* cum alijs per *Surd. cons. 236. num 41. & seq. lib. 2.*

R. P. D. VBALDO.

Barchinonen. Vicariæ.

Lunæ 4. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Vnionis probatio ex quibus indubitata reddatur, & maximè si simus in antiquissimis, & an ad hunc effectum sufficiant enunciatiuæ antiquæ, & quæ sint certa, & indubia signa vnionis, ac ab ea per aliquod pactum etiam vnioni contrariũ nõ dicatur recessum. Ecclesiæ vnitæ cura transit in Prælatum eius Ecclesiæ cui est facta vnio, & ad ipsum spectat eligere Vicarium in ea absque alio concursu.

SVMMARIVM.

1 *Vnio benè probatur ex enunciatiuis antiquis.*
2 *Enunciatiuæ antiquæ habent vim publicæ vocis, & famæ.*
3 *Enunciatiuæ antiquæ fortius probant, si emanauerint ab eo, qui ipsum enunciatum poterat facere.*
4 *de Vnione, quando nullatenus possit dubitari.*
5 *Vnionis validitate stante, quid inde sequatur.*
6 *Ecclesia parochialis, quando alteræ Ecclesiæ fuit vnita, tunc Prælatus illius potest præsentare Vicarium, absque alio concursu.*
7 *Vnio facta, quando postea dicatur resoluta in simplicem dismembrationem fructuum.*
8 *Vicario Ecclesiæ vnitæ quandò fuit assignata certa portio, & reliquum remanet Ecclesiæ, cui fuit facta vnio, id est indubitatum signum vnionis.*
9 *Vnio, quando dicatur dissoluta.*
10 *Vnio non potest dici dissoluta, si de tali dissolutione verbum nullum fuerit factum, & num. 11. & 12.*
13 *Verbum residuum, quid importet.*
14 *Vnio non dicitur dissoluta licet fuerit variatum in assignatione congruæ Vicario beneficij vniti.*
15 *Verall. decis. 339. par. 3. & Mohed. decis. 5. de decim. quo in casu loquantur.*
16 *Vicarius Ecclesiæ vnitæ an habeat intentionem fundatam super decimis, sibi assignatis pro sua portione.*
17 *Vnionis effectus est, qualis sit.*
18 *Ecclesiæ vnitæ cura residet penes Prælatum Ecclesiæ cui est facta vnio, licet exercitium transeat in Vicarium dictæ Ecclesiæ, & num. 21.*
19 *Concursui, quando sit locus, licet simus in Ecclesia Parochiali, quamuis vnita. & quando id sit verum, num. 20.*
22 *Vicario, si fuerit dictum, vt habeat & exerceat curam animarum, ista verba conueniunt etiam Vicario actuali.*

23 *Ver-*

23 *Verbum, habeat, quid importet.*
24 *Obseruantia non releuat, quando contra actum adest decretum irritans.*
25 *Vicarijs vnitis fit præsentatio, seu electio per Prælatum Ecclesiæ, cui est facta vnio, cum approbatione Ordinarij, nec requiritur alius concursus.*
26 *Obseruantia non currit sine possessione.*
27 *Prouisiones, quando deteguntur erroneæ non faciunt statum.*
28 *Rector verus Parochiæ, an præsumatur ex eo, quod ad eum pertinet exactio decimarum.*

DECISIO DLXXX.

CENSVERVNT Domini vnanimes sentētiam Rotalem esse confirman. quia de eius validitate non dubitabatur, & de iustitia constare existimarunt ex plenè, & eleganter deductis in decisionibus in prima instantia factis * 9 Februarij, & 17. Maij huius anni coram R.P.D. meo Merlino fuit enim firmatum. Primo constare de vnione ex antiquissimis enunciatiuis instrumentorum longe supra centum annos, videlicet vna de anno 1326. & altera post aliquot annos in quibus narratur, & confirmatur respectiue vnio Ecclesiæ, de qua agitur Archidiaconatui maiori Ecclesiæ Barchinonen. facta de
1 anno 1325. ex quibus enunciatiuis † adeo antiquis bene probatur vnio *Caput. decis.344. num.2. par.2. Put. decis.207 num.1. lib.2. Seraphin. decis.1272. in princ. Rota decis.626. num.2. par.1. recent. cum alijs in prima decis. allegatis, & fuit dictum in Tirasonen. iurispræsentandi 22. Iunij* 1588 *coram bon. me. Bubalo, & in Feretrana spolij 12. Iunij 1615. coram*
2 *me*, & ratio est quia illæ † enunciatiuæ habent vim publicæ vocis, & famæ, *Bald. Salicet. & Castr. in l. cum aliquis. C. de iur. deliber. Caputaq. decis.347. num.3. par.3.* Rota in *Tridentina parochialis* 7. *Nouemb.1611. coram me, quæ est decisio 360. num.4. par.2. recent. & decis.673. num.6. & decis.674 sub num 2. eadem par.2. & decis.163. num. 2. decis 472. num.1. & decis.541. num.3. par.1.* ex qua etiam forma probatur vnio, *Caput. d. decis.547. nu.3. Rebuff. in prax. instit. de vnion. benef nu.35. cum alijs in dicta Feretrana spolij coram me, quæ est decisio 124. num.2. par.2. recent.* quæ tanto magis procedunt ex
3 quo dictæ enūciatiuæ † emanarūt ab Episcopo, & Capitulo, qui poterant ipsam vnionem facere, *Card. Mantic. decis.355. num.6. & decis.359. num 7. Rota decis.380. num.4 par.2. recent.* Vnde accedente assignatione certæ congruæ Vicario perpetuo in actu vnionis creato, & accedente etiam longissimi temporis obseruātia deducta ex pluribus collationibus,
4 † & institutionibus ex certa scientia ab Ordinario factis ad nominationem, seu præsentationem Archidiaconi pro tempore existentis tanquam de Vicaria vnita, & de earum effectuatione, ex late deductis in in prima decisione D. Merlini non videtur posse de vnione, vt sup a enunciata dubitari, *Rota decis.482. num 3. & decis 607. num.2. par.1. recent.* supposita autem validitate vnionis ex supradictis, sequitur, vt
5 † Rector Ecclesiæ sit ipse Archidiaconus cui facta est vnio, *Hostien. in cap. exposuisti in fin. Io Andr. nu.8. de præben. Felin. in cap. postulasti. num.1. vers. aut perceptio de rescript. Abb. in cap. de extirpandæ. §. qui vero.2. num.15. vers. ex quo sequitur de præbend. Card. in clem.1 num.10. in fin. vers. distinctio. de offic. Vicar*, & vt ad nominationem, seu præsentatio-
6 nem Prælati Ecclesiæ cui ipsa vnio facta † fuit deputari, & institui debeat Vicarius perpetuus absque alio concursu, *cap. extirpandæ. §. qui verò, & cap. de Monachis de præb. Petr. de V bald. senior de vnion. eccles. cap.11. q.6. Rota decis.798. in fin. par.1. diuers. & decis.102. num.1. par.1. recent. & in Dertusen. Vicariæ 28. Nouembr. 1616. coram me*, & in alijs, de quibus per *Garz. de benefic. par.9. cap.2. n 289. & in secūda decis. in hac causa facta, & in alia Dertusen. Vicariæ 2. April. præteriti corā eodem Merlino.*

Non obstat præcipuum fundamentum ex aduerso informantium factum. Quia quicquid dicendum sit de validitate vnionis ab initio, tamen illa fuerit reuocata, & redacta ad simplicem dismembrationem
7 † fructuum ex quo duo Canonici electi ab Episcopo & Capitulo, ad ordinandum, & taxandum Vicariam perpetuam in Eccles. S. Baudilij ita statuerūt, & ordinarunt quod Vicarius perpetuus suis sumptibus exigat & percipiat quoslibet redditus, & prouentus & alia quæuis iura dictæ Ecclesiæ, & dare teneatur Archidiacono Barchinonen. certis anni temporibus certas fructuum quotas, necnon certam pecuniarū summam, & prædicta assignatio fuit ab Episcopo, & Capitulo approbata, & sic cum in priori dispositio-
8 ne † fuisset assignata congruæ portio fructuum Vicario reseruatis omnibus fructibus Archidiacono, inde bene poterat inferri ad vnionem, vt per *Io. Andr. in cap exposuisti nu 8. de præb. Caput. decis.339. nu.3. & seqq. par.3. fuit dictum in* Dertusen. *Vicariæ 18. Maij 1622. coram* R. P. D. *Caualerio in Taruisina parochialis 31. Maij 1613. & in Elboren. vnionis 12. Iunij 1623. coram me cum alijs supra allegatis*, sed cum postea integra fructuum perceptio fuerit concessa Vicario, cum onere respondendi de certa quo-
9 ta ipsi Archidiacono videtur à dicta vnione † recessum, & factam fuisse simplicem dismembrationem fructuum, quia fuerit responsum in primis de disso-
10 lutione vnionis verbum nullum fieri † in dicto instrumento anni 1326. sed illa præsupposita prout fuit narratum fuisse factam anno præcedenti, fuerunt electi duo Canonici ad sedandam discordiam, quæ poterat oriri inter Archidiaconum, & Vicarium circa fructus eiusdem Ecclesiæ, & id significant verba deputationis ibi ad ordinandum, & taxandum inter cætera Vicariam perpetuam in dicta Ecclesia existentem, & tantam Vicario eius perpetuo de redditibus
11 & exitibus eiusdem Ecclesiæ portionem, † vt ipse Vicarius posset congrue sustentari, & iura Parochialia, & alia onera sibi incumbentia sustinere, & sic deputatio fuit semper circa moderan. vel augen. cōgruam ipsius Vicarij non autem ad dissoluen. vnio-
12 nem, vt ex aduerso prætenditur, † & hoc etiam clare deducitur ex quo assignatis Archidiacono certis quotis fructuum, vt dictum est residuum fuerit voluerunt esse ipsius Vicarij pro sua prouisione, quæ
13 verba pro sua prouisione arguunt totum illud † residuum fuisse datum Vicario pro sua congrua, & sic firmam remansisse vnionem præcedentem licet fue-
14 rit variatum † in assignatione, & taxatione congruæ vt etiam fuit dictum *in Vrgellen. parochialis 13. Nouembr. 1633. coram bon. me. Pamphilio, & in secunda decisione in hac causa facta circa finem*, & sic cel-
15 sant quæ dicuntur † *ex Verall. decis. 339. par.3. & Mohed. decis.5. de decim.* de fructuum assignatione facta Vicario, quia non procedunt quando fructus assignati pro congrua, vel per prouisione, vt in casu no-

nostro, & sensit *Mobed. d. dec. 5. in fin. de decim.* dum
16 dicit Vicarium habere intentionem † fundatam super decimis sibi assignatis pro congrua alias secus, *& idem sentit decis. Cresc. 2. circa fin. eod. tit.*

At demum cessat difficultas ex secūdo Instrumento in quo fuit enunciata, & confirmata eadem vnio post nonullos annos per Patriarcam Hierosolymi-
17 tanum, vt consideratur in prima decisione & † effectus vnionis est vt Prælatus, cui fuit facta vnio sit Rector Ecclesiæ vnitæ, vt supra dictum est, & con-
18 sequenter cura penes ipsum resideat † licet exercitium dictæ curæ sit translatum in Vicarium *Abb. in cap. extirpandæ §. quia vero num. 15. & in cap. exposuisti in fine de præben. Card. in Clem. 1. num. 10. vers. in 6. Caputaq. decis. 339. num. 2. & 3. Nauar. cons. 21. num. 7. de Cleric. non resid. Seraphin. decis. 1009. num. 4. & 5. Rota decis. 102. circa fin. part. 1. recent & decis. 204. num. 1. in fine, & decis. 710. n. 2. part. 2. & in Dertusen. Vicariæ 28. Nouembris 1616 coram me, & in alijs relatis in 2. decis. D. Merlini.*

Nec obstat, quod immo videatur translata omnis cura in Vicarium ex quo percipit omnes fructus, &
19 de illis soluit quotam † Archidiacono, & sic debeat esse locus concursui *Card. in d. Clem. num. 12. de offic. Vicar. Rota decis. 574. num. 3. & d. decis. 710. num. 3. par. 2. recent.* quia id bene procederet in dubio sed quando clarè apparet de vnione, & de facultate nominandi Vicarium, atque fructus sunt reseruati Vicario pro congrua, vt in casu nostro ex supra
20 dictis † fructuum perceptio non alterat statutum vnionis præcedentis de cuius natura est, vt cura habitualis resideat penes prælatū qui est Rector actua-
21 lis vero tantum fuit translata in Vicarium, *vt in alleg. Vrgellen. Parochialis 13. Nouembris coram Card. Pamphilio, quam Rota sequuta est in vtraque decisione in hac causa facta.*

Non obstant illa verba ad Vicarium relata, qui seruitium ipsius Ecclesiæ faciat, & in ipsa Ecclesia
22 Curam habeat, & exerceat † animarum cum hæc verba bene conueniant curæ actuali, quam Vicarius exercet, *vt fuit dictum in Barchinonen. Vicariæ 9. Decembris 1616 coram R. P. D. Buratto, & sequuta*
23 *est Rota in hac causa in 2. decis.* nec repugnat † verbum habeat, cum, & illud conueniat Vicario perpetuo *clem. vnic. de offic. Vicar.*

Demum non obstat allegata obseruantia prouidendi de hac Vicaria per concursum, quia non affertur nisi vna de anno 1582. & nihilominus stante
24 vnione de qua supra obseruantia suffragari non † potest propter decretum irritans *de quo in Constitutione 46. San. Mem. Pij V.* de Vicarijs perpetuis conferen. ad præsentationem, seu electionem Prælati
25 † cui facta est vnio cum approbatione Ordinarij non autem per concursum, quod decretum inficit Titu-
25 lum, & possessionem sine qua † possessione obseruantia non procedit *ex late deductis in Dertusen. Vicariæ 22. Aprilis præteriti coram R. P. D. meo Merlino,* in qua etiam patet responsio ad prætensum consensum Archidiaconi circa dictum concursum ab
27 Episcopo factum † vltra quod in omnem euentum talis prouisio detegitur erronea, *vt in his terminis fuit dictum in dicta decisione 710. in fin. par. 2. recent & in dicta Dertusen. Vicariæ 28. Nouembris 1616. coram me.*

Nec facit sententia lata ad fauorem Vicarij quod ad ipsum pertineat exactio decimarum suæ Parochiæ
28 quasi ex hoc arguatur, quod ipse sit verus † Rector, quia cum per illos duos Canonicos deputatos ab Episcopo, & Capitulo post factam vnionem fuit ordinatum, vt vicarius exigat omnes fructus, & recipiat omnes census, & alia quæuis iura dictæ Ecclesiæ parochialis idemque pro eius congrua, & prouisione, vt supra deductum est bene dici potest ad eū spectare exactionem decimarum, & in his habere intentionem fūdatam, quamuis alias illæ spectarent ad verum Rectorem, *vt per Caputaq. decis. 339. n. 4. numer. 4. par. 3. Mobed. decis. 5. decim. Crescent. dec. 2. eod. tit.* vt supra etiam dictum est.

Ex quibus Domini concluserunt Sententiam esse confirman.

☞ *Decisiones istæ in hac eadem causa emanatæ coram clar. mem. Merlino, sub diebus 8. Februarij, & 17. Maij præsentis anni 1624. posui infra in seq. part. tom. 2. & sunt decisiones 441. & 445.*

R. P. D. VBALDO.

Romana Testamenti

Lunæ 9. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita, sicuti est illud, quod fit per relationem ad certam scripturam, satis dicitur valide factum, quando illud fuit scriptum, vel subscriptum manu testatoris, & à duobus testibus asserentibus se fuisse præsentes dictę subscriptioni, & postea consutis folijs, & septem in locis appositis sigillis, traditum fuit Notario ab eodem Testatore, asserendo in eo contineri legata, hæredis institutionem, & alia, & Notarius coram septem testibus de prædictis rogatus cōfecit publicum instrumentum, cui etiam dicti testes subscribere se debent, testantes se fuisse præsentes dictæ consignationi, testamenta anteriora, quando satis dicantur reuocata per posterius, & diluuntur plures oppositiones.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum posterius reuocat primum.*
2 *Testamentum posterius tunc reuocat primum, quādo illud est validum, & perfectum.*
3 *Testamentum dicitur validum, & perfectum, si habeat hæredis institutionem, & cætera requisita.*
4 *Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita, quando dicatur factum cum omnibus suis debitis requisitis.*
5 *Testamētum factum per relationem ad scripturam de iure valet, & perinde habetur, ac si testator ore proprio hæredem nuncupasset. & nu. 6.*
7 *Bart. opinio in l. si ita scripsero num. 1. ff. de condit. & demonst. procedit non solum in legatis, sed etiā in institutione hæredis.*
8 *Quidquid nonnulli contra eum senserint, eumque Rota sæpius etiam in institutione hæredis secutus est.*
9 *de Testamenti consignatione facta à Testatore, Notario, quando non possit dubitari.*
10 *Testes, si loquantur per verbum, videtur, vel se nō recordari, vel non aduertisse, non contradicunt illis, qui explicite super aliqua re deponunt.*

11 *Testium*

11 *Testium depositiones quando sint ex abundanti pro probanda validitate testamenti.*
12 *Testamenti relatiui tota substantia pendet à certa, & indubitata scriptura, ad quam sit relatio.*
13 *Testamenti cedula satis dicitur, certa, dum scripta fuit à Notario, & à Testatore subscripta coram duobus testibus.*
14 *Subscribens videtur approbare omnia contenta in scriptura.*
15 *Testamentum ad quod testator se refert, sufficit etiam, vt sit aliena manu subscriptum, dummodo sit certum, testatorem ad illud habuisse relationem.*
16 *Subscribens tunc censetur approbare contenta in scriptura, quando illa ei fuit lecta, vel aliter cõstat ipsum legisse.*
17 *Subscribens scripturam præsumitur legisse contenta in ea, vel eorum habuisse notitiam.*
18 *Et hoc præsertim si subscribens est diligens.*
19 *in Hæredis institutione consistit substantia, illaque est caput testamenti.*
20 *Subscribens quando istu oculi potuerit legere aliqua in scriptura contenta.*
21 *de Subscribente obligando, quando agitur, vt ei afferatur præiudicium, quid sit probandum.*
22 *Testamentum factum per relationem, vt validum dicatur, quid sufficiat. & vide nu. 3. & 4.*
23 *de Testamenti cedula sat est, vt constet ad validitatem testamenti relatiui, nec est opus aliud probare, cum testator confiderit de illo, qui d. cedulam conscripsit.*
24 *Testator, si dicat se instituere hæredem prout in cedula, quæ extat penes Titium si dixerit manu mea scripta, tunc est opus recognitione.*
25 *Secus vero si simpliciter dicat prout in Cedula, quæ extat penes Titium, quia sufficit Titium dare cedulam, asserendo cum iuramento esse illam, quæ sibi fuit data à Testatore.*
26 *Et hoc quia Testator confidit de Titio.*
27 *Notarius censetur fecisse cedulam testamenti de voluntate Testatoris & maximè quando adest publicum Notarij instrumentum.*
28 *Testator bene præsumitur eum fecisse hæredem, quẽ ante, & post testamentum dixerit se velle instituere.*
29 *Testamentum conditum ad interrogationem Notarij, secundum aliquos non tenet, quando testator in extremis laborat.*
30 *Et quando præcessit aliud testamentum validum, præsertim ad pias causas contra nu. 32.*
31 *Testamentum factum ad interrogationem alterius valet, dummodo testator habeat bonum sensum, & articulate loquatur.*
33 *Testis eo ipso, quod se subscribit testamento videtur fateri se vidisse, & audiuisse quæcunque dicta, & gesta fuere pro validitate testamenti.*
34 *Testis dum se subscribit testamento tacitè videtur pro eo deponere.*
35 *Testis dum deposuit pro testamento, quia illi se subscripsit, si postea asserat contra illud, dicendo se non audiuisse, non nocet tertijs.*
36 *Testamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita, est diuersum ab illo, quod fit ad interrogationem Notarij, vel alterius personæ. & nu. 37.*
38 *Interrogatio Notarij facienda à Testatore de hærede, non cadit in testamento a testatore scripto, vel subscripto.*
39 *Suspiciones, quæ afferuntur contra testamentum si sint leues & suspiciones hominum non possunt illud infringere.*
40 *Testamentum vt corruat ex suspicionibus necesse est, vt sint valde concludentes.*
41 *Testator potuit mutare voluntatem cum sit ambulatoria, etiam in ipso actu institutionis.*
42 *Hæredis institutio quando est certa, & indubitata, tunc sublata est omnis amaritudo.*
43 *Testator, quando non possit dici, vt valde aggrauatus esset à morbo.*
44 *Loqui articulatè censetur is, qui ad interrogationẽ alterius respondit, sic.*
45 *Testatorem fuisse sanæ mentis, satis deprehenditur ex tenore testamenti, in quo ostendat habere optimum iudicium, vt nu. 46. & 47.*
48 *Testator dum hæredi scripto in altero testamento aliquid reliquit, censetur voluisse recedere a toto, & sic testamentum illud anterius reuocare.*
49 *ad Testamenti validitatem non parum coadiuuat legalitas Notarij, & maxime si testator valde de eo confidebat.*
50 *Clausula derogatoria implicita ad sequens testamentum, indiget speciali derogatione, & non sufficit clausula cassans &c.*

DECISIO DLXXXI.

DOMINI post accuratã causæ discussionem & multas propositiones perstiterunt in decisis in hac causa 9. Decembris 1620. coram Reuerendiss. D. meo Decano, * ex rationibus ab eodem doctissimè, & elegantissimè deductis in sua decisione, & alijs de quibus infra; Testator enim post condita quatuor testamenta, quintum demum fecit die 22. Maij anni 1619. duobus ante obitum diebus mediante cedula à Notario scripta, in qua asseritur Frãciscum Pennam testatorem reliquisse plura legata nonnullis locis pijs, necnon alijs personis sibi coniunctis, & amicis, & demum instituisse hæredem vniuersalem Petrum Falconettum Reatinum suum carum amicum cum reuocatione aliorum testamentorum, quæ scriptura fuit à testatore subscripta manu propria, & à duobus testibus asserentibus se fuisse præsentes dictæ subscriptioni, postea consutis folijs & septem in locis sigillatis, in quibus continebatur dicta scriptura, asseruit idem Notarius sibi fuisse ab eodem testatore consignatam, in qua continebatur eius testamentum, legata, hæredis institutio, & alia, & Notarius coram septem testibus de prædictis rogatus confecit publicum Instrumentum cui etiam dicti testes subscripserunt, testantes se fuisse præsentes d. consignationi, & in hoc etiam instrumento fuit repetita clausula, cassans, &c. Quare cum dubitaretur quodnam testamentum esset attẽden. An hoc de quo loquimur; An verò penultimum ab eodem testatore conditum ad fauorem RR. Patrum S. Onufrij de Vrbe, fuit resolutum esse attenden. vltimum, vt in decisione D. Decani, hodie vt dixi confirmatã;
1 Quia pro Petro stat regula, per † posterius testamẽtum reuocari primum, *§. posteriore instit. quib. mod. testam. infirm. l. si quis priore ff. ad Treb. Clar. in §. testamentum quæst. 93. Dec. consil. 475. num. 3. cum alijs, per Surd. cons. 414. numer. 22. lib. 3.* dummodo
2 † secundum sit validum, & perfectum *d. §. posteriore & §. seq.*

& §. seq. inst. quib. mod. test. infirm. In proposito autem testamentum ad fauorem Petri fuit validum, &
3 perfectum cum habeat hæredis institutionem, † & cætera requisita, vt in decisione, & cum præcesserit scriptura certa, & indubitata subscripta manu testatoris, & duorum testium, & subsequuta fuit stipulatio Notarij cum septem testibus rogatis, qui etiam
4 subscripserunt † consignationi scripturæ, vt dictum est præceden. interrogatione eiusdem Notarij, An illa esset sua vltima voluntas, & testamentum, & testatore respondente, quod sic, vt deponunt testes, dubitari non potest de validitate testamenti tanquã facti cum relatione ad certam, & indubitatam scri-
5 pturam à testatore manu propria subscriptam, † cum tale testamentum nuncupatiuum dicatur nuncupatione implicita, quod de iure valet, & perinde ha-
6 betur, † ac si testator ore proprio hæredem nuncupasset *Bart. communiter receptus in l. si ita scripsero num. 1. ff. de cond. & dem. & in l. quæ hæredi. ff. de reb. dub. Clar. in d. §. testamentum. quæst. 4. numer. 3. & quæst. 36. numer. 2. Card. Mantic. de coniect. lib. 1. tit. 7. Soccin. sen. cons. 142. num. 6. & seq. vers. 2. principaliter lib. 1. Ruin. cons. 193. num. 9. & 10. lib. 2. & cons. 11. num. 2. & 7. lib. 3. Paul. Castr. licet dubitauerit in d. l. si ita scripsero, tamen firmat in l. hæredes, palam in princip. ff. de testam. & in l. hac consultissima, §. per nuncupationem, numer. 3. C. eod. tit. & cons. 91. numer. 3. lib. 8. & alijs in locis allegatis per Card. Mãtic. vbi supra sequitur Bald. Cuman. Imol. & Soccin. in d. l. si ita scripsero. Couar. in c. si tibi n. 5. de testam. Paris. cons. 19. num. 12. lib. 3. Alciat. cons. 126. num. 1. & 2. lib. 9. Ias. in l. quæstionem nu. 15. C. de fideic. Alex. cons. 76. nu. 5. & seqq. lib. 3. & cons. 176. num. 6. lib. 5. cum alijs congestis per Paris. loco citato, Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 17. Requisito 25. num. 53. Odd. cons. 64. numer. 17. Natt. in Auth. quod sine num. 26. C. de testam. Aret in princ. instit. de testam. ordin. num. 6.* & ibi post alios allegatos, *Rimin. Iun. num. 471. Guttier. pract. quæst. lib. 2. cap. 41. nu. 4. & 5. Menoch. alios adducens cons. 313. num. 45. lib. 3. Gomes. tom. 1. cap. 2. num. 7.* & horum plerique testantur de communi, & tenuit Rota *in Romana nullitatis sententiæ 28. Maij 1582. coram Aldobrandino, in Romana* Legati *Librariæ 10. Maij præteriti coram me, & nouissimè in Romana hæreditatis de Arrigonis 13. Nouembris proximè præteriti coram Reuerendiss. Patriarcha Manzanedo*, & quãuis nonnulli ex prædictis Doct. dubitauerint, An
7 doctrina *Bart. in d. l. si ita scripsero*, † procedat in institutione hæredis; Tamen communis est opinio, quod procedat non solum in legatis, sed etiam in institutione hæredis, *vt firmatur in decisione de qua agitur, & tradunt Bald. & Angel. in l. Asse toto ff. de hæred. instit. Alex. d. cons. 170. numer. 6. & 7. lib. 5. Paris. de communi d. cons. 19. num. 13. & 14. lib. 3. Mantic. vbi supra num. 7. Alciat. d. cons. 126. nu. 1. & 2. lib. 9. Alex. in l. vbi autem, §. illud, ff. de verb. oblig. Gutier. vbi supra num. 4. cum alijs plurib. per Hipp. Rimin. in d. principio instit. de testam. nu. 478. & seqq.* vbi testatur, & latè tuetur communem, &
8 respondet contrarijs, & † in institutione hæredis tenuit Rota *in d. Romana nullitatis coram Aldobrandino, et d. Romana hæreditatis corã D. Patriarcha*; Quod autem in præsenti casu testamentum sit factũ cum relatione ad scripturam antea à Notario confectam, & per testatorem subscriptam patet ex seriè facti supra relata cum Notario post illam consutam, & sigillatam in præsentia testatoris fuerit consignata coram septem testibus cum assertione, quod ibi cõtinebantur legata, hæredis institutio, & alia, quæ in
9 d. scriptura leguntur, & de consignatione † fuit factum publicum instrumentum, vt supra, & confirmatur ex depositione eorundem testium, quatuor clarè deponunt Notarium interrogasse testatorem an illa scriptura contenta in illis folijs esset suum vltimum testamentum, & testatorem respondisse sic, nec dissentiunt alij duo Griffius, & Vltramontanus,
10 quia Griffius dicit, *che pareua*, † *che accennasse di sì con la testa*; Vltramontanus verò postquam deposuit de interrogatione Notarij dicit, se non recordari, vel non aduertisse quid testator responderit, & sic non contrariatur alijs de responsione explicite deponentibus, immò ex ijs suppleri potest, *Ruin. cons. 192. num. 9. lib. 2. Surd. cons. 414. nu. 97. lib. 3.*
11 quæ etiam † depositiones sunt exabundanti; cum sufficiat publicum Instrumentum à tergo d. scripturæ cum nominibus, & cum subscriptione septem testium *Io. Dilect. de art. testam. tit. 2. caut. 4. num. 2. Clar. in §. testamentum, quæst. 4 num. 3. vers. consulto tamen, & approbat. Mantic. de coniect. lib. 1. tit. 7. num. 7. vers vnde etiam, & c. & fuit obseruatũ in illa* Romana *hæreditatis de Arrigonys*.

Quod autem scriptura ad quam fit relatio sit cer-
12 ta, & indubitata † in quo stat tota vis, alias doctrina Bart. non procederet, *vt per Paris. d. cons. 19. num. 26. Clar. in d. §. testamentum; quæst. 36. in fin. Mantic. vbi supra vers. & hoc sanè Guttier. d. c. 41. num 4 vers. dummodo liquido constet*, id patet cum
13 cedula fuerit scripta † à Notario, & subscripta à testatore coram duobus testibus, qui etiam subscripserunt, vt supradictum est.

Nec facit, quod scriptura non sit scripta manu testatoris, quia vltra quod sufficit à testatore fuisse
14 subscriptam, cum † subscribens videatur approbare omnia cõtenta in scriptura ex allegatis in decisione, & accedit *Menoch. cons. 313. num. 48. vers. respondetur. primo libr. 4. Gabr. in tit. de præscript. cõcl. 3. num. 1. Seraph. decis. 973. num. 1. fuit dictum in Hidruntina pecuniaria 13. Nouembris 1620. & in Fauentin. Census 2. Maij 1622. coram me*, sufficit etiam quod fuerit aliena manuscripta dummodo
15 † sit certum testatorem ad eum habuisse relationẽ *Hipp. Rim. d. princ. instit. de testam. nu. 490. Padill. in l. cum quidam, num. 13. ff. de leg. 2. Guttier. dicta quæst. 41. num. 4. post med. nec dissentit* Menoch. *d. cons. 313. num. 47.*

Non obstat, quod prædicta procedant quando cõ-
16 stat subscribenti fuisse lectam † scripturam, vel constat ipsum legisse *ex allegatis in decisione vers. neque etiam obstat*, quia fuit etiam in decisione optimè
17 responsum, quod præsumitur testatorem, † qui subscripsit legisse contenta in scriptura, vel eorum habuisse notitiam, *Ias. in l. si ita stipulatus 126. §. Chrisogonus, num. 14. vers. aduerte. ff. de verb. oblig. Gabr. in tit. de præscript. d. concl. 3. num. 28. cum alijs de*
18 *quibus in decisione* præsertim † cum testator esset iuris consultus, & vir diligens, *Alciat. in d. §. Chrisogonus num. 13. vbi de communi & c. & post eum Menoch. præs. 66. num. 28. lib. 3.* quod eo magis procedit in casu nostro quoad institutionem hæredis,
19 † in qua consistit substantia, & caput testamenti, *§. ante hæredis instit. de legat.* cum ea sit apposita in prin-

principio paginæ à testatore subscriptæ his verbis etiam paulo grandioribus, quæ fuerunt visa per Dominos, *mio herede vniuersale il Sig. Pietro Falconetti*, itaut bene applicentur, quæ *post Imol. in d. §.*
20 *Chrisogonus dicuntur in decisione*, quod vnico † ictu oculi potuerunt à testatore legi, & sequuta est *Rota in d. Romana hæreditatis de Arrigonijs coram Reuerendiss. Patriarcha*, vltra quod, vt vnus ex Dominis considerabat, allegata ex aduerso procedunt quãdo tractatur de subscribente obligando, & ad effectũ
21 illi præiudican. † tunc etiam potest intelligi non esse subscribenti allatum præiudicium, nisi constet fuisse illi lectam, vel cognitam scripturam, quam subscripsit, & ita si rectè aduertatur, loquuntur *Doct. in d. §. Chrisogonus Gabr. d. concl. 3. in tit. de præs. Menoch. d. præsumpt. 66. lib. 3.* vbi latè de hac materia, hic autem sumus in diuersis terminis, videlicet in testamento solemniter confecto, & rogato à Notario coram septem testibus, in quo licet testator habue-
22 rit relationem ad cedulam insertam, & coniũctam cum testamẽto sufficit constare de certitudine illius cedulæ, nec est opus aliud probare ex supra allega-
23 tis cum testator confiderit de illo, † qui cedulam scripsit, vt in puncto sensit *Castrens. in l. hæredes palam num. 3. ff. de testam.* vbi quod si testator dicat se instituere hæredem, prout in cedula, quæ extat pe-
24 nes † Guardianum S. Francisci, si testator dixerit manu mea scripta, est opus recognoscere manum, secus autem si simpliciter dicat, prout in cedula, quæ
25 extat penes Guardianum, † quia sufficit, quod Guardianus det cedulam asseren. cum iuramento esse illã
26 quæ sibi fuit data à testatore, & † hoc quia testator confidit de illo Guardiano argumento *l. Theopompus ff. de dot. præl. quam doctrinam Castr. refert Ruin. cons. 10. num. 3. lib. 3.* & expressè sequitur *Soccin. sen. cons. 142. num. 6. & 7. lib. 1.* vnde cum in proposito testator confiderit de Notario, nec possit dubitari de certitudine cedulæ ex supra adductis, testamentum
27 † tenet, cum cedula censeatur facta de illius voluntate, imo eo fortius cum hic, adsit publicum Notarij instrumentum, vt in his terminis considerat *Socc. d. cons. 142. num. 7.* quæ tanto magis videbantur procedere stante depositione testium asserentium, Pen-
28 nam testatorem † ante, & post testamentum dixisse se velle instituere, & instituisse hæredem Petrum, *Ruin. cons. 192. num. 5. & 9. lib. 2. Socc. Iun. cons. 32. num. 11. & 12. lib. 4. & post eos & alios considerat in his terminis, Surd. cons. 414. nu. 55. & 63. & seqq. lib. 3.*

Non obstat quod testamentum videatur conditum ad interrogationem Notarij, quod non valere multi
29 senserunt, † præsertim testatore in extremis laborante *Socc. cons. 229. sub num. 5. lib. 2. cum alijs per Surd. cons. 414. num. 9.* & quando præcessit aliud
30 testamentum validum præsertim ad † pias causas, vt in casu nostro *Clar. in §. testamentum quæst. 37. in fin. Soccin. Iun. cons. 183. num. 35. lib. 2. Surd. vbi supra num. 11. & cons. 373. num. 28.* quia in primis conclusio est vera, & communis, quod testamentum
31 ad alterius interrogationem valet, dummodo testator habeat bonum sensum, & articulatè loquatur, *iuxta glos. in l. Iubemus in verb. quemadmodum. C. de testam. & ibi communiter sequuntur Doct. vt testatur Afflict. decis. 143. nu. 2. in fin. Soccin. cons. 20. num. 5. lib. 4. & alios plures refert Clar. d. quæst. 37. num. 2. & tenuit Rota in Romana nullitatis sententiæ coram Aldobrandino supra allegata Becc. cons. 102. num. 8. & seq. Siluan. cons. 54. num. 10. & infinitos congerit Surd. d. cons. 414. num. 53. & seq.* vbi
32 quod prædicti ferè omnes loquuntur quando † tractabatur de præcedentis testamenti reuocatione, & rursus num. 58. & 61. Imo etiamsi præcedens esset factum ad fauorem piæ causæ latè consuluit *Alciat. cons. 111. per tot. lib. 9.*

Nec facit depositio Iulij Cæsaris Vltramontani testis testamentarij, qui dicit testatorem nihil ad interrogationem Notarij respondisse, sed solum ingemuisse, & dixisse vh, vh, quia omissis alijs obiectionibus, quæ dantur contra hunc testem placuit Re-
33 sponsio, quod eo ipso, quod † hic testis bis subscripsit videlicet tàm cedulæ, quam testamento videbatur fateri se vidisse, & audiuisse quæcunque dicta, & gesta fuere, & tacitè pro testamento testificari, vt
34 *per Boss. in tit. de fals. num. 13.* tunc enim † cum subscripsit videtur deposuisse, *Bald. in l. fin. nu. 21. C. de edict. diu. Adr. toll. Surd. latè, & exornans d. cons. 414. num. 77. & seq & sequuta est Rota in dicta Romana legati libraria 10. Maij præteriti coram me*
35 *& in decisione de qua agitur*, Vnde si testis † contrarium postea asserat dicendo se non audiuisse non nocet testis, vt notat idem *Surd. loco citato post Iason. in l. iusiurandum, quod ex conuentione §. procurator num. 24. & seqq. ff. de iur. iur. sess. decis. Arag. 119. num. 4.* sed quidquid sit de istis, in casu cessat di-
36 ficultas, quia † nos non versamur in testamento ad intetrogationem Notarij, vel alterius personæ confecto, vt bene ponderatur in dicta decisione in fine, sed sumus in testamento nuncupatiuo nuncupatione implicita, cum testamentum esset antea scriptum
37 manu Notarij, in quo † reperitur hæredis institutio, plura relinquuntur legata, & alia testamenta reuocantur, illud fuit a testatore subscriptum simul cum duobus testibus de subscriptione testatoris attestantibus, & nihil eorum ad interrogationem Notarij
38 factum fuit, sed solum † quod contenta in illa scriptura erat sua vltima voluntas, & quod ibi hæredem instituerat, & ista interrogatio non cadit super testamento iam scripto, & subscrito, sed super relatione facienda ad dictam scripturam.

Non obstant suspiciones, quæ afferuntur contra
39 testamentum, quia † sunt leues, & suspiciones hominis, quæ non possunt infringere testamentum solemne, vt dicitur *in dicta Romana nullitatis sententiæ coram Aldobrandino, & bene tolluntur in deci-*
40 *sione*, & † tamen ad hunc effectum deberent esse concludentes *Caputaq decis. 3. num. 4 par. 2. cum alijs per Rotam decis. 422. num. 5. part. 1. recent.* nec enim interest, quod testator pluries nominauerit hæredes in numero plurali, & legauerit vestimenta lugubria Petro, & postea eum solum hæredem institue-
41 rit † cum potuerit mutare voluntatem in ipso actu institutionis hæredis, cum fit ambulatoria *l. 4. ff. de adim. legat.* & fortè hoc testamentum fuit exemplatum a prioribus testamentis Francisci in quibus plu-
42 res instituebantur hæredes, & satis est, † quod institutio hæredis est certa & indubitata, & subscriptio testatoris tollit omnem difficultatem, *vt in d. Romana nullitatis sententiæ.*

Minus obstat, quod testator esset valdè grauatus,
43 quia imo testes † deponunt eum fuisse in recto sensu & articulatè loquutum vsque ad finem, vt in Summario Petri num. 8. & hoc sufficit, *vt per Surd. d. cons.*

*conf.*414.*num.*58.*in fine & seqq.*Mantic.*de coniect.*
*lib.*2. *tit.*6. *num.*2. & articulatè loqui censetur, qui
44 ad interrogationem alterius respondit † sic, vt in
casu nostro, *Rota in Romana de Bonellis* 18. *Iunij*
1618.*coram me*, & quod fuerit sanæ mentis satis de-
prehenditur ex tenore ipsius testamenti in quo reli-
45 quit plura † legata coniunctis, & familiaribus perso-
nis in non modica quantitate, & familiaribus infe-
rioribus minorem quantitatem legauit, in quo ostẽ-
dit se habere optimum iudiciũ in distribuen. & ma-
ximè in legato annuo scut. 40. relicto sororibus suis
46 Monialibus, quod si hæredes † non soluerent, eos
priuauit hæreditate, quam voluit deuolui dictis so-
roribus. Quod demum demonstrauit in legato reli-
cto scut.500.Fratribus, & Monasterio S. Honuphrij
cum onere celebrandi annuatim, quatuor Anniuer-
saria pro anima ipsius testatoris, ex quo deprehen-
47 ditur, † quod cum Monasterium esset in priori testa-
mento institutum, & in hoc vltimo factum fuerit il-
li tantum prædictum legatum institùen. hæredem
Petrum, voluerit præcedens testamentum reuocare,
48 quasi prouidendo † ipsi monasterio de aliquo rece-
dere voluerit à toto, vt post *Bald.conf.*22.*in fin.lib.*1.
dixit *Rota in causa Romana hæreditatis coram*
R.P.D. *meo Pirouano, quæ est decis.* 721. *num.*10.
*par.*2. *recent.*

Et demum conuenit legalitas Notarij de testa-
mento rogati, de quo testator confidebat, vt appa-
ret ex rogitu trium aliorum testamentorũ eiusdem
49 Francisci testatoris, quam † legalitatem Notarij in
his terminis ponderat Bart. *in l.*1. *§. si quis neget,*
num. 12. *ff. quemadmodum test. aper.* cum alijs per
*Surd.d.conf.*414.*num.*97.*& seq.* vbi etiam conside-
rat sentẽtiam absolutoriam in iudicio criminali pro
Horatio latam.

Ex quibus Domini concludebant persisten. in
decisis.

Cæterum quia obijciebatur testamentum condi-
tum ad pias causas prout est penultimum testamẽ-
tum Francisci ad fauorem Monasterij Sancti Honu-
phrij habere clausulam derogatoriam implicitam ad
50 sequens testamentum, † & ideo indigere speciali de-
rogatione, & non sufficere clausulam, cassans &c.
quamuis alias fuerit super hoc pro Petro plenè in-
formatum, sed nihil resolutum, ideo Domini man-
darunt si opus esset, super hoc iterum particulariter
informari. Et ita fuit decisum &c.

☞ *Decisio ista in hac causa emanata coram bon. mem. Coccino sub die* 9.*Decembris* 1620.*est in præcedenti Tomo decis.*263.

REVERENDISS. D. COCCINO.

Romana Pecuniaria de Querris.

Lunæ 9. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Filius pro liberando patre à carceribus, vel à captiuitate tenetur pro eo fideiubere, quod si renuat facere, potest pater eum exhæredare, & ex eadem causa eidem denegare alimenta, quodque non solum procedit, quando pater est iam carceratus, vel captiuus, sed etiam quando imminet tale periculum; & an filius pro eo fideiubendo possit prætendere restitutionem in integrum, si sit enormissimè læsus, & quid requiratur, vt taliter dicatur læsus.

SVMMARIVM.

1 *Filius sicuti pro extraneo potest fideiubere, ita multò magis pro patre suo.*

2 *Filius pro liberando patre à carceribus tenetur fideiubere, aliàs potest exhæredari.*

3 *Pater potest ex eisdem causis denegare alimenta filio, ex quibus potest exhæredare eum.*

4 *Filius ab obligatione fideiubendi pro liberando patre à carceribus dicitur exemptus, si pars renuat illum in fideiussorem accipere.*

5 *Obligatio minoris, quando est facta seruata forma Statuti Vrbis lib.*1. *c.*151. *cessat omnis difficultas.*

6 *Pater quando est carceratus, vel captiuus, tunc filius tenetur pro eo fideiubere*

7 *Factum esse aliquid, vel de proximo fieri debere, paria sunt.*

8 *Mulier, quando tenetur pro marito carcerato fideiubere, tenetur etiam pro marito carcerando.*

9 *Filius, si non succedat patri, potest petere restitutionem in integrum, si pro eo fideiusserit.*

10 *Sed hæc conclusio non procedit, quando filius se obligauit pro excarceratione patris.*

11 *Minor, dicitur enormissimè læsus, quando totaliter læditur, idest in tota quantitate, & pretio rei, de qua contrahitur inter ipsum, & alium.*

12 *Filius fideiubendo pro patre excarcerando, vt dicatur enormissimè læsus, debet ostendi, vt fideiussio absorbeat omnia sua bona.*

13 *Obligatio filij pro excarcerando patre ab imminenti periculo carcerum est necessaria, & num.*14.

15 *pro Filij exhæredatione licet causæ plures exprimantur, tamen sufficit, vt vna probetur, quamuis aliæ non probentur.*

16 *Actus aliquis, quando sine difficultate fieri debet, de necessitate est faciendus, etiamsi alius actus, qui non potest, apponatur.*

17 *Conditio sufficit quod semel extiterit, licet vsque ad executionem facti minimè perstiterit.*

18 *ad Læsionis effectum consideratur tempus contractus, non autem id, quod postea contigit.*

19 *ad Commodum, & damnum, quando aliquis contractus potest se habere, licet causaliter contingat damnum non ex hoc, quis dicitur lædi.*

Etsi esset minor non restitueretur, vti læsus.

20 *Ditari, & non depauperari quis in dies præsumitur.*

DECISIO DLXXXII.

☞ ITERVM fuit resolutum * fideiussionem, nedũ
filiorum, sed etiam minoris, factam maiorum
pro patre substineri. Quia regula est certa, quod
quemadmodum filius pro extraneo potest fideiube-
1 re, ita multo magis pro patre suo † apud extraneum
rectè fideiubet, eumq. in fidem suam suscipit, *l. si ex*
*alio. C. quod cum eo. l.*1. *C. de filio fam. min. l. si du-*
bitet. §. filius fam. ff. de fideiuss. vbi Bar. Bal. Donell.
C.*eodem. l. si paternam.* C.*ad S.C. Velleian. Soccin.*
*iun. conf.*22.*num.*26.*vol.*2. *Ant. Henriq. de fideiuss.*
*cap.*7. *nu.*336. *&* 337. *Valent. Franc. in simili tra-*
*ctatu cap.*2. *num* 145. *Pyrrh. Maur. eodem tract. se-*
*ction.*8. *cap.*1. *num.*12. Immò filius pro liberando
2 † patre à carceribus tenetur fideiubere, alias potest
exhæredari, *auth. si captiui. C. de Episc. & Clericis,*
& in auth. vt cum de appell. cognosc. §. si vnum de
*prædictis collat.*8. *tit.* 22. *Boer. decis.*128. *nu.*7. *Vr-*
*sill. ad Afflict. decis.*308. *num.*25. *Carpan. ad Statut.*

Mediolan. par. 1. cap. 416. nu. 85. latè Henrigius de
fideiuss. cap. 7. num. 348. & seqq. vbi nu. 356. & 357.
concludit, quod non solum potest pater exhæredare
3 filium, sed etiam denegare alimẽta, cum† pater pos-
sit ex iisdem causis denegare alimenta, ex quibus
potest exhæredare ex allegatis per *Cordubam in l. si*
quis à liberis. §. idem Iudex num. 1. ff. de lib. agnosc.
nec ab ista obligatione minor, aut minus idoneus
4 censetur exceptus, † nisi pars renuat illum in fide-
iussorem recipere, *Anton. Henrig. loco allegato nu-*
5 *mer.* 358. Vnde cum hæc obligatio † fuerit facta ser-
uata forma Statuti cap. 151. lib. 1. cessat omnis diffi-
cultas.

Neque obstat, quod prædicti Doctores loquantur,
6 vel quando pater est captiuus, †vel quando est carce-
ratus, in hoc autem casu pater non erat carceratus,
quia sufficit, quod immineret periculum carceris ob
paratam executionem obligationis Cameralis qua
7 DD. de Querris adstrictus reperiebatur. † Paria
enim sunt aliquid esse factum, vel de proximo fieri
debere, *l. ait prætor. § si debitorem. ff. de his quæ in*
fraud. cred. l. quærere. ff. de pignoribus, & in simili
8 quando mulier tenetur fideiubere† pro marito car-
cerato, quod etiam teneatur pro marito excarceran.
latè exornat articulum deducens plura similia, *Surd.*
cons. 367. num. 17. vers. nec resistit, & in puncto est
decis. Rot. 775. *nu. 3. & 4. par. 2. in recent. & coram*
san. mem. Greg. decis. 120. num. 7. & seqq.

Neq; obstat, quod si filius non succedat patri, po-
9 test petere restitutionem † in integrum, si pro eo fi-
deiusserit, *l. 1. C. de filio fam. min.* quia hæc conclusio
non procedit, quando filius se obligauit pro excar-
10 ceratione †patris *Bald. in d. auth. si captiui. num. 4.*
Castrens. cons. 52. in fine lib. 2. Odd. de restitutione
in integrum par. 2. quæst. 81. art. 5. cum allegatis in
priori decisione: Neque est facienda vis, quod in
alio casu Rota voluit videre super enormissima læsio-
ne, vt in alia decisione dicitur; quia ex hoc non re-
sultat, quod illa sit sufficiens causa restitutionis in
integrum in istis terminis, & omissa veritate huius
articuli nullatenus dicitur constare de enormissima
læsione, cum istis filijs, post obitum patris, obuene-
rit pingue fideicommissum, itaut non possit conside-
rari enormissima læsio, ad hunc enim effectum re-
quireretur, quod id, quod soluere tenerentur, absor-
11 beret in hoc casu totum fideicommissum, †enormis-
sime autem minor dicitur læsus, quando totaliter læ-
ditur, idest in tota quantitate, & pretio rei, de qua
contrahitur inter ipsum, & alium, vt per *Doct. in*
auth. Sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Odd de
restit. in integr. par. 2. quæst. 58. art. 2. Sic in propo-
sito, cum tenerentur fideiubere pro patre ex supra
deductis, quatenus esset locus restitutioni in integrũ
12 ob enormissimam læsionem, † deberent ostendere,
quod fideiussio absorberet omnia eorum bona.

Rursus non releuat, quod fratres se obligarũt, at-
tenta promissione indemnitatis faciẽda per patrem
prout pater in eodem instrumento releuare promisit
indemnes: Nam fuit responsum, quod se obligarunt
ex causa liberandi patrem ab imminenti carcerum
periculo ibi, ex causis, & rationibus superius narra-
tis &c. & licet subdatur, & attenta infrascripta pro-
missione releuationis indemnitatis, tamen cum obli-
13 gatio †pro liberando patre ab imminenti periculo
carcerum, esset necessaria, itaut filij cogi possent ad
se obligandum, vtique quatenus promissio releuatio-
nis indemnitatis nõ subsisteret, adhuc obligatio sub-
14 stineretur †ex causa necessaria, *Bald. cons. 112. nu. 2.*
vers. super secundo lib. 5. vbi quod licet pro exhære-
datione filij plures causæ exprimantur, dum vna suf-
ficit, quamuis aliæ non probentur, exhæredatio sub-
15 stinetur, † ratio est, quia sine difficultate quando
aliquis actus de necessitate debet fieri etiam quod
16 alius actus, qui fieri non potest, apponatur, † vtile
per inutile non vitiatur, *Bald. cons. 26. nu. 6. vers. ita*
euidentiori lib. 1. & cons. 28. num. 2. vers. item in de-
posito lib. 1. Anchar. cons. 215. num. 6. & in omnem
casum ex abundanti fuit consideratum, quod libera-
tio patris fuit in causa, cum ex illa sola filij se obli-
gare debuerant. Releuatio autem indemnitatis pro-
17 pterea non fuit causa, †sed conditio, & ideo sufficit,
quod semel extiterit, licet vsque ad executionem fa-
cti minime durauerit, quia Io. Baptista pater morte
fuit præuentus, *Bald. cons. 402. in princ. vers. multũ*
enim refert lib. 1. Hinc satis est, quod releuatio fue-
rit promissa, quamuis pater, antequam filij possent
18 petere releuationem obierit, quia † ad effectum
læsionis consideratur tempus cõtractus, non autem
id, quod postea contigit, *Aym. cons. 11. num. 17. &*
cons. 151. num. 7. Rimin. iun. cons. 97. num. 14. lib. 1.
& communem dicit Odd. de restit. in integr. par. 2.
quæst. 57. art. 3. nu. 18. ea ratione, quia quando ali-
quid potest se habere ad commodum, & damnum,
19 licet causaliter contingat damnũ, †non ex hoc quis
dicitur lædi, & si esset minor non restitueretur vt læ-
sus, *Oddus vbi supra par. 1. quæst. 4. art. 6. per tot.*
vbi de communi. Nec suffragari potest depositio D.
Annibalis de anno 1617. quod scilicet Io. Baptista
nihil in bonis haberet, quia sufficit, quod possideret
pingue fideicommissum, vt notum est, ex cuius fru-
20 ctibus poterat filios releuare, cum quis † præsertim
ditari non depauperari præsumatur, ex allegatis per
Menoch. lib. 6. præsumpt. 25. num. 9. & 10. & quate-
nus morte præuentus hoc facere non potuerit, suffi-
cit possibilitas de tempore cõtractus ex supradictis.

Ex quibus Domini perstiterunt in resolutis sub
die 26. Iunij præteriti vtraque parte informante &c.

☞ *Primò id iam fuit resolutum sub die 26. Iunij 1624*
coram eodem bon. mem. Coccino, cuius decisio habe-
tur supra in hoc Tomo in ordine 564.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Bergomeñ Capellaniæ.

Lunæ 9. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Vacatio beneficij, quod contigerit in mense reseruato, ex quo probari possit. Sicuti etiam qualiter doceatur beneficiatum obijsse in quasi possessione beneficij, ac quoque origo, seu patria alicuius, quando non maneat probata. Valor beneficij narratus per non excessum sat est, si probetur per testes deponentes de publica voce, & fama.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij vacatio, quod acciderit in mense reseruato, ex quo probari possit.*
2 *Productio facta per compulsum fortius probat.*
3 *Beneficiatum obijsse in quasi possessione sui beneficij dicitur*

dicitur probatum ex testibus deponentibus ex publica voce, & fama.

4 *Origo, seu patria alicuius probari potest ex fide baptismi.*

5 *Testes deponentes de publica voce & fama probant originem alicuius, iuncta fide baptismi.*

6 *Valor beneficij probatur per testes deponentes de publica voce, & fama quando fuit expressus per non excessum, & num.7.*

8 *Locationes non probant valorem rei.*

Locationes quibus concurrentibus probent valorem rei.

9 *Beneficia omnia præsumuntur simplicia ex generali consuetudine, & sic non requirunt residentiam.*

10 *Fidem facienti de re, quæ ad eius officium spectat, venit credendum.*

11 *Idoneitas tanta non requiritur in beneficio simplici, sicuti in eo, quod habet curam animarum, ac sic residentiam requirit.*

DECISIO DLXXXIII.

FVIT resolutum pro Martio informante, nempe illius gratiam esse iustificatam quoad omnia per ipsum narrata. Obitus enim Sfortiæ vltimi possessoris istius Capellaniæ in mense Iulij, qui erat reseruatus probatur ex confessione Ludouici aduersa-
1 rij in sua † prouisione obtenta ab Ordinario ex eademmet vacatione per obitum, scilicet, dicti Sfortię de mense Iulij sequutum *ad text. in l. cum precum. C. de liber. caus. & dixit Rota coram Reuerendiss. meo Decano decis. 145. num. 1. & in Abulen. præstimoniorum 18. Iunij 1610. & in Eugubina canonicatus 4. Febr. 1603. coram me*, maxime cum dicta pro-
2 uisio † habita ab Ordinario fuerit producta à dicto Martio per compulsum, *Rota decis. 3. de fid. instrum. in nouis, Caputaq. decis. 193 num. 5. par. 1.* quod vero idem Sfortia obierit in possessione dictæ Capella-
3 niæ bene probant † testes hic in Curia examinati deponentes de publica voce & fama, *Mobed. decis. 1. de probat. Put. decis. 265. in fine lib. 3. in nouis, Rota coram fel. recor. Greg. XV. decis. 166. num. 7. & in Compostellan. parochialis 26. Octobris 1621. coram me, & alijs.*

Secundo quod dictus Martius sit oriundus de Ci-
4 uitate Bergomi, probatur † tam ex fide baptismi, quę datur in summ. nu. 4. *Odd. de re stit. in integr. quæst. 37. num. 83. Seraph. decis. 1138. num. 2. & fuit dictum in Meliten. prioratus, quæ est decis. coram me 699. num. 2. par. 2. rec.* quam etiam ex testibus, qui
5 licet deponant † de publica voce, & fama, tamen sufficienter probare videntur originem dicti Martij præsertim iunct. cum dicta fide baptismi, vt notat *Boer. post alios decis. 13. num. 16.*

Tertio quod idem obtineat Canonicatum in Ecclesia Bergomen. quandoque illius valor non excedat ducat. de Camera 350. benè probatur vltra lit-
6 teras prouisionis dicti Canonicatus hunc valorem continentes † per testes deponentes pariter de publica voce, & fama, quæ probatio est sufficiens cum
7 valor fuerit expressus per † non excessum, *Aegid. decis. 675. & decis. 683. Bisign. decis. 6. numer. 4. vers. creden. tamen de prabend. Caputaq. decis. 277. num. 7. par. 1. & fuit dictum in Vicen. parochialis 4. Iulij 1612. coram me*, & hæc eadem probatio venit admitten. quoad valorem Capellaniæ, de qua agitur pariter narratum per non excessum, de qua deponũt ijdem testes modo quo supra, & coadiuuatur etiam ex locationibus factis à dicto Sfortia, quæ
8 licet de per se non probent, tamen † cum sint plures effectuatæ, & corroborentur dictis testium, satis dicuntur probare valorem dictæ Capellaniæ, vt fuit resolutum *in Veronen. prioratus 1. Iulij 1619. coram D. Buratto.*

Quod autem dicta Capellania sit simplex, & non requirat residentiam, vltra generalem præsumptio-
9 nem secundum † quam omnia beneficia censentur simplicia, *Abb. in cap. recolentes circa fin. de stat. Monach. Bellam. decis. 676. Rebuff. in prax. tit. Sac. beneficium quotuplex num. 11. Rot. decis. 17. nu. 1. par. 1. diu.* bene probatur etiam ex testibus qui dantur in summ. num. 8.

Demum, & idoneitas quoq; eiusdem Martij fuit sufficienter probata ex fide Ordinarij Bergomen. vi-
10 detur in hoc creditum † tanquam attestanti de re spectan. ad eius officium, *Rota decis. 628. nu. 3 par. 4. diu. & in vna Leodien. canonicatus 21. Maij 1607. coram Reuerendiss. Lugdunen.* maximè quia agitur
11 de beneficio, cui non imminet † cura animarum, nec requirit personaliter residentiam ex quo fit, vt nec etiam sit necessaria adeo exacta probatio idoneitatis. Et ita &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Domus.

Lunæ 9. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Iuramentum calumniæ sufficit, vt semel præstetur. Subhastatio, & deliberatio bonorum, quando dicatur valida, & quid si facta sit post terminum, & aliqua circa accollationem census &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, quando in negotio principali, & effectu conueniunt.*

2 *Sententiarum validitas colligitur ex reuolutione actorum.*

3 *Iuramentum calumniæ sufficit, quod semel sit præstitum, nisi superueniat noua causa calumniæ.*

4 *Subbastatio bonorum, & deliberatio valida est, si fuerit facta seruatis seruandis, & quid in hoc requiratur.*

5 *in Subbastatione deliberatio facta maiori oblatori etiam post terminum absque alia citatione, & decreto substinetur.*

6 *Et ita seruatur de stylo.*

7 *Decis. in causa Romana spolij coram Eminentiss. Card. Pamph. iun. declaratur.*

8 *in Subbastatione, quando deliberatio post terminum non possit fieri, nisi vocato debitore.*

9 *Venditoris confessio post factam venditionem non nocet emptori.*

10 *Census accollatio non liberat impositorem census.*

11 *Census accollatio deseruit pro solutione in subbastatione.*

DECISIO DLXXXIV.

DOMINI censuerunt constare de tribus conformibus, & esse locum illarum executioni, quia sunt validæ, & iustæ. Prima enim lata fuit à D. Taurello, secũda à D. Bossio, tertia vero à D. Cæsio, & om-

1 & omnes sunt conformes, † quia, vt ex earum lectura apparet, in negotio principali, & effectu conueniunt, quod sufficit *ex adduc. per Ruin. cons. 114. numer. 10. lib. 5. Surd. cons. 102. num. 9. & 10. Gabr. de exec. rei iud. concl. 1. nu 33. & seq. Thesaur. dec. 122. num. 8. & dec. 228. sub num. 2. Rot. dec. 98. sub nu. 3. par. 1. in recent. & in Rom. salu. interd. quæ est decis. 74. inter impress. per Pacific. post tract. de salu. interd. & dec. 328. inter impress. per Farinac. post secundum vol. cons.*

Sunt etiam validæ, & iustæ, de validitate enim
2 † constat, ex resolutione processus, & quoad iuramentum calumniæ, licet non fuerit præstitum corã R.P.D. Cæsio, fuit tamen præstitum coram D. Ma-
3 chiauello, & † sufficit semel fuisse præstitum nisi noua causa calumniæ superueniat *iux. trad. per Soc. in cap. 1. num. 16. de iuram. calum.* de qua in præsenti casu non constat.

Iustitia etiam est patens, quia dictæ sententiæ declarant subhastationem, & deliberationem cuiusdam domunculę ad fauorem Moirani factã fuisse validã &
4 q̃ sit valida sit probatur, quia fuit facta seruatis seruãdis, † pręuia citatione ad videndũ subhastari bona in executione capta, & decreto de subhastando, nisi per totam, cuius vigore fuit expeditum mandatum de subhastando, & Cursori consignatum, in cuius manibus fuerunt factæ tres oblationes, & præuia alia citatione ad videndum deliberari vltimo & plus offerenti; Iudex mandauit deliberari, nisi infra mensem cum intimatione, quæ fuit eadem die executa, & in actis reproducta.

Nec obstat, quod effectus d. citationis, & decreti euanuit post lapsum dicti mensis, adeo quod cum oblatio Moirani fuerit facta post dictum mensem, censeatur facta sine citatione & decreto, quia terminus dicti mensis fuit appositus ad fauorem debitoris, vt posset durante illo termino, vel pignus luere soluendo, quod debet, vel conditionem suã per meliorem oblationem facere, & si creditor statim elapso mense nõ curauit bona vltimo offerenti deliberare, sed vlterius voluit expectare vt compareret qui conditionem debitoris meliorem faceret, non est de quo debitor conqueratur, quod deliberatio fuerit facta maiori oblatori, licet oblatio fuerit facta post dictum terminum absque alia citatione & decreto, cum etiam absque alia citatione potuisset fieri deliberatio etiam longe post dictum terminum vltimo offerenti intra dictum terminum, & sic ei qui minus obtulerat si maior oblator post terminum nõ com-
5 paruisset, & in terminis quod † deliberatio facta maiori oblatori etiam post terminum absque alia citatione & decreto sustineatur, fuit dictũ *in Rom. deliberationis census 18. Maij 1584. coram san. mem. Clemen. VIII. & in Rom. nullitatis subhastationis 27. Iunij 1616. coram R.P.D. meo Pirouano.*

6 Et ita seruatur de stylo, † de quo testatur *Salust. Tib. lib. 1. cap. 43. num 7.* & plures practici Curiales, & Notarij, vt apparet ex attestationibus exhibitis, & etiam tunc coram eodem R.P.D. meo Pirouano, & prius *coram fel. record. Clem. VIII. in d. Rom. deliberationis census 18. Maij 1584.* canonizatis.

Nec obstant decisiones in contrarium allegatæ,
7 quia decisio in causa † *Rom. spolij 19. Ianuar. 1615. coram R.P.D. meo Pamphilio,* fundatur in eo potissimum, quod decretum de deliberãdo fuit per nouum decretum circumductum, quodq. deliberatio non potuit per istud nouum decretum sustineri, quia fuit factum cum clausula nisi infra tres tantum, & quia in isto termino non fuit facta nisi vnica oblatio, & aliæ etiam decisiones procedunt in suis casibus, videlicet quãdo oblatio facta post terminum non fuit intimata ei, qui intra terminum licitando vicerat, vel quando offerens post terminum non fecit meliorem conditionem debitoris, aut saltem dubium est
8 an eam meliorem fecerit, hoc enim casu non † posset ei fieri deliberatio nisi vocato debitore, vt dixit *in Rom. subhastationis 19. Maij præteriti coram R.P.D. meo Buratto.*

Non obstat allegatus excessus, quia de eo non constat, & immò ex calculo facto apparet mandatũ fuisse relaxatum pro minori summa, nec declaratio Simonis facta post deliberationem præiudicat Moi-
9 rano cui fuit facta deliberatio, cum nec † confessio venditoris noceat emptori post factam venditionem *Cuman. cons. 155. Rot. dec. 106. num. 2. in fin. par. 2. in recent.*

Nec obstat quod deliberatio non fuit facta præsente pecunia, sed mediante accollatione cuiusdã cen-
10 sus, quia licet accollatio † census non liberet impositorem census, *Rot. decis. 206. num. 2. impress. post secundum vol. consil. crimin. Farinac. & dec. 238. inter impress. post tract. moderni de censib. num. 2.* ta-
11 men deseruit † pro solutione in subhastatione *iux. not. in decis. 28. coram san. mem. Greg. XV.*

Nec refert, quod census esset extinctus, quia huic obiecto fuit abunde satisfactum in erudito ac docto discursu impresso R.P.D. Cæsij, in quo in specie etiã consideratur, quod vigore instrumenti dicti census fuit ante deliberationem relaxatum mandatum pro fructibus contra Cæciliam nihil opponentem, vnde adfuit iusta causa credendi dictum censum non esse extinctum, quod videtur sufficere ad effectum sustinendi subhastationem, cum præsertim nullum adsit præiudicium Cæciliæ, cui est paratus Moiranus soluere in pecunia numerata summam accollatam.

Atque hinc tollitur etiam quod dicitur, quod si Cæcilia fuisset denuo citata, potuisset opponere de dicta extinctione, tum quia cum dicta Cæcilia nihil opposuerit, quando fuit citata pro fructibus dicti cẽsus, verisimile est quod ignorauerit dictam extinctionem, atque ita quod eam non opposuisset, neq; in dicta subhastatione, tum etiam quia in omnem euentum quod eam opposuisset, non propterea potuisset dictã subhastationem impedire, quia Moiranus eo casu summam quam accollauit exposuisset in numerata pecunia prout nunc eandem exponere paratus est.

Alijs quæ leuiora videntur, bene respondetur in dicto discursu R.P.D. Cæsij, & easdem responsiones DD. approbarunt &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Taruisina Feudi.

Lunæ 9. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Attentatis non solum expresse renunciatur, sed etiam tacitè, & alia circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non dicitur, si quis succedat alicui ab intestato.*

stato, sed vlterius requiritur aditio.
3 *Attentatis nedum expressè, sed etiam tacitè potest renunciari, & num. 2.*
4 *Attentatorum renunciatio obstat, si quis postea petat eorum reuocationem.*
5 *Appellatio facta ab eo, qui ad hoc non habet mandatum, perinde est, ac si non esset interposita.*
6 *Et per consequens non causat attentata.*
7 *Attentatorum reuocatio debet peti coram Iudice, cuius fuit læsa maiestas.*
8 *Attentatis censetur tacitè renunciatum, si nihil fuerit oppositum, antequam Iudex procederet ad merita causæ.*

DECISIO DLXXXV.

IN vltima huius causæ propositione * fuit dictũ D. Lauram non posse prætendere sequestrum ex persona eius propria, quia pro parte d. Lauræ non fuit interposita appellatio à sententia ad fauorem masculorum lata, sed bene posse prætendere dictum sequestrum pro portione Diamantis, in qua ipsa extitit hæres d. Diamantis, quia pro parte Diamantis fuit à dicta sententia appellatum. Verum dubio denuo proposito, Domini recesserunt à decisis quoad dictam portionem Diamantis.

Primò, quia non constat, quod Laura fuerit hæres Diamantis, cum adhuc effectum non sufficiat, quod Diamantes decesserit ab intestato, neque adfuerit alia persona in gradu † successibili, præter Augustam, & dicta Laura eius soror, sed vlterius requiratur aditio, *l. 3. §. si quis ita, ff. de hæred. instit. Dec. cons. 445. num. 53. in fin. & seq. Aym. cons. 33. nu. 2. & cons. 312. num. 3. vers. quinto &c. Bal. cons. 274. num. 8. l. 1. etiam fuit dictum in Tiburtina census 17. Iunij 1615. & 4. Martij 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Secundo, quia in omnem euentum, quod constaret Lauram adijsse hæreditatem dictę Diamantis apparet ex partita, quæ datur summ. num. 4. dictam Diamantem obijsse 11. Iunij 1618. & nihilominus dicta Laura cessit mediante eius procuratore dictis attentatis 6. Iulij subsequentis, & sic post delatam ipsi hæreditatem dictæ Diamantis, ac propterea d. cessio operatur etiam quo ad dictam portionem, † quæ erat tempore factæ cessionis effecta sua propria, latè *Lancellott. de attent. lite pendente, cap. 4. limit. 15. per tot.* vbi quod nedum expressè, sed etiã † tacitè renunciatur attentatis, quæ renũciatio obstat petenti † reuocationem, *Put. decis. 22. de attent. Gresc. dec. 2. vt lit. pend. Card. Mantic. decis. 73. numer. 1. Rot. decis. 183. nu. 1. & decis. 743. nu. 3. par. 2. in recent. cum alijs in hac eadem causa adduct. 20. Decembris 1619. coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Tertio, quia non subsistit etiam quod fuerit pro parte dictæ Diamantis à dicta sententia legitimè appellatum, quia fuit appellatum à non habente † mandatum, & sic perinde est, ac si non fuisset interposita appellatio, nec per consequens talis appellatio † causat attentata *ad trad. per Lancell. d. tract. in tit. de attent. appell. pend. limit. 50. num. 22. & seq. Vant. de nullit. in tit. de nullit. ex defec. inhabili &c. num. 5 t. ad med. vers. transeamus, & num. seq. Rot decis. 201. num. 4. par. 2. in recent.*

His fuit additum, quod non petita fuit reuocatio prætensorum attentatorum coram iudice, † cuius fuit læsa maiestas, neque de eis oppositum antequã iudices secundæ, & vlterioris instantiæ procederent ad merita causæ, † quo casu videtur tacitè renunciatum attentatis ex adductis per *Rot. decis. 592. par. 2. in recent. &c.*

** Idest sub die 24. Maij 1624. coram eodem R. P. D. Remboldo, est supra in hoc Tomo decisio 541. aliasque decisiones emanatas in hac eadem causa annotaui supra ad decisiones 271. & 516.*

R. P. D. VBALDO.

Nepesina Tutelæ.

Mercurij 11. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Tutor non tenetur reddere rationem de illis bonis, quæ non constant extitisse in rerum natura, tempore decretæ tutelæ.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, de quibus bonis teneatur reddere rationem.*
2 *Fundans se in tempore, illud probare tenetur.*
3 *Fides maior adhibetur testibus cõtra inducentem.*
4 *Tutor, vt teneatur de administratis reddere rationem, quid constare debeat.*
5 *Testes testibus, vt concordentur, semper interpretatio fieri debet.*
6 *Ad Tutorem spectat ex officio perquirere, & curare bona pupilli.*

DECISIO DLXXXVI.

FVERAT in hac causa resolutum die 22. Aprilis 1622. * D. Plodium non teneri reddere rationem frumenti hæreditarij q. Francisci Lucretij, cuius filiorum pupillorum tutelam vnà cum alijs gesserat Antonius Plodij auctor, & fundamentum præcipuum decisionis fuit, quòd non constaret de tẽpore decretæ tutelæ, quod fuit die 20 Augusti 1591. frumentum, de quo agitur extitisse in rerum natura cum antea esset collectum, & reconditum in horreis, seu puteis hæreditarijs de mandato Æmiliæ vxoris Francisci, neque inde peruenisse ad manus Antonij, vt latiùs in decisione tunc extensa, sed cùm pro Dominico fuerint de nouo examinati tres testes præter alios aliàs datos, & nonnulla iura producta obtinuit iterum proponi causam super eisdem, & Domini censuerunt moderandam esse decisionẽ, vt infra, & in primis ex testibus tùm aliàs examinatis, tùm illis tribus nouissimè inductis constat frumentum de tempore mortis Francisci de mense Iulij 1591. fuisse in areis, sed adhuc non trituratum, vt expressè deponunt dicti testes in summario Dominici num. 2. & ita debet temperari decisio quatenus dicit frumentum post mortem Francisci iam antea collectum peruenisse ad manus Aemiliæ collectum enim intelligi debet viuo Francisco, idest quod fuerit secatum, & separatum à solo, sed transportatum ad aream, in qua frumenti statu Franciscus obijt; quod autem de tempore decretæ tutelæ, & sic die 20. Augusti, & deinceps istud frumentum extiterit, vel fuerit consignatum Antonio tutori, in hoc stat punctus
1 ad effectum, † vt hæres Antonij teneatur de dicto frumento rationem reddere, *l. vlt. § fin. C. de adm. tut.* & regulare est, vt qui se † fundat in tempore, 2
illud probare debeat, *l. cum actum, vbi glos. & Bart. ff. de*

ff. de neg. gest. l. matrem, C. de probat. cum alijs per Surd. decis. 75. num. 10. & per Rot. decis. 361. num. 6. & decis. 516. num. 4. & 5. par. 2. recent. & quia ex testibus constat Franciscum habuisse duas areas, ad quas fuit transportatum frumentum, alteram, quæ dicebatur della *Tenuta di Fiore*, alteram, quæ dicebatur *della Vigna*, & ex testibus etiam constat in prima area fuisse duos frumenti barconos, vt vocant, in 2. verò area vnum tantum barconum, vt deponunt testes antea examinati 1. 8. & 12. in summario Dominici nu. 2. & 2. testis vltimò examinatus iuxta 12. ibi, *& di detto grano della Vigna, ne fù fatto vn barcone, e non più barconi, vt in summario Plodij num. 1.* quod igitur pertinet ad frumentum areæ de flora ex tribus testibus, primus nihil dicit in specie de frumento dictæ areæ, sed solum iuxta 16. quod frumenta, & areæ de mense Augusti, & Septembris erant de hæreditate Francisci, & iuxta 19. *che la trita durò tutto il mese d Agosto, vt in summario Dominici num. 5. & 6.* quod potest intelligi de frumento areæ vineæ, vt infra, secundus verò testis deponit iuxta 12. *& quando portauano d. grano di fiora nelli pozzi poteua essere nel principio d' Agosto, &* iuxta 14. *& sò, che Madonna Emilia lo fece tritare, & porre ne pozzi nel fine di Luglio, & principio d' Agosto,* & iuxta 15. *& doppo che fù spedita quella di Fiora, che fù vicino alli 10. d' Agosto, &c.* Tertius verò testis iuxta 13. dicit, *fù cominciato à tritare verse il fine di Luglio, saluo il vero. & quanto durasse la trita del grano di Fiore, io non me ne ricordo,* sic apparet, quod vel finita fuit trituratio grani d. areæ ante decretam Antonio tutelam, vel quod non probatur eam durasse post tempus decretæ tutelæ, & sic quoad granum huius areæ, quod erat maioris quantitatis Antonium, vel eius hæredem non teneri de eo reddere rationem, ex rationibus adductis in decisione, & præsertim, quia ijdem testes deponunt, quod Aemilia fecit triturari frumentum d. areæ, & transportari suis impensis ad puteos circa principium mensis Augusti, nec constat illud vnquam fuisse consignatum Antonio, & istis testibus

3 eo † maior adhiben. videtur fides contra Dominicũ inducen. *l. si quis testibus, C. de testib. vbi Doct. cum alijs per Rotam decis. 167. num. 28. & decis. 182. num. 7. par. 1. recent.*

Non obstat quintus testis coram A. C. examinatus, qui datur num. 5. in fin. quia licet dicat, *Io sò, che la robba, e beni hereditarij di Francesco furono consignati al d. Antonio.* Tamen deficit in ratione, subdens, *& questo lo sò, perche esso Antonio mi diceua figliuolo habbiate cura alla robba, perche io son padrone d'ogni cosa,* & nescit à quo fuerit facta consignatio, nec recordatur de tempore, & omnino de tritico nihil dicit.

Non obstat accessus Antonij ad d. aream Floræ, quia 2. iuxta 20. expresse negat, se vnquam vidisse Antonium in area Floræ, alij verò deponunt de accessu ad d. aream de mense Augusti, & quod alloquebatur forcinatores, sed quid dixerit, partim ignorant, partim non dicunt, vt in summario Dominici num. 3. & ideo ex hoc accessu, vel allocutione non probatur, quod Antonius accesserit post decretam tutelam, vel accesserit animo se ingerendi in dicta

4 administratione frumenti, † cum potuerit accedere pro commodo negocij, vel alia de causa, non autem animo se obligandi, vt considerat in similibus terminis, *Rot. decis. 522. num 4. par. 1. recent.* & tanto magis cùm tertius testis iuxta 20. dicat Antonium accessisse aliquando ad aream quando Franciscus ægrotabat, quo tempore certum est Antonium non fuisse tutorem.

Non obstant testes in d. summario Dominici n. 6. & 8. deponentes triturationem grani durasse per totum mensem Augusti, quia possunt verificari de frumento areæ vineæ, vt supra dixi, vt testes † testibus

5 concordentur, prout semper fieri debet *cap. cum tu de testib. Seraph decis. 862. in fin.*

Nec obstat, quod Aemilia omnia gerebat cum cõsilio Antonij suiaffinis, & contutoris, vt per testes in summario num. 9. nec epistola Antonij ad Aemiliam in qua scribit, vt pro satisfacień quodam credito contra Franciscum vendat ordeum, aut granum, prout ei videbitur, vt in summario num. 10. quia non inde infertur, vt granum fuerit consignatum Antonio, & eodem fere modo respondebatur ad partitas grani debitas de mense Septembris 1591. à quodam creditore hæreditario, nec non ad alias quietantias, de quibus in d. summario num. 11. quia quoad granum præsertim modicæ summæ potest intelligi de grano areæ vineæ quoad quietantias de mense Decembris eiusdem anni, vna loquitur de pecunijs habitis ab Aemilia, altera loquitur partim de pecunia, partim de tenuissima quantitate frumenti; de pecunia vero non agitur in præsenti disputatione.

Quo vero ad frumentum in area vineæ Domini annuebant, quod granum remanserit in d. area, & durauerit eius trituratio per totum mensem Augusti, quia id explicitè deponit secundus testis iuxta 16. & 19. interrogatorium in summario Dominici num. 5. & 6. & tertius testis iuxta 14. deponit, *che fù portato il grano in tutte due l'are del mese di Luglio, & fù tritato il mese d' Agosto,* & licet subdat, *& durò tutto il mese di Agosto la trita di detti grani.* Tamen id necessario intelligi debet de grano areæ vineæ, quia de grano alterius areæ de Flora iam dixerat iuxta 13. se non recordari quanto tempore durauerit eius trituratio, vt supra retuli, & sic quoad granum istius areæ, quod fuit vnius barconi, vt supra dixi, Domini censebant moderań decisionem, nec obstare, quod nec quoad hoc granum constet de consignatione facta Antonio, vel quod ad eius manus peruenerit, quia cùm frumentum esset in area

6 post susceptam tutelam, † spectabat ad Tutorem perquirere ex officio, & curare bona pupilli, *Grat. cons. 25. num. 6. lib. 2. fuit dictum in Romana Tutelæ de Boncompagnis 18. Maij 1616. coram me.*

Et ita decisum.

☞ ** Decisio in hac eadem causa facta sub die 22. Aprilis 1622. coram eodem bo. me. Vbaldo emanata, est in præcedenti Tomo decisio 380. & vide in eodem Tomo ad decisionem 53. vbi in fine annotaui alias decisiones in hac eadem causa factas.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Bononień de Maluetijs.

Mercurij 11. Decembris 1624.

ARGVMENTVM.

Hæredi scripto licet denegari non possit immissio per exceptiones requirentes altiorem indaginem, etiam si con-

si consistant in iure, quando sunt perplexæ, si tamen
illæ oriuntur ex ventre alicuius Constitutionis, cu-
ius vigore prætendit hæres succedere, tunc bene
reijcitur, si prætendat ea non obstante immissionem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ostendens testamentum non abolitum, non cancellatum, in possessionem est immittendus.*
2 *ad Bona Ecclesiastica non se extendunt legitimationes personarum secularium.*
3 *Legitimatio, quando dicatur conditionalis, & exceptiua.*
4 *Immissio hæredi potest impediri per exceptionem proprietatis incontinenti probatæ.*
5 *Iura alicuius obscura, & perplexa non possunt impedire petitam immissionem hæredi. & nu. 6. & 7.*
8 *Exceptio incapacitatis quando sit valens impedire immissionem hæredi.*
9 *Feudum si sit concessum pro successoribus quibuscumque an ad inhabiles etiam sit transitorium.*
10 *Feudum, si sit concessum tibi, tuisque hæredibus, & successoribus quibuscumque transit etiam ad hæredes extraneos. vide num. 11.*
12 *Scriptura vna pars alteram declarat.*
13 *Constitutiones ita sunt interpretandæ, vt se declarent, non autem vt inuicem se aduersentur.*
14 *Bona emphyteutica, & feudalia Ecclesiastica ad hæredes quoscumque extraneos non transeunt.*
15 *Feudum, si sit transitorium etiam ad extraneos quoscumque iudicatur corpus hæreditarium.*
16 *Exceptio legitimandarum personarum in omnibus iudicijs quantumuis summarijs est præmittenda.*

DECISIO DLXXXVII.

CENSVERVNT Domini recedendum esse à
decisis in hac causa sub die 27. Martij præ-
teriti. *

Quamuis enim D. Franciscus Pirrus ex persona
Herculis sui patris in hoc iudicio adipiscendæ præ-
tendat posse intentionem suam fundare in testamē-
to Pirri senioris, in quo Hercules tamquam filius,
1 & vti amicus † hæres instituitur, & ex eo non abo-
lito, neque cancellato remedium *l. finalis C. de edict.
Diu. Adr. tollen.* illi non esse denegandum, *vt post
Castr. Rip. & alios comprobat* Menoch. *de Adipisc.
remed. 4. num.* 50. & alij in decisione allegati se-
quuntur; attamen quia exceptionem incapacitatis
ex capite spurietatis in patre euitare non potest,
nisi per legitimationes Campeggij, & Principis
Massæ, aut Papæ Clementis VIII. se tueatur, & exi-
mat, & ex illis neque etiam suffragentur ad capien-
da bona feudalia Ecclesiastica legitimationes Cam-
2 peggij, † aut Principis Massæ defectu potestatis pro-
pter Pij V. constitutionem cōtra illegitimos editam,
ad quam eorum priuilegia se non extendunt; sed ad
legitimationem Clemētis VIII. se restringi debeat,
quæ pura non est; sed in certis casibus conditiona-
3 lis, † & exceptiua; ibi sine præiudicio venientium
ab intestato, aut ex fideicommisso, inuestitura, aut
alia quacunque dispositione vocatorum etiam citra
bona emphyteotica, & feudalia Ecclesiastica, quæ
ad hæredes extraneos quoscunque transire non va-
leant.

Ideo cum D. Piritheus iustificet incapacitatem
Herculis ex testamento Pirri eius patris, similiter
feudum controuersum est Ecclesiasticum, ac demū
ad idem feudum se vocatum ex inuestituris antiquis
ex prouidentia, & pacto maiorum, visum fuit eiusdē
4 D. Pirithei intentionem in exceptione † proprieta-
tis fundatam immissionem per D. Franciscum Pir-
rum petitam, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num.* 759.
Ladercb. cons. 122. *num.* 1. *Paris. cons.* 11. *num.* 15.
lib. 2. *Bursatt. cons.* 129. *num.* 31. *lib.* 2.

Neque obstat, quod exceptio incapacitatis, vel
sit sublata ex legitimatione Clementis VIII. vel
quatenus de ea dubitetur, obscuritas, & perplexitas
5 proueniat ex iuribus D. Pirithei, † quæ impedire
non debet immissionem ab hærede petitam; etiam
quod illa perplexitas in iure tantummodo consistat,
Osasch. decis. 26. *num.* 2. & 16. *Capic. decis.* 10. *nu.* 18.
& 19. *Menoch de adipisc. remed.* 4 *num.* 759. *Peregr.
de fideicom. art.* 48. *num.* 29. & dicebatur in decisio-
6 ne, quæ reuidetur per extensionem Pauli III. † ad
hæredes extraneos iustificari legitimationem Cle-
mentis Octaui, secundum veriorem opinionem.
Replicationem vero D. Pirithei tendere cōtra aper-
7 tam Pontificis voluntatem per coniecturas, & † ra-
tiones, quæ expectabant discussionem, & iudicium,
vt ideo non sufficerent contra hæredem venientem
ex testamento, in quo apertè fundat intentionem
suam.

Quia primo fuit responsum, quod cum hæc inca-
pacitatis exceptio Herculis trahat originem ex
contextu legitimationum eiusdem, siue consistat in
8 responsione, † siue in replicatione, semper venit
examinanda, etiam quod requirat altiorem indagi-
nem, *Socc. iun. cons.* 67. *nu.* 18. *lib.* 1. *Ruin. cons.* 22.
num. 9. *lib.* 1. *Surd. cons.* 186. *num.* 25. & idem pro-
bant decisiones allegatæ in decisione, quæ reuidetur:
neque videtur attendenda responsio data in eadem
decisione, quod etsi oriatur ex legitimationibus tol-
latur tamen ex Bulla Pauli III. contra quam D. Pi-
ritheus replicat de intelligentia verborum, succes-
9 soribus quibuscumque, † vt de habilibus intelligi
debeat; ex qua replicatione adhuc controuersa di-
cebatur oriri altior indago, non autem ex ipsa legi-
timatione Clementis Octaui.

Quia pro secunda responsione fuit ponderatum,
quod etsi verba eiusdem Bullæ, ibi, *ac tibi, tuisque
10 hæredibus, † & successoribus quibuscunque,* videan-
tur secundum veriorem opinionem, comprehendere
extraneos quoscunque, de quo per *Clar. in § emphi-
teusis, quæst.* 28. *vers. secundus est casus,* & alios in
eadem decisione allegatos: attamen, quia rationes
eorum, qui tuentur contrariam sententiam, restrin-
gendo generalitatem ad habiles, desumuntur ab
eadem Bulla Pauli III. visum fuit discussionem, &
iudicium non posse scindi, quicquid esset, si aliundè
11 coniecturæ, & interpretationes desumerentur, † in
quibus terminis loquuntur. *Osasch. decis.* 26. *num.* 4.
Alba. cons. 382. *num.* 8. *Surd. cons.* 395 *num.* 30. *in
12 decisione allegati,* est enim regulare, † quod vna
pars scripturæ alteram declarat, *l. qui filiabus, ff. de
leg.* 1. *Menoch. cons.* 1. *nu.* 186. & *cons.* 111. *in princ.*
& de interpretatione concessionis ex pacto, & pro-
13 uidentia, † cum licentia alienandi in quoscunque
in eadem scriptura positos, quæ videntur ad inuicem
aduersari, vt vnum ab altero soleat interpretari, tra-
dunt *Ruin. cons.* 213. *nu.* 7. *Menoch. cons.* 545. *nu* 16.
& *seq.* & latissimè *Surd. cons.* 551. *num.* 20. vnde
non mirum si dum cadit quæstio, An ipsa ampliatio
Pauli

Pauli Tertij, sit firmanda quoad omnes extraneos scindi non possit alia indagatio, an in præiudicium vocatorum in antiquis inuestituris, quorum concessiones in eadem Pauli Tertij fuerunt confirmatæ, atque ita durante discussione, & iudicio semper dici possit exceptionem incapacitatis prouenire ab eodem contextu legitimationis Clementis Octaui in qua posita reperitur restrictio citra bona emphyteo-
14 tica, & fæudalia Ecclesiastica, quæ ad hæredes extraneos quoscunque transire non valeant, cuius negatiuæ iustificatio pertinet ad D. Franciscum Pirrũ immissionem prætendentem.

Tertio fuit etiam dictum obstare clausulam sine præiudicio venientium ex fideicommisso, nam si fæudum, de quo agitur, non cadit sub pacto, & prouidentia maiorum vigore antiquarum inuestiturarum,
15 sed ad extraneos † quoscũque transire possit ex ampliatione Pauli Tertij sub vinculo tamen fideicommissorum positum, remanebit vti corpus hæreditarium *Clar. in §. fæudum, quæst. 85. Surd. cons. 427. num. 2. Schrader. de fæud. par. 7. cap. 4. numer. 44. Peregr. de fideicomm. art. 6. num. 18.* & tunc non probata filiatione Herculis, quæ remansit sub præsupposito in decisione in hac causa facta coram bo. me. Cardinali Sacrato inter *recent. 388. par. 1.* & hodie pendet dubium, An obstent clausulæ legitimationis Clementis Octaui quoad ipsius filiationis probationem, semper obstabit exceptio legitimandarum
16 personarum, † quæ in omnibus iudicijs quantumcumque summarijs est permittenda, *Put. decis. 270. num. 2. lib. 2. Rot. decis. 142. num. 2. par. 1. rec.* Et ita &c.

Decisio ista sub die 27. Martij 1624. coram eodem Pirouano à qua Rota recessit à decisis, est supra in hoc Tomo decisio 524.

R. P. D. VBALDO.

Ferrarien. Canonicatus.

Mercurij 11. Decembr. 1624.

ARGVMENTVM.

Regula Octaua Cancellariæ reseruatoria mensium, licèt excipiat tantum Collatores Cardinales, & mentionem vllam non faciat de Capitulo, tamen illud quoque comprehendit propter regulam l. si communem fundum, ff. quemadmodum seruit. amitt. & quamuis ea regula procedat tantum in indiuiduis, qualis est seruitus, vnde non procedit in diuiduis qualis est electio, & confirmatio, tamen aduerti debet, ratione connexionis id sibi locum vsurpare, cum connexa illa propriè dicantur quorum vnum tendit ad confirmationem alterius, sicuti est confirmatio, & electio, & connexionis intuitu, quis consequitur id, quod ex propria persona consequi non posset.

SVMMARIVM.

1 *in Ecclesia Cathedrali Ferrarien. electio Canonicatuum spectat ad Capitulum, confirmatio vero ad Episcopum.*
Canonicatus, quando dicantur electiui. nu. 1.
2 *Regul. 8. Cancellariæ licet excipiat tantum Cardinales Collatores, & non faciat mentionem de Capitulo, tamen exceptio suffragatur etiam Capitulo.*
3 *Fundum communem, si quis cum pupillo habeat, licet vterque eo non vtatur, tamen vnus retinet pro alio.*
4 *ex Persona alterius sæpius quis obtinet illud, quod ex sua consequi non valeret. nu. 14.*
5 *L. si communem fundum, ff. quemadmod. seruit. amitt. procedit, quando sumus in indiuiduis, qualis est seruitus.*
6 *Seruitus contra pupillum non potest præscribi.*
7 *L. si communem, ff. quemadmod. seruit. amitt. cessat, si materia sit diuidua.*
8 *Electio, & confirmatio sunt actus diuidui ac omnino diuersi, ac separati.*
9 *Confirmatio nihil iuris addit electo, sed solum tribuit administrationis exercitium.*
10 *Confirmatio, si aliquo modo tolleretur, non inde tolleretur electio, tamquam quid diuersum.*
11 *Venditionis actus alius est, & alius actus implementi venditionis per traditionem.*
12 *Episcopus, si sit factus compromissarius nomine Capituli, & confirmationem tamquam Episcopus nomine proprio, ista sunt iura diuersa, licet cumulata in eadem persona.*
13 *in Beneficijs simultaneæ collationis potest habere locum indiuiduitas materiæ.*
15 *Regula reseruatoria mensium, quæ prodest Cardinalibus, prodest etiam Capitulo ex eorundem Cardinalium persona.*
16 *Connexitatis ratione non est inconueniens, vt statutum in vno porrigatur ad alium.*
17 *Connexa dicuntur multis modis.*
18 *Connexa illa propriè dicuntur, quorum vnum tendit ad perfectionem alterius.*
19 *Connexa dicuntur, quæ ad eundem finem tendunt, vel quorum vnum ab altero dependet, vt in necessarium antecedens, vel in necessarium consequens, & nu. 20.*
21 *Confirmatio electionis, dicitur connexa cum ipsa electione, cum non detur confirmatio nisi præcedat electio, tamquam necessarium antecedens.*
22 *Confirmatio, & electio vna pendet ab altera, & ambo tendunt ad idem.*
23 *Episcopus, & Capitulum sunt veluti vnum corpus cum Episcopus, sit caput, & Canonici sint Membra.*
24 *Electio Canonicatuum spectans ad Capitulum est diuersus actus à confirmatione, quæ spectat ad Episcopum.*
25 *Connexio, & vnio totius corporis non tollitur per diuersitatem actuum.*
26 *Alternatiua concessa Episcopo suffragatur etiam Capitulo in beneficijs spectantibus ad collationem vtriusque.*
27 *Opinio si veniat confirmanda ab Episcopo, non iudicatur d. confirmatio pro actu omnino separato ab optione, sed potius pro vnito, & connexo.*
28 *Personæ plures, quando representant idem corpus, & habetur pro vno, tunc vnus consequitur ex persona alterius, quod ex sua consequi non posset propriè, & nu. 29.*
30 *Patruus emancipatus an cõferat bona propria ducibus nepotibus ex fratre præmortuo, quorum vnus erat etiam emancipatus, alter verò in potestate Aui de cuius hæreditate contenditur.*

Eman-

Emancipatus non confert emancipato.
31 *Nepotes plures prætendentes successionem patruorum repræsentant vnum corpus, & ideo si quis ex propria persona aliquid non potest consequi, ex persona aliorum consequitur.*
32 *Exceptio Regulæ reseruatoriæ mensium, ex eo quia ex persona Episcopi Cardinalis etiam Capitulo suffragetur, non diminuitur ius Cardinali. & num. 37.*
34 *ex Persona alterius, vt quis consequatur id, quod non potest ex propria persona, id debet verum intelligi, quando ius alterius personæ non diminuitur.*
35 *Cardinales Episcopi, nisi adesset regula reseruatoria, tenerentur conferre ad electionem Capituli, in beneficijs, quorum prouisio spectat ad vtrumque.*
36 *Cardinalibus Episcopis nihil de nouo tribuit exceptio regulæ reseruatoriæ mensium, sed solum substulit reseruationem.*
38 *Regula 8. Cancell. comprehendit etiam beneficia electiua. & num. 39.*
40 *Exceptio debet esse in terminis regulæ.*
41 *Indulta, quæ conceduntur Cardinalibus conferendi beneficia reseruata, remouent tantum obstacula reseruationum. & nu. 42. 43.*
44 *Connexio operatur cõmunicationem priuilegiorũ.*
45 *Indulta capiunt beneficia electiua in præiudicium Papæ concedentis, sed non in præiudicium habentis ius eligendi. & num. 53.*
46 *Indulta concessa Cardinalibus conferendi tollit obstaculum non solum reseruationis mensium, sed etiam aliarum reseruationum, nisi tamẽ sint clausæ in corpore Iuris.*
47 *Protbonotariorum beneficia sunt Papæ reseruata, sed ista reseruatio non est clausa in corpore iuris.*
48 *Beneficiorum reseruationes existentes in corpore iuris est vnica tantum.*
49 *Beneficiorum reseruationes, præter vnicam, quæ est in corpore Iuris, non sunt perpetuæ, sed temporales, quæ expirant cum conditore, ideoque renouantur.*
51 *Reseruatio beneficiorum ex capite Protonotariatus videtur hodie inserta in corpore Iuris cum Constit. Pauli Tertij id disponens, sit inserta in Bullario.*
52 *Protbonotarij Apostolici sunt certè, & fictè familiares Papæ, etiam ad effectum vt in casu vocationis possit Papa de illorum beneficijs liberè disponere.*
54 *Constitutio Pauli Tertij super reseruatione beneficiorum Protbonotariorum, de quibus Protbonotarijs loquatur.*

DECISIO DLXXXVIII.

DOMINI dixerunt sententiam Rotalem, esse confirmandam, quia fuit declaratum Franciscum Perinellum electum à Capitulo Ferrarien. ad Canonicatum, & Præbendam vacantes per dimissionem vltimi optantis occasione vacationis per obitum Ioannis Pauanati esse instituendum. Validitas enim non controuertebatur, & de iustitia apparet ex decisione in prima instantia facta 26. Apri-
3 lis præteriti coram R. P. D. meo Pirouano, † cui conformes fuerunt aliæ duæ decisiones eadem die emanatæ vna in Cremonen. Canonicatus coram Reuerendiss. D. meo Decano confirmata in Rota proximè præterita, altera in alia Ferrarien. Canonicatus coram R. P. D. meo Remboldo, fuit enim firmatum, quod in Ecclesia Cathedrali Ferrarien.
1 electio Canonicatuum spectet † ad Capitulum, & confirmatio ad Episcopum, quo casu Canonicatus dicũtur electiui *gloss. in clem. quia contingit §. vt autem in verb. electionem de relig. domib. cum alijs per Gonzal. ad reg. 8. gloss. 19. num. 11. in dicta Cremonen. Canonicatus*, & talis pertinentia fuit probata ex attestationibus Cardinalis & Felyn. & multo magis ex pluribus electionibus à Capitulo factis, & ab Episcopo pro tempore confirmatis ab anno 1429. vsq; ad annum 1608. & quidem effectum sortitis, vt fuit ostensum in summario iterum nunc dato, & deducitur in dictis decisionibus Ferrarien. quo nec etiam hodie controuertebantur per informantes, sed impugnabantur decisiones ex eo potissimum fundamento quatenus firmant, quod licet regula
2 reseruatoria † mensium excipiat Cardinales Collatores, & non faciat mentionem de Capitulo, tamen exceptio suffragatur etiam Capitulo per regulam *l. si communem fundum ff. quemadmodum seruitus amitt.* vbi si communem fundum ego, &
3 pupillus † haberemus, licet vterquè non vteretur, tamen propter pupillum, & ego viam retineo per quem text. sæpe ita resoluit Rota in beneficijs simultaneæ collationis prout sunt Canonicatus in Cathedrali *iuxta decis. Cassad. 22. de præb. Ita fuit decisum in causa Hispalen. Portionis coram bo. me. Card. Pamphilio, quæ est decisio 702. par. 4. diuers. late Gonz. ad reg. 8. gloss. 24. num. 52. & seqq. & alia referuntur in decisionibus de quibus supra*, & confirmatur ex eo quod sæpè contingit, vt quis conse-
4 quantur † ex persona alterius, quod ex sua consequi non posset d. l. si communem & ad idem est *tex. in l. aristo in fin. ff. quæ res pign. obligar. poss. & in l. si is qui duos ff. de liber. leg. & plurima similia congessit Ias. in l. si emancipati num. 5. & seqq. C. de collat. & signanter numer. 13. de dicta l. si communem, & ante eum fuere dicta Felin. in cap. 1. de præscript. & ante istos Barbat. in cap. fin. de offic. leg. vt monuit Dec. in dicta l. si emancipati num. 5. & plura etiam tradit Aret. cons. 25. cum alijs congestis per Cagnol. num. 164. & seq.* Impugnatio autem decisionum ex eo potissimum deducebatur, quod regula supra posita ex dicta l. si communem procedit in indiui-
5 duis †, qualis est seruitus *l. 2. & §. harum, & l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig.* & ideo si nec maior, nec minor vtantur seruitute viæ per fundum communem, maior non amittit seruitutem
6 propter pupillum, † contra quem seruitus non præscribitur *vt in dicta l. si communem quam ita intelligunt ibi gloss. Bart. Bald. Angel. Fulgos. Castr. Flor. & alij Dec. in d. l. si emancipati nu. 5. & ibi Cagnol.*
7 *num. 104. Hipp. Rimin. num. 166.* secus † si materia sit diuidua *vt probat text. in l. vnic. C. si in com. eademq causa, & tradunt prædicti DD. & Aret. dicto cons. 25. numer. 3. vers. circa secundum Soccin. Sen. cons. 12. in 4. quæst. lib. 1. Afflict. decis. 213. nu. 1. & 2. Ruin. cons. 77. nu. 4. lib. 4.* sed in proposito electio quæ spectat ad Capitulum, & confirmatio, quæ pertinet
8 ad Episcopum sunt actus † omninò diuersi & separati, non autem indiuidui *Oldr. cons. 164. n. 4. & 5.* vbi
9 quod † confirmatio nihil Iuris addit electo, sed solum tribuit administrationis exercitium, imò si consue-
10 tudo vel alio modo tollatur confirmatio, † non inde tolli-

tollitur electio, quia sunt distincta, & separata, si-
11 cuti etiam alius est actus † venditionis, alius est
actus implementi venditionis per traditionem, *vt
ibi latius per Oldrad.* & confirmabant Informantes
ex eo quod tradunt *Io.Andr.Butr. Abb. & alij in
cap.causam quæ de elect.* quod Episcopus si sit com-
12 promissarius nomine Capituli & † confirmationem
tanquam Episcopus nomine proprio, quia ista sunt
iura diuersa licet cumulata in eadem persona, *vt ibi
late prosequitur Abb. sub num.6.vers. si vero* Vnde
quicquid esset dicendum in beneficijs simultaneæ
13 † collationis, in quibus potest habere locum indi-
14 uiduitas materiæ, & quod † vnus consequi possit ex
persona alterius, quod ex sua non posset *d. l. si com-
munem* cum alijs supra allegatis, tamen in benefi-
cijs electiuis videtur diuersa ratio ex prædictis & sic
cessare assumptum decisionum, quod exceptio re-
15 gulæ reseruatoriæ mensium quæ prodest † Cardina-
libus prosit etiam Capitulo ex eorumdem Cardina-
lium persona.

Cæterum huic motiuo fuit responsum eandem ra-
tionem vigere in ijs quæ sunt connexa cum ratione
16 connexitatis non sit inconueniens Statutum in vno
porrigi ad alterum *l.1. C. de diuers. rescript. Alba
cons.141.num.25.& probat text. in cap. pen. d. cap.
17 appellat.*, & licet connexa dicantur † multis modis
Seraph.decis.384.num.1. tamen propriè dicuntur ea
18 † quorum vnum tendit ad perfectionem alterius *l.
cum autem §. si quid connexum ff. de neg.gest.* vel
quæ ad eundem finem tendunt, vel quorum vnum
19 † ab altero dependet, vt in necessarium antecedens
20 vel † necessarium consequens *Aret. cons.29. nu.20.
vers.his breuiter, prout hoc latius prosequitur Me-
noch.de Arb.Cas.95.num.5.6.&* 8.

21 In proposito autem connexio est manifesta,† cum
non detur confirmatio nisi procedat electio tanquam
necessarium antecedens, & vna dependet ab alte-
22 ra, & ambæ † tendant ad idem, adeout propter cō-
nexionem dispositū in vno trahatur ad illud *Gemin.
in cap.cum in illis §.cum autem num.3.de præben.in
6. & bene ad propositum Alb.cons.183.nu.3.& seqq.
quod est duplicatum cons.724. & fuit deductum in
dicta Cremonen. Canonicatus coram Reuerendiss.
Decano*, & confirmatur quia Episcopus, & Capi-
23 tulum sunt veluti vnum † corpus, cum Episcopus
sit caput, & Canonici sint membra *cap. nouit de his
quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli Put.decis.
88.lib.3. in nou. & in alia Ferrarien. Canonicatus
coram R. P. D. Remboldo Gonz. gloss.24. numer.77.*
24 Vnde licet electio spectans ad Capitulum sit† diuer-
sus actus à confirmatione, quæ spectat ad Episco-
25 pum, tamen diuersitas actuum † non tollit vnionē,
& connexionem totius corporis, & ideo Rota
apud Put. dicta decis.88. censuit alternatiuam con-
26 cessam Episcopo suffragari † Capitulo in beneficijs
spectantibus ad collationem vtriusque, vt in termi-
nis optionis, quæ veniebat confirman. ab Ordinario
27 nō iudicauit confirmationē pro actu† omnino sepa-
rato, sed potius pro vnito, & connexo *in Bononien.
Præbendæ* 8. Decembris 1608. *coram bo.mem.Card.
Sacrato & idem sensit Rota in Vrgellen. Sacristiæ
3. Iunij præteriti coram Reuerendiss. Patriarcha*,
28 & hanc rationem quod quando duo † habentur pro
vno corpore, vel representant vnum corpus, tunc
vnus consequatur ex persona alterius, quod ex sua
29 † consequi non posset, propriè senserunt plerique
*DD.in l.si emancipati C.de collat.vbi circa concessio-
nem l.1.§. penult. ff. de coniug. Cum emancipat. lib.*
dixerunt ideo Patruum emancipatum conferre bo-
na propria duobus nepotibus ex fratre præmortuo,
30 † quorum vnus erat etiam emancipatus alter in
potestate Aui, de cuius successione agebatur, & ta-
31 men regula est, quod † emancipatus non confert
emancipato *d. l. si emancipati* ratio inquam Docto-
32 rum communis est, † quia illi nepotes representant
vnum corpus *l. si nepotes ff. de collat. bon.l.vnic.§.
hoc ita C.de caduc. toll.* & ideo nepos emancipatus
33 † cō sequitur ex persona fratris in potestate quod ex
sua consequi non posset vt sibi à patre emancipato
conferatur *ita Bart.in d. l. emancipati in secunda
oppositione sub nu.1.vers. dic ergo & ibi Bald. Castr.
Alex. Rim. Corn. & Ias. qui num.4. de communi te-
statur prout etiam testatur Dec. num.4. Curt. Iun.
num.19. & Gagnol. num.* 102. & hæc tanto magis
procedunt, quia ex eo quod exceptio regulæ reser-
34 uatoriæ † suffragetur ex persona Episcopi Cardina-
lis etiam Capitulo, non diminuitur Ius Episcopi,
quo casu procedit supra firmata propositio, quod
sæpè quis consequitur ex persona alterius, quod ex
35 sua † consequi non posset, præsertim in connexis *vt
supra Curt.in d.l. si emancipati num.20.* & patet in
omnibus fere exemplis ibi cumulatis *per Ias.num.5.*
quod autem non diminuatur ius Episcopi apparet,
quia nisi adesset regula reseruatoria Episcopus te-
36 neretur † conferre ad electionem Capituli in bene-
ficijs quorum prouisio spectat ad vtrumque, ideo cū
exceptio regulæ nihil tribuerit de nouo Cardinali
Episcopo, sed solum substulerit reseruationem, *vt
in dicta Ferrarien. coram D.Remboldo*, sequitur, vt
per concursum Capituli non diminuatur Ius Episco-
37 pis † consequenter benè Capitulum iuuari possit
ex exceptione concessa ad fauorem Cardinalis.

Neque dicatur regulam non comprehendere be-
38 neficia electiua, quia † contrarium expresse colligi-
tur ex verbis regulæ ibi ad collationem, prouisionē
præsentationem, electionem, & quamcumque aliam
dispositionem, *vt optimè fuit deductum in decisio-
nibus Ferrarien. coram DD. Pirouano, & Rembol-
do, & in dicta Cremonen. Canonicatus coram
D.Decano*, vnde si regula comprehendit etiam be-
39 neficia† electiua in quibus Episcopi habent Ius cō-
firmandi etiam exceptio à regula respectu Epi-
scoporum Cardinalium habentium confirmationē
comprehendere debet Capitulum, ad quod spectat
40 electio, cum † exceptio habeat esse in terminis re-
gulæ *l.nam quod liquide in fin. ff.de pen. leg. Cassad.
decis.8.num.3.de conceß.præbend.* Rota in *Ferrarien.
coram D.Remboldo*.

Circa indultum vero placuerunt latissimè dedu-
cta in duabus decisionibus, aut enim Indultum non
auget facultatem conferendi sed solum remanet
41 † obstaculum reseruationis quod impediebat, ne
ordinarius posset conferre, vt in puncto tenet *Cas-
sad. decis.8.num.6.de præben.& decis.3. de priuil. &
fuit latè firmatum in Hispalen. Portionis coram
Card.Pomphilio quæ est decis.642. num.6. vsque ad
finem par.4.diuers.& decis.703.num.4.eadem par.4.
Put.decis.200.lib.1.& dec.93.n.3.lib.3.in nou. Gre-
gor.decis.291.num.2. cum alijs per Gonzal. gloss.24.
num.25.& num.66.& num.76.vers.item ad benefi-
cia & in his terminis consuluit Abb. dicto cons.724.
num.* 8. & 9. & ideo sicuti Ordinarius cessantibus
reser-

42 † reseruationibus non posset conferre Canonicatus
electiuos sine præcedenti electione Capituli. (Ita
nec potest vigore indulti, quod tollit solum obsta-
43 culum † reseruationum, vt dictum est, aut saltem
indultum quatenus aliquid de nouo tribueret Ordi-
44 nario suffragaretur etiam † Capitulo ratione con-
nexionis *vt in his terminis consuluit Alb. dicto cons.*
724. num. 12. & seqq. per regul. d. l. si communem ff.
quemad. seru. amitt. & est in puncto decis. Put. 190.
45 *lib. 3. in nou.* vbi quod indulta † capiunt beneficia
electiua in præiudicium Papæ concedentis, sed non
in præiudicium habentis ius eligendi.

Demum non obstat reseruatio ex capite Protho-
notariatus, quia indultum tollit obstaculum non
46 † solum reseruationis mensium, sed etiam aliarum
reseruationum *vt firmat Gonzal. gloss. 24. num. 66. &*
47 *seqq.* dummodo † non sint clausæ in corpore Iuris
qualis non est hæc ratione Prothonotariatus indu-
cta *per Extrauag. ad regimen de præben.* cum illa
48 sit † vnita tantum *ex cap. 2. de præb. in 6. vt per Gonz.*
de benef. par. 5. cap. 1. num. 128. 130. & 132. vbi de
veriori, & de communi Germon. de indult. §. volu-
mus num. 35. cum alijs adductis in decisione D. Pi-
rouani vers. sed erit aduertendum, cum aliæ nec sint
49 propriæ † reseruationes perpetuæ sed temporales,
quæ expirant cum conditore ideoq; n. 5. renouantur
per regulas *vt de extrauag ad regimen loquitur*
Cresc. decis. 3. num. 5. de priuil. Put. decis. 180. num. 1.
lib. 3. Garz. dicto cap. 1. num. 129. & fuit dictum in
Tirasonen. portionis 9. Maij 1622. coram R. P. D.
meo Buratto.

Nec facit quod dicta reseruatio ex capite Pro-
thonotariatus videatur hodie inserta in corpore Iu-
51 ris † cum sit relata in Constitutione fel. record. Pau-
li Tertij 78. & 79. in antiquo Bullario canonizata
per Rotam in Virdunen. Canonicatus 13. Februarij
1617. coram bon. mem. Andrea, quia illæ sunt decla-
rationes quod Prothonotarij sint verè, & non fictè
52 † familiares Papæ etiam ad effectum, vt in casu va-
cationis possit Papa de illorum beneficijs libere di-
sponere, vt apparet ex eorum lectura, & dicitur *in*
dicta Virdunen. sed non inde fit vt Indulta conces-
sa Ordinarijs quæ tollunt obstacula reseruationum,
& reducunt rem ad terminos iuris communis, vt
53 † dictum, est non suffragatur etiam Capitulo in Ca-
nonicatibus electiuis, quorum electio de Iure com-
muni pertinet ad ipsum Capitulum, & confirmatio
ad Ordinarium, & cessat difficultas, quia dictæ de-
clarationes sunt restrictæ ad Prothonotariatos etiã
54 non participantes creatos † dumtaxat ab ipso Sum-
mo Pontifice non autem ad alios non participantes
creatos à Legatis etiam de latere, vel Nuncijs, vel
alijs ibi expressis, vt patet in dicta Constitutione 79.
in fine sed Pauanatus per cuius obitum fuit facta
optio, & orta est præsens controuersia non fuit
Prothonotarius creatus à Papa sed à V. legato Aue-
nionen.

Ex quibus & alijs cumulatis in supradictis deci-
sionibus Ferrarien. & Cremonen. Canonicatus.

Domini concluserunt sententiam Rotalem esse
confirmandum.

Et ita fuit decisum &c.

Decisio ista in hac eadem causa facta in altera in-
stantia coram bon. mem. Pirouano, est supra in
hoc Tomo decisio 530. & hic etiam faciunt, quæ ibi
annotaui.

REVERENDISS. MANZANEDO

Patriarcha Hierosolymitano.

Bononien. Successionis.

Lunæ 13. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Testator, si hæredem instituerit eius vxorem, sub conditione, donec, & quousque illa viuat, & vitam vidualem seruauerit, & prædictæ quandocumque decedenti, vel ad 2. vota conuolanti, substituit aliũ, qui tamen substitutus si prædecedat vxori, dubitatur modo an d. vxor per mortem substituti effecta fuerit vera hæres, ita vt de hæreditate mariti ad libitum potuerit disponere, vel an post mortem d. mulieris, hæredes ab intestato mariti, possint prætendere eam hæreditatem, & responsio est ad fauorem vxoris.

SVMMARIVM.

1 *Hæres solus, quando est institutus, dicitur perpetuò institutus, quo ad iura directa.*

2 *Hæres, quando fuit institutus ad vitam tantum, dato ei substituto, si iste præmoriatur hæredi, tunc iste hæres, efficitur absolutus Dominus & potest de dicta hæreditate ad libitum disponere. & num. 3.*

4 *Substitutus, si præmoriatur hæredi, non transmittit hæreditatem suis hæredibus.*

5 *Substitutio euanescit, & fideicommissum expirat dum fideicommissarius prædecedit hæredi.*

6 *Verba denotantia temporalitatem, non possunt inducere perpetuitatem.*

7 *Temporis limitatio, si facta sit ad fauorem alicuius, non iuuat tertio.*

8 *Conditio, quæ non habuit effectum, perinde est, ac si non esset facta.*

9 *Decis. 262. par. 3. Caputaquen. declaratur.*

10 *Testator, instituendo hæredem vxorem, donec vixerit, & vitam vidualem seruauerit, videtur in casu mortis, vel transitus ad secunda vota, tacitè voluisse vocare hæredes ab intestato.*

Quod procedit etiam si dederit substitutum vxori, qui tamen ante vxorem præmortuus est, & an id verum sit, vide num. seq.

11 *Bart. in l. quoties. §. si duo, in fin. ff. de hæredibus instituendis, quo in casu loquatur. & num. 13.*

12 *Testator instituendo hæredem vxorem donec vixerit tantum ac post eius mortem non dederit substitutos ei, tunc benè censetur testator voluisse prouidere hæredibus ab intestato venientibus.*

14 *Testator, in casu obitus vxoris hæredis institutæ quousque vixerit, post mortem substituti, quando non dicatur habuisse respectum ad hæredes ab intestato venientes.*

15 *Clausula codicillaris confert ad tacitam vocationem testatoris.*

16 *Clausula codicillaris non operatur aliquem effectũ, dum non constat de voluntate Testatoris, vt aliquem voluerit vocare.*

Peregr.

17 *Peregr. in consil.44.lib.5. opinio non est attendenda, & quare num.18.*

DECISIO DLXXXIX.

CVM Ioannes Baptista Boncompagnus in suo vltimo testamento condito de anno 1591. instituisset hæredem vniuersalem Camillam Ballatinã eius vxorem, donec & quousque illa viueret, & vitam vidualem seruaret, & illi quandocumque decedenti, vel ad secunda vota transeunti substituisset Christophorum Boncompagnum Archiepiscopum Rauennateñ, & illius filios naturales, & his decedẽtibus vltimo loco Cæsarem Bindum dicti Archiepiscopi nepotem, euenit quod mortuo Io. Baptista testatore, & adita per Camillam hæreditate, prædecesserunt omnes prædicti substituti Camilla superstite, quæ postea etiam obijt relicto vniuersali hærede Ioanne Ballatino eius fratre, inter quem, & duas sorores testatoris prætendentes eidem testatori ab intestato succedere orta in partibus lite, fuit ad earũdem sororum fauorem lata sententia, & declaratum totam illam hæreditatem ad illas spectare vna cum fructibus à die mortis Camillæ perceptis. A qua sententia Ioannes appellauit, & causa appellationis in Rota mihi commissa, dedi dubium an dicta sententia de partibus esset confirmanda, vel infirmanda, quo dubio semel proposito sub die 9. Decembris præteriti parte tantum Ballatini informante, non fuit capta resolutio, sed dictum non liquet, quamobrem hodie dicto dubio vtraque parte informante reproposito Domini censuerunt sententiam de partibus esse infirmandam, ea ratione potissimum moti, quia Camilla fuit sola hæres instituta, & sic perpe-
1 tuò quoad iura directa cum ad tempus † hæreditas dari non possit, *l. hæreditas ex die. ff. de hæred. instit. §. hæres instit. eod. tit.* & quia vbi quis est hæres in-
2 stitutus ad vitam tantum vel donec, † & quousque vixerit, dato ei substituto, si substitutus præmoritur, hæreditas libera remanet penes dictum hæredem
3 institutum, † qui ad libitum de illa disponere valet iuxta receptam sententiam, Doct. de qua testantur in terminis nostris *Cephal. cons.472. per tot. & præcipuè num.31. vers. sed prædictis minimè obstan. & num.63. & num.108. Menoch. cons.273. nu.28. vers. quartus & vltimus casus, & cons.525. num.6. Peregrin. de fideic. art.5. nu.21. vers. decisio hæc est maximi effectus, Card. Mantic. de coniectur. vltim. vol. lib.4. tit.5.* vbi distinguendo materiam per articulos hanc eandem sententiam firmat *in art.14. per tot. Fusar. de substit. q.277 num.49. & nu.53. & tenuit Rota in vna Perusina bonorum 13. Febr. 1579. corã Brauo.* Nec tali casu substitutus præmortuus trans-
4 mitteret † hæreditatem ad suos hæredes iuxta *Peregrin. vbi supra per tex. in l. vnica. §. sin autem sub conditione. C. de caducit. tollen. idem tenet Mantic. vbi supra d. artic.14. num.5.* nam tunc temporis hæreditas censetur relicta substituto sub conditione si
5 vxor moreretur, & cum † substitutus præmortuus fuerit defecit conditio, & expirauit fideicommissum, nec ad hæredes substituti transiuit *l. hæres meus in princ. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonstr. Mantic. & Cæphal. & Peregr. vbi supra.*

Nec visum fuit obstare huic sententiæ verba illa donec, & quousque vixerit, quæ tanquam denotan-
6 tia † temporalitatem videbantur limitare iurisdictionem Camillæ ad eius vitã tantum, quia fuit responsum hic temporis limitationem censeri appositam fauore substitutorum, non autem venientium ab in-
7 testato, † quos testator, vt inferius dicam nullo modo respexit; iuxta notata per *Salic. in l. vlt. col.2. vers. quæro an prædicta. C. de indict. ved. toll. Menoch. d. cons.525. nu.6. & final. & num seq. Peregrin. de fideic. d. art.5. num.17. & fuit dictum in eadem Perusina bonorum sub die 14. Maij 1579. coram eodem Brauo*, ex quo fit vt dictis substitutis præ-
8 mortuis, conditio prædicta quousque † vixerit adiecta institutioni habeatur pro non adiecta, & detracta limitatione temporis vxor hæres, & Domina libere remaneat *ad textum in dict a l. hæreditas ex die. ff. de hæred. instit. l. ei qui soluendo in fin. ff. de eodem tit. l. si sine. §. sed quid Papinianus in fin. ff. de minor.* & in his terminis notat *Mantic. loco supra cit. d. art.14. num.2. Aldobr.* qui latè plura adducit *in cons.17. num.20. & seqq. lib.1.* & ponderauit *Rota in allegata Perusina bonorum 13. Febr. 1579. coram Brauo.*

9 Non obstat *decisio † Veralli 262. par.3.* in qua
forsan fuit fundata sententia de partibus, & hodie
fundatur omnino intentio istarum sororum, dum ibi
Rota dixit sequendo doctrinam *Bart. in l. quoties. §.*
si duo. in fin. ff. de hæred. instit. quod scilicet testa-
10 tor per institutionem † factam de vxore donec, &
quousque vixerit, & vitam vidualem seruauerit, videatur in casum mortis illius, vel transitus ad secũda vota tacitè voluisse suam hæreditatem deuenire ad veniẽtes ab intestato etiamsi prouidisset vxori de substituto qui tamen defecerit vxore superstite, quis
11 Domini responderũt doctrinam † Bart. ex qua mouetur decisio Veralli loqui in casu diuerso nempe cum post mortem vxoris institutæ in vita tantum nõ fuerunt dati substituti, quo certè casu non habet lo-
12 cum conclusio quinta firmata, † quia testator censetur tunc bene voluisse per fideicommissum tacitè prouidere venientibus ab intestato, vt notant *Castr. cons.241. num.5. lib.2. Cæphal. d. cons.472. num.93. Mantic.* qui alios etiam refert *de coniect. vltim. vol. lib.4. tit.4. num.12.* & in omnem casum licet Bart. ibi
13 innuat † potiorem esse causam ab intestato, tamen id videtur sentire quoties aliquo modo potest apparere de voluntate testatoris, quæ hic cessat tam ex datione substitutorum, & penitus extraneorum, quam ex eo quod testator voluit ad eosdem substitutos totam, & integram hæreditatem deuenire adueniente morte vxoris, vel illa transeunte ad secun-
14 da vota ex † quibus videtur manifestè colligi testatorem nullum habuisse respectum ad veniẽtes ab intestato ad notata per *Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.27. num.8. ad fin.*

Et hinc est quod nec etiam operatur quicquam clausula codicillaris apposita in testamento ex qua
15 pariter informantes pro sororibus inferunt † tacitam illarum vocationem ab intestato ex eadem met doctrina Bart. & decis. Verall. superius allegata, quia
16 dicta clausula non supplet defectum voluntatis † testatoris, qui vt apparet ex supradictis non cogitauit de venientibus ab intestato *Dec in l. precibus nu.28. de impub. Bald. cons.170. num.10. lib.5. Mantic.* alios etiam adducens *de coniect. vltim. vol. lib.5. tit.2. n.9.*
17 Non obstant quod *Peregrin. † in cons.44. lib.5.* contrarium in hac facti specie consuluerit, quia cum adhæ-

adhæserit opinioni supra firmatæ in tract. de fideicō-
18 missis loco superius †annotato non visum fuit attendendam esse opinionem contrariam quam postea sequutus fuit in supradicto consilio, vt post alios tradit Neuiz. *in sylua nupt. lib. 5. num. 26.*

Et ita decisum.

R. P. D. VBALDO.

Sabinen. Castri Mompei.

Mercurij 15. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Bona data in dotem æstimata, transeunt in dominium mariti, & tantùm ad restitutionem pretij cogi potest. Possessio non suffragatur quando principaliter agitur de dominio, quæ cōclusio multo magis procedit, si d. possessio sit potius iure familiaritatis (puta inter fratres) quam alterius habilis tituli, cum ea permittatur ad conseruandam inter eos beneuolentiam.

SVMMARIVM.

1 *Bona data in dotem, si fuerint æstimata, transeunt in dominium viri.*
Aestimatio facit emptionem, num. 1.
2 *in Hæredes transit dominium omnium bonorum defuncti.*
3 *Dominus olim, & etiam hodie præsumitur talis.*
4 *Itaut qui prætendit dominium illud fuisse mutatum, & sibi communicatum, tenetur id probare.*
5 *de Dominio præterito non præsumitur in præsens, quando in contrarium viget magis vrgens præsumptio.*
6 *Detentatio vigore pignoris, vel hypotecæ non suffragatur ad effectum acquisitionis dominij.*
7 *Possessio non suffragatur, quādo principaliter agitur de dominio, cum illud debeat probari de iure gentium, vel ciuili.*
8 *Dominia rerum nuda voluntate non transferuntur sine traditione.*
9 *Dominium nec per traditionem transfertur, nisi etiam concurrat titulus, & causa habilis.*
10 *Titulus ex diuturna patientia non præsumitur, vbi agitur de magno præiudicio trāslationis dominij.*
12 *Interpretatio quælibet est sumenda potius quam vt ex scientia, & patientia dicatur in alium translatum dominium.*
13 *Diuisio rei tanquam communis facta inter fratres non operatur translationem dominij, si verè pertinebat ad vnum solum, non autem ad omnes fratres diuidentes.*
14 *Maritus, si de tempore quo datur in dotem prædiū æstimatum, non erat soluendo, tunc æstimatio non facit emptionem, & prædium non desinit esse dotalem.*
15 *Et sic vt dominium rei dotalis transeat in maritū, de eo tempore est facienda excussio bonorum.*
16 *Mulier potest agere ad bona data, etiam æstimata data in dotem, non solum actione hypotecaria, sed etiam vtili rei vendicatione.*
17 *Et hoc intellige in subsidium, & quando mulier, vel eius hæres non potest aliunde consequi suam dotem.*
18 *Vnde cum hoc remedium sit subsidiarium non competit nisi facta discussione bonorum mariti.*
19 *Hæres vt se defendat à solutione legati vigore inuentarij, quid requiratur.*
20 *Priuilegium l. in rebus. C. de iure dot. vt possit agere in subsidium vtili rei vindicatione ad bona data marito in dotem æstimata competit tantum ipsi mulieri, non autem eius hæredi.*
21 *Dotis priuilegia cum competāt vxori, ideo ea mortua, non transeunt in eius hæredem.*
Et Bart. dum dixit id habere locum quo ad hæredes extraneos, secus vero quo ad filios, in hoc tamen est à pluribus DD. reiectus. num. 21.
22 *L. in rebus. C. de iur dot. habet tantum locum in subsidium, ne mulier remaneat indotata.*
23 *Aestimatio offerri nō potest agēti rei vindicatione.*
24 *Sed secus est, quando agitur vtili rei vindicatione in subsidium.*
25 *ex Pecunia dotali si aliqua res sit empta, tunc enim licet res non sit dotalis, tamen mulier contra eam in subsidium potest experiri, & num. 26.*
27 *Possessor fundi dotalis dati marito æstimati, potest offerre æstimationem.*
28 *Possessor fundi in dotem dati, qui habet ius à marito, potest vti eisdem confessionibus, quibus potuisset vti maritus.*
29 *Hæres censetur vna & eadem persona cū defuncto.*
30 *Hæres repræsentat personam defuncti actiuè, & passiuè in iure creato, & formato tempore mortis in persona illius.*
31 *Vxor, nisi in subsidium potest agere ad rem æstimatam datam in dotem.*
Quia, puta, ex bonis mariti non potest consequi æstimationem.
32 *Actio rei vindicationis, quando non differat ab hypotecaria.*
33 *Actio vtilis rei vindicationis, quæ conceditur vxori ad vindicandam rem dotalem datam marito æstimatam est subsidiaria, & datur ex æquitate, ne remaneat indotata.*
34 *Et sic cessante ea æquitate, veluti si potest consequi æstimationem, tunc non datur illa actio.*
35 *Negusant. de pignor. 3. membr. 5. part. princ. nu. 28. declaratur.*

DECISIO DXC.

POST accuratam causæ discussionem in tribus propositionibus Domini perstiterunt in decisis die 28. Nouembris 1622. * Nec enim controuerti potest, Castrum, de quo agitur datum pro residuo dotis æstimatum q. Alexandro Vrsino transiuisse in
1 dominium †viri, cum æstimatio fecerit emptionem, *l. quoties. l. cum dotem. C. de iur dot. l. si prædium in fin. C. de euict. Natt. cons. 650. num. 3. gloss. in l. si inter C de iur. dot.* Quam communiter approbari testatur post alios *Becc. cons. 42. num. 2. cum plurimis in decisione adductis.* Vnde cum Dominus Bertoldus fuerit hæres vniuersalis Alexandri patris sui, se-
2 quitur †vt in eum transiuerit Dominum Castri *l. cū hæredes ff. de acquir. possess. l. hæreditas. ff. de reg. iur.*
3 Et cum regula †sit vt qui olim fuit Dominus, etiam hodie præsumatur Dominus, *Bald. in l. si minorem in fin. C. de in integr. rest. min. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 20.* cum alijs per *Menoch. eod. tract. lib. 6. præsumpt. 62. num. 1. & seqq.* sequitur, vt Dominus Cosmus, qui prætendit illud domini[illegible]
4 Castri fuisse † mutatū, & sibi communicatum teneatur

tur id probare, vt per *Menoch. vbi supra nu. 3. & 4.*
& latius in decisione, de qua agitur.
Nec obstat, quod dictæ regulæ non sit locus, nec
de dominio de præterito præsumatur in præsens,
5 † quando in contrarium viget magis vrgens præsũ-
ptio, vt per *Menoch. dicta præsumpt. 62. num. 9.* Quia
Dominis videbatur non adesse talis præsumptio ma-
gis vrgẽs pro D. Cosmo; nam quæ deducitur ex pos-
sessione Cosmi, vel ex mandato de manutenendo,
6 quod obtinuit à Rota, † non videbatur suffragari ad
hunc effectum, tum quia illa potius fuit detentatio
iure pignoris, & hypotecæ, vt in decisione, tum
quia etiam si fuisset vera possessio, non suffragaretur,
7 cum quæstio est † principaliter de dominio, de quo
modo agitur, sed debet probari directè de iure gen-
tium vel ciuili, vt per *Bart. in l. quidam in suo nu. 4. vers. primo casu. ff. de cõd. instit.* quem sequitur *Boer. decis. 42. nu. 3.* cum alijs per *Menoch. præsumpt. 63. num. 2. lib. 6.*

Non obstant depositiones testium, actus possesso-
rij diuisi, tractatus venditionis Castri, & confessio-
nes D. Bertoldi, hæc enim omnia simul iuncta nullũ
ius in proprietate, vel dominio acquirunt D. Cosmo,
8 nec enim nuda voluntate dominia rerum † transfe-
runtur sine traditione *l. traditionibus. C. de pact.* cũ
alijs congestis *per Surd. cons. 52. num. 75. & seq.* im-
9 mò nec cũ traditione, nisi cõcurrat † titulus & cau-
sa habilis, *l. nunquam nuda. ff. de acq. rer. dom.* cum
alijs per *Surd. cons. 4. num. 41.* neque titulus præsu-
10 mitur ex diuturna patientia, vbi agitur † de magno
præiudicio translationis dominij, *l. nullo. C. de rei vendic. Alex. cons. 142. num. 3. lib. 7 Peregr. cons. 76. num. 7. lib. 2.* & quia nemo præsumitur iactare suum,
l. cum de indebito. ff. de prob. ideo quælibet interpre-
tatio est sumenda potius quàm vt ex scientia dicatur
12 † in alium translatum dominium, *Socin. cons. 167. num. 11. lib. 2. Surd. dec. 302. num. 3. & 4. Rota decis. 788. num. 4. & 5. par. 1. diuers.* & in specie de di-
uisione rei tanquam communis inter fratres, quod
13 non operetur translationem dominij † si verè perti-
nebat ad vnum solum, non autem ad omnes fratres
diuidentes tradit *Castr. in l. vltima. §. idem quæsiuit in fin. ff. de cond. indeb. Anchar. cons. 291. nu. 3. & 4. Dec. cons. 525. num. 5. & 6. Menoch. cons. 91. nu. 11. & 40. Felician. de societ. cap. 40. num. 2. & seqq.* &
hæc fuerunt deducta in alijs causæ propositionibus,
sed nunc addebantur alia motiua, quæ magis vrgere
videbantur. Et primo quia prætenditur Comitem
Alexandrum fuisse non soluen. vnde succedit con-
clusio, quod si de tempore, quo datur in dotem præ-
14 dium † æstimatum, maritus non erat soluendo, tunc
æstimatio non facit emptionem, & prædium non de-
sinit esse dotale, *Bald. & Salic. in l. interest in fin. C. de vsufr. Imol. in l. si æstimatis, col. 1. ff. de iur. dot. Ias. in l. ex conuentione num. 2. vers. 4. singulariter limita. ff. de pact.* cum alijs per *Surd. cons. 491. n. 9. lib. 4. Neguſ. de pignor. 2. membr. 2. part. principalis num. 59. & fuit dictum in Romana saluiani 5. Decembris 1603. coram bon. mem. Cardin. Lancellotto iuniori,* sed fuit responsum non probari, quod Co-
15 mes Alexander tempore quo castrum fuit † datum
insolutum pro dote eius vxoris esset non soluen. &
ad hunc effectum fuisset necessaria excussio iuris bo-
norum, vt post *Bald. in l. in rebus. C. de iur. dot* con-
cludit *Rol. cons. 92. num. 22. lib. 2.* quam sequitur *Ios. Ludouic. concl. 10. limit. 6. vers. subdit,* immò cum
dos fuerit consignata Nicolao patri Alexandri vi-
deretur necessaria discussio etiam bonorum Nicolai
ad hoc, vt æstimatio non faceret emptionem quod
nullo modo fuit factum.

Secundo fuit oppositum, quod mulier possit agere
16 ad bona in dotem data etiam æstimata, † non solum
actione hypotecaria, in qua præfertur omnibus cre-
ditoribus, sed etiam vtili rei vendicatione per *tex. in d. l. in rebus. C. de iur. dot.* quem Doctores intelli-
gunt in subsidium, & quando mulier, vel eius hæres
non potest aliũde consequi suam dotem, vt per *glos. ibidem in ver. æstimatæ in fin. Bald. num. 18. vers. secundum remedium, & ibi Salyc. num. 3 idem Bald. in l. ex conuentione in 3. opposit. C. de pact. Ias. in §. actionum num. 84. instit. de act. & in l. traditionibus. num. 20 C. de pact. Bald. Nouell. de dot. par. 7. priuil. 23. in fin. & par. 8. priuil. 7.* vbi de communi *Pinell. in l. 1. par. 3. num. 15. in fin.* vbi alios cumulat *C. de bon. mater. Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 27. numer. 20, & tit. 28. num. 16. Cost. de remed. subsid. remed. 63. nu. 1. Scip. Gentil. de æstimat. rer. in dot. dat. fol. 171. vers. vno casu.* Vnde cum D. Cosmus sit hæ-
res pro sua parte matris suæ, ex quo non potest aliũ-
17 de † consequi dotem matris, debet posse agere ad
castrum, quamuis datum æstimatum pro dicta dote,
sed fuit responsum in primis, quod non constat hæ-
reditatem Alexandri non esse soluen. & sic D. Cos-
mum non posse aliunde consequi suam ratam dotis
18 maternæ, vt supradictum est, & † hoc remedium
cum sit subsidiarum, nõ competit nisi facta excussio-
ne in bonis mariti, & etiam soceri ex supra allegatis,
quibus additur *Neguſ. de pignor. par. 5. membr. 3. numer. 28. vers. ego autem, & par. 8. 1. membr. num. 27.*
Nec facit, quod D. Bertoldus sit hæres Alexandri cũ
beneficio legis & inuentarij, & cum inuentario se
defendat à solutione legati ab eodem Alexandro re-
19 licti Cosmo eius † filio, quia neque super hoc fuit
adhuc aliquid pronunciatum, nec probatur, quod
Alexander latitauerit, vel foro cesserit, adeò vt de-
cesserit non soluendo, prout ad hunc effectum vide-
tur necessarium, vt post *Surd. cons. 528. nu. 38. lib. 4. & alios fuit dictum in Romana dotis 1. Iulij 1616. coram R. P. D. Verospio.* & cessat difficultas, si D.
Bertoldo competit ius offerendi, vt constabit ex in-
fra dicendis.

Secundo fuit ponderatum, quod D. Virginia vxor
20 Alexandri prædecessit viro, priuilegium † autem
dictæ l. in rebus vt possit mulier agere in subsidium
vtili rei vendicatione pro sua dote, fuit concessum
ipsi mulieri, dissoluto matrimonio per mortem viri,
vel per diuortium, vt sonant verba tex. ibi mulierem
in his vendicandis omnem habere prærogatiuam iu-
bemus & confirmatur ex verbis sequentibus dire-
ctis in personam ipsius mulieris; & ex ratione ibi po-
sita, quia scilicet bona in dotem data ab initio fuerũt
mulieris & naturali ratione in eius dominio permã-
serint, licet ex iuris subtilitate transierint in domi-
21 nium viri. ideo cum † matrimonium fuerit solutum
per mortem vxoris, priuilegium dictæ legis non trã-
siuit in hæredes vxoris, vt in puncto tradit *Bart. in l. Nesennius. §. fundum num. 1. & ibi Imol. nu. 2. ff. de re iudic. & est de mente Bald. Nouell. de dote par. 12. quæst. 5. num. 21. & licet Alexan. in d. §. fundum num. 3. in fin. restringat dictum Bart.* ad hæ-
redes vxoris extraneos non procedere dicat in filijs,
tamen illum improbat *Ruin. cons. 163. nu. 2. vers. & fortiò*

forte, & num.3.lib.4. & simpliciter Bart. & Ruin. sequitur Barbos. ad l.1. in 5. par. num.80. ff. sol. matr. sed quicquid sit de prædictis dato etiam quod Alexāder non fuisset soluendo, & quod vtile dominium transisset in D. Cosmum pro hæreditaria portione suæ matris, nihilominus D. Bertoldus, qui offert se paratum soluere fratri in pecunia portionem dotis maternæ esset tutus, & sic cessat dispositio d. l. in re-
22 bus † quæ non habet locum, nisi in subsidiū, vt dictū est, ne mulier remaneat fine dote, quando aliunde
23 consequi eam non potest, & licet regulariter † agēti rei vendicatione non possit offerri æstimatio, d. l. mulier cum glos. ff. qui pot. in pign. hab. l. si culpa ff. de rei vendic. Menoch. de recuper. remed.14. nu.62. ta-
24 men secus est, quando agitur vtili tantum rei † vendicatione in subsidium, ita Soccin. cons.224 num.3. lib.2. & est de mente Bald. in l. ex conuentione in 3. oppos. C. de pact. quem sequitur Ias. in l. traditionibus num.20. eod tit. Rol cons.92. in fin. lib.2. Couar. pract. quæst. cap.28. num.8. vers. sed si vxor. Card. Mantic. de tacit. lib.12. tit.27 num.22. vers. sed Baldus & numeris seqq. Morot. de possessor. offeren. nu.6. vbi latè Cost. de remed. subsid. remed.63. nu.1. Gutier. de iuram. confirmat. 1. par. cap.1. num.10 vbi alios allegat, & addi potest Castr. in l. si ex ea ibi, & hoc verum, nisi in subsidium. & in l. si vt proponis in fin. ibi in subsidium. C. de rei vendic. Garz. de expens. & melioram. cap. 18. num. 80. & seq. vbi de communi, licet isti loquantur, quando ex pecunia
25 † mulieris dotali fuit aliqua res empta, tunc enim licet res non sit dotalis, tamen in subsidium potest à muliere agi ad rem emptam, Doct. in l. ex pecunia. C. de iur. dot. Bart. in l. vxor. marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. Bald. Nouell. de dot. par.7. priuil. 15 Honded. cons.14. num.51. lib.1. Cephal. cons.704. num.34. lib.5. & possessor potest offerre æstimationem, in quibus terminis propriè consuluit Soccin. d. cons.224. lib.2. sed Bald. in d. l. in rebus nu.18. confundit hos duos casus, siue simus in re empta ex pe-
26 cunia dotali, † siue in fundo dato æstimato pro dote, in quo casu nos versamur, vt aduertit Morot. d. n.6. in fin. & ad similitudinem d. l. vxor pro marito esse introductam dictam l. in rebus. C. de iur. dot. dicit Neguf. de pignor. in 3. membr. 5. par. princ. num.28. in fin. Ideo dicendum est, hoc etiam casu posse pos-
27 sessorem † fundi in dotem dati offerre æstimationem, & ratio huius opinionis duplex affertur à Couar. loco supra citato. Prima est, quia tertius possessor fundi in dotem dari, qui habet ius à marito, potest ijsdem vti defensionibus, quibus potuisset vti maritus, cer-
28 tum est autem quod maritus potuisset † hoc casu vxori agenti pro repetitione dotis æstimationem soluere igitur eodem modo tertius possessor soluen. dotis æstimationem liberatur: Quod eo magis procedit in casu nostro, in quo agitur contra D. Bertoldū
29 hæredem mariti, † qui propterea censetur vna & eadem persona cum defuncto, §. 1. auth. de iureiur. à mor. præst. & repræsentat personam defuncti actiuè,
30 & passiuè † in iure creato, & formato tempore mortis in persona illius, Aret. cons.123. num.4. Gagn. in l. hæredem. num.17. ff. de reg. iur. Rol. cons.50. num.8. lib.2. & cons.6. num.15. lib.3.

Altera ratio est, quia mulier non potest agere ad rem æstimatam nisi in subsidium, Quia ex bonis mariti non potest cōsequi æstimationem quod signū
31 est, † istam rei vendicationem sibi non competere, nisi contemplatione æstimationis, cui consequens
32 est, vt quoad effectum restitutionis dotis non † differat ab hypotecaria, licet quoad prælationem, & alios effectus distingui possit ita Couar. loco citato, quem sequitur Mantic. d. cap.27. num.23. addens aliam rationem, quia hæc vtilis rei vendicatio con-
33 ceditur mulieri in subsidium † ex æquitate, ne alias remaneat indotata, vnde si offeratur æstimatio, ces-
34 sat † æquitas cum mulier non remaneat indotata, quæ ratio multo magis procedit in hærede mulieris, prout est casus noster, ex quibus videntur cessare
35 fundamenta, † Neguf. de pignor. in 3. membr. quinta par. princ. nu. 28. vbi dubitauit de opinione Soccin. supra relata, & eius dicta simpliciter refert Card. Mantic. d. cap.27. num.21. & seq. quibus nihil respondet, licet ipse sequatur contrariam sententiam sed respondet Moret. de possessor. offer. num.6. vers. hinc apparet, quæ responsiones Dominis placuerūt, ideo ex omnibus prædictis cum alijs congestis per informantes Domini permanserunt in decisis.

Et ita fuit decisum.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 28. Nouembris 1622. coram eodem bon. mem. Vbaldo, quæ à Rota fuit confirmata, est in præcedenti Tomo decisio 436.

REVERENDISS. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Ariminen. Legatorum.

Lunæ 27. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Hæreditas ex quibus probari possit, vt opulenta fuerit, & an contra inuentarium bonorum hæreditariorum admittatur probatio in contrarium, & vtrū ex inuentario probetur, veritas æris alieni in eo descripti contra creditores, & legatarios. Constitutio March. cap.25. lib.5. requirens in omnibus contractibus minorum insinuationem, non dicitur illi satisfactum per præstationem iuramenti, cum ea constitutio vtrumque copulatiuè requirat.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium plenè probat contra hæredem. ex Inuentario optimè docetur an hæreditas sit opulenta necne.*
2 *contra Inuentarium bonorum hæreditariorum non admittitur probatio in contrarium, cum sit tanquam propria confessio hæredis. amplia*
4 *Bona emphyteutica an diminuant valorem hæreditatis.*
5 *Instrumenta inuestiturarum etiam probant dominium.*
6 *in Bonis emphyteuticis multoties etiam succedunt fœminæ.*
7 *Læsio enormis non dicitur probata ex modica sūma.*
8 *ex Inuentario non probatur veritas æris alieni in eo descripti contra creditores, & legatarios.*
9 *Bona communia non præsumitur hæres voluisse describere in inuentario bonorum hæreditariorum.*
10 *Iactare suum nemo præsumitur voluisse.*
11 *Testes deponentes per verbum, credo, non probant.*
12 *Constitutio March. cap.25. lib.5. requirit insinuationem in omnibus contractibus minorum.*

13 *Insinuationis omissio reddit contractum minorum nullum, cum illa requiratur in eis vigore Constitut. March. Quod procedit etiamsi adsit iuramentum.*

14 *Insinuationis defectus non tollitur propter iuramentum præstitum, si statutum in aliquo actu, & insinuationem, & iuramentum requirebat.*

15 *Constitutiones Marchiæ habent etiam in locum Prouincia Romandiolæ, cum per Paulum III. ad vniuersum statum Ecclesiæ fuerint extensæ.*

DECISIO DXCI.

POSTQVAM fuit firmatum per tres decisiones* in ista causa factas D. Eleonoræ deberi legatum scut. 5000. sibi à Comite Iulio Cæsare patre in testamento pro dote relictum, non obstante renunciatione etiam amplissima per ipsam facta dicto legato, & alijs iuribus, tanquam enormissimè læsiua ex deductis latissime in dictis tribus decisionibus adhuc Comites de Ricciardellis non contenti, sed prætendentes non constare de dicta læsione attento, & probato statu hæreditatis dicti Com. Iulij Cæsaris, obtinuerunt de anno 1623. à Rota remissoriam, qua denique post multas prorogationes terminorum completa, & ad Curiam transportata, iterum, & quarto loco ad eorumdem Comitum instantiam causam super ijsdem hodie proposui, & DD. concorditer dixerunt stan. esse in decisis inhærendo iuribus, & fundamentis in dictis decisionibus adductis.

Nec quicquam mouerunt DD. ea, quæ de nouo fuerunt opposita ex scripturis, & testibus nunc productis, quia facilis visa fuit omnibus responsio. Ad primum enim de valore dictæ hæditatis, quod non excedat scuta 32. mill. fuit dictũ ex inuentario, quod
1 † plenè probat contra conficientem, & illius hæredes, satis cõstare dictam hæreditatem esse opulentiorem, ac maioris valoris, & propterea cõtra illud
2 tanquam propriam † partis confessionem nõ videntur admittere testes in contrarium, *Bart cons. 239. num. 1. lib. 1. Dec. cons. 60. num. 2. Socc. sen. cons. 61. in princ. lib. 1. Rota decis. 71. num. 3. par. 1. diuers.* præsertim quia ex testibus nunc datis pro dictis Comitibus primus, secundus, & tertius super quarto
3 addunt fuisse omissa describi in inuentario † bona magni valoris, quæ sine dubio possunt augere valorem bonorum in inuentario descriptorum.

Ad secundum quod dicta hæreditas, cum essent quatuor fratres, veniebat diuiden. in quatuor partes, & sic tantum quarta pars spectabat ad Com. Iulium Cæsarem vnum ex fratribus, fuit responsum motiuum cessare ex facto, quia Rinaldus alter frater prædecessit ab intestato, & Lucretia soror vti congruẽter dotata, non videtur à fratribus aliud prætendere posse.

Ad tertium quod in hæreditate reperiatur maior
4 pars bonorum † emphyteoticorum, quæ etiam illã diminuunt, & faciunt vt D. Eleonora tanquam ab illis exclusa non potuerit ex præfata renunciatione dici læsa, fuit dictum vltra defectum formæ probantis,
5 quem patiuntur instrumenta inuestiturarum, † quæ nec etiam probant dominium, vt per *Crauet. cons. 124. num. 11. Ruin. cons. 50. num. 1. lib. 1. Curt. iun. cons. 41. num. 8. & cons. 158. num 5.* clare ex illis apparere etiam fœminas, vt plurimum esse compre-
6 hensas, † & consequenter D. Eleonora, quæ renunciauit etiam iuribus in dictis bonis emphyteoticis sibi competen. remansit ex hoc etiam capite manifeste læsa.

Ad quartum & vltimum circa æs alienum dictæ hæreditatis de tempore mortis dicti Comites Iulij Cæsaris, quod dicitur ascendere ad summam circiter scut. 12. mill. & illud probari tàm ex ipso inuentario quam ex instrumentis de nouo productis, responderunt pariter Domini, instrumenta illa non esse in forma probanti, & in omnem casum contine-
7 re † modicam summam, qua etiam legitime probata, non posset dici eneruata probatio læsionis in dictis decisionibus firmata. Quantum verò ad debita adnotata in dicto inuentario, placuit respõsio, quod
8 ex illo non probetur veritas æris alieni in eo † descripti contra creditores, & legatarios, *Phanucc. de inuent. par. 3. nu. 4. Capic. decis. 107. nu. 11. & 12. Rota decis. 800. nu. 24. par. 1. diuers. & decis. 1444. num. 2. & 4. coram Card. Seraph.*

Nec minus etiam visum fuit releuare quod dicatur probatum dicta bona descripta in inuẽtario fuisse communia inter Com. Iulium Cæsarem, & Hieronymum, quia licet testes ex aduerso examinati, qui dantur in summ. num. 1. deponant quod illa bona erant possessa per Marcum Antonium patrem illorum, non tamen inde sequitur, quod D. Hierony-
9 mus licet viueret † in communi cum fratre, voluerit ponere bona communia in inuentario bonorum dicti Comitis Iulij Cæsaris, cuius ipse fuerat hæres relictus, sed dicen. est posuisse solum portionem spectãtem ad dictum Comitem Iulium Cæsarem ex re-
10 gula vulgar. quod nemo † præsumitur iactare suum, nec facit quod dicti testes dicant dicta bona fuisse per errorem posita in inuentario ea ratione quod illa prouenerint à Marco Antonio patre, quia cum
11 loquantur † per verbum credo, nec sint informati an Marcus Antonius reliquerit alia bona illorum ratio non concludit, cum stent simul quod dicta bona fuerint profecta à dicto Marco Antonio patre, & tamen non excedant quantitatem portionis dicti Comitis Iulij Cæsaris.

Quibus omnibus ex aduerso oppositis, licet ex scripturis datis, & ex decisionibus factis videatur plenissimè satisfactum, tamen DD. voluerunt aduertere ad vnum quod visum fuit cõsideratione dignũ, & hactenus non deductum, quod scilicet dicta re-
12 nunciatio † non fuerit insinuata iuxta Constitutionem Marchiæ cap. 25. lib. 5. requiren. dictam insinuationem in quibusuis contractibus minorum, qualis erat D. Eleonora de tempore factæ renunciationis cuius insinuationis omissio reddit proculdubio
13 dictam renunciationem † nullam, & inualidam, nõ obstante iuramento in ea apposito, quod hoc casu non supplet defectum insinuationis, ex quo dicta
14 constitutio † vtrumque copulatiuè requirit, *Rota decis. 671. num. 2. par. 1. & decis. 385. num. 9. par. 2. recen.* Nec est dubium quin eadem constitutio ha-
15 beat quoque locum in Prouincia Romandiolæ, † cũ fuerit extensa per Paulum Tertium ad vniuersum statum Ecclesiæ, vt fuit dictum *in Perusina fideicōmissionis 26. Nouembris 1611. coram R.P.D. Pamphilio, & prius in Romana de Comitibus 15. Maij 1573. coram Oradino.*

Ex quibus DD. censuerunt omninò esse persistendum in decisis &c.

Vide-

Videlicet sub diebus 26. Iunij 1619. 15. Nouembris 1621. & 7. Iunij 1622. coram eodem bon. mem. Reuerendiss. Patriarcha Hierosolymitano, sunt in præcedenti Tomo decisiones 130. 318. & 419. & infra habentur aliæ, idest 16. Iunij 1625. 12. Ianuarij 1626. & 17. Martij 1627.

R. P. D. REMBOLDO.

Veliterna Affictus.

Ven. 31. Ianuarij 1625.

ARGVMENTVM.

Statutum de continuāda possessione in suum hæredem, qualiter sit intelligendum. Societas qualiter finiatur. Minores contrahere nequeunt societatem, nisi cum debitis solemnitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur, si non constet de possessione.*
2 *Possessio defuncti non transit in hæredem.*
3 *Statutum de continuanda possessione in suum hæredem, non operatur, quoad iura personalia.*
4 *Statutum de continuanda possessione in suum hæredem, cessat in ijs bonis, quorum hæredes sunt incapaces.*
6 *Ius sociale, quando est merè personale, extinguitur morte socij.*
7 *Societas finitur morte socij.*
8 *Pupilli non sunt æquè idonei, sicuti pater ad prosequendam aliquam societatem.*
9 *Pupilli, seu minores non possunt etiam expressè contrahere societatem.*
10 *Et hoc intellige saltem sine solemnitatibus: amplia num. 11.*

DECISIO DXCII.

FVIT dictum hæredibus q. Antonij de Bonis non esse dandum mandatum de manutenendo in possessione administrationis, seu iurium socialium
1 affictus, de quo agitur, quia non † constat de aliqua possessione eorum, iux. tex. *in §. hodie instit. de interdict.* neque ex persona propria dictorum filiorum, ex quo non apparet quod aliquando se ingesserint in dicta administratione, neque, ex persona Antonij patris, qui fuit assumptus in socium à Griffolo, & Baretella, quia vltra quod non constat etiam de possessione d. Antonij, quatenus tamen de ea constaret, non
2 posset illa suffragari dictis filijs, quia possessio † defuncti non transit in hæredem, *l hæredis ff. de acq. possess. Natt. cons. 439. num. 5. Paris. cons. 13. nu. 84. lib. 1. Alex. qui testatur de communi in cons. 37. sub num. 5. vers. & constat, quod de iu. comm. lib. 1. Achil. decis. 5. de caus. poss. & prop.*

Nec obstat statutum de continuanda possessione
3 in suum hæredem, quia dictum † statutum non operatur, quoad iura personalia, & quæ morte patris extinguntur, *Cuman. cons. 173. num. 4. Tirag. in tract. le mort. Saisit part. 4. declarat. 2. latè Peregr. decis. 172. num. 10. & fuit dictum in Romana de Lucatellis coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est decis. 263 p. 2. in recent. & in Romana de Nocchiellis 27. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Vbaldo,* vbi plures aliæ decisiones allegantur, minusque opera-
4 tur in ijs, quorum hæredes sunt † incapaces, & in quibus illis ius resistit, quin & dictum possessorium
5 admittit omnes † exceptiones, quæ perimere possunt petitorium, *Bald. cons. 141. num. 3. lib. 1. Tiraq. in d tract. le mort. Saisit. par 5. declarat. 1. numer. 3. Gabr in tit. de acq. poss concl. vlt. num. 9. Rot. dec. 34. num. 21. & seq. par. 2 diu. etiam fuit dictum in dicta Romana de Lucatellis coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

In proposito autem ius sociale de quo agitur erat
6 merè personale, & fuit extinctum morte Antonij patris, non solum de iure commuui, quo societas
7 † finitur morte socij, *§ soluitur instit. de societ. l. 4. §. 1. ff pro soc. l. actione, §. morte, & l. si fratres, § idē respondit, ff eod. tit. Honded. cons. 44. num. 82. cum seq. l. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. l. 6. tit. 24. num. 15. & seq. Thesaur. decis. 242. in princ. Osasch. decis. 79. num. 6.* sed etiam ex pacto expresso, vt moriente vno ex socijs debeant superstites accollare sibi totum negotium, & hæredes nullum habeāt ius in d. affictu, vt in Summario Barellæ numer. 2. ideoq; etiam resistit dictis filijs Antonij d. pactum,
8 ac iuris dispositio, eoque magis † quod ipsi sunt pupilli, & sic non æquè idonei, atque eorum pater, vnde tanto minus potuit in eos transire d. societas, *Ruin. cons 91. num. 7. lib. . Capic. decis. 174. num. 9 Osasch. decis. 150 num. 1. ad med. vers quartam addit rationem, cum alijs per Card. Mant d. tract. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 24 numer. 25. & 26.* & per consequens constat nullum ius competere dictis filijs in petitorio, atque ita nec possunt iuuari d statuto, cū eis obstent omnes dictæ limitationes ex supra allegatis.

Non obstat commissio subscripta a Barella, in qua petitur deputari administratorem nomine Barellæ, & filiorum Antonij, alijque actus iudiciales, ex quibus colligi posse videtur, quod d. Barella tacitè admiserit in socios duos filios, quia dicti non possunt deseruire ad inducendam quasi possessionem, & cum
9 dicti filij essent tunc pupilli, seu † minores non potuisset etiam expressè contrahi cum illis societas, *l. vt in conductionibus, ff. pro soc. Rom. cons. 282. Angel. cons. 66. num. 1. & seq. Menoch. præsumpt. 56. num. 6. & seqq. lib. 3. cum alijs per Petr. de Vbald.*
10 *de duob. frat. 3. par. in princ. col. 2.* saltem † sine solemnitatibus statutarijs, *Menoch. de præsumpt. 56.*
11 *num. 10.* vbi etiam hoc extendit † quando tractaretur de validitate pupilli, vel minoris, *Card. Mant. d. tract. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 26. num. 25. vers. cum pupillis, &c.*

R. P. D. VBALDO.

Fulginaten. Alimentorum.

Ven. 21. Februarij 1625.

ARGVMENTVM.

Legatum alimentorum alicui relictum, quamuis secūdum iuris communis regulas non transeat ad hæredes, quoniam cum ipsa persona extinguitur, tamē aliter dicendū venit, quando constat de coniecturata mente Testatoris, quæ doceat tale legatum esse trāsitorium ad alios, & sic non esse temporale, præter eius naturam, & prædicta mens testatoris ex quibus in his terminis conijciatur, & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Filios alendi onus spectat ad patrem, & non ad patruum.*

2 *Alimenta alicui relicta, licet cum persona extinguãtur, cum persona tamen secus est, quando constat de contraria mente testatoris.*

3 *Alimenta, quando reliquuntur nepotibus, nõ extantibus patruis, tunc eis non existentibus, idest mortuis sine dubio alimenta illis debentur.*

4 *Alimenta, dum nepotibus relinquuntur, non extantibus fratribus, qualiter ista verba non extãtibus fratribus sint interpretanda.*

5 *Verba non extantibus, & similia, qualiter veniãt interpretanda.*

6 *Substitutiones, quando expirent.*

7 *Verba illa, non extantibus, vel deficientibus, quãdo non sunt coarctata ad certum tempus, sed indefinitè prolata.*

8 *Tunc non verificantur in sola existentia, nec continent solam vulgarem, sed etiam fideicommissariam.*

9 *Verba in infinitum, vtiq; continent tractum successiuum temporis.*

10 *Substitutio quando fuit facta in infinitum, tunc continet non solum vulgarem, sed etiam fideicommissariam & nu.1.*

11 *Et ista opinio nemine discrepante passim admittitur.*

13 *Testamenti contextus perpendi debet, an testator voluerit, vt legatum alimentorum extingueresur cum persona, necne. & nu 14. amplia num. 15.*

16 *Verba in dubio præsumuntur stare demonstratiuè.*

17 *Testator, si reliquerit alimenta primogenito alicuius, sufficit vt illa petens sit talis, licet in effectu non sit hæres primogenitus.*

18 *Alimenta, si alicui sub conditione fuerint relicta, ad hoc, vt illa consequi possit, debet doceri de purificatione dictæ conditionis.*

DECISIO DXCIII.

FRANCISCVS Senior de Iacobillis, institutis in testamento duabus primogenituris in diuersis bonis suæ hæreditatis, grauauit primogenitum, vt alijs filijs solueret legatum annuum scutorum ducentorum pro quolibet, necnon præstaret alimenta in eius domo, deinde subiunxit; Quod intelligi, & sortiri voluit in fratribus carnalibus hæredum primogenitorum, & illis non existentibus in filiis ipsorum in stirpem, ac omnibus coniunctim dicta scuta ducenta, quæ forma seu dispositio seruari & locum habere debeat etiam in aliis successoribus in infinitum. Post mortem Iulii senioris, filii testatoris, primogenitura deuoluta est ad Gregorium ex Ascanio filio præmortuo, Iulii nepotem, & ita fuit iudicatum in Rota coram bo.mem. Litta, * qui Gregorius soluit alimenta, & legatum prædictum Laurentio, & alijs filijs Iulij, & mortuo Laurentio, Iulius iunior, & fratres eius filij, moto iudicio contra eundem Gregorium primogenitum pro eisdem alimentis, & legato, sententiam in Rota fauorabilem reportarunt, quam Domini hodie in gradu appellationis confirmandam censuerunt. Quia contra validitatem nihil opponebatur, & de iustitia constat ex pluribus decisionibus in prima instantia factis coram R.P.D. meo Pirouano, * quibus non obstare existimarunt, plura in contrarium adducta; Et primo quod testator videtur restrinxisse suam dispositionem ad fratres carnales primogenitorum, & ijs non existentibus, ad ipsorum filios; vnde cum fratres extiterint, & consecuti fuerint alimenta, videlicet Laurentius, & fratres Ascanij primogeniti, in cuius præmortui locum successit Gregorius, vt dictum est, videatur satisfactum dispositioni testatoris, neque ea sit vlterius extendenda ad filios Laurentij;
1 sed onus eos alimentandi, remaneat † ipsorum patri non autem spectet ad patruum, vel patrui filium. *Cordub in l si quis à liberis §. item rescripsit. nu. 109. & 126. ff. de lib. agnosc* Quia respondebatur in con-
2 trarium stare voluntatem testatoris in hoc casu, † cũ voluerit alimenta deberi fratrum filijs, fratribus nõ existentibus, vnde cum fratres non existant, bene-
3 ficium alimentorum transit † in nepotes, ex benè deductis, in dicta decisione vers. Quia verba &c.

Neque obstat quod interpretatio data ad illa verba, *Non extantibus fratribus*, vt intelligatur quan-
4 docunque fratres non existant, non autem † tantùm tempore purificatæ conditionis, itaut contineant onus successiuum alimentorum ad fauorem filiorum ex istis fratribus, quamuis semel fratres extiterint, & fuerint alimentati, & sic non solum per viã vulgaris substitutionis, sed etiam per fideicommissum, *iuxta cons. Calcan. 103. Peregr. de fideicom. art. 29. cum alijs in decisione*, quod inquam dicta interpretatio non videatur posse subsistere, quasi dicta verba
5 † *non extantibus*, vel similia restringi debeant ad tempus purificatæ conditionis; quando intrat primogenitus, qui tunc, si non existunt fratres, teneatur
6 dare alimenta, † substitutio videatur expirasse, vt in terminis contra Calcaneum consuluit *Soccin. Iun. cons. 180. ferè per tot. lib. 2. alios cumularunt infor-mantes*, quia fuit responsum, immo veriorem esse opinionem contrariam, saltem quando illa verba
7 † non extantibus, vel deficientibus, non sunt coarctata ad certum tempus, sed indeterminatè, & indefinitè prolata, vt hic, tunc enim non verificantur in
8 sola existentia, nec continent solam vulgarem, † sed etiam fideicommissariam, vt præter Doct. in decisione allegatos, senserunt *Socc. in l. solemus nu. 2. & 6. ff. de cond. & demonstr.* vbi dicit, se ita consuluisse *Alex. cons. 101. num. 13. lib. 7. Aym. cons. 878. nu. 6. vers. 2. respondetur. Menoch. cons. 1017. numer. 15. & seq.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 6. nu. 7. Gail. obseru. 136. numer. 3. lib. 2. vbi de communi Trentacinq. de subst. par. 4. cap. 7. numer. 72. Intrigliol. eod. tract. cent. 3. q. 56. num. 18. Paris. consil. 18. num. 43. lib. 2. Palez. in tract. Maior part. 2. q. 12. in fin. Sim. de Pret. de interpret. vlt. vol. lib. 3. solut. 10 fol. 268. num. 4. Crass. in §. fideicom. q. 33. num. 5. & isti plurimos alios allegant, & plerique de communi testantur*, & Rota secuta est *in Ferrarien. fideicõmissi de Rasurijs 25. Febr. 1622. coram R.P.D. meo Merlino*. Quod indubitatum redditur ex verbis sequentibus, in quibus testator continuando legatum alimentorum, voluit habere locum in alijs
9 successoribus † in infinitum, quæ vtique continent tractum temporis successiuum, *vt in Romana Casalis Palazetti 10. Iunij 1615. coram Reuerendissimo Patriarca, cum pluribus allegatis per Modern. Brixien. de subst. fideicommiss q. 382. num. 56.* quo casu certis-

10 certissimum est, † contineri non solum vulgarem, sed etiam fideicommissariam. *Rota decis.* 320. *num.* 5. *decis.* 357. *num.* 2. *&* 7. *par.* 1. *recent. & in Reatina fideicommissi* 14. *Martij* 1622. *coram me, & aliàs sæpè, & tradunt dicti Modern. d. q.* 382. *num.* 52. vbi
11 quod hoc omnes admittunt, † nemine dissentiente. Nec videtur substinere intellectus ex aduerso datus, quod d. verba referantur ad primum casum non existentiæ fratrum, quo casu primogenitus teneatur dare alimenta fratrum filijs, & hæc forma seruari de-
12 beat in alijs successoribus in infinitum, † idest retento eedem themate, vt non existentibus fratribus primogeniti; qui in infinitum fuerint successuri, teneantur dare alimenta fratrum filijs, non autem sit sensus, quod vltra fratrum filios, legatum alimentorum extendatur etiam ad nepotes, & deinceps, quia nulla ratio dicta vt prædictat verba intelligantur de primogenitis debitoribus alimentorum tantum, & eorum successoribus in infinitum, nō autem etiam
13 de legatarijs alimentorum, imo ex serie † contextus testamenti, potius videntur referen. ad legatarios, postquam enim testator dixit. *Quod intelligi & sortiri voluit in fratribus carnalibus hæredum primogenitorum, & illis non existentibus in filijs ipsorum &c.* subiunxit, *qua forma seu dispositio seruari, & locum habere debeat etiam in alijs successoribus in infinitum*, quasi non solum in fratribus,
14 † & eorum filijs, sed etiam in alijs eorum successoribus, secundum tamen formam suprà præscriptam, videlicet, in stirpes, in domo, & postquam legatarij
15 peruenerint ad ætatem viginti annorum, † quæ eo magis videntur amplecten. stante dictione, in stirpes, & alijs coniecturis consideratis in secunda decisione.

Nec obstat quod isti fratres agentes, non sint nec fratres primogeniti, nec filij fratrum primogeniti, cum sint filij Laurentij, qui fuit frater Ascanij, qui nunquam fuit primogenitus, cum decesserit ante mortem Iulij patris; Quia huic obiecto respondet prima, & secunda decisio, quod illa verba, *hæredum*
16 *primogenitorum*, stant † demonstratiuè prout in dubio præsumitur *l. fin. §. Titia ff. de liber. leg. Bart. in l. centurio num.* 39 *ff. de vulg.* & sic sufficit quod verificentur in primogenito destinato, & scripto,
17 † licet in effectu non fuerit hæres primogenitus, *iuxta cons. Bald.* 170. *in fin. lib.* 5. *Sim. de Pret. lib.* 3. *solut.* 5. *num.* 33. *fol.* 199. *alleg. in prima decisione*, quibus additur *Curt. iun. cons.* 83. *col.* 3. *vers. nec obstant illa verba. Cresc. decis.* 1. *numer.* 6. *de testam. Laderch. cons.* 3. *num.* 12. *vers.* 2. *facit, fuit dictum in Romana de Aquilanis* 18. *Iunij* 1600. *coram Corduba, & in Romana fideicommissi de Surdis* 11. *Maij* 1618. *coram me.*

Demum nec obstare visum fuit quod dispositio ad fauorem filiorum masculorum, quos superesse contigerit tam de Iulio filio testatoris, quam de Angelo eius nepote, fuerit conditionalis, videlicet, si per eorum patrem & auum respectiuè non fuerit prouisum de annuo redditu, seu cēsu scutorum 200. Ideoq;
18 † non possint filij, vel nepotes Iulij consequi dictum legatum annuum, & alimenta, nisi probauerint hāc negatiuam, quod sibi non fuerit prouisum; Quia respondebant illa verba, *si per eorum patrem, & auū* significare ipsum testatorem, vt nonnulli fatentur ex informantibus pro Gregorio, & referri ad Iulium filium, & Angelum nepotem testatoris, non autem ad Iulij, vel Angeli filios, cum certum sit, Angeli filios tempore testamenti non habuisse auum, cum Bernardinus eorum Auus esset iam mortuus; Sensus igitur est, vt si testator aliter non prouiderit cæteris filijs Iulii, & Angeli, quemadmodum fortè in animo habebat, sed morte præuentus, id non fecit, tunc primogeniti teneantur annuum legatum, & alimenta illis præstare, quod autem testator non prouiderit, satis apparet, ex quo idem Gregorius primogenitus præstitit legatum, & alimenta Laurentio patri tunc agentium, & eius fratribus, quod non fecisset, si fuisset à testatore aliter ei, & fratribus prouisum. Et ita fuit decisum, &c.

☞ *Idest sub die* 18. *Aprilis* 1599. *decisio ista erit infra in Appendice aliasque decisiones in altera instantia emanatas coram bo. mem. Pirouano annotaui supra in hoc Tomo ad decisionem* 505. *quæ est in eadem causa.*

R. P. D. PIROVANO.

Recanaten. separationis Thori.

Mercurij 26. *Februar.* 1625.

ARGVMENTVM.

Maritus, quando pro restitutione dotis conuenitur, non potest carcerari, cum habeat priuilegium, ne teneatur vltra quam facere possit, & quid si se obligauerit in forma Cameræ ad eam restituendam, item quid si maritus in legem matrimonij commiserit.

SVMMARIVM.

1 *Maritus pro restitutione dotis, non tenetur vltra quam facere potest.*
2 *Maritus cum in restituenda dote, non teneatur vltra quam facere potest, effectus huius priuilegij est, ne pro hoc possit carcerari.*
3 *Maritus, in restitutione dotis non gaudet priuilegio ne teneatur vltra quam facere potest, si se ad eam restituendam obligauit in forma Cameræ.*
4 *Obligatio Cameralis cōtinet in se amplissimas clausulas renunciationum, & signanter omni legum, & iuris auxilio.*
5 *Clausula, renuncians omni legum, & iuris auxilio, sufficit ad tollendum priuilegium, ne quis conueniatur vltra quam facere potest. vide nu.* 6.
7 *Priuilegium, ne quis condemnetur vltra quam facere potest, non destruitur per clausulam, renūcians omni legum auxilio, quando competit ratione reuerentiæ.*
8 *Pactum, quod maritus conueniatur vltra quam facere possit, non tenet, cum sit contra bonos mores.*
9 *Vxores tenentur maritis exhibere debitam reuerētiam.*
10 *Renunciatio non tenet, quando in ea inest turpitudo,*
11 *Actus, quando tendit contra bonos mores tunc iuramento non firmatur.*
12 *Iuramentum non mutat naturam contractus, nec auget obligationem sed addit vinculum religionis.*
Quæ postquam est in esse deducta, propter iuris resistentiam, non etiam potest ex religione vinculari. & nu. 12.

13 Mari-

13 *Maritus, si in legem matrimonij commiserit, factus est, indignus priuilegio l. maritum ff. solut. matr. contra num.* 14 *&* 15.
15 *Renunciatio contra bonos mores, si nec directè, & expressè teneat, ergo multo minus tacitè.*
16 *Renunciatio, vt teneat, videndum est, an adsit potestas in renunciantem.*
17 *per Thori separationem non soluitur vinculũ coniugale. Et propterea semper remanet spes ad eumdem thorum reuertendi, quatenus morum reformatio concurrat.nu.* 18.
19 *Bertazzol. in cons. crimin.* 551. *per tot. reijcitur.*
20 *Mariti ingratitudo ab ipsa seuitia, in quo differat.*

DECISIO DXCIV.

ANTONIVS, post passam super omnibus bonis exequutionem, pro restitutione dotis, & quarti eiusdem, fuit vlterius carceratus pro exequutione mandatorum Rotalium, postea relaxatus in honorem feriarum Natiuitatis, cum cautione de redeundo ad carceres in termino præfixo; interim autem cæpit prætendere se non teneri redire, ex eo quod conueniri non potest vltra quàm facere possit; vndè, cum particulariter dubitatum esset, an teneatur solum in quantum facere potest, itaut non possit carcerari, dictum fuit non teneri.

Fundamentum resolutionis deductum fuit *ex l.*
1 *maritum ff. sol. matr.* in † qua cauetur maritum pro
restitutione dotis non teneri vltra quàm facere po-
2 test, cuius † priuilegij, effectus est ne carcerari possit
pro eadem dotis restitutione *Bald. in l. liber captus, C. de post. lim. reuers. Franc. Aretin. in l. alia §. eleganter, num.* 1. *ff. solut. matr. Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. *vers. fit tandem. Thes. decis.* 119. *nu.* 2. *Franc. decis.* 164. *num.* 2. *Brun. de cess. bon. quæst.* 33. 4. *quæst. princip.*

Neque obstat, quod Antonius pro restitutione
3 dotis, † & quarti dotalis cum iuramento, & secundũ
formam obligationis cameralis se obligauerit, in qua
4 † continentur clausulæ amplissimæ renunciationum,
& signanter omni legum, & iuris auxilio, quam suf-
ficere ad tollendum priuilegium ne quis conuenia-
5 tur † vltra quam facere potest, tenuit Rota ex mul-
torum sententia in *Brundisina pecuniaria, quæ est decisio* 485. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*

Quia cum distinctione fuit responsum, quod, aut
priuilegium prædictum, competit renunciati ratio-
6 ne contractus, † vel societatis, & in his terminis
procedunt allegata in supradicta decisione, aut pri-
7 uilegium competit ratione reuerẽtiæ personæ † pro-
ut in præsenti, & tunc renunciatio, defectu potesta-
tis renunciantis, non tenet *l. alia §. eleganter, ff. sol.*
8 *matr.* vbi expresse cauetur pactum non † tenere,
quod maritus conueniatur vltra quàm facere potest
quia est contra bonos mores, quippè, cum contra
9 receptam reuerentiam, quæ † maritis exhibenda
est, id esse appareat, & hanc partem sequuntur latis-
simè *Alex. in d. §. eleganter, Roman. Aretin. Comen.*
10 dicentes nõ tenere † renunciationem eo quod inest
turpitudo, & alij alleg per *Laderch. cons.* 30. *nu.* 9. *Franc. decis.* 164 *num.* 14. affirmans veriorem esse opinionem *Couar. in cap. quamuis pactum, num.* 6. *de pact. Barbos. in l. Maritum, num* 27. *vers. prima ampliatio, ff. sol. matr. Mastrill. decis.* 93. *num.* 3. *Gomez. de potest. in se ipsum, lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 2. *Paschal. de virib. patr. potest. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 26. *Fontanell. de pact. nuptial. par.* 2. *glos.* 3. *claus.* 7. *part.* 11. *num.* 54. *& seq.* omnes affirmantes non tenere, etiã
11 si adhibitum fuerit iuramentum, quia vbi actus † tẽ-
dit contra bonos mores, tunc iuramento non firma-
tur, & *Franc. decis.* 181. *num.* 13. dicit iuramentum
12 non mutare naturam contractus, nec augere † obli-
gationem, sed addere vinculum religionis, quæ, post-
quam est in esse deducta, propter iuris resistentiam, non etiam potest ex religione vinculari, & allegata *decisio* 485. *num.* 2. *in fin.* conuenit in hac distinctione, ibi, *renunciari potest, si non sit inductum ratione reuerentiæ.*

Quod si dicatur nihilominus *d. priuil. l. Maritum,*
13 *ff. sol. matr.* Antonium iuuari † non posse, ex quo
per sæuitiam, & ingratitudinem, iam ex sententijs Rotalibus declaratam in legem matrimonij, factus sit indignus legis auxilio, *l. si ab hostibus, §. si vir vxorem, ff. sol matr. Bald. in l. adhuc, num.* 21. *C. de iur. dot. Anchar. cons.* 408. *in princ. Lopez. in rubr. de donat. inter virum, & vxorem, §.* 64. *numer.* 12. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 36. *num.* 13 *& tit.* 7. *q.* 25. *nu.* 1. *&* 2. *Bertaz. in cons. crimin. cons.* 551. *per tot.* qui in his terminis respondit.

14 Adhuc visum fuit obiectum posse euitari, † sequẽ-
do rationes contrariæ opinionis, quam defendunt *glos. in cap.* 1. *in verb. totam, de donat. inter vir. & vxor. Barbos. post multos in d. l Maritum, num.* 43.
15 *& seq sol. matr.* Directè enim, † & expressè non
tener huiusmodi renunciatio, tanquam contra bonos mores; ergo nec tacitè delinquendo in legem id videtur licere, prout arguunt *Barbos. vbi supra, & Franc decis.* 164. *num.* 3. quia semper deficit pote-
16 stas † in renunciante, quę ad effectum renunciatio-
nis, siue expressæ, siue tacitæ, semper requiritur, nec cessat suppositum reuerentiæ maritalis *in §. eleganter pro ratione consideratum*, quia, per separa-
17 tionem thori, non soluitur † vinculum coniugale
cap. 1. *de diuort. vbi Hostien. sub num.* 1. idem aduer-
tit vt propterea semper remaneat spes ad eumdem
18 thorum reuertendi, quatenus † morum reforma-
tio concurrat; atque ita durat illud ius reuerentiale, per quod tale priuilegium à iure legitur indultum; nec vrgent rationes *Bertaz. d. cons.* 551. quia rationibus, & auctoritati *glos. in d. cap.* 1. *de donat. inter vir. & vxor.* magis inhærendum est, maximè, quia adducta per Bertaz. non tangunt punctum impotentiæ renunciantis, & quatenus ille arguit ab ingratitudine, vt per eam priuilegia amittantur, in hoc etiã
19 erit aduertendum, multum † differre ingratitudinẽ
ab ipsa sæuitia, saltem ratione iuris, & effectus, quia ingratitudo perficitur ex ipso actu, & ex consumatione sequitur effectus pœnæ indictæ, ita vt non sit locus pœnitentiæ ad illam euitandam; sæuitia autem subiacet pœnitentiæ, & reuersioni ad eumdem thorum, in qua priuilegium potest conseruari.

Et ita, &c.

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Casalis.

Mercurij 26. *Februarij* 1625.

ARGVMENTVM.

Contra tertium possessorem agi nequit via executiua, quodque procedit etiam stante obligatione Camerali

rali principalis debitoris, quæ conclusio fortius intrat stante inhibitione iuxta cautelam Bald in l. ob maritorum num. 4 C. ne vxor pro marit. In fraudem paratæ executionis, quando aliqua assignatio dicatur facta; Item probata dicta fraude qualiter sit agẽdum.

SVMMARIVM.

1 *Executiua via non potest agi contra tertium possessorem.*

2 *Executiuè non agitur contra tertium possessorem, etiamsi adsit obligatio Cameralis principalis debitoris.*

3 *Executiuè tunc multo minus potest agi contra tertium possessorem, stante super hoc inhibitione mandatorum.*

4 *Possessio probari potest ex clausula constituti.*

5 *Vxor potest tueri suam possessionem, quo ad bona dotalia in bonis mariti.*

6 *Possessio probatur ex pluribus locationibus, ac fructuum perceptionibus.*

7 *in Fraudem creditorum, ea, quæ fiunt non sunt attendenda.*

8 *in Executionis paratæ fraudem, vt dicatur aliquid gestum, quid requiratur.*

9 *Creditores, si prætendant aliquid gestum esse in eorum fraudem, debent prius agere actione reuocatoria, & deinde via executiua, & quomodo.*

DECISIO DXCV.

CVM Creditores Ioannis, & Tiberij de Molaria obtinuissent in vim obligationis Cameralis relaxari ab A. C. plura, ac diuersa mandata, illaquè prætenderent facere exequi super Casali, de quo nũc agitur, quem D. Laudomia Biscia sub die 14. Septẽbris 1620. tam vigore clausulæ constituti appositæ in Instrumento dotali quam alias omni meliori modo declarauit se velle retinere ratione suæ dotis propter vergentiam Tiberij mariti ad inopiam cęperũt primo agere contra illam ex capite Iuris offerendi, quod dicebant ipsis competere, deindè hac via ommissa adierunt signaturam Sanctissimi, pro subhastatione d. Casalis, & obtinuerunt committi Auditori Cameræ vt seruata certa forma procederet ad dictã subhastationem, quam nec etiam prosequuti denuò institerunt pro executione dictorum mandatorum, & Fuluius Siluestrius Procurator creditorum sub quadam citatione facta D. Laudomię ad recipiendum suam dotem, aliàs mandari deponi, nec non mandari exequi d. mandata non obstante inhibitione dotali decretum de exequẽdo obtinuit, à quo cum pro parte D. Laudomiæ fuisset appellatum, & causa appellationis mihi esset in Rota commissa, illaque pendente progrederetur in executione mandatorum super fructibus dicti Casalis, dedi dubium an mandata de exequendo, & consignando vna cum omnibus inde secutis essent reuocanda, quo dubio bis proposito, absque tamen vlla resolutione propter dilationem petitam à creditoribus hodie tertia vice illud reproposui, & Domini in maximam dd. creditorum contumaciam responderunt pro D. Laudomia informante, nempè dicta mandata esse reuocanda ea potissimum 1 † ratione moti, quod contra illam cũ esset tertia possidens non posset agi via executiua, etiam 2 † stante obligatione Camerali debitoris principalis *Alex in l. à Diuo Pio §. si super rebus n. 28. vers. & pro hoc ff. de re iudic. Gallef. de obligat. Camer. 2. p. q. 2. num. 3 Rota decis. 22. num. 1. & decis. 330. numer. 2. coram fel. record. Greg. XV. cum alijs allegatis in Romana Vineæ 20. Nouembris 1617. coram me.*

3 Et hoc eo magis procedere videbatur stante inhibitione mandatorum † obtinuerat ad se magis tutam reddendam aduersus creditores ne super dicto Casali molestaretur, quod tradit pro cautela *Bald. in l. ob maritorum num. 4. & seq. C. ne vxor pro mar. Angel. in l. à Diuo Pio §. si super rebus num. 1. & ibidem Castren. num. 2. ff. de re iud. cum alijs adductis in d. decis. 22. nu. 2. coram Sanctiss.*

4 Quod autem D. Laudomia possideret d. Casale probatur nedum ex clausula † constituti apposita in Instrumento dotali, ac postea repetita etiam in assignatione Casalis eidem facta pro satisfactione suæ dotis per Tiberium maritum, & Ioannem fratres, cũ 5 qua potuit, & potest † Vxor tueri suam possessionẽ in bonis mariti iuxta textum vulgatum *in l. quod meo vbi Bart. & communiter DD. ff. de acquir. possess. Afflict. decis. 139. num. 9. Osasch. decis. 133. num. 7. Rota decis. 520. num. 2. in fin. par. 2. recent.* verum 6 etiam ex pluribus † locationibus, ac fructuum perceptionibus per ipsam factis, quæ dantur in Summ. num. 7. ex quibus bene probatur possessio *Socin. cons. 187. num. 16. vers. confirmantur præmissa lib. 2. Menoch. cons. 336. num. 13. lib. 4. & de retinenda remed. 3. num. 564. 565. & num. 573.*

7 Non obstat si dicatur huiusmodi assignationem fuisse factam † in fraudem paratæ executionis, & creditorum dictorum de molaria, quia fuit responsum, quod vbicumque non apparet facta assignatio post 8 relaxata mandata † non potest dici, quod sit facta in fraudem paratæ executionis, *vt fuit latè firmatum in Veneta donationis 7. Nouembris 1616. coram D. meo Buratto,* & proinde Creditores debent prius agere actione reuocatoria contra D. Laudomiam, & postmodum via executiua tanquam contra bona suorũ debitorum iuxtà notata *per Bart. in d. l. à Diuo Pio §. si super rebus num. 7. vers. Ego dico, & ibi Castr. & Ias. quos refert, & sequitur* Rot. *decis. 764. ad fin. part. 2. recent. & fuit dictum in Romana Vineæ coram me superius allegata.*

Non obstat, quod etiam dicatur pro parte creditorum in memoriali dato in vltima propositione causæ, quod istud Casale non spectabat in totum ad Tiberium maritum, & ideo Laudomiæ competat solummodo retentio pro parte illum tangente, quia pro responsione sciendum est in facto Laudomiam nupsisse Tiberio cum dote scutorum 16006. quorũ scuta 3500. fuerunt exbursata in pecunia numerata; & per Tiberium assecurata super omnibus suis bonis, residuum verò assignatum in tot locis montium, quæ deberent stare pro fundo dotali ex quibus cum fuerint postea soluta scuta 4500. pro debitis Cæsaris Molariæ patrui, & Patroni Cæsaris cui ab intestato successerunt æqualiter Ioannes, & Tiberius Item 3780. pro restitutione dotis, & quarti dotalis Iuliæ vxoris eiusdem Cæsaris, pro quibus fuerunt cessa eidem D. Laudomiæ iura pro portione, quam Iulia habebat in d. Casali, necnon alia scuta 4000. inuestita in Domo communi Ioannis, & Tiberij, quæ postea fuit per Laudomiam retrouendita, & idem pariter assignata tanta portio super d. Casali sequitur quod tota ferè dos demptis scutis 3500. fuerit implicata super Casali & consequenter mandata relaxata-

xata ad fauorem creditorum non posse sustineri, nec etiam quoad portionem Ioannis, in qua nititur hipotheca, quam habet D. Laudomia pro d. sua dote.

Et ita fuit resolutum vna tantum parte informante, &c.

R. P. D. VBALDO.

Cesenaten. Bonorum.

Lunæ 3. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Notarij in Italia numerare annum incipiunt à die 25. Decembris non autem 1. Ianuarij. De fide instrumenti, quando dubitetur, ita vt verisimiliter arguẽdum veniat tamquam falsum. Administrator non potest sine speciali mandato præiudicare Domino.

SVMMARIVM.

1 *Notarij in Italia incipiunt annum à die Natiuitatis Domini sub die 25. Decembris, non autem à die 1. Ianuarij.*
2 *Anni denumeratio à Christi Natiuitate est intelligenda, vt anni currentis non dum finiti signum existat.*
3 *Instrumentum continens inuerisimilia non caret suspicione falsitatis.*
4 *Clausulæ insolitæ arguunt falsitatem instrumenti.*
5 *Constitutum, quando non attendatur,*
6 *Instrumenti falsitas, ex quibus arguatur.*
7 *Possessio prior est manutenenda, nisi doceatur de interruptione possessionis.*
8 *Possessionis continuatio non datur, non possidenti.*
9 *Possidere non possunt duo insolidum eamdem rem.*
10 *Administrator non potest præiudicare Domino sine speciali mandato.*
11 *Administratores non sibi, sed Domino possident.*
12 *Possessionem, si quis fateatur dimisisse, & de facto fuisse spoliatum, hoc casu illa qualitas sine facto reijcitur.*

DECISIO DXCVI.

DOMINI dixerunt standum esse in decisis, & sic mandatum de manutenendo concessum, locis pijs non esse reuocandum, *prout fuerat decisũ die 16. Decembris 1622.* * ex rationibus in *dicta decisione, & in alia 21. Februarij eiusdem anni, coram me firmatis*, & licet exaduerso prætenderetur, ab ijs esse recedendum ex instrumento concordiæ nouiter producto, & quod dicitur stipulatum inter pates die 28. Decembris 1620. tamen illud nõ obstare Domini censuerunt. Nam in primis nonnulli ex Dominis valde dubitabant de fide istius instrumenti, quod habet datam prædictam 28. Decẽbris 1620. à Natiuitate, vt in summario locorum piorum nu. 3. licet illud verbum (à Natiuitate) omittatur in summario Dandini, & sic apparet instrumentum esse rogatum in fine anni 1619. cum Nota-
1 rij † in Italia incipiãt annum à Die Natiuitatis Domini sub die 25. Decembris non autem à die prima Ianuarij, vt per *Rot. decis. 17. de iudic. in antiq. & 3. eod. tit. in nou.* & conferunt notata per *Io. de Grass. in tract. de substit. procur. super vers. anno à Natiuitate Domini num. 2.* licet *Couar lib. 1. variar resolut. cap. 12. num. 1. in fin.* dicat istam anni † denu-
2 merationem à Christi Natiuitate ita esse intelligendam, vt anni currentis nõdum finiti signum existat; sed hic concurrit etiam, quod instrumentum dicitur celebratum anno decimo quinto Pauli V. qui currebat anno Domini 1616. non autem anno 1620. de mense Decembris, tunc enim currebat annus decimus sextus inceptus die 17. Maii eiusdem anni 1620. vnde cum in isto instrumento recedatur ab alio celebrato die 17. Februarii 1620. & tamen si anterius ex prædictis, meritò non caret suspicione, quam augere videbantur multa considerata per In-
3 formantes pro locis pijs, vt quia instrumentum cõtinet verisimilia; *Menoch. præsumpt. 20. num. 12. & seqq. lib. 5. Rota in Perusina pecuniaria coram Reuerendiss. Patriarcha, quæ est decis. 366. numer. 6. post 2. vol. cons. Farin. qui idem tradit de falsit. & simulat. quæst. 153 num. 176. & seqq.* Non enim videtur verisimile, quod post relaxationem possessionis factam a Dandino, & apprehensionem possessionis locorum piorum vigore primi instrumenti, prout firmatur in decisionibus in causa factis, fuerit de nouo deuentum ad nouum compromissum, & nouam concordiam locis piis præiudicialem, absque probabili causa, & tanto minus cum in ea prætensi agentes locorum piorum consentiant, vt Dandinus continuet suam veterem possessionem certorum bonorum, & tamen ex decisionibus constat, quod ipse dimiserat eorum possessionem, & loca pia ex ijs
4 fructus perceperant, quibus accedunt clausulæ insolitæ. *Menoch. vbi supra numer 20. Rot. decis. 68. num. 3. & d. decis. 366. num. 8. post 2. vol. cons. Farin.* dum Dandinus constituit se possidere ad sui fauorem bona hæreditaria, neque adest Constitutum locorũ
5 piorum † ad eius fauorem, quæ visa est noua practica, & contra *l. quod meo cum ibi notat. ff. de acquir.*
6 *possess.* & demum quia omnes prædicti agentes, † testes instrumentarij, & Notarius sunt mortui, & hucusque in tot causæ propositionibus nulla est facta productio, nec mentio de d. instrumento iuxta ea, quæ habentur per *Farin. d. quæst. 153. num. 179. & 182. Rot. d. decis. 366. num. 9. Menoch. d. præsumpt. 20. num. 39. & d. decis. 68. num. 7.* Sed data etiam veritate dictæ secundæ concordiæ, adhuc Domini putabant non posse dari manutentionem Dandino, & sic
7 standum esse in decisis, quia cum constet † de anteriori possessione locorum piorum, & noua Dandini apprehensione, alias prior possessio est manutenibilis *Bart. in l. si duo num. 9 ff. vti possid. Rot. dec 363. num. 4. par. 1. diuers.* Nec obstat quod in dicto instrumento Administratores permiserint, Dandinum cõtinuare suam possessionem. Quia respondebatur in
8 primis, non dari † continuationem non possidenti; vnde si loca pia possidebant, vt fuit firmatum, inane est pactum de continuanda possessione Dandini, cum
9 † duo insolidum possidere non possint *l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. possess.* præterea stante dicta possessione locorum piorum sequitur, vt prædicti Ad-
10 ministratores † non possint cedere possessionem Dandino sine speciali mandato, de quo non constat,
11 cum non sibi, † sed locis piis possiderent, *l. vlt. C. de acquir. possess. Bart. in l. quod meo num 9 ff. de acquir possess. Alex. in l. qui vniuersas §. quod per colonum num 2. eod. tit.* & fuit firmatum in vltima decisione in fin.

Vltimo ex alio cessare videtur difficultas, quia Dandinus in vltimo instrumento dicit, se fuisse grauatum

12 natum † dimittere possessionem, & de facto fuisse spoliatum de tota hæreditate suæ vxoris, & sic fatetur, se non possidere, & loca pia possidere, & reijcitur illa qualitas de facto *Rot. decis. 802. num. 3. & seqq. par. 1. diuers.* & sæpissimè fuit resolutum.

Neque obstant testes, qui deponunt Dandinum possedisse, quia vel sunt intelligendi ante dimissionem, vel standum est testibus locorum piorum ex rationibus consideratis in vltima decisione.

Ex quibus Domini permanserunt in decisis.

Decisiones istæ in hac causa emanatæ sub diebus 21. Februarij 1622. & 16. Decembris eiusdem anni coram eodem bon. mem. Vbaldo habentur apud Posth. post tractat. mandat. de manutenend. decisiones. 162. & 170.

REVERENDISS. MANZANEDO

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Medietatis Domus.

Mercurij 5. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Dominij probatio debet esse concludens, quando agitur rei vendicatione, itaque sat non erit instrumẽtum concessionis, quodque tamen intellige regulariter, ideoque fallit, quando cum ipso instrumẽto concurrunt plura adminicula illud corroborantia, & quæ sint ista adminicula non nulla ex eis hic adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutioni sine dubio dicitur factus locus quando linea est finita.*
2 *Dominium ad deuolutionis effectum non probatur ex instrumento inuestituræ.*
3 *Dominium etiam ad effectum deuolutionis probatur ex instrumento inuestituræ concurrentibus adminiculis.*
4 *Prout sunt antiquitas temporis, solutio Canonum, confessio, instrumentum concessionis, & similia.*
5 *Antiquitas temporis deseruit pro adminiculo ad probationem dominij.*
6 *Canonis solutio facta iuxta formam concessionis, maximè, quando fuit facta per longum tempus deseruit pro adminiculo ad probandum dominiũ. & num. 7. & 11.*
8 *Dominij plena probatio resultat ex propria confessione aduersarij.*
9 *Instrumentum dicitur quis approbasse, cum omnibus in eo contentis, si eo sit vsus.*
ex Productione instrumenti dicitur illud à producente approbatum. & num. 9.
10 *Actus præsumitur gestus ex titulo præambulo.*
12 *Erronea ea, quæ sunt , non veniunt attendenda.*

DECISIO DXCVII.

DVBITAVI An per lineam finitam q. Augustini Piscinæ esset deuoluta Domus, de qua agitur ad Monasterium, seu Moniales S. Annæ, & DD. Informante tantum parte Monasterij, altera vero sæpius citata, & intimata informante recusare affirmatiuè in emphiteusim factę per Monasterium de anno 1534. vsque ad tertiam generationẽ Augustini expressè legitur pactum, quod finita dicta tertia generatione domus debeat reuerti ad Monasterium, quo stante, & dicta linea finita, est
1 factus locus sine dubio † deuolutioni, quia licet dominiũ directum Monasterij, quod venit necessario ad hunc effectum probandũ regulariter ex In-
2 strumento inuestituræ non † probetur, tamen id procederet contra hæredes Ioannis Dominici Piscinæ nepotis si ipsi contradicerent, sed cum ipsi acquieuerint, & lis contra Rectorem Sanctæ Ceciliæ habentem super domo responsionem sex du-
3 catorum, de Carolenis videtur cessare, & † nihilominus dicta regula fallit quoties concurrunt adminicula *iuxta not. per Bart. in l. ad probationem C. locati, & l. officium nu. 2. de rei vendic.* Dec. *cons. 146. n. 14. Surd. decis. 10. n. 14. Valasc. de iur. emphit. quæst. 9. num. 16. cum adductis in decis. 193. num. 1. par. 1. recent. in qua aliæ decisiones referuntur.*

In casu autem præsenti plura concurrunt adminicula, ex quibus resultat d. directi dominij pro-
4 batio, † nempe antiquitas temporis, solutio Canonum, confessio recipientis, & ipsiusmet Rectoris Sanctæ Ceciliæ, qui interuenit, instrumentum concessionis quæ bene omnia ponderantur ad hunc effectum *in dicta decis. 193. num. 2. par. 2. recent.* &
5 in specie de antiquitate † temporis, quod ex ea etiam desumatur adminiculum ad probationem dicti dominij, notat *Soccin. in cons. 187. num. 5. & seqq. lib. 2. Ruin. cons. 14. num. 9. lib. 4.*
6 Prout idem † operari solutionem Canonis factã iuxta formam concessionis vt *text. in cap. cum olim*
7 *de censib. Alex. cons. 8. num. 1. lib. 3.* maximè † cum fuerit facta per longum tempus *Valasc. loco supra citato quæst. 9. num. 17. in fine, & fuit dictum in vna Lauden. deuolutionis 13. Martij 1595. coram bon. mem. D. Corduba, & in Romana deuolutionis domus coram me 3. Aprilis 1623.*

Et quod super hoc tollit omne dubium est confessio iurata eiusdem Rectoris, quod scilicet dicta Domus deberet reuerti ad Moniales directas dominas cum onere soluendi responsionem dd. sex ducatorum de Carolenis seu statutorum quatuor cum dimidio eidem Rectori, & successoribus ex
8 qua † confessione resultat plena dominij probatio contra illum, & illius successores *Bart. in l. si cum falsa num. 4. & 7. C. de iur. & fact. ignor. Guidopap. decis. 272. num. 3. Surd. dicta decis. 10. num. 12. Rota d. decis. 193. num. 2. ad fin. par. 2. recent. & in allegata Romana Deuolutionis domus coram me.*

Accedente vlterius possessione capta per modernum Rectorem nunc Aduersarij vigore instrumẽti supradictæ concessionis factæ ab eisdem Moniali-
9 bus, ex quo sequitur omnia in eo † contenta fuisse per Rectorem approbata iuncta præsertim illius productione, ac intercessione instrumenti captæ possessionis *ad text. in cap. cum olim de censib. cap. venerabilis, & ibi DD. & præcipuè Dec. num. 22. de excipien. Aym. cons. 201. Surd. cons. 151. num. 16. Rotæ decis. 238. nu. 5. coram fel. rec. Gregor. XV. vbi adden. notat. alias decisiones.*

Non obstat quod Rector vna cum Monialibus acceperit possessionem dictæ domus per lineam finitam Augustini, quia ista possessio capta fuit pro Monasterio, & de domo ad Monasterium deuoluta, & præsertim d. Rectoris stante titulo præambulo.

10 bulo debet intelligi † pro suo iure, & interesse ra-
tione dictæ responsionis eidem vt supra debitæ, nõ
autem ratione directi dominij, quod ex confessio-
11 ne eiusdem Rectoris, & ex alijs † superius dedu-
ctis spectat ad Moniales Sanctæ Annæ *iuxta text. in
l. 2. C. de acq. poss. gloss. fin. in l. quædam mulier ff. de
rei vendic. Bero. cons. 6. num. 6. lib. 1. Menoch. cons.
314. num. 10. Rota decis. 160. num. 5. & decis. 615. n. 3.
par. 2. rec.*

Minus obstat enunciatiua quod Domus fuerit
deuoluta pro medietate Monasterio, & pro alia
medietate Rectori S. Ceciliæ, de qua in instrumen-
to locationis factæ 24. Septembris 1602. quia ex
instrumento Inuestituræ possessionis quæ datur in
12 summario num. 1. & 2. detegitur erronea † cum ex
illis constet domum spectare & fuisse deuolutam
ad Monasterium S. Annæ.

Ex quibus ita fuit decisum &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Regien. Pensionis.

Mercurij 5. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Pensionis translatio non dicitur continere nouum
onus, seu prorogationem seruitutis, sed continua-
tur ius antiquum. Gratiarum multiplicatio an pos-
sit mutare mentem Principis circa aliarum gratia-
rum concessionem, vel saltem eundem difficilius
reddere circa d. concessionem. Subreptionis vi-
tium vt euitetur, quid nam sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *de Pensionis translatione quando agitur, an tra-
ctetur de proroganda seruitute beneficij.*
2 *Gratiarum multiplicatio non debet mutare men-
tem Principis ad non concedendum nouam gra-
tiam, vel difficilius ad indulgendum.*
3 *Subreptionis materia super quo fundari non possit.*
4 *Subreptionis vitium vt euitetur, sufficit cogitatio
Principis in genere.*
5 *ad Subreptionem euitandam sufficiens est virtualis
expressio. & num. 6.*
7 *Subreptio non causatur ex multiplicatione gratia-
rum.*
8 *Papa ex quibus reddatur difficilis in concedenda
gratia translationis pensionis.*
9 *Pensionum translationes non continent nouũ onus,
aut seruitutem.*
10 *Lex habet oculos retro, & non ante.*

DECISIO DXCVIII.

TERTIO causa posita dictum fuit standum
esse in decisis 22. Nouembris, & 17. Iunij
1624. quia obiecta proposita translationi factæ per
bon. mem. Cardinalem Tuscum duc. 200. ad fauorẽ
D. Dominici Tusci vsque de mense Septembris
verè non obstant.

Nam cum obiecta deducantur ex facultate
transferendi concessa per Sanctæ mem. Paulum
Quintum de anno 1614. mense Nouembris in qua
non fuit facta mentio facultatis eidem Cardinali
Tusco concessæ de anno 1608. 28. Decembris trãs-
ferendi residuum fructuum eiusdem Præpositturæ
vsque ad summam scut. 300. neque etiam fuit facta
mentio de alia facultate transferendi ab eodem
Papa Paulo V. concessa anno 1614. mense Ianua-
rij Bartolomeo Tusco de dicta pensione duc. 200.
de Camera, dicebatur non fuisse necessariam neque
primam neque secundam expressionem, dum non
agitur de nouo grauamine imponendo Ecclesiæ sed
de antiquo continuando, & quidem non continua-
1 tione † indubitata, sed euentuali, per quam di-
ci non potest tractari de proroganda seruitute Ec-
clesiæ, prout articulo discusso firmatum fuit in
hac eadem causa 9. Februarij 1624. Et quamuis
plures sint gratiæ, attamen multiplicatio gratiarũ
2 † non debet mutare mentem Principis ad non cõ-
ceden. nouam gratiam vel ad difficilius indulgen.
postquam nititur sola ratione non prædicij aut
noui oneris Ecclesiæ, in qua fundari non potest
3 † materia subreptionis *Cassad. decis. 10. num. 1. de
præben. Caputaq. decis. 224. par. 3. & decis. 108. nu. 6.
coram* Papa *Greg. XV.*

Cæterum obiecta magis perpendendo visum fuit
ea non obstare validitati translationis de qua agi-
tur, taciturnitas enim gratiæ iam concessæ de an-
no 1608. pro transferendis scut. 300. ex residuo
fructuum Præceptoriæ non pertinet ad subreptio-
nem postquam de ea in gratia anni 1614. mense
Nouembris Sanctissimus habuit notitiam saltim
4 † in genere, quod sufficit ad euitandum vitium
prædictum *Caputaq. decis. 49. ad fin. par. 1. decis. 38.
num. 3. & 192. ad fin. 210 num. 5 par. 1. recent.* legun-
tur namque verba vigore indultorum tibi per Nos
& felic. record. Clement. VIII. desuper concessorũ
quæ cum sub eorum generalitate, & illud anni
5 1608. comprehendi † possit, inde oritur virtualis
expressio sufficiens ad euitan. subpretionem.

Non obstat quod illa verba vigore indultorum
non sint referenda ad indultum anni 1608. sed ad
alia indulta cõcessa per eundem Paulum Quintum
pro pensionibus super mensa Ecclesiæ Tiburtinæ,
de quibus facta fuit mentio in eodem indulto Pau-
li V. non tollitur, quin sub eadem generalitate cõ-
prehendi possit gratia trãslationis dicti anni 1608.
maxime quia constat de voluntate tam Clementis
Octaui, quam eiusdem Pauli Quinti, quod Cardi-
nalis posset transferre fructus Præceptoriæ, quod-
que semel translati ad ipsum reuerterentur, itaut
posset eos de nouo transferre, quodque si tertio
fieret locus cassationi dd. pensionum ijdemmet
fructus tertio etiam reuerterentur ad Cardinalem
6 eosquè ipse posset tertio transferre, † ex quibus
satis patet Papam saltim implicitè potuisse scire
facultates Cardinalis de transferendo residuo fru-
ctuum ab ipsomet concessas.

Similiter neque visa fuit considerabilis subrep-
tio deducta ex non expressione facultatis transfe-
rendi iam antea concessæ Bartolomeo ex rationi-
bus in decisione 17. Iunij 1624. ponderatis.

Quibus non obstat quod & si gratia Bartolomei
cum gratia Cardinalis esset vna, & eadem postquã
si Bartholomeus ea vsus fuisset transferendo pen-
sionem non poterat Cardinalis illam transferre, &
sic esset vna in duabus tamen personis, attamen
negari non posse quin onus efficeretur grauius Ec-
clesiæ, & Titulari, ac etiam per indultum Cardi-
nalis impediretur effectus facultatis Bartholomei
ad præiudicium Ecclesiæ, & Titularis.

7 Quia fuit responsum † subreptionem non consi-
stere

ftere in multiplicitate gratiarum, quæ narratæ non fuerint, neque in possibili præiudicio euentuali, sed
8 † in gratijs onerosis Ecclesiæ, & Titulari, ad quas verisimiliter Papa potuit respicere, & reddere se difficilem in concedendo, *cap. super litteris de rescript.* *Cassad. decis. 12. de præben.* Vnde cum iam fuerit firmatum translationes non † continere nouum onus,
9 aut seruitutem, semper cessat effectus ex pluribus gratijs deductis.

Et quæ dicebantur ex noua declaratione S.D.N.
10 super moderatione † Indultorum transferendi pensiones quatenus medietatem fructuum excedant visum fuit non comprehendere pensiones in iudicium deductas sequendo decisionem 48. num. 18. coram Papa Greg. XV. Et ita &c.

Vide supra in præcedenti Tomo ad decisionem 401. quæ est in eadem causa, vbi annotaui alias decisiones in hac causa emanatas.

R. P. D. VBALDO.

Regien. Iurispatronatus.

Mercur. 5. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Ex nullitate vnius capitis sententiæ non infertur ad nullitatem totius sententiæ, quando ipsa fuit lata per capita separata. Defectus citationis ad dicendum contra commissionem, ex quo sanetur. Procuratoris mandatum, quando dicatur sufficiens, vt possit comparere in causis beneficialibus, & an ad hoc sufficiat generale. Præsentatio facta lite pendente, quando teneat, & quando sit attentata, & aliqua habes circa regulas Cancell. de Triennali, & Annali.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quando est lata per capita separata, tot dicuntur sententiæ, quot sunt capita.*
2 *Citatio ad dicendum contra commissionem requiritur ad firmandam iurisdictionem Iudicis.*
3 *Citatio ad dicendum contra commissionem, non iuuat ad firmandam iurisdictionem, nisi etiam producatur in actis.*
4 *Citationis omnis defectus tollitur per comparitionem partis.*
5 *Mandatum ad litem, quando dicatur amplissimũ.*
6 *Mandatum, etiam simplex sufficit ad comparendum in causis beneficialibus.*
7 *Mandatum, quando sit satis amplum ad comparendum in quibuscumque causis beneficialibus, siue prophanis indistinctè.*
8 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, nulla est.*
9 *Sententiæ pars dispositiua, & non narratiua attendenda est.*
10 *Patronus lite pendente non potest præsentare.*
11 *Cap. per nostras. de iurepatron. an procedat in beneficijs simplicibus, est inter DD. non parum controuersum.*
12 *Patronus lite pendente potest præsentare per viam supplicationis, & Ordinarius potest illum gratificare.*
13 *Præsentari quis non potest lite pendente.*
14 *Cap. 1. & 2. vt lit. pendent. in 6. habent etiam locum in præsentatione.*
15 *Patronus dicitur esse in quasi possessione præsentandi, dum constat de effectuatione præsentationum.*
16 *Patronus dum est in quasi possessione præsentandi licet præsentet lite pendente non dicitur attentare, cum continuet suam possessionem.*
17 *Quod tamen intellige, quando lis est inter compatronos super pertinentia, quo casu nec beneficium dicitur litigiosum.*
18 *Ideoq. secus est, dum lis versatur inter ipsos præsentatos.*
19 *Collitiganti superstiti in beneficialibus non est dandus nouus collitigans.*
20 *Lis, quando fuit extincta, tũc cessant eius effectus.*
21 *Productio noua benè potest fieri ad iustificationem sententiæ antea latæ.*
22 *Lis per mortem collitigantis regulariter non extinguitur.*
23 *Quæ tamen regula limitatur, quando collitigans superstes non intendit amplius litigare, & sufficit de hoc constare etiam per actum tacitum.*
24 *de Litis cessione facta per collitigantem quãdo non possit dubitari.*
25 *Confessio facta in precibus bene dicitur probata contra confitentem.*
26 *Resignatio litis quando dicatur facta ad fauorem certæ personæ.*
27 *Litis cessio, quo casu non extinguat litem.*
28 *Litis cessio, quãdo omnino dicatur libera, & sĩplex.*
29 *Beneficium, si quis per triennium pacificè obtinuerit, non potest amplius molestari.*
30 *Decretum irritans omnia in contrarium gesta annullat.*
31 *Decis. 242. num. 3. & seq. part. 1. recent. quando intret.*
32 *Attentata nullum iuris effectum parere possunt.*
33 *Litigiosi vitium transit etiam in successorem.*
34 *Possessor pacificus triennalis quis effici nequit stante lite.*
35 *Lis, quando dicatur esse super titulo beneficij.*
36 *ad Triennalis regulæ effectum requiritur saltem titulus coloratus.*
37 *Titulus discoloratus non sufficit ad effectum regulæ triennalis.*
38 *Narratiua falsa non tribuit titulum.*
39 *Possessio decennalis in beneficialibus, an sufficiat saltem pro titulo præsumpto ad effectum regulæ triennalis, & quid requiratur num. 40.*
41 *Regula Cancellariæ de annali non habet locum contra institutionem faciendam ad præsentationem veri patroni.*
42 *Regula de annali non intrat, quando non constat de titulo.*
43 *Sententia nulla confirmari non potest parte opponente, quod tamen verum intellige, quando constat de nullitate, num. 44.*

DECISIO DXCIX.

FVIT dictum, sententiam Rotalem esse confirman. quæ confirmauit primam etiam Rotalem, licet multa contra vtramque opponerentur, & quidem prima sententia continet duas partes, prima est est, in qua canonizat iuspatronatus in beneficio de quo agitur, & eius pertinentiam ad Hieronymum, eiusq familiam de Cantarellis, secunda est, in qua dicit eundem Hieronymum patronum, & præsentatum respectiuè esse instituendum, expulso, & amoto Francisco Tusco, quantum ad primam partem

Domini omnino existimabant sententiam esse iustã, prout constat ex decisionibus in prima instantia factis 10. Maij 1623. * & 7. Februarij 1624. neque impugnabantur, & nullitates oppositæ quatenus subsisterent, non officerent primæ parti sententiæ, cum tangant solum secundam partem, in qua dicitur Hieronymum esse instituendum excluso Tusco,
1 & sententia sit lata † per capita separata, & tot dicantur sententię, quot sunt capita *l. etiam §. ex causa. ff. de minor. glos. in cap. 2. in verb. eadem de ord. cogn. Ang. & Ias in l. scire debemus ff. de verb. oblig. Rota decis. 33. num. 7. & seqq. part. 2. diuers. & in recent. decis. 427. sub num. 2. par. 2.*

Quo verò ad secundam partem, opponitur de nullitate, & iniustitia, & primo quod Franciscus Tuscus non fuit citatus ad dicendum contra commis-
2 sionem aduersus † eam obtentam, prout erat necessarium ad firman. iurisdictionem, *Cassad. decis. 7. in fin. de appell. Seraphin decis. 845. sub num. 1.* vel sal-
3 tem exequutio † citationis non fuit reproducta, sed vtrumque videbatur Dominis cessare, ex quo Tuscus constituit procuratorem Pissarum, qui comparuit, & protestatus est se velle in quolibet actu in hac causa citari, citato prius procuratore Hieronymi ad videndum fieri talem protestationem,
4 & mandari afficere, quæ † comparitio videtur tollere defectum citationis, *Vant. de nullit. tit. fin. n. 110. Lancellott. de attent. lit. pend. cap. 4. in præfat. n. 128. & 132. & seqq. Seraph. decis. 144. num. 4. Rota coram Greg. XV. decis. 27. nu. 2. & seqq. & decis. 736. nu. 1. part. 2. recent.* cum alijs allegatis in *causa Aurien. parochialis 16. Martij 1615. coram me.*

Nec dubitarunt Domini, quin dictum mandatum esset sufficiens, cum habeat clausulas amplissimas ad
5 † causas motas, & mouendas in quocumque loco, & foro, & coram quocumque Iudice tàm Ecclesiastico quàm seculari ordinario, vel extraordinario, delegato, vel subdelegato &c. cum plena, libera, generali, & speciali administratione, & ad omnia, & singula etiamsi exigeretur mandatũ speciale, & prout ipsemet constituens esset &c. prout latius in instrumento, & tamen sufficit mandatum etiam sim-
6 plex † etiam ad comparen. in causis beneficialibus, *Aegid. decis. 5. in princ. Vant. de nullit. ex defect. mandati num. 93.* sed istud fuit adeo amplum, vt videatur data facultas comparendi in quibuscũque cau-
7 sis, siue † prophanis, siue beneficialibus indistinctè, vt fuit firmatum in *causa Firmana hæreditatis 27. Aprilis 1622. coram Reuerendiss. Datario, & in eadem causa 15. Martij anni præteriti coram* R.P.D. *Pirouano.*

Secundo dicitur de nullitate, quasi sententia sit la-
8 ta super nullitate † prouisionis Francisci, quæ non erat in actis, quæ tamẽ nullitas cessat ex facto, quia quicquid dicatur in narratiua, apparet in parte dispositiua fuisse pronũciatum super institutione Hieronymi expulso Frãcisco prout supra retuli, & cer-
9 tum † est, partem dispositiuam sententiæ esse attenden. non autem narratiuam, *Corn. in l. ex stipulatione num. 5. C. de sent. & cons. 10. nu. 3. lib. 4. Dec. cons. 28. num. 2. vers. sic ergo. Contard. de Aegid. q. 7. Rota decis. 34. num. 12. & seq. par. 2. diuers.* in *Romana vinea 14. Martij 1597. coram Corduba, & in Romana melioramentorum 24. Nouembris 1617. coram me.*

Tertio dicitur de nullitate, quia Hieronymus li-
10 te † pendente non potuit præsentare, *cap. per nostras. de iurepatr.* sed ista etiam nullitas cessat, quia
11 quicquid sit dicen. an ille tex. † procedat in beneficijs simplicibus, quale est hoc, de quo agitur, & Io. Andr. tenuit opinionem affirmatiuam *in d. cap. per nostras. in fin. & ibi Abb. nu. 2. vers. sed quæro,* & in terminis simplicis Capellaniæ fuit resolutum *in Aquileien. iurispatronatus 8. Iunij 1587. coram bon. mem. Rubeo,* licet *Lambert. in tract. de iurepatronatus lib. 2. par. 1. quæst. 8 art. 2 num. 3.* tenuit contrarium, quem simpliciter sequitur *Peregr. cons. 18. in fin. lib. 5. post Ias. Ludouic. conclus. 42. vers. ampliatur 5. quod patronus* magis placuit alia responsio, quod hic fuit processum per viam supplicationis
12 † factæ Episcopo à Hieronymo, vt sibi conferret dictum beneficium simplex, vt in summ. pro eo nunc dato, quò casu potuit Ordinarius illum gratificando admittere, *Abb. in d. cap. per nostras. nu. 2. vers. sed quæro. Lambert. vbi supra art. 3. num. 3.* & fuit firmatum *in decis. 15. Ianuarij anni præteriti.*

13 Quarto dicebatur de nullitate, quia lite † pendente Hieronymus nõ potuit præsentari *cap. 1. & 2.*
14 *vt lit. pend. in 6.* quæ iura habent † locum etiam in præsentatione, *Calder. cons. 1. vt lit. pend. Lap. alleg. 22. num. 3. vbi adden.* & ad responsionem quod cum Cantarelli essent in quasi possessione præsentandi ex
15 † pluribus præsentationibus effectũ sortitis, vt fuit firmatum in decisione in causa facta decima Maij
16 1623. potuerunt etiam lite pendente † præsentare absque vitio attentatorum, *Lancellott. de attent. lit. pend. num. 640. Lap. alleg. 136. num. 2. & seqq. Abb. in cap. ex litteris num. 3. & seq. & ibi Io. Andr. numer. 4. & Anan. num. 15. de iurepatron.* Replicaba-
17 tur quod id procedit † quando lis est tantum inter compatronos super pertinentia iurispatronatus, quo casu nec beneficium dicitur litigiosum, *Vital. in Clem. 1. num. 43. vt lit. pend. cum alijs firmatis in decisione 15. Ianuarij 1624. in hac causa,* sed hic erat
18 lis etiam inter ipsos † præsentatos, videlicet inter Mãfredinum præsentatum à Cantarellis, & Bartholomæum Tuscum pręsentatum ab Ardizzonibus, vt constat ex commissione causæ in Rota bo. mem. Littæ, & hoc casu patronus etiamsi sit in quasi posses-
19 sione præsentandi non potest præsentare, quia † superstiti non debet dari nouus collitigans, *vt d. cap. 2. vt lit. pend. in 6. & fuit resolutum in causa Pampilonen. de Xariques 21. Maij 1603. coram bon. mem. Card. Lancellotto iuniore,* ideo in decisione prædicta fuit data alia responsio, & hic per informantes, vide-
20 licet quod lis † inter præsentatos erat extincta per mortem Mãfredini, & cessionem Bartholomæi Tuschi, quæ cessio fuit producta, & data hodie in summario num. 7. quæ productio bene fieri potuit ad iu-
21 stifican. sentẽtiam † antea latam, *Caputaq. decis. 114. num. 5. par. 3. Seraphin. decis. 701. nu. 3. & decis. 734.* & fuit *dictum in causa Perusina bonorum 14. Maij 1618. coram R.P.D. Buratto,* nec obstat quod per
22 obitum collitigantis lis † regulariter non extinguatur *Sarnen. super reg. de annal. q. 62. §. præterea quis Mobed. decis. 14. de caus. poss. & propr. Cassad. decis. 1 de reg. iud. num 2.* quia id limitatur non procedere
23 quando superstes † collitigans non vult prosequi litem, & sufficit quod de hoc constet ex aliquo actu etiam tacito, *Caßad. decis. 5. num. 4. vt lit pend. Mil. in verb. litis pendentia non finitur, Gambar. de offic. legat. lib. 3. num. 465. Achill. decis. 8. vt lit. pend.*

& fuit dictum in causa Cōchen. Archipresbyteratus
27. Februarij 1589. coram bon. mem. Card. Platto.
In proposito autem de cessione expressa facta à Bar-
tholomæo ipsi beneficio de quo agitur, & omni iuri,
24 & actioni sibi in dicto beneficio, vel ad illum† quo-
modolibet competen. patet ex publico instrumento
cessionis in manibus Papæ factæ à bon. mem. Cardi-
nali Tusco dicti Bartholomæi fratre, & procuratore,
25 vt in summ. num. 7. & ex confessione ipsius† Franci-
sci in sua gratia, *l. cum precum. C. de liber. caus.* & li-
cet vnus ex Dominis dubitaret, ne dicta cessio esset
simplex, sed potius ad fauorem Francisci Tusci qua-
si in eadem supplicatione vnus resignaret, & alter
supplicaret, quo casu resignatio dicitur facta ad fa-
26 uorem †certæ personæ, & omnia vidētur correspe-
ctiuè facta iuxta *decis. Put. 511. lib. 2. in nou.* & quan-
27 do cessio esset ad fauorē certū est, quod†per cessio-
nem lis non extinguitur *Rota decis. 383. nu. 1. par. 2.*
recent. cum alleg. Tamen ex dicto instrumento ces-
28 sionis apparet illam omnino †esse liberam, & sim-
plicem dicto num. 7. neque ex litteris prouisionis
Francisci datis num. 4. apparet quod Bartholomæus
resignauerit, & Franciscus supplicauerit in supplica-
tione, sed narrata cessione Bartholomæi spontè & li-
berè, & per Papam admissa facit Francisco collatio-
nem dicto num. 4.
29 Opponitur verò quia Franciscus prætendit † se
triennalem possessorem, immò decennalem cum
fuerit in possessione ab anno 1610. Ideoq. non posse
30 molestari obstan. regulis † habentibus decretum
irritans per quod annullantur omnia in contrarium
gesta, *Cassad. decis. 12. num. 5. super regul. cum alijs*
allegatis, sed fuit responsum in primis, quod si Frā-
ciscus habuisset causā à Bartholomæo vno ex colli-
tigantibus vigore resignationis ad eius fauorem fa-
31 ctæ, tunc haberent locum, quæ† eleganter deducū-
tur *in causa Barchinonen. parochialis de Mattaro*
coram Reuerendiss. *D. Decano, quæ est decis. 242.*
num. 3. & seq par. 1. recent. sed cum supradictum
sit Franciscum fuisse simpliciter prouisum à Papa
post cessionem à Bartholomæo factam, ideo fuit re-
sponsum alio modo videlicet, quod prouisio obten-
ta à Francisco, & possessio, quæ dicitur inde secuta
32 fuit lite †pendente introducta, vsq; de anno 1604.
vnde omnia fuerunt attentata, neque apta parere vl-
33 lum iuris effectum, cum vitium † litigiosi transeat
in successorem, itaut non potuerit effici pacificus
34 possessor ad effectum †regulæ de triennali, *Mobed.*
decis. 13. & 14. de caus. poss. & propr. Card. Mantic.
decis. 46. num. 4. & quod lis esset super titulo cum
35 etiam præsentati essent in lite, † iam supra deductū
est & tradit *Seraph. decis. 990. num. 3.* quæ tamen re-
sponsio alijs videbatur dubitabilis, ex quo lis dice-
batur extincta per mortem Manfredini, & cessionē
Bartholomæi tempore impetrationis Francisci, vt
supra etiam deductum est.
Quare tertio respondebatur quod ad effectum re-
36 gulæ triennalis †requiritur titulus saltem coloratus
Verall. decis. 349. num. 3. par. 3. Sarnen. super reg. de
triennal. quæst. 26. vers. vt igitur, & vers. vbi ergo
&c. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 28. de quo ti-
tulo hic non docetur, cum numquam fuerit exhibita
gratia Francisci, & si produceretur appareret titu-
37 lus † discoloratus, qui non suffragatur, *Caputaq. de-*
cis. 45. num. 1. par. 3. ex quo est sub falsa narratiua,
38 quod iuspatronatus pertineat † ad Ardizzonos, cu-
ius contrarium fuit resolutum, & licet replicetur
quod decennalis possessio sufficit pro titulo saltem
39 præsumpto, qui †sufficit ad effectū regulæ, *Cassad.*
decis. 2. num. 2. & decis. 4. num. 9 de caus. possess. &
propr. nihilominus, respondetur, nec constare de ta-
40 li possessione saltem pacifica, prout requiritur †ad
effectum allegationis, *Lap. 89. vt per Put. decis. 411.*
lib. 2. in nou.
Quoad regulam de annali fuit responsum, quod si
sustinetur præsentatio facta de Hieronymo prout su-
stineri supra deductum est, non est agendum de dicta
41 regula, †quæ non habet locum contra institutionem
facien. ad præsentationem veri patroni, *Mobed. decis.*
de iur. patr. Seraph. decis. 285. num. 6. Rota decis.
796. lib. 3. part. 3. diuers. Sarnen. in reg. de annali
quæst. 27. sub nu. 1. vers. pro resolutione, & sub nu-
42 *mer. 2. vers. secundo est casus,* & tanto † magis ex
quo constat de non titulo Francisci, *Paris. de resi-*
gnat. lib. 3. quæst. 5. num. 7.
Quo verò ad secundam sententiam Rotalem op-
ponebatur, quod fuerat pro Francisco protestatum
43 non deueniri ad sententiam, †nisi pronunciato super
nullitate primæ sententiæ, vt in summ. Francisci alias
44 dato num. 4. sed fuit responsum nullitatem † non
adesse vt ex supradictis constat, & tunc fuit res di-
scussa per memorialia in Rota exhibita; ex quibus
Domini censuerunt posse deueniri ad sententiam in
secunda instantia.
Et ita fuit decisum &c.

☞ *Decisionem hanc in altera instantia in præsenti causa factam sub die 10. Maij 1623. coram bon. mem. Pirouano habes apud Viuian. post tractatum de iurepatronat. decis. 16. la 2.*

R. P. D. VBALDO.

Theatina Iurisdictionis.

Veneris 14. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Episcopus dicitur habere pro se assistentiam Iuris, & claram dispositionem Concil. Triden. sess. 24. cap. 20. de reformat. vt ipse tantum possit cognoscere causas matrimoniales, & criminales suæ Diœcesis, & propter dictam assistentiam debita est ei manutentio, quamuis non probauerit quasi possessionem, & licet Congreg. Conc. Triden. declarauerit d. sess. 24. cap. 20 non tollere immemorabilem, vt inferior Prælatus illius vigore possit causas matrimoniales, & criminales cognoscere, tamen ea immemorabilis canonizanda venit per tres sententias conformes, & interim Episcopus in sua iurisdictione manutenendus venit.

SVMMARIVM.

1 *Loca aliqua an sint intra fines alicuius iurisdictionis potest probari ex pluribus simul iunctis.*
2 *Episcopus dicitur habere assistentiam iuris in exercenda iurisdictione in omnibus locis suæ Diœcesis, propter quam debetur ei manutentio, num. 3.*
4 *Quod procedit etiam si Episcopus non probauerit possessionem.*
5 *Episcopus, & non alij inferiores possunt cognoscere causas matrimoniales, & criminales, cum id relinquatur tantum iurisdictioni, & examini Episcopi.*
6 *Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. §. ad hæc. de reform.*

ex declaratione Sacr. Congregat. Concil. non tollit immemorabilem, vt inferior Episcopo possit cognoscere causas matrimoniales, & criminales.

7 *Immemorabilis pro Prælato inferiori, vt possit cognoscere causas matrimoniales, & criminales, dum discutitur an adsit necne, non est deneganda manutentio Episcopo.*

8 *Manutentio non solet dari ex sola assistentia iuris, quando illa offuscatur ex cōtrarijs probationibus.*

9 *Priuilegia non sufficiunt ad excludendam manutentionem, nisi etiam doceatur de quasi possessione.*

10 *Priuilegia exemptionum non sunt extendenda.*

11 *Decisio in causa Cōstantien. Iurisdictionis 16. Nouemb. 1607. coram Ortembergo, quo casu loquatur, & in multis ab ea fuit recessum, num. 12.*

13 *Testes deponentes de auditu non probant.*

14 *Episcopi scientia, & patientia requiritur, vt alius contra eius iurisdictionem aliquid præscribat.*

15 *Episcopus vt excludatur ab Archidiacono &c. ad effectum, vt non possit cognoscere causas, matrimoniales, vel criminales, requiritur immemorabilis canonizata per tres sententias.*

16 *Iuris assistentiam pro se habens, si alius prætendat illum impedire, dum id cognoscitur, quis veniat manutenendus.*

17 *Resolutio Sacræ Congregat. Concil. Trident. super sess. 24. cap. 20. de reformat. in quibus terminis loquatur.*

18 *Concil. Trident sess. 24. cap. 20. de reform. non comprehendit Abbates habentes quasi Episcopalem iurisdictionem, nec Capitula, quibus Abbatiæ sunt vnitæ.*

19 *Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. de reform. loquitur de Decanis, Archidiaconis, & alijs Prælatis inferioribus Ecclesiæ Cathedralis, non autem aliarum Ecclesiarum, & num. 20. 21. & 22.*

23 *Episcopus in cognoscendo causas matrimoniales, & criminales totius suæ Diœcesis habet pro se claram iuris assistentiam, necnon apertam dispositionem Concil. Trident.*

24 *Abbas vel Capitulum, quod habeat territorium separatum ab Episcopo, cum id non præsumatur, venit probandum.*

DECISIO DC.

ORTA iam pridem controuersia inter Archiepiscopum Theatinum ex vna parte, & Capitulum Basilicæ S. Petri de Vrbe ex altera super omnimoda iurisdictione in Abbatia S. Saluatoris de Maiella, necnon in alia S. Martini della Phara in Prouincia Theatina constitutis, & causa commissa in Rota, dubitari cui esset dandum mandatum de manutenendo, & in quibus. Et propter amplitudinem materiæ Domini eam distinguentes, censuerunt D. Archiepiscopum esse manutenen. quoad causas matrimoniales, & criminales, & approbationem confessariorum, cum reseruatione, vt de alijs quæ hinc inde prætenduntur de quibus infra particulariter videretur. Et quidem disputatio hæc fuit instituta cum præsupposito, quod loca de quibus agitur sint intra fines Diœcesis Theatinæ, vt in dubio per me subscripto, & suppositum confirmatur ex pluribus enunciatiuis antiquis in scripturis pro Capitulo productis necnon ex actibus factis ab anno 1525. vsque ad annum 1605. quæ fuerunt data in summario responsionis pro Archiepiscopo ex quibus saltē

1 † simul iunctis, constat hæc loca esse intra fines dictæ Diœcesis iuxta alias deducta *in causa Theatina iurisdictionis 4. Maij 1612. & in alia iurisdictionis de Atissa 4. Iulij eiusdem anni coram Reuerendiss. D. Decano, & rursus in alia Theatina iurisdictionis de Arbona 26. Iunij 1615. coram eodem quæ est decis. 683. nu. 1. par. 1. recent.* Quæ dicta sint ex abundanti, quia dubium super manutentione disputatur cum illo præsupposito vt dixi.

Quod igitur pertinet ad causas matrimoniales, & criminales mouebantur Domini pro manutentione
2 Archiepiscopi, quia † quoad ista Episcopus habet assistentiam iuris in locis suæ Diœcesis propter quam
3 assistentiam † debetur sibi manutentio, *cap. cum personæ. §. fin. de priuil. in 6. Caputaq. decis. 306. nu. 2. par. 1. & decis. 201. par. 2. Rota decis. 491. nu. 2. par. 1. recent. Cardin. Mantic. decis. 322. num. 1. & 2. & 11.*
4 vbi quod id procedit etiam si Episcopus † non probet possessionem, *Rota decis. 145. nu. 6. par. 2. diuers. decis. 501. num. 1. par. 2. recent.* necnon habet assistentiam ex dispositione Sacri Concilij Tridentini
5 *sess. 24. cap. 20. §. ad hæc de reform.* vbi † statuitur, quod causæ matrimoniales, & criminales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, sed Episcopi tantum examini, & iurisdictioni relinquantur, *Rota decis. 382. num. 1. par. 2. recent.* & licet aliàs Sacra Congregatio Concilij Interpretum
6 declarauerit Concilium non tollere † immemorabilem, tamen dum cognoscitur, an adsit immemorabilis pro Prælato inferiori, idq. per tres conformes,
7 interim † Episcopus est manutenen. *vt dixit Rota in causa Marsicen. iurisdictionis 26. Aprilis 1609. coram Reuerendiss. Patriarcha, quæ est decis. 248. num. 1. par. 2. recent. & in Theatina iurisdictionis de Atissa 5. Decembris 1614. coram Reuerendiss. Decano,* licet manutentio dari non soleat ex sola † assi-
8 stentia vbi illa offuscatur ex contrarijs probationibus, *Rota d. decis. 382. num. 5. & decis. 501. num. 4. par. 2. rec.* & in alijs cumulatis *in Constantien. iurisdictionis 16. Nouembris 1607. coram Reuerendiss. Attrebaten.* Tamen visum est dictas probationes non esse sufficientes ad prædictum effectum. Quia quoad priuilegia exhibita pro parte Capituli quatenus essent in forma probāti, quod à prædicto Archiepiscopo impugnabatur, fuit etiam responsum priui-
9 legia non sufficere ad excluden. † manutentionem Archiepiscopi, nisi ostendatur etiam quasi possessio, *vt fuit firmatum in causa Sipuntina iurisdictionis coram bon. mem. Card. Sacrato, quæ est decis. 491. numer. 4. par. 1. recent.* & accedit quod quatenus sonat
10 in exemptionem, illa intelligitur † quoad Ecclesiam, & eius Clericos, non autem quoad Parochum, & Parochianos, *iuxta text. in cap. per exemptionem, & ibi gloss. in verb. curam habens, Ioan. Andr. nu. 2. Franch. num. 3. Gemin. nu. 14. & seq. de priuil. in 6. Seraphin. decis. 2058. sub num. 6. Rota decis. 324. numer. 6. par. 1. rec.* Vltra quod in priuilegio Alexandri III. expresè reseruatur auctoritas Sedis Apostolicæ, & Diœcesanorum Episcoporum canonica iustitia.

11 Nec applicatur decisio † Constantien. Iurisdictionis coram Reuerendiss. Attrebaten. supra allegata, quia ibi expresè negabatur loca controuersa pro Abbate, & Monasterium esse intra fines, hic autem
12 supponitur, vt supra dictum est, † vltra quod ab ea decisione in multis fuit recessum, vt constat in *decisione*

sione 324. præsertim num. 11. par. 1. recent.

Non obstant testes dati pro Capitulo. Quia ple-
13 rique deponunt de † auditu; & sic non probant, *cap. licet ex quadam de test.* & non deponunt de
14 scientia, & patientia Archiepiscopi, prout est † necessarium ad hunc effectum excluden. Ordinarium à manutentione, *vt firmatur in dicta decis. 491. num. 10. & seq. par. 1. recent.* vbi id dicitur maxime procedere quoad causas matrimoniales, & crimina-
15 les, in quibus ad excluden. † Ordinarium, requiritur immemorabilis canonizata per tres conformes, & idem dicitur *in decis. 332. num. 4. eadem par. 1. recent.* de qua immemorabili testes nullatenus deponunt, & in summa cum multa opponantur, tum
16 circa † personas, & dicta testium, tum circa alias probationes Capituli, donec prædicta discutiantur interim Episcopus est manutenendus, vt in his terminis dixit *Rota dicta decis. 381. in fin. par. 2. rec.*

Non obstat resolutio Sacræ Congregationis, quæ
17 datur, quia † ex lectura apparet suppositum fuisse Congregationi Abbatem habere quasi Episcopalem iurisdictionem, & Territorium separatum, quod nō applicatur huic casui, in quo supponitur loca, de quibus agitur, esse intra fines Diœcesis Theatinæ.

Non obstat quod decretum Concilij circa causas
18 matrimoniales, † & criminales, de quo supra, non comprehendat Abbates habētes quasi Episcopalem iurisdictionem, nec Capitula, quibus Abbatiæ sunt vnitæ, sed loquatur de Decanis, Archidiaconis, &
19 alijs Prælatis inferioribus † Ecclesiæ Cathedralis, non autem aliarum Ecclesiarum, vt alias consideravit *Rota in causa Salamantina iurisdictionis 1. Iulij 1565. coram Gard. Io. Aldobrandino*. Quia postmodum in Rota non fuit facta huiusmodi distinctio, sed indistinctè tentum, quod Concilium habeat locū
20 in † Abbate, & alijs Prælatis inferioribus, *vt in Theatin. iurisdictionis coram Reuerendiss. D. meo Datario, quæ est decis. 382 par. 2. recent.* & declarationes Sacri Concilij indistinctè loquuntur, vt aduertit *Rota in Theatina iurisdictionis de Atissa 17. Nouembris 1612. coram Reuerendiss. Decano*. Vltra
21 quod non constat, quod Abbas, † vel Capitulum habeat iurisdictionem Episcopalem & proprium territorium, *vt in Constantien. iurisdictionis supra allegata*, immo supponitur contrarium, vt supra dixi.

Non obstat quod Concilium non tollat senten-
22 tias, præsertim antiquas, & in iudicatum transactas. *Seraph. decis. 712. num. 5. vbi Additio Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. num. 202. & seq.* In proposito autem prætendit Capitulum adesse sententiam Cardinalis Buccamatij, latam de anno 1291. tempore Nicolai Papæ Quarti datam in Summario Capituli num. 4. quæ tamen parum facere videtur, quia ibi supponitur, fuisse litem coram d. D. Card. vigore specialis commissionis inter Episcopum Theatinū, & nonnullos Abbates, Archipresbyteros, & Conuentus Ecclesiarum dictæ Diœcesis super visitatione, & alijs iuribus Episcopalibus, & quod de eiusdem Pontificis mandato, fuit ei iniunctum, vt de Ecclesijs subiectis Basilicæ S. Petri de Vrbe, nullo modo se intromitteret occasione dictæ commissionis, & quod ei innotuit, Ecclesiam Sancti Martini de Valle dictæ Basilicæ esse subiectam, & propterea non esse in dicta Commissione comprehensam, quod quidem nihil commune habet cum eo, de quo hodie disputatur, nec illa est sententia ad fauorem Abbatis, vel Ecclesiæ Sancti Martini, nisi quatenus absoluit à censuris in contumaciam illatis, sed solum continet, quod ratione subiectionis Basilicæ S. Petri, dicta Ecclesia non comprehendatur in commissione, de qua ibi.

Quo verò ad approbationem Confessariorum, pariter Domini censebant esse dandum mandatum
23 de manutenendo D. Archiepiscopo, quoniam † habet assistentiam iuris, & claram dispositionem *Concilij Tridentini sess. 23. cap. 15. de reformat.* vbi etiam tollit immemorabilem, & fuit resolutum *in causa Calaguritana iurisdictionis de Nagera 6. Iunij 1612. coram Reuerendiss. Attrebaten. quæ est decis. 332. par. 1. recent. confirmata 20. Martij 1615. coram me*. Nec probatur quod Abbas, vel Capitu-
24 lum † habeat territorium separatum, imo supponitur contrarium, vt supra sæpè dictum est.

Quo verò ad visitationes, collationes beneficiorum, & causas Ciuiles, Domini mandarunt particulariter videri.

Et ita fuit decisum &c.

EVERENDISS. PIROVANO.

Neapolitana Domus.

Veneris 14. Martij 1625.

ARGVMENTVM.

Sententia non dicitur nulla ex defectu transportationis actorum, quando illa reperiuntur penes Notariū actuarium appellationis, & quid si facta non fuerit citatio pro repetitione actorum, an id causet nullitatem sententiæ, & quid dictæ citationi æquipolleat. Citatio ad sententiam si omissa sit, quo ad aliquos, quando sententia reddatur nulla, etiam quoad citatos, & quando secus. Filius natus ex persona religiosa est insuccessibilis ex quauis dispositione paterna.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in rem iudicatam, licet fuerit appellatum, sed in tempore appellatio non fuit prosequuta.*
2 *Res iudicata exequenda venit, quatenus sententia sit valida, & iusta.*
3 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
4 *Actorum transportationis defectus solet causare nullitatem sententiæ.*
5 *Sententia lata non visis actis probatorijs est nulla.*
6 *Acta non fuisse transportata dici nequit, quando acta reperiuntur penes Notarium actuarium appellationis. & num. 7.*
8 *Citatio pro repetitione actorum existentium penes Notarium appellationis, an si ommittatur, causet nullitatem sententiæ.*
9 *Citationi reproductionis actorum quid æquipolleat.*
10 *Citatio si non contineat diem certum, semper intelligitur pro prima die iuridica.*
11 *Vnde nisi doceatur intercessisse diem iuridicam, non est dubitandum de validitate actus.*
12 *Citari debent omnes ad sententiam, qui habent principale interesse in causa.*
13 *in Commissione, si adsit clausula, vocatis vocandis, eius non implementum solet causare nullitatem.*

14 *Sententia si nulla sit, quo ad non citatos, non tamen quoque erit nulla, quo ad citatos.*
15 *Sententia dum est nulla, quo ad non citatos erit pariter nulla, quo ad citatos, quando sumus in iudicio indiuiduo.*
16 *Iudicij indiuiduitas ex quibus cesset.*
17 *Filius natus ex persona religiosa, remanet insuccessibilis ex quauis paterna successione, & dispositione, attenta Constitut. san. me Pij V.*
18 *de Donationis acceptatione non est quærendum quando sumus in illis casibus, in quibus dominium rei donatæ ipso iure transit in donatarios.*
19 *Professus non habet facultatem testandi, aut donandi causa mortis.*
20 *Equites* Hierosolymitani *possunt testari, vel donare causa mortis cum licentia tamen Magni Magistri.*
21 *Testis de auditu ab aliquo nō magis probat, quam si ille, à quo audiuit, deponeret.*
22 *Confessio facta in gratia, debet intelligi secundum tempus supplicationis.*
23 *Testium examen est nullum, si non adfuerit citatio ad videndum iurare testes.*
Testium examen est nullum, dum iuramentum fuit præstitum à testibus extra terminum.
24 *Citatio, quando non possit dici vaga, & incerta.*

DECISIO DCI.

DVBITATVM fuit in hac causa, an constet de re iudicata, quæ veniat exequenda, & affirmatiuè fuit resolutum.

Certum est enim, quod D. Prior non fuit prose-
1 quutus appellationem † ab vltima sententia, nec fatalia prorogari curauit; vnde dubitari non potest, quin sit factus locus rei iudicatæ post quadriēnium iam lapsum à die interpositæ appellationis. *Auth. ei qui. & l. fin. §. illud. C. de temp. & reparat. appell. cap. cum sit* Romanā *de appell. clem. sicut. & clem.*
2 *si appellationem. eod. tit.* & consequenter † etiam veniat exequenda quatenus sit valida, & iusta. *l. 2. C. de execut. rei iud. Vestr. in praxi. lib. 8. cap. vlt. num. 8.* quod etiam fuit dictum in *Tiburtina administrationis tutelæ 18. Martij 1608. coram Reuerendiss. Patriarcha Hierosolymitano.*
3 Validitas autem † sententiæ satis colligitur ex reuolutione actorum. *Hercul. in tract. quis teneatur prob. negat. num. 167. & 175. Becc. cons. 40. num. 1. Surd. decis. 300. num. 11.*

Neque obstat defectus transportationis actorum
4 prioris sententiæ Nuntij, † quæ solet causare nullitatem, tam vigore *Tridentini sess. 24. cap. 20.* quam
5 ex dispositione iuris communis, † nō visis actis probatorijs. *l. properandum, §. & si quidem. vbi Bart. num. 6. C. de Iud. Cagnol. l. 2. num. 68. C. de eden. Felin. in cap. Ecclesia Sancta Mariæ. num. 17. de const. Rot. coram* D. *Decano in* Leodien. *fideicommissi de Steuordia 3. Iulij 1623.*

Quia defectus transportationis actorum verè allegari non potest, dum acta reperiuntur penes No-
6 tarium actuarium † appellationis coram Hortonen. quamuis deficiat citatio ad eadem acta reproducen-
7 da, quæ tamen non est necessaria † pro reparanda nullitate, prout declarando, *Felin. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ,* resoluit Rota coram Card. *Seraphino decis. 502. num. 2.* maximè accedente interpellatione facta per procuratorem Prioris circa vsum scripturarum, & responsiones fratrum de Gatticis
8 de illis vtendo in omnibus, quæ † omnia videntur æquipollere reproductioni propter implicitam confessionem circa actorum existentiam in eisdem actis secundæ instantiæ ex declaratione, & interpellatione respectiuè resultantem.

Nec pariter altera nullitas ex defectu citationis
9 ad sententiam releuans videtur, non † enim citatio prædicta continet diem certam, vt inde tanquam lata die 23. Ianuarij inferri possit terminum fuisse
10 circumscriptum; † sed legitur ad primam diem iuridicam, quæ intelligi debet de die non impedita, *Put. decis. 212. lib. 2. Mantic. decis. 8. num. 3.* vnde
11 nisi † doceatur interceffisse diem iuridicam, validitas controuerti non potest.

Demum nec subsistens videbatur alia nullitas allegata, quod Philippus filius naturalis Commendatoris non fuerit citatus in iudicio secundæ instan-
12 tiæ, prout citari necessarium dicebatur, † tam ex eo quod agebatur de eius principali interesse. *l. de vnoquoque, de re iud.* quam etiam quia rescriptum ap-
13 pellationis continebat † clausulam vocatis vocandis, cuius non implementum solet causare nullitatem. *Abb. in cap. exhibita. num. 6. & Felin. num. 4 de iud.*

Quia cum sententia Ordinarij Hortonen. sit valida, quoad ipsum Priorem, contra quem principaliter iudicium fuerat directum, sufficit etiam quod
14 alij interesse habentes † non fuerint citati: quia illos quidem non afficit, non tamen in totum erit nulla, *Bald. in l. ab eo. num. 17. vers. etsi sint citati. C. quomod. & quand. iud. Surd. decis. 256. num. 15.* & idem sentit Rota *decis. 467. num. 3. coram Papa Gregorio XV.* nec replicatio, quod versemur in iudicio indiuiduo, cum vterque tam Prior, quam Philippus sint nominati in sententia tollit veritatem responsionis: quia etsi ratione indiuiduitatis respectu actio-
15 nis, vel possessionis conuentorum, sententia † quoad non citatos inualida causet etiam nullitatem quoad citatos. *Cæs. de Graff. decis. 5. de re iud. Rota decis. 118 num. 4. par. 1. recent. cum alijs allegatis,* tamen
16 hæc † indiuiduitas ex facto cessat: quia omnes sustinent partem diuersam in iudicio; nam Prior tendit ad excludendum tam Philippum, quàm Gatticos substitutos in casum incapacitatis, de quo infra dicetur.

Iustitia etiam sententiæ visa fuit patens, quia cōstat de donatione clara, & indubitata in casum incapacitatis Philippi ad fauorem fratrum de Gatticis, de qua incapacitate Domini non dubitarunt; quia dantur sex testes concludentes eumdem Philippum natum esse ex Equite Francisco Cataneo post susceptum ab eo habitum religionis S. Ioannis; vnde tanquam natus ex persona religiosa, remanet
17 † insuccessibilis ex quauis paterna successione, & dispositione, attenta Constitutione sanct. mem. Pij V. *Lupus de illegitim. comment. 3. § 2. nu. 59. & sequen. Rot decis. 214 num. 4. par. 2. diuers.* neque est quærendum de acceptatione donationis ex parte substi-
18 tutorum, † quia dominium transit ipso iure in vocatos purificata conditione, per *l. quoties. C. de donat specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua. vers. septuagesimo quarituri num. 91. Dec.* qui illum sequitur *cons. 239. num. 8. Crau. cons. 19. nu. 9. Seraphin. decis. 472. num. 13.*

Neque dicatur, quod si substituti capaces sint, nō tamen

19 tamen donans talem † facultatem, videtur habere facultatem testandi, aut donandi causa mortis. *glos. in l. tam is: in vers. non facit. ff. de donat. caus. mort. Sanchez super decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 8. num. 10. & 11.* quia vera est conclusio, sed tollitur impoten-
20 tia † ex licentia concessa per supremum Magistrum eiusdem Religionis, quæ legitur inserta in ipsa donatione.

Quod si replicetur sub falsa narratiua licentiam emanasse, & hoc etiam ex facto dissoluitur; nam quantum ad narratiuam, quod domum fabricauerit ex pretio domus paternæ ex hæreditate fratris habitæ, & ex propria industria acquisita à quodam Fabritio bene iustificatur nedum ipso facto, dum de tempore supplicationis nullam haberet Commendam, sed etiam ex testibus datis asserentibus, quod dicta domus fuit ædificata per Franciscũ, antequam esset effectus Commendatarius, & ita verisimiliter antequam possent superesse redditus ex religione percepti, cum quibus domum ædificare posset, neque obstat quod testes deponant de auditu ab ipso
21 Francisco, quibus † magis deferendum non est, quam eorum auctori, *cap. licet ex quadam, de testib.* quia verum, quod deponunt de auditu, respectu venditionis propriæ domus, & ex pretio illius ædificauerit domum in Ciuitate Neapolis; Cæterum quoad constructionem antequam obtineret Commendas deponunt de vera scientia, quod sufficit, vt inde præsumatur de propria substantia ædificasse, non autem
22 de bonis Religionis, nec huiusmodi probationi † repugnat cõfessio eiusdem Francisci in precibus emanata, quod haberet pensionem scutorum 200. & membrum valoris scut. 40. quia id est intelligen. de tempore supplicationis, non autem de tempore constitutionis domus.

Et ad ea, quæ dicebantur de nullitate examinis
23 testium, † tam ex defectu citationis ad videndum iurare testes, quàm iuramenti extra terminum delati fuit responsum contrarium apparere ex ipso processu fol. 154. à tergo, vbi legitur monitio facta Camillo de Alexandro, quatenus singulis diebus, & horis comparere debeat coram Examinatoribus, & Notario in palatio Nuntij ad videndum iuramenta dictorum testium. vt supra examinandorũm recipi,
24 quæ citatio, et si dici possit generalis, est tamen † certa quoad omnes dies, & horas termini probatorij, non autem vaga, & incerta, prout quando citatio contineret ad comparendum intra sex dies, & propterea de iure sustinetur. *Bald. in l. 1. q. 3. ff. si quis caut. Caputaq. decis.* 108. *num.* 5. *par.* 1. *Rota decis.* 393. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* Et ita &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Domus.

Lunæ 14. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM.

Melioramenta, cum regulariter loquendo spectent ad meliorantem, ideoque veniunt quoque in generali hypoteca bonorum, itaque creditores hypotecarij agere possunt ad illorum consecutionem. Melioramenta non potest prætendere locator, etiam stante pacto, vt conductor ea detrahere nequeat, quando ille impugnauit, ac nullã declarare fecit locationem.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta regulariter loquendo spectant ad meliorantem.*
2 *Melioramenta spectant ad creditores meliorantis, quando omnia eius bona eis fuerunt hypotecata.*
3 *Melioramenta non spectant ad emphyteutam meliorantem, stante pacto, vt finita emphyteusi ea sint* Domini.
4 *Locatione quis non potest iuuari, si obtinuit eam nullam declarari.*
5 *Actu impugnato, quis pendente impugnatione iuuari potest.*
6 *Et hoc maximè, quando impugnatio non fuit acceptata.*
7 *Locatio bonorum Ecclesiæ nulliter facta, eius impugnatio spectat tantum ad Ecclesiam. & nu.* 8.
9 *Melioramentorum lucrum æquum non est, vt Dominus directus sentiat, & simul institerit, ac obtinuerit pro nullitate contractus locationis.*
10 *Iure superueniente lite pendente, quis iuuari potest de æquitate Canonica.*
11 *Actu impugnato, quando quis iuuari non possit.*
12 *Mandatum præsumptum sufficit ad dandum de nullitate contractus.*
13 *Mandata duo, in eodem actu concurrere possunt.*

DECISIO DCII.

FVIT resolutum melioramenta, de quibus agitur, spectare ad creditores Xenophontis me-
1 liorantis, quia † quemadmodum certum est spectare ad ipsum *Boer. quæst. 19. per tot. Clar. in §. emphyteusis q. 48. in fine. Valasc. de iur. emphit. q. 6.*
2 *lib.* 1. Ita spectant ad illius creditores, † qui habent omnia illius bona hypothecata.

Neque obstat, quod conclusio non procedat, stan-
3 te pacto, quod finita † locatione melioramenta sint Monasterij. *Ias. in l. 1. num. 26. & in l. 2. num. 32. C. de iur. emphit. Pinell. in l. 2. num. 10. C. de rescind. Garz. de expens. cap. 6. num.* 13. Nam fuit responsum conclusionem esse veram, sed non applicari, quia
4 Monasterium † obtinuit contractum locationis per sententiam declarari nullum, & ideo non possunt illo iuuari, *cap. ex eo de reg. iur. in 6. l. si seruus plurium 53. §. si hæredi ff. de leg. 1.*
5 Nec videtur obstare, quod pendente † impugnatione quis possit vti actu impugnato. *Felin. in cap. super litteris num. 36. limit. 1. de rescript.* Roman.
6 *cons* 347. *num.* 7. maxime cum † impugnatio non fuerit acceptata *Ruin. cons. 21. num. 6. lib 1. Cæphal. cons. 152. num. 42. vers. ad hoc enim.* Eoque magis
7 cum locatio † debeat censeri nulla Ecclesia volente, alias secus, *DD. in cap. 1. de his quæ fiunt à Prælat.* Quia licet limitatio hæc vera sit, nos tamen versamur
8 in terminis diuersis, nõ enim hic agitur, quod † Monasterium lite pendente vtatur contractu impugnato, sed agitur super obseruantia totali contractus impugnati, itaut ab impugnatione recedatur, & petatur obseruantia contractus, quoad finalem effectum scilicet lucrum melioramentorum, quod non li-
9 cet, † quia conscientiæ repugnat. Implicat enim quod obtinuerint declarari locationem nullam, &, quod hodie velint stare contractui tanquam valido, & lucrari melioramenta. *Lap. alleg. 22. num. 6. incip. An sufficiat,* & fuit dictum in *Romana fideicommissi*

17. May

17. Maij 1604. *coram bo. mem. Cardinali Sacrato, & probat text. in l. si seruus plurium 53. §. hæreditati ff. de leg. 1. vbi Bart. num. 2. Bald. num. 4. & 6. Imol. num. 1. & 3. Angel. in Summario Cuman. n. 1. in lectura, & in repetit. numer. 2. Aretin. numer. 1. Ias. num. 4.*

10 Neque obstat, quod superueniente iure † ante litem finitam de æquitate Canonica suffragatur *cap. Abbate sane de sent. & re iud. Bart. in l. & an tandē §. actiones num. 18. vers. sed de æquitate canonica ff. de except. rei iudic.* Quia in hoc casu non superuenit ius, sed apertum fuit, ius ex contractu quem monasterium impugnauit, & propterea sicut ex prædi-
11 ctis non est † locus, vt ab impugnatione recedatur; ita dicendum venit non fuisse acquisitum nouum ius Monasterio, in hoc enim casu non possunt iuuari cōtractu impugnato.

Demum non obstat quod qui dederunt de nullitate contractus, non habeant legitimum mandatum
12 quia † hoc non debuit allegari, nam quatenus etiam non adesset verum mandatum, adest præsumptio sufficiens etiam quod mandatum expressum non cō-
13 tineat talem facultatem, † cum duo mandata concurrere possint, vt fuit in similibus terminis resolutū *in causa Firmana Iurispatronatus 28. Ianuarij 1602. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Et ita conclusum.

R. P. D. REMBOLDO.

Taruisina Feudi.

Veneris 18. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM.

Tractatur materia c. 1. de duob. frat. à cap. inuest. scilicet, quando illius dispositio intret, & quando cesset. Inuestituræ tenor, & pacta in ea apposita, magis attendi debent, quam Leges feudales, & aliæ plura de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura facta duobus pro masculis, & fœminis, tunc fœminæ vnius lineæ excludunt masculos alterius lineæ.*
2 *Text. in cap. 1. de duob. frat. à cap. inuest. cessat; quando feudum etiam nouum, respectu personarū, quibus conceditur tale feudum, conceditur tamquam feudum antiquum. vide nu. 5.*
3 *Sed hæc opinio habet multos contradictores; & cōtraria est verior. nu. 4.*
6 *In feudo non succeditur iuxta formam antiqui feudi, etiam si sit datum iure antiqui feudi, si in inuestitura fuerit præscripta alia forma succedendi, quam in feudo antiquo.*
7 *Inuestitura facta duobus pro masculis, & fœminis in ea succeditur iuxta c. 1. de dub. frat. à cap. intest. & nu. 14.*
8 *Bona Ecclesiastica non possunt alienari, nisi cum debitis solemnitatibus. declara nu. 9.*
10 *Inuestituræ tenor, & pacta in ea posita magis attenduntur, quam quod lex feudalis. & nu. 15.*
11 *Verbum, proles, intelligi debet de masculis tantum, non autem de fœminis.*
12 *Legitimitas prolis non respicit plus, & minus, sed bene deficientia prolis, quia possunt deficere masculi, & non fœminæ.*
13 *Decis. in causa Ariminen. Bonorum 27. Octobris 1586 coram Bubal. declaratur.*
16 *Acquirens primus potest alijs in inuestitura comprehensis præiudicare. & nu. 30.*
17 *Excipiens in sua exceptione est actor.*
18 *Verbum, nepos, potest intelligi saltem ex communi vsu loquendi etiam de filio ex fratre.*
19 *Nepos debet intelligi de Nepote ex filio.*
20 *Probatio æquiuoca non releuat.*
21 *Probatio plena potest resultare ex pluribus enunciatiuis, & adminiculis simul iunctis.*
22 *Scriptura, si non sit in forma probanti, nec in actis producta cum citatione partis non probat.*
23 *Antecessor etiam ille appellatur, cui quis succedit in dignitate, & officio.*
24 *Enunciatiua vnica regulariter non probat, etiam si sit antiqua.*
25 *Enunciatiua emanata à personis suspectis, multò minus attenditur.*
26 *Descendentiæ verbum de necessitate non infertur, ad descendentiam ex filijs masculis per lineam rectam.*
27 *Singula, quæ non prosunt, vnita iuuant.*
28 *Singula, quæ non prosunt, nec etiam vnita iuuant, quando sunt in sua specie imperfecta.*
29 *Probationes leuiores obscurantur per potentiores.*
31 *Aluarott. inter consil Bruni 63. reijcitur.*

DECISIO DCIII.

NON acquiescentibus masculis decisionibus in hac causa factis, denuò proposui dubium super eisdem, & DD. censuerunt standum esse in deci-
1 sis, quia, vt sæpè dictum est, fœminæ habent † fundatam intentionem tam in dispositione *capituli 1. de duobus fratribus à capit. inuestit.* quām etiam in pacto expresso apposito in inuestitura facta Vberto, & Guercio anno 1297.
2 Nec obstat, quod dispositioni † *d. c. 1.* de duobus fratribus à cap. inuest. locus non est, quando feudum etiam nouum, respectu tamen personarum quibus conceditur tale feudum, conceditur tanquam feudum antiquum, quia tunc in tali feudo succeditur iuxta formam antiqui feudi, etiam sic quando feudū antiquum fuit concessum vni tantum feminæ vnius lineæ excludunt etiam in nouo feudo masculos alterius lineæ, quia scilicet eo casu inspicitur mens antiqui inuestiti, cuius intentio fuit prouidere suis descēdentibus masculis prius quam fœminis, etiam si masculi sint diuersæ lineæ,

Huic enim fundamento fuit iam sæpè, & denuò multipliciter responsum.

Primò quod in facto non subsistit, quod d. inuestitura facta anno 1297. Vberto, & Guercio Iuniori fuerit facta tanquam de antiquo feudo, quia d. verba (tanquam de antiquo feudo) leguntur tantum in narratiua d. inuestituræ, non autem etiam in eius dispositiua, vt aliàs latiùs fuit demonstratum.

Secundo fuit dictum, quod dato quod d. verba legerentur in dispositiua, prout intendunt scribentes pro masculis, adhuc non posset dici d. Inuestitura facta tanquam de antiquo feudo, quia in d. Inuestitura non dicitur, quod Episcopus concessit Vberto, & Guercio Iuniori d. feudū, tanquam feudum antiquum, sed simpliciter dicitur, quod feudum, de quo erat inuestitus Guercius senior, tanquam de antiquo feudo, concessit Episcopus dictis Vberto, & Guercio in

in feudum, & iure feudi, & sic verba tanquam de antiquo feudo referuntur ad inuestituram factam Guercio seniori, non autem ad inuestituram factam Vberto, & Guercio Iuniori, qui propterea non possunt dici inuestiti de isto feudo, tanquam de antiquo feudo; itaut censeri possit, quod inuestiens voluerit, quod in eo succederetur, tanquam si esset feudum antiquum, & non nouum.

Tertiò posito etiam quod dicti Vbertus, & Guercius fuerint inuestiti de dicto feudo tanquam de feudo antiquo, adhuc non posset dici fundata intentio masculorum, quia sententia illorum, qui tenuerũt,
3 quod † *c. primum de duob. fratr. à cap. inuest.* non habeat locum in inuestitura facta de feudo nouo, tanquam de feudo antiquo habet multos contradictores, vt apparet ex traditis *per Clar. in §. feudum, quæst. 8. nu. 2. & 3. Rossental. de feud. cap. 2. concl. 3. in princ. Peregr. cons. 24. nu. 12. lib. 2.*
4 Et in omnem euentum, quod hæc opinio † esset verior, *vt voluit Natt. cons. 467. num. 5. & cons. 468. nu. 1. Rimin. Iun. cons. 32. nu. 36. Menoch. cons. 160. num. 24. cum seqq lib. 3. Curt. Sen. cons. 49. num. 36.*

Et tamen non procedit quando ex contextu verborum inuestituræ, vel aliundè apparet, verba (tãquam de feudo antiquo) fuisse apposita ad alium finem, puta ad demonstrandum, quod res erat solita dari in feudum, non autem ad qualificandam sub-
5 stantiam ipsius feudi, † tunc enim dicta verba non alterant naturam feudi, sed in eo succeditur iuxta dispositionem *d. cap. 1.* & quilibet ex inuestitis censetur voluisse prospicere suis potius descendentibus quam transuersalibus, vt in puncto *Alex. consil. 10. num. 5. vers. mouetur, & nu. 7. lib. 3. Surd. cons. 472. nu. 6. vers. num. quemquam moueat, lib. 4. cum alijs per Rossental. d. cap. 2. conclus. 15. num. 10. & cap. 7. conclus. 39. num. 5.*

Secundò nec dicta opinio locum habet, quando in inuestitura fuit præscripta alia forma succedendi quã in feudo antiquo, nam tunc illa forma attenditur;
6 nec in tali feudo etiam quod † sit datum iure antiqui feudi, succeditur iuxta formam antiqui feudi, *Surd. cons. 440. num. 38. cum alijs per Rossental. d. tract. de feud. c. 1. conclus. 12. nu. 1.*

In præsenti autem facti specie clarissimè apparet, d. verba (tanquam de antiquo feudo) non fuisse apposita ad qualificandam substantiam feudi, sed ad demonstrandum quod res erat solita dari in feudum, quod de isto feudo fuit aliàs tanquam de antiquo feudo inuestitus Guercius senior, in d. enim inuestitura, vt supra deductum est, dicitur, quod Episcopus concessit bona, de quibus aliàs inuestitus fuit Guercius senior, tanquam de antiquo feudo, Vberto, & Guercio iuniori in feudum, & iure feudi; vnde appareret dictum Vbertum, & Guercium fuisse inuestitos simpliciter, & verba (tanquã de feudo antiquo, esse apposita ad declarandum, quod Guercius senior fuit inuestitus de dictis bonis, tanquam de feudo antiquo & per consequens non intrat hoc casu d. opinio, multum enim interest, vtrum quis inuestiatur, tanquam de antiquo feudo, vel vtrum quis inuestiatur simpliciter, licet in inuestitura fiat mentio, quod alius fuit de eodem feudo inuestitus, tanquam de feudo antiquo; primo enim casu potest esse locus dubitationi, quod inuestiens voluerit, quod comprehensi in inuestitura succederent iuxta formam antiquæ inuestituræ, & in istis terminis loquuntur, & procedunt Doctores pro masculis allegati; secus vero in secũdo casu quando inuestitura facta legitur simpliciter;
7 tunc enim quando inuestitura facta est duobus † succeditur in ea iuxta dispositionem *d. c. 1. de duob. frat. à cap. inuest.* licet feudum sit antiquum, hoc est res solita concedi in feudum, quia nihilominus respectu personarum inuestitarum feudum dicitur nouum, & quilibet ex inuestitis censetur voluisse prospicere fœminis potius ex se descendentibus, quam masculis alterius lineæ, & verba, tanquam de antiquo feudo, censentur adiecta ad alium finem, nempè ad declarandum, quod res erat solita concedi in feudum, vt dictum est.

Quod maximè procedit in feudo concesso à per-
8 sona Ecclesiastica, † quæ non potest bona alienare sine solemnitatibus, nisi essent solita concedi in feu-
9 dum, & sic nisi tale feudum esset antiquum, † tunc enim censentur apposita d. verba ad saluandum inuestituram, non verò ad restringendam concessionem ad formam feudi antiqui, *Alex. d. cons 10. numer. 5. & seq. lib. 3. Clar. 1. §. emphiteusis quæst. 6. num. 1. Cæs. de Graff. decis. 3. num. 13. & seq. de reb. Eccles. non alien.*

Rursus intrat etiam hoc casu alia limitatio, quia scilicet in hac inuestitura de qua agitur, fuit præscripta certa forma succedendi, atque ideo illa seruari
10 debet, † magis enim inspicitur tenor inuestituræ, & pacta in ea apposita, quã quod lex feudalis disponit, *Surd. d. cons. 440. num. 38. Peregr. cons. 24. numer. 6. lib. 2. cum alijs supra allegatis.*

Quod autem fuerit in dicta inuestitura præscripta certa forma, atque expressè dispositum, quod masculi alterius lineæ non succedant, nisi prorsus deficiẽte prole alterius lineæ, atque ita non existentibus, nec masculis, nec fœminis fuit sufficienter in alijs decisionibus deductum.

Nec obstat, quod denuò repetitur, quo verbum
11 † Proles, intelligi debeat de masculis tantum, non autem etiam de fœminis, quodque dictio, Proles, sit referenda ad verbum, legitima, non vero ad verbũ deficiente, quia hæc fuerunt iam sæpius reiecta, &
12 ad saturitatem responsum, quod † legitimitas prolis non recipit plus, & minus, sed benè deficientia prolis, quia possunt deficere masculi, & non fœminæ, & eo casu non dicitur, quod proles prorsus deficiat, sed tunc demum, quando nullus superest, nec masculus, nec fœmina, atque ita d. dictio, prorsus omnino referri debet ad verbum, deficiente, nec per consequẽs potest subsistere intellectus, quem conantur dare dictis verbis scribentes pro masculis sed benè subsistit interpretatio in omnibus huius causæ discussionibus recepta, quod contrahentes non voluerunt, quod feudum ad alium deuolueretur, nisi prorsus deficiente prole alterius lineæ, hoc est quod nec masculus, nec fœmina superesset.

Atque hic intellectus magis etiam congruit præsumptæ voluntati recipientium d. feudum, quia quilibet ex illis præsumitur voluisse prospicere suæ posteritati, & sic etiam in dubio potius amplecti deberet, vt supra dictum est.

13 Nec applicatur † decisio *in causa Ariminen. bonorum 27. Octobris 1586. coram bo. mem. Bubalo*, vt in copia, quæ data fuit, quia vltra quod in casu d. decisionis agebatur de renouatione inuestituræ factę in persona vnius tantum, quod non est in casu isto, aderat etiam in d. inuestitura pactum expressum, & quidem

quidem verbis indefinitis, quod portio deficiens de-
ueniret ad superstitem, in isto autem casu d. pactum
est restrictum ad vnum casum tantum, scilicet si pro-
les vnius lineæ prorsus deficiat, quod vt sæpè dictum
est non verificatur superstite fœmina, atque ita tale
pactum modo non intrat, donec existat fœmina.
Minus subsistit aliud fundamentum scribentium
pro masculis, quod d. inuestitura facta anno 1297.
non est noua inuestitura, neque etiam respectu per-
sonarũ inuestitarum, quia scilicet Vbertus, & Guer-
cius sunt comprehensi, etiam in antiqua inuestitura
facta anno 1259. cum d. inuestitura fuerit facta Guer-
cio seniori, & descendentibus ex eo, dictiq; Vbertus,
& Guercius iunior descẽdant ex filio d. Guercij senio
ris, atq; ita sint nepotes descendentes ex filio Guer-
cij senioris, non autem nepotes collaterales descen-
dentes ex fratre d. Guercij senioris.
Nam huic etiam motiuo fuit in alijs decisionibus
satisfactum, & omnis difficultas tolli videtur, quod
fœminæ, vt dictum est, non tantum fundatam habent
intentionem in eo, quod inuestitura fuit facta ab ini-
14 tio duobus, † atque ita in ea succedi debet iuxta di-
spositionem *d. c. 1. de duob. frat. à cap. inuest.* quam
etiam id pacto expresso in d. inuestitura apposito,
quod feudum, vt dictum est, non deuoluatur ad aliũ,
nisi prorsus deficiente prole alterius lineæ.
Nam hoc stante etiam quod feudum esset antiquũ
nihilominus in eo succedi deberet iuxta d. pactum
15 quia, vt dictum est, magis † inspicitur tenor inuesti-
turæ, quam quod lex feudalis disponit.
Nec dicatur, quod contrahentes non potuerunt
per hanc inuestituram factam anno 1297. præiudica-
re comprehensis in inuestitura facta anno 1259. quia
præterquam quod inuestitura facta anno 1297. fuit
facta de consensu Guercij senioris primi acquirentis,
16 qui propterea † potuit præiudicare alijs in d. anti-
qua inuestitura comprehensis, *Bald. in auth. si quas
ruinas, num. 10. C. de Sac. Sanct. Eccl.* Ciar. *in d. §.
emphiteusis, quæst. 16. per tot.* & hanc opinionem
indistinctè sequuta *est Rota, vt apparet ex pluribus
decisionibus cumulatis in Bononien. de Bouijs 19.
Nouembris 1612. coram bo. me.* Card. Sacrato.
Non constat etiam, quod masculi, qui prætendunt
succedere in d. feudo, exclusis fœminis, sint in d. anti-
qua inuestitura comprehensi, quia non probatur,
quod ipsi descendant à Guercio seniore.
Nec obstat, quod descendunt ex Guercio iuniore,
qui enunciatur nepos Guercij senioris in d. inuesti-
tura anni 1297. ex qua etiam fœminæ deducunt ius
suum, quia cùm dictæ fœminæ habeant, vt dictum est,
fundatã intentionẽ in d. pacto, & masculis excipiant,
quod per d. pactũ non potuit præiudicari cõprehensis
in antiqua inuestitura, tenentur plenè, & concludẽ-
ter probare, quod ipsi sint in d. antiqua inuestitura
17 comprehensi, quia in hac exceptione, † quidquid
esset dicẽdum inspecto origine iudicij, ipsi sunt acto-
res, d. autem enunciatiua non sufficit ad effectum
plenæ, & concludentis probationis, quod d. Guer-
cius iunior descenderet ex Guercio seniore, & ma-
18 ximè quod verbum † nepos potest intelligi ex com-
muni saltem vsu loquendi, etiam de filio ex fratre,
sicq; d. probatio est æquiuoca, vt plenè fuit in alijs
decisionibus deductum.
19 Nec obstat quod in dubio intelligi debet † de
Nepote ex filio, quia hoc etiam admisso, nihilomi-
nus negari nõ potest, quin probatio remaneat æqui-
20 uoca, † sufficit enim ad hunc effectum, quod possit
intelligi de nepote ex fratre *c. in præsentia de probat.
l. non hoc. C. vnd. legit. Dec. in c. veniens n. 35. de test.*
21 Nec obstant aliæ enunciatiuæ, & † adminicula, ex
quibus saltem simul iunctis, scribentes pro masculis
prætendunt resultare plenam probationem, quod
d. Guercius esset nepos ex filio Guercij senioris, quia
coniecturis, & adminiculis alias deductis fuit suffi-
cienter in alijs decisionibus responsum, præsertim
verò in decisione R. P. D. mei Pirouani. Vnde su-
perfluum nunc est, tunc dicta repetere.
Quod vero ad alias enunciatiuas, & coniecturas
visum fuit DD. eas non releuare, nam quod enun-
ciatiuam extractam ex quodam liberculo reperto, vt
dicitur, in Cancellaria Episcopali Patauina, in quo
dicitur apparere de quadam inuestitura facta anno
1343. per renunciationem Vberti, & Guercijs de
Vicoageris fratrũ iuxta formã inuestituræ, qua inue-
stitus fuit, tunc q. Henricus filius q. D. Guercij de
Vicoageris pater dd. fratrum de anno 1278. fuit di-
ctum, eam non esse attendendam, cum d. liberculus
22 † non sit in forma probanti, nec extractus cũ literis
compulsorialibus, nec minus in actis productus par-
te citata, sicq; non probat, *cap. fin. & ibi gloss. & Doct.
de fid. instrum. & fuit dictum in Tirasonen. parochia-
lis 4. Maij 1616. coram bo. me. Andrea.*
Alia etiam enunciatiua, quæ deducitur ex suppli-
catione porrecta Alexandro VI. in qua alius Guer-
cius supplicat, vt fœminæ admittantur ad hoc feudũ
non releuat, tum quia in d. supplicatione nullum le-
gitur verbum, ex quo per necesse inferri possit, quod
d. Guercius descendat à Guercio Seniore; tum etiam
quia quatenus adesset tale verbum, quod importaret
descendentiam a d. Guercio, non propterea seque-
retur, quod illud deberet intelligi de descendentia
per rectam lineam à d. Guercio.
Et eodem modo respondetur ad enunciatiuam de-
sumptam ex commissione Iulij II. quia licet in ea
nominetur Guercius senior antecessor Guercij iunio-
ris, non tamen sequitur quod sit antecessor per rectã
23 lineam, & ille etiam cui † quis succedit in dignitate,
& officio, appellatur antecessor; *vt est tex. in cap.
innotuit de elect. & in c. fin. de rescript. in 6.* vltra
24 quod d. enunciatiua est vnica, quæ † regulariter non
probat, etiam si sit antiqua, *Card. Mant. de tacit. &
ambig. lib. 2. tit. 6. num. 22. Rot. decis. 160. numer. 6.
& decis. 169. num. 2. part. 1. in recent. & coram Re-
uerendiss.* D. *meo Decano decis. 69. num. 9.* emana-
25 uit a personis suspectis, † ideoque eo minus est at-
tendenda, *Aret. in c. cum causa, num. 21. & seq. & 4
ibi Felin. de probat. Aym. de antiq. temp. par. 1. sect.
num. 14. 19. & seqq. & in his terminis fuit dictum
in Nucerina prædij 3. Martij 1614. coram bo. mem.
Card. Sacrato.*
Minus obstant testes, quorum aliqui deponunt de
auditu a Francisco vltimo masculo defuncto, & au-
ctore fœminarum, quæ sunt in causa: alij de publica
voce, & fama, quod Franciscus descendebat a Guer-
cio seniore, quia ijdemmet testes dicunt se nescire,
an id intelligatur per viam seminis, & originis, an
per viam virtutis, hoc est, quod Guercius senior, tã-
quam vir insignis dederit nomen, & splendorem fa-
miliæ, & potest dd. testium depositio, & Francisci
confessio verificari in descendentia ex fœmina, nec
26 † ex ea infertur de necessitate, quod descendat ex
filijs masculis per rectam lineam.

Idemq;

Idemque dici potest de Historijs deductis, ad probandam eamdem descendentiam, quia nec illæ aperiunt, an Guercius iunior, & alij descendentes ex ipso descendant a Guercio seniore ex filio masculo dicti Guercij senioris, ideoque tota probatio remaneat æquiuoca.

27 Nec est locus regulæ, quod † singula, quæ non prosunt, vnita iuuant, quia d. regula non procedit, quando quælibet probatio in suo genere est imperfecta, *Alex. cons. 180. num. 6. lib. 2. cum alijs per Gab. tit. de probat. conclus. 1. num. 33.* hic autem quælibet

28 ex probationibus supradictis est in suo genere † imperfecta, quia, vt dictum est, nulla adducitur enunciatiua, nec alia probatio licet imperfecta, ex qua possit inferri, quod d. Guercius iunior descenderet ex filio Guercij senioris; Quia etiam multæ deducũtur coniecturæ in contrarium benè ponderatæ a d. decisione R.P.D. mei Pirouani, quæ quatenus non sufficiant ad probandum, quod dd. Vbertus, & Guercius iunior erant nepotes ex fratre, & non ex filio

29 Guercij senioris, sufficiunt tamen † ad obscurandam probationem ex dd. ennnciatiuis, & præsumptionibus deductam, quod dicti Vbertus, & Guercius descendant ex filio Guercij senioris, vt fuit dictum *in Comen. decimarum 1. Februarij 1608. coram bo. me. Card. Sacrato.*

Et denique quatenus admitteretur, quod d. Guercius iunior descendat ex filio Guercij senioris, subsisteret adhuc aliud fundamentum, quod scilicet dictus

30 Guercius senior, tanquam primus † acquirens potuit præiudicare vocatis in antiqua inuestitura, atq; ita descendentibus ex eo, consentiendo, quod Vbertus, & Guercius iunior inuestiantur de dicto feudo anno 1297. cum expresso pacto, quod feudum non deuolueretur ad aliũ, nisi prorsus alterius lineæ prole deficiente; atque ita deficientibus non solum masculis, sed etiam fœminis, vt supra dictum est.

Atque ita quocunque se vertant masculi succumbunt, attentata præsertim supradicta declaratione pacti in d. inuestitura appositi, quam DD. vnanimiter amplectandam censuerunt, tanquam magis consonã verbis, & menti contrahentium, reiecta interpreta-

31 tione. † *Aluarotti inter cons. Bruni 63.* & aliorum, qui pro masculis scripserunt, quæ dictis verbis, & menti visa fuit penitus contraria, &c.

☞ *Causa ista prius fuit agitata coram Sanctiss. D. N. Innocentio X. & postea coram diuersis bon. mem. Auditoribus nempe Vbaldo, Remboldo, Virili, & Queipo, eorumque decisiones annotaui supra in præcedenti Tomo ad decisionem 270. quæ est in eadem causa coram eodem Sanctiss. D. N.*

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana restitutionis in integrum.

Ven. 18. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM.

Pater constituendo dotem filiæ, simpliciter vti pater, vt satisfaciat oneri sibi iniuncto, tunc non censetur eam donasse filiæ, ideoque ea mortua, iniustè, & sine actione agit gener contra socerum, pro residuo solutionis dotis filiæ promissæ, cum ea mortua dos reuertatur ad patrem; & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *Dos soluto matrimonio reuertitur ad patrem dotantem.*

2 *pro Dotis residuo maritus mortua vxore non potest agere contra socerum, cum dos tunc reuertatur ad eum.*

3 *Pater constituendo dotem filiæ, tamquam pater, & legitimus administrator censetur dotem pro ea stipulasse, ac eidem dotem donasse.*

4 *Pater simpliciter tamquam pater dotando filiam, censetur id fecisse pro satisfactione oneris paterni.*

5 *Pater tenetur dotare filiam.*

6 *Surd. consil. 206. num. 19. & 22. in quo casu loquatur.*

7 *Pater quando simpliciter stipulatus est dotem filiæ, an censeatur eam donasse.*

8 *Pater, si stipulatus sit dotem reddi sibi, & filiæ, tunc acquiritur ius, & actio filiæ, & patri in solidum.*

9 *Dos est restituenda patri, licet restitutio erat facienda patri, & filiæ, quando de tempore restitutionis pater tantum superuixit.*

10 *in Foro Capitolino ius ciuile seruatur.*

11 *Rota attendit suum stylum non aliorum Tribunalium.*

12 *pro Legato assequendo Rota non procedit executiuè etiam si causa sit commissa cum facultatibus Auditoris Cameræ.*

13 *Dotis restitutioni non est amplius locus post lapsum quadriennium, & hoc secundum ius commune, sufficit tamen vt intra illud tempus fuerit petita.*

14 *ad Restitutionem in integrum obtinendam, quando non officiat lapsus quadrienij.*

15 *Restitutio in integrum competit, quando sine actione fuit actum, & obtentum.*

16 *Restitutio in integrum aduersus enormissimã læsionem datur etiam post quadriennium.*

DECISIO DCIV.

PLACVIT Dominis decisio facta in ista causa sub die 20. Maij præteriti * quatenus in illa ☞ fuit dictum constare de causis restitutionis in integrum aduersus mandatum relaxtum à secũdo Collaterali tanquam iniustum ex capite quod Catherina egerit pro residuo suæ dotis nempe scutorum mille sine actione, quod Domini deducebant ex eo, quod

1 cum esset dissolutum matrimonium † per mortem primi viri, & dos reuersa ad patrem dotantem *iuxta tex. in l. dos à Patre C. solut. matrim.* non poterat Catherina pro dicto residuo dotis agere vigore primi Instrumenti dotalis, prout egit, & mandatum obti-

2 nuit, vt fuit firmatum in dicta decisione quam etiam nunc Rota fuit amplexa sequendo decisiones olim factas *in illa Romana Dotis de Pruida coram DD. meis Vbaldo, & Verospio.*

Nec visum fuit obstare quod Pater constituerit d.

3 dotem † tanquam Pater, & legitimus Administrator quo casu censetur dos stipulata pro filia, ac eidem per Patrem donata, *iux. Doctores allegatos per informantes pro Claricia, & præcipuè Surd. cons. 206. nu. 19. & 22.* quia responderunt Domini quod licet

Pater

Pater dotauerit Catherinam etiam administratorio nomine, tamen in promitten. dotem incepit à se ipso nempe tanquam Pater, & legitimus Administrator, & ideo cum non constet, quod Catherina ha-
4 buerit bona † propria, quæ Pater administrauerit, debet dici patrem potius adimpleuisse officium pa-
5 ternum in dotando filiam prout † tenetur, quam officium Administratoris, exercere *iuxta notata per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsum. 15. num. 10. & seqq. & præsertim num. 8. & latè comprobatur in Romana dotis 26. Aprilis 1619. coram Domino meo Vbaldo*.
6 Et Surd. † & alij DD. ex aduerso allegati loquũtur, & possent procedere, quando Pater stipulatus
7 fuisset simpliciter dotem, in quibus casibus † censetur don. esse, *vt notat Castr. cons. 11. num. 1. vers. Idem si actio lib. 1. Dec. cons. 35. num. 5. & 6.* secus quando
8 stipulatus fuit dotem reddi sibi, † & filię, aut cui vel quibus de iure prout in nostro casu, qui tunc licet acquiratur ius & actio insolidum filiæ, & Patri, nihi-
9 lominus † dos venit restituenda patri cum simpliciter nõ fuit donata, & de tẽpore restitutionis pater superuixit, *vt declarat bene Castr. d. cons. 11. n. 1. vers. hoc autem quod dos lib. 1. Salic. in l. vnica §. videamus num. 37. vers. Sed ista non attingunt C. de rei vxor. act. cum alijs adductis in decis. 708. num. 7. par. 1. rec.*

Non obstat quod sit lapsum quadriennium, & sic
10 non sit amplius locus restitutioni iuxta stylum † fori Capitolini in quo seruatur ius ciuile, quicquid sit in alijs Curijs in quibus non attenditur huiusmodi lapsus, quia fuit responsum quod Rota attendit suum
11 stylum non aliorum † Tribunalium, *vt in simili fuit dictum in illa Romana dotis, & legati 15. Ianuarij*
12 1620. *coram me*, in qua licet esset † commissa causa cum facultatibus A. C. tamen noluit executiuè procedere in legato de quo agebatur ex facto iuxta stylum illius Tribunalis. Vltra quod constat ex facto,
13 quod restitutio fuit petita intra annum, † & quamuis non fuerit sequuta tamen hoc processit culpa, & impedimento Aduersarij mariti Catherinæ, qui vti Cantor Cappellę Sanctissimi D. N. fecit reassumi causam coram Illustriss. Cardinali de Monte coram quo diù fuit disputatum super iurisdictione. Vnde
14 his stan. non † debet lapsus quadriennij obesse ad peten. restitutionem in integrum *Paris. cons. 65. n. 60. lib. 3. Cassad. decis. 2. num. 1. de rest. in integr. Sfort. de restit. in integrum q. 19. art. 5. numer. 56. & q. 20. num. 54. & 56.*
15 Et in omnem euentum † competit restitutio. quia cum fuit actum sine actione prout supra fuit demonstratum, resultat enormissima læsio, qua stante etiam
16 post † quadriennium datur restitutio *gloss. in cap. 1. de restit. in integr. in 6. Ias. cons. 55. numer. 4. & 5. lib. 1. Alex. cons. 150. num. 6. lib. 7. & de communi testatur Bolognett. in addit. ad cons. Ioannis de Anan. 103.*

Et ex his Domini steterunt in decisis ex capite, quod sine actione egerit Catherina, An autem possit agere alio remedio, dixerunt Domini quod videretur.

☞ *Decisio ista, quæ à Rota fuit confirmata in hac eadem causa emanata sub die 20. Maij anni præteriti 1624. est supra in hoc Tomo decisio 540. & vide infra alteram decisionem in hac causa sub die 15. Iunij 1625. coram eodem bo. me. Reuerendiss. Manzanedo.*

R. P. D. V B A L D O.

Romana Melioramentorum.

Lunæ 21. Aprilis 1625.

ARGVMENTVM.

Melioramentorum detractio perperam prætenditur à conductore, dum adest pactum expressum in locatione, vt ipse ea detrahere nequeat, nec eorum occasione aliquid prætendere, quod tamen intellige verum, dum probatum fuerit per locatorem, ipsum adimpleuisse contractum locationis ex parte sua, & sic quid ipse probare teneatur, vt gaudere possit supradicto pacto.

SVMMARIVM.

1 *Melioramentorum detractio non est facienda, quãdo adest pactum, vt fundus restituendus veniat, absque vlla eorum refectione.*
2 *Locator vt possit vti pacto, vt conductor non possit detrahere melioramenta, nec aliquid pro eis prætendere, quid probare teneatur.*
3 *Locator, vt gaudere valeat pactis in eius fauorem initis in locatione, debet probare, se præstitisse successiuam patientiam, vt conductor frueretur re conducta,*
4 *Locator non dicitur adimpleuisse ex parte sua, dum ante tempus præfixum redijt ad rem locatam n. 5. & quid si adfuerit consensus conductoris. nu. 6.*
7 *Conductor, dum est morosus in solutione pensionis, non potest ex hoc à locatore expelli, sed bene compelli ad solutionem, & implementum.*
8 *in Contractu nominato ob non implementum non potest agi ad rescissionem, sed vt impleantur conuenta. & nu. 9.*
10 *ex* Remedio *l. si quis conductionis C. locat. quando nõ possit agi.*
11 *Ius debitoris per lapsum temporis si extinguatur, eius creditores super eo nihil prætendere possunt.*
12 *Mãdato de euacuãdo, quãdo nõ videatur esse locus.*
13 L. *interdum ff. qui pot. in pign. habeantur. quo casu non intret.*
24 *L. interdum. ff. qui pot. in pign. hab. vt habeat locũ inter cœtera requiritur probatio, pecuniam fuisse versam, super*
15 *Rota ex stylo nõ solet reuocare decisiones incidẽter.*

DECISIO DCV.

ACHILLES Cibo de anno 1591. locauit cuidã Ioanni à Ponte quasdam domos ad annos 18 pro annua pensione scutorum 264. cum pacto, vt Io. in ijs faceret nonnulla melioramenta, & signanter efficeret ludum pilæ, & vt finita locatione melioramenta cederent commodo ipsius locationis, & nihil eorum causa posset Ioannes excomputare de pẽsionibus, sed inde ad biennium de anno 1593. iam confecto pilæ ludo idem Achilles redijt ad possessionem dicti ludi & domorum, easq; d. anno, & alijs sequentibus respectiuè locauit alijs personis, & pensiones recepit, vt in quietãtijs, & alijs Instrumentis in Sum. datis. Interim Domini Scarlatti & consortes, qui multas pecunias Io. dederant ad societatem officij ad effectum conficiendi d. ludum & melioramenta, egerunt contra Achillis hæredes, & possessores dd. melioramentorũ, & obtinuerunt vsq; de anno 1606. per Sententiam extra Rotam latam immitti in possessionem

ſeſsionem dicti Ludi pilæ, & hoſpitij ſub reum poſiti
per eos retinen. donec de ſcutis 1100. expoſitis in
dictis melioramentis de eorum pecunijs eſſent ſatiſ-
facti, & cauſa in Rota commiſſa emanarunt coram
me plures deciſiones, de quibus infra, & Scarlatti
obtinuerunt etiam mandatum de manutenendo, qui-
bus ita ſtantibus elapſis annis 18. non ſolum à die
locationis factæ Ioanni, ſed etiam à die immiſsionis
DD. de Scarlattis, Domini de Cibo cœperunt præ-
tendere mandatum de euacuan. dictum Ludum pilæ
& hoſpitium in alijs annexis, & melioramentis, nõ
obſtan. exceptione non ſatisfactionis ex aduerſo op-
poſita, vnde dato & propoſito dubio, Domini cen-
ſuerunt pro nunc non eſſe dandum dictum mandatũ
de euacuando, licet enim tempus locationis ſit iam
elapſum ſiue ſumatur ab anno 1591. initi contractus
inter Acchilleum & Ioannem à Ponte, ſiue ab anno
1606. quo Scarlatti fuerunt immiſſi in poſſeſſionem
Ludi, & hoſpitij, & ſic videretur eſſe locus euacua-
1 tioni præſertim † ſtante pacto de reddendis domibus
liberis, & expeditis Dominis de Cibo ſine vlla refe-
ctione, & excomputatione melioramentorum iux-
ta *l. non ab re. C. vnde vi. Rota in Romana euacua-
tionis 2. Decembris 1615. coram me, quæ eſt deciſ.
692. num. 2. par. 1. recent. & coram fel. rec. Greg.
XV. deciſ. 45. num. 1.* Tamen vt locator, vel eius hæ-
2 res poſſit vti, & iuuari dicto pacto, neceſſe † eſt do-
cere, quod adimpleuerit contractum ex parte ſua,
l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. & in terminis
locationis eſt *text. in l. quæro. §. inter locatorem.
ff. locat. Surd. conſ. 400. num. 6. & ſeqq. lib. 3. Becc.
conſ. 45. nu. 6.* cum alijs per *Rotam in dicta* Roma-
*na euacuationis 26. Ianuarij 1615. coram me, Hõd.
conſ. 86. num. 16. lib. 1.* & implementum in caſu pro-
3 poſito in eo conſiſtit, quod locator † præſtiterit con-
tinuam, & ſucceſſiuam patientiam, vt cõductor frue-
retur per integrum tempus 18. annorum recondu-
cta, *l. ſi merces. §. 1. & ſeq. & §. qui fundum. ff. lo-
cat. Bart. in l. ſi quis domum. eod. tit. Oſaſch. deciſ. 51.
num. 13. & ſeqq. Surd. d. conſ. 400. num. 7. & 8. &
conſ. 532. num. 8. lib. 4. Becc. d. conſ. 45. num. 19. Ro-
ta deciſ. 235. num. 1. coram fel. mem. Greg. XV.* vnde
4 cum locator † vix elapſo anno integro redierit ad poſ-
ſeſſionem domorum vt ſupra dictum eſt, non vide-
5 tur adimpleuiſſe † ex parte ſua contractum, & con-
ſequenter carere dicta actione contra cõductorem,
vel habentes ab eo cauſam, & licet informantes pro
Cibis docerent Ioannem conſenſiſſe, vt Acchilles
6 reciperet dictam poſſeſſionem domorum, † quia ob
inopiam non poſſet conficere omnia melioramenta
conuenta, nec penſionem ſoluere, & id etiam fuerit
ſignificatum in dicta deciſione in hac cauſa facta 29.
Ianuarij 1626. in fine, vbi fuit dictum dominium
melioramentorũ fuiſſe reſolutum de conſenſu Ioan-
nis, tamen id viſum eſt non ſatis iuſtificari in facto, &
7 quatenus Ioannes fuiſſet † moroſus in ſolutione pen-
ſionum, nõ tamen poterat à locatore expelli, ſed po-
terat vrgeri ad ſolutionem, & ad implementum,
8 cum † ſimus in contractu locationis, *l. qui eſt nomi-
natus. Surd. conſ. 38. num. 6. & ſeqq. lib. 1. Rota de-
ciſ. 130. coram Greg. XV. & in Romana affictus 5.
Maij 1623. coram R.P.D. Pirouano.*
Quod vero pertinet ad Scarlattos prætenſos cre-
ditores, & ceſsionarios Ioannis, & eius hæredum,
qui obtinuerunt à Rota mandatum de manutenen-
9 do in poſſeſſione Ludi & hoſpitij, † in qua fuerant
immiſſi ex ſententia extra Rotam, vt ſupra dictum
mandatum fuit conceſſum cum ea modificatione;
vt interim ſoluerent pẽſiones, vt in deciſione 9. De-
cembris 1616. & idem fuit repetitum in alia deci-
ſione 24. Nouembris 1617. in vltimis verbis, quod
igitur pertinet ad Scarlattos, ipſi non negant ſe eſſe
debitores pẽſionum pro Ludo & hoſpitio quæ poſ-
ſident, ſed controuertitur pro qua rata teneantur,
nõ enim poſſunt teneri pro integra penſione ſcuto-
rum 264. quæ fuit conuenta pro omnibus domibus,
10 & ideo niſi liquidetur, † quæ quantitas debeatur pro
Ludo, & caupona, & quæ ſit debita pro domibus
poſſeſſis à Cibis, interim non videtur poſſe agi ex
remedio *d. l. ſi quis conductionis. C. locat.*
Non obſtat, quod Scarlatti non poſſint habere
plus iuris quam haberet Ioannes, & extincto iure
conductoris per lapſum temporis extinguatur etiã
11 † ius prætenſi creditoris habentis ab eo cauſam,
*l. lex vectigalis. ff. de pignor. Seraphin. deciſ. 757. nu-
mer. 5. & deciſ. 1290. in fin.* quia in hoc etiam eſt
controuerſia, an ius Ioãnis ſit reſolutum quoad me-
12 lioramenta ſtante exceptione non implementi † pro
parte Dominorum de Cibis ex ſupra deductis, &
ideo Domini concludebant pro nunc non eſſe con-
cedendum dictum mandatum de euacuando.
Cætera verò quæ pro Scarlattis adducebãtur cir-
ca creditum, & hypotecam Dominorum de Scar-
lattis contradicunt deciſionibus in cauſa factis, in
13 quibus † fuit firmatum non intrare remedia, *l. in-
terdum. ff. qui pot. in pig. hab. & l. 1. ff. in quib. cauſ.
pign. vel hypot. tacit. contr.* nec probari quod pecu-
14 niæ per Scarlattos mutuatæ † Ioanni à Ponte fue-
rint verſæ in fabricam Ludi pilæ, & fuit reſponſum
ad teſtes in contrarium adductos, vt in deciſione 27.
Ianuarij 1614. coram me, confirmata 29. Ianuarij
1616. & tamen hodie prædicti teſtes dantur in ſum-
15 mario & prætenditur † cõſtare de dicto credito & hy-
poteca, quod repugnat ſtylo Tribunalis, non reuo-
candi incidenter deciſiones Rotales.
Et ita fuit deciſum.

R. P. D. REMBOLDO.

Peruſina Fideicommiſſi de Gratianis.

Lunæ 5. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

in Bonis alicuius ad effectum probandi an aliquid con-
trouerſum adfuerit ex pluribus ſimul iunctis, ſcili-
cet adminiculis, & coniecturis doceri poteſt, & quæ
ſint nonnullæ ex eis hic adducuntur. Dominium
rei emptæ acquiritur ei, cuius nomine ea fuit emp-
ta, & quid ſi non conſtet de mandato procuræ ad ef-
fectum d. emptionis, vel res ſit dubia. Mandatum
facilius probatur in perſona coniuncta.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes de auditu licet non probent, nihilominus fa-
ciunt adminiculum.*
2 *Teſtes de auditu fortius faciunt adminiculum,
quando ſumus in facto antiquo.*
3 *Tempus 70. annorum ſecundum ſtylum* Rotæ *in
teſtibus reputatur antiquum.*
4 *Cataſtrum non probat contra tertium. Cataſtrum
licet non probet contra tertium facit tamen admi-
niculum, ſeu præſumptionem.*

5 *Bona possessa à filio hærede patris, præsumuntur fuisse patris.*
6 *Et quamuis hæc præsumptio non sufficiat ad probandum, quod aliquid fuerit in bonis paterni, tamen iuncta cum alijs coniecturis est efficax.*
7 *Possess. o filij hæredis grauati non sufficit ad probādū, quod bona fuerunt possessa à fideicommittēte.*
8 *Surd. decis. 339. in quibus terminis procedat.*
9 *Filius si appareat bona ei prouenisse à patre, cessat omnis præsumptio, vt ea potuerint prouenire à matre.*
10 *Emptio cuius nomine fuit facta, ei res empta acquiritur.*
11 *Emptum, si aliquid sit nomine alterius, & non constet de eius mandato, aut saltem de verificatione emptionis factæ ad eius fauorem, non acquiritur ei dominium, sed illud remanet penes emptorē.*
12 *Emptum, quod aliquid nomine alterius ex quibus coniecturis id assequi possit, quando sumus in dubio.*
13 *Mandatum ex coniecturis pluribus simul iunctis probatur, & maximè si simus in persona coniūcta.*
14 *Mandatum sine dubio probatur etiam præsumptionibus, & coniecturis.*
15 *Frater, dum aliquid ex propria industria acquirit, id non cadit sub diuisione bonorum paternorum inter alios fratres.*

DECISIO DCVI.

DICTVM fuit prædium, de quo agitur, fuisse in bonis Capitanei Felicis, hoc enim probatur ex pluribus saltem simul iunctis. Primo quia constat dictum prædium fuisse emptum à Felice vxore Capitanei procuratorio nomine d. Capitanei eius viri, & de pecunijs Capitanei pro ipso, & eius hæredibus, & quibus ipse Capitaneus ius suum cesserit, cum clausula ad haben. & clausula constituti concepta ad fauorem D. Capitanei interueniente etiam stipulatione Notarij pro eo, & eius hæredibus.

Secundo probatio coadiuuatur ex depositione testium, quod Capitaneus possedit dictum prædium.
1 Nec refert quod dicti testes sint † ab auditu, quia nihilominus faciunt adminiculum, præsertim cum
2 simus in† facto antiquo, *cap. licet ex quadam, & ibi Butr. Ioan. Andr. & alij de testib. Ias. cons. 225. sub num. 4. in fin. Bursatt. cons. 324. num. 8. lib. 3. post secundum vol. consil. Farin. Card. Seraph. decis. 799. num. 2.* accedente nempe spatio annorum 70. quod
3 in† testibus iuxta stylum Rotæ reputatur antiquum vt testatur *Verall. decis. 5. & decis. 293. par. 3. Card. Seraph. decis. 75. in fin. Rot. decis. 694. num. 2. par. 2. in recent.*

Tertio concurrit catastrum, in quo apparet dictū prædium fuisse descriptū inter bona hæreditaria dicti
4 Capitanei, nam licet † catastrum non probet contra tertium, facit tamen præsumptionem *Socin. sen. cons. 89. sub num. 11. vers. tertio ponderandum, & num. 12. lib. 1. Paris. cons. 53. num. 21. vol. 1. Card. Seraph. decis. 161. num. 50.*

Quarto facit quod constat idem prædium fuisse
5 possessum, †& etiam venditum à Vincentio filio dicti Capitanei, præsumitur enim habuisse dictum prædium à patre, *Menoch. cons. 207. num. 12,* cum alijs per *Petr. de fideicom. q. 12. num. 1368.* & licet hæc
6 præsumptio non sufficeret † ad probandum, quod prædium fuerit in bonis patris, tamen iuncta cum alijs coniecturis est efficax.

Vnde non obstat *Surd. decis. 339.* vbi quod non
7 † sufficit possessio filij hæredis grauati ad probandum quod bona fuerunt possessa à fideicommittente, quia
8 in casu † dictæ decisionis non aderat alia coniectura prout ista, hic autem concurrunt plures aliæ, vt patet ex supra deductis.

Ex quibus etiam cessat quod dicitur, quod possibile est quod Vincentius habuerit dicta bona à ma-
9 tre, quia† ex supradictis apparet, quod illud habuit à patre, & præsertim quia vt dictum est, constat fuisse emptum à matre pro Capitaneo, & sic dictum præ-
10 dium †fuit ipsi Capitaneo acquisitum *l. 3. & l. multum interest, & ibi DD. C. si quis alt. vel sibi. Bart. in l. 1. C. de procur. Rota decis. 262. num. 1. par. 1. in recentior.*

Nec obstat quod non constat de mādato Capitanei, aut saltem de verificatione emptionis factæ ad
11 † eius fauorem, adeoque dominium dicti prædij ipsius nomine empti non fuit ipsi acquisitum, sed illud remansit penes vxorem emptricem, *ex Thesaur. decis. 70. num. 3. cum allegatis*, quia præterquam quod de mandato constat ex instrumento, cuius copia datur illud etiam enunciatur in ipso instrumento emptionis, & concurrunt supradictæ aliæ coniecturæ,
12 nempè quod † dictum prædium fuit emptum ex pecunijs Capitanei, & quod Capitaneus possedit dictū prædium, quod post eius obitum fuit descriptum in catastro inter bona hæreditaria Capitanei, & quod illud paulo post fuit venditum à Vincentio, qui præsumitur habuisse dictum prædium à patre, potius quā aliunde, quæ coniecturæ saltem simul iunctæ sufficiūt
13 ad præsumendum† mandatum præsertim in coniuncta persona, qualis erat vxor dicti Capitanei, *Cin. in l. inuitus. C. de procur.* & stante temporis antiquitate *Ceph. cons. 328. num. 33. Ruin. cons. 35. num. 18. & seq. lib. 1. Cæs. de Graff. decis. 2. nu. 4. de reb. Eccl.*
14 *non alien.* & dubium †non est quod mandatum probatur etiam præsumptionibus & coniecturis, *Bald. in l. 1. num. 2. C. de reb. alien. non alien. Cæs. de Graff. dicta decis. 2. num. 5. Rota decis. 169. num. 4. & decis. 440. num. 5. par. 2. in recent. & coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 44. num. 1.*

Nō obstat quod in diuisione facta inter Astorem, & Vincentium non fuit facta mentio dicti prædij,
15 quia dictum † prædium fuit emptum ex pecunijs proprijs Capitanei in bello acquisitis, neque in illis aliquam partem habebat dictus Astor, atque ita non cadebat sub diuisione, sed integrum spectabat ad Vincentium, qui illud etiam vti suum vendidit, vt dictum est &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Fructuum Dotis.

Lunæ 12. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Dos, cum fuit promissa, & interim dum ea non exbursatur, fuerit conuentum, vt interesse solueretur, illud ritè exigi potest absque labe prauitatis vsurariæ, & hoc propter onera matrimonij, quodque procedit etiam si dos non in pignore, sed pariter si in pecunia consistat. Id tamen intellige constante matrimonio, nam eo dissoluto per mortem vxoris, interesse, seu fructus dotis non debentur, etiam si adsit pactum

ctum expressum, vel si quoque adsint filij ex dicto matrimonio.

SVMMARIVM.

1 Obligatio Cameralis habet executionem paratam.
2 Clausula, si quid exequendum, non tollit vires obligationi Camerali.
3 Clausula, si quid exequendum, iustificanda est ex eisdem actis, & de hoc constito proceditur ad ulteriorem executionem.
4 Fructus dotis non solutæ constante matrimonio sũt soluendi, & maximè stante pacto.
5 Cap. salubriter. de vsur. licet loquatur, quando datur pignus; nihilominus eadem est ratio, quando in pecunia dos promittitur.
6 pro Fructibus dotis restituendis non possunt alienari bona fideicommisso subiecta, sed huic opinioni nonnulli DD. contradicunt.
Et vide distinctionem Fusar.
7 Fructus dotis promissi omnino soluendi sunt, & in subsidium debentur ex fructibus bonorum subiectorum fideicommisso.
8 Mulier potest agere saluiano pro fructibus dotis etiam contra bona subiecta fideicommisso.
9 Saluianum operatur, vt de fructibus satisfiat creditori.
10 Bannitus, si quis sit cum confiscatione bonorum videtur liberatus ab omni obligatione.
11 Bannum quando quis habuit cum confiscatione bonorum, non ex hoc extinguuntur actiones contra eum, sed in fiscum transferuntur, & si banitus fuerit restitutus quo ad omnia, in eundem deinde dicuntur retranslatæ dictæ actiones.
12 Vsurariæ prauitatis exceptio incontinenti probata impedit processum executiuum, & sic obligationem Cameralem.
13 Dotis fructus soluto matrimonio absque labe vsuraria percipi non possunt.
14 Dotis fructus, principale requisitum, quare debeantur, est matrimonium, ideoque eo soluto, amplius percipi non possunt.
15 Matrimonialium onerum substentatio præcipuè consistit in vxore alenda secundum dignitatem generis, & quantitatem dotis.
16 Dotis titulus, si extinctus sit, fructus non possunt amplius solui pro interesse matrimonij, sed simpliciter pro vsura.
17 Dotis debitum soluto matrimonio vertitur in mutuum palliatum, & sic non debetur interesse.
18 Fructus dotis soluto matrimonio non debentur, quamuis ex dicto matrimonio supersint filij.
19 Viduæ de Iure communi non debentur fructus dotis & si eos exigit computantur in sortem.
20 Cap. salubriter. de vsur. rationes, quando cessent, & num. 21. & 22.
23 Dotis fructus, vt debeantur tria requiruntur, promissio dotis, matrimonium, & substentatio onerũ.
24 Fructus dotis debentur mulieri post iudicialem interpellationem ad rationem scutorum 7. cum dimidio etiam quod habeat pignus dotale, vt disponit Statut. Vrb. lib. 1. cap. 137.
25 in Vxore disposita habent etiam locum in viro.
25 Maritus, si probibeatur relinquere vxori è conuerso vxor censetur prohibita relinquere marito, & vide num. 28. & seq.
27 Maritus, & vxor sunt correlatiua.
28 in Correlatiuo vno dispositum, censetur quoque dispositum in altero intellige tamen in indiuiduis.
29 Maritus, si probibitus sit relinquere vxori, tunc ipsa censetur probibita recipere.
30 Correlatiuorum regula, vt dispositum in vno censeatur quoque repetitum in altero, non intrat in actibus separatis.
31 Maritus dum est probibitus relinquere vxori, ex hoc non censetur vxor probibita relinquere viro.
32 Statutum Vrb. lib. 1. cap. 137. est correctorium Iuris communis, dum indulget viduæ, vt possit exigere fructus dotis non solutæ.
33 Dispositum in vno ex correlatiuis habet etiam locũ in altero, quod verum intellige ad effectum inclusionis ad nouum casum.
34 Statutum, si discretiuè loquatur de viro, & vxore, tunc non intrat regula correlatiuorum.
35 Statutum Vrb. lib. 1. cap. 137. disponit si vxor prædecedat marito, & adsint filij, percipere possit fructus dotis ex pignore dotali.
36 Statutum Vrbis lib. 1. cap 137. magis fauet vxori, quam marito, qua propter disposita in vxore non vendicant sibi locum in viro.
37 Filij ex matrimonio dum extant, mortua vxore non dicuntur extincta onera matrimonij.
Matrimonij onera consistũt nedum in alenda vxore, sed etiam in alendis liberis.
38 Fructus dotis debentur viro dissoluto matrimonio per mortem vxoris, si extant filij.
39 Manent. de iur. contract. liuell. par. 14. num. 80. & Borg. decis. 26. num. 25. par. 3. reijciuntur.
40 Dos extantibus liberis mortua vxore, non reuertitur ad patrem, sed remanet penes virum.
41 Onera matrimonij onera extinguntur, vbi extant filij.
Filiorum alendi onus est naturæ, & non matrimonij, num. 41.
42 Onus alendi liberos, licet sit naturale, babet tamen originem à matrimonio.
43 Filiorum alimentatio quatenus spectat ad patrem iure naturæ, ex hoc ipse non potest petere interesse dotis.
44 Filios alendi onus, quatenus consideratur tanquam habens originem à matrimonio, patri debetur dos, cuius contemplatione fuit promissa.
Itaut mortua vxore non debet restitui socero, sed remanere debet penes generum.
45 Cum. super rit. magn. Cur. cap. 93. num. 22. loquitur in terminis illius ritus, vel loquitur sine ratione, & num. 47.
47 L. si filia. ff. famil. ercisc. quo in casu loquatur.
48 Fratribus pluribus extantibus, si vnus babet vxorem, debet babere dotem patri datam, quia ipse substinet onera matrimonij.
49 L. si maritus. ff. famil. ercisc. declaratur, & nu. 52.
50 Dos debet esse apud illum, qui substinet onera matrimonij.
51 Filij sunt reliquiæ matrimonij, & ex dote matris sunt alendi.
Sed hoc intellige constante matrimonio.
53 Vxor constante matrimonio potest petere suam dotem, marito vergente ad inopiam, mortua tamen vxore filij illam non possunt petere.
54 Roman. cons. 517. col. 2. qualiter sit intelligendus.
55 Dotis fructus soluto matrimonio, nec debentur vigore pacti, quicquid Gratian. in appendic. ad disept.

scept.427. & discep.920. & decis.in causa Tiburtina dotis.

56 *Promissio de soluendo interesse dotis qualiter intelligatur.*

57 *Dotis fructus, si matrimonio dissoluto, soluerentur esset vsura.*

Promissio fructuum non facit euitare vsuras.

58 *Vsuræ nō solū Diuino, sed omni iure probibitæ sūt.*

59 *Vsuræ sustineri non possunt, nedum per pactum, sed nec etiam per dispensationem.*

60 *Vsuræ, vt fiant non potest dispensari, neque intuitu boni, neque mali euitandi, sed nec pro redimendis captiuis.*

61 *Vsuras, qui exigit, contendit DEVM audacius, naturam expressius, scripturas deterius, & iura diutius.*

62 *Promissio solutionis fructuum dotis corruit defuncta vxore.*

63 *Fructus dotis, si fuerit conuentum, vt etiam soluto matrimonio soluerentur, nulliter esset conuentū.*

64 *Decisio in causa Romana fructuum dotis 27. Februarij, & 12. Iunij 1605. coram Penia quo casu loquatur, & maxima cum difficultate ibi fuit capta resolutio, num.66. & 67.*

65 *Decisio in causa Casenaten. fructuum dotis 13. Iunij 1603. in quibus terminis sit intelligenda.*

DECISIO DCVII.

PAVLVS promisit soluere dotem Eugeniæ sororis Petro Antonio viro intra certum tempus, pacto adiecto, quod si in solutione defecerit in terminis expressis teneretur soluere fructus iuxta formam Statutorum Vrbis, contracto matrimonio, illoq. per obitum Eugeniæ postea dissoluto, Petrus Antonius vir superstes petijt aduersus Paulum Sororium fructus dotis decursos, & non solutos, tàm constante matrimonio, quàm illo dissoluto, cumq. mihi fuisset commissa causa appellationis, cum clausula si quid exequen. hodie dubitaui, an esset locus executioni, & Domini quoad fructus decursos viuente vxore affirmatiuam secuti sunt sententiam, contrariū ipsa defuncta censuerunt. Ratio primi dicti
1 fuit, quia Paulus se obligauit † in forma Cameræ, quæ habet executionem paratam, *Vrsill. ad Afflict. decis.30.num.6. in fine, Cagnol. in l. si librarius 93. nu.91. vers. quid de instrumento. ff. de reg. iur. Mohed. decis.2. & 5. de except. Rota decis.800. num.6.*
2 *par.3.* quæ conclusio procedit etiam quod causa † sit commissa cum clausula, si quid exequen. quia constito de iustitia mandati, ex eisdem actis prout con-
3 stare debet stante hac † clausula proceditur ad vlteriorem executionem, vt fuit dictum *in causa Romana de Crescentijs 4. Iulij 1612. coram R. P. D. meo Pamphilio apud Modern. de oblig. Camer. decis.12.*

In hoc autem casu satis elucescit iustitia mandati,
4 quoad fructus constante † matrimonio decursos ex pacto prædicto *per text. in cap. salubriter. de vsur.*
5 qui licet loquatur quando datur † pignus, nihilominus eadem est ratio, quando in pecunia dos promittitur, vtrobique enim consideratur iustum interesse propter onera matrimonij, *Abb. in cap. salubriter. num.3. de vsur. Ambros. de Vign. de vsur. nu.13. vers. secundo casu. Dec. in cap. cum venerabilis. n.63. & seq. de except. Bald. nouell. de dote par.7. priuil.3. num.4. vsque ad fin. Nauarr. in manu. cap.17. sub nu.213. vers. & quia retulimus. Couar. var. resolut. lib.3. cap.1. num.3. vers. contrarium tamen. Conrad. de contract. tract.2. q.35. conclus.5. fol.158. & conclus.7. fol.159. Lap. in cap. per vestras, §.8. incipit, octauo infertur. num.2. de donat. inter vir. & vxor. Molin. de primogen. Hispan. lib.4. cap.5. nu.6. Surd. de alim. tit.1. q.42. num.147. Giurb. decis.72. num.3. vers. nam valet, Azor. instit. moral. par.3. lib.7. cap.9. col.2. post med & dixit Rota in causa Romana dotis 5. Iulij 1599. coram bon. mem. Iusto, quæ est 129. post primum vol. cons. Farinac. & in alia Romana fructuum dotis 19. Ianuarij 1600. coram eodem, & in alia pariter Romana fructuum dotis 10. Nouemb. eiusdem anni, coram Litta, nouissimèq. in Tiburtina fructuum 19. Iunij 1623. coram R. P. D. meo Nauarro,* quæ in hac parte non potest impugnari.

Neque obstat, quod agitur de bonis subiectis fi-
6 deicommisso, † quæ non possunt alienari pro fructibus dotis restituendis, *Seraphin. decis. 481. num.2.* quia quicquid sit de hac opinione, cum *Peregr. de fideicom. art.42. nu.96. in primo notabili* teneat contrarium, & *Fusar. de substit. quæst.531. num.43.* distinguat quod aut maritus fuit negligens, & bona non possunt alienari, aut non fuit negligens, & possunt alienari, in hoc casu non agitur de fructibus extrahendis ex venditione bonorum fideicommisso subiectorum, sed an Paulus teneatur ad dictos fructus,
7 † quem vtique teneri ambigen. non est, etiam quod Petrus Antonius, vellet satisfieri ex fructibus bonorum subiectorum fideicommisso, vt fuit resolutum *in causa Firmana, seu Maceraten. dotis 9. Ianuarij 1622. coram R P. D. meo Pirouano,* in qua fuit dictū
8 quod mulier † poterat agere saluiano pro fructibus dotis etiam contra bona subiecta fideicommisso, cú
9 saluianum † operetur, vt de fructibus satisfiat creditori.

Minus releuat quod Paulus fuerat bānitus, cum
10 confiscatione † bonorum, & propterea videatur liberatus ab omni obligatione, *Rota decis.575. num.1. par.1. in recent.* quia cum actiones Petri Antonij
11 non fuerint † extinctæ, sed in Fiscum translatæ, per eum postea fuerunt retranslatæ in Paulum, cum is fuerit restitutus tàm ad bona, quàm ad honores, *l.2. & 3. ff. de sent. poss. l.3. vbi Ang. num.1. & 3. C. eod. add. de rest. in integr. q.97. num.9. Farin. 99. crim. q.97. num.180.*

Ratio secundi dicti, quod scilicet non sit locus executioni quoad fructus soluto matrimonio decur-
12 sos, & fuit, quia exceptio vsurariæ prauitatis † incontinenti probata impedit processum executiuum, & sic obligationem Cameralem, *Ias. in l.1. nu.21. & seq. C. de iur. & fact. ignor. Matth. Coler. de process. execut. par.4. cap.2. num.22. Andr. Rauchbar. par.2. q.35. num.102. in fine,* cum alijs adductis per *Matth. Berlich. q.57. nu.56. par.1. Carocc. decis.133. num.4.* Hic autem, vt statim demonstrabitur hi fru-
13 ctus soluto matrimonio absque † vsuraria labe non debentur, quando fortè sufficeret, quod articulus iuris in hoc esset saltem dubius, *vt voluit Thes. decis.26. nu.15. vers. an inquam,* quem sequitur *Matth. Berlich. d. conclus.57. num.61. par.1.*

Quod verò promissio, de qua agitur, vbi contineat fructus soluto matrimonio sit vsuraria, ambigi non
14 potest, illo enim soluto deficit requisitum, † ex quo solutio fructuum sustinetur, nempe substenatio onerum matrimonialium, quæ præcipuè consistunt in
15 vxore alenda † secundum dignitatem generis, & quan-

quantiatem dotis, Lup. loco supra allegato num. 4. vers. ex quo dicebat. Immò cum titulus dotis extin-
16 ctus sit, fructus non possunt † solui amplius pro interesse matrimonij, sed simpliciter pro vsura, & sic
17 debitum dotis † soluendo vsuras vertitur in mutuũ palliatum, vt est text. in cap. salubriter. de vsur. vbi Innoc. num. 1. & 2. Hostien. num. 5. & 6. Ioan. Andr. num. 4. Abb. nu. 4. Ioan. de Anan. col. penult. circ. med. vers. & ex præfatis, Bart. in l. & qui natura. §. vsuras, in fine. ff. solut. matr. & cons. 128. num. 2. lib. 1. & cons. 81. lib. 2. Bald. in rubr. C. de vsur. vers. quarto quæro. & in l. fin. §. præterea. num 10. & in l. pro oneribus. nu. 3. C. de iur. dot. Alex. cons. 74. num. 13. & cons. 141. num. 2. in princ. lib. 5. Neguś. de pignor. 5. par. 5. membr. num. 17. Rolan. cons. 55. num. 1. & seqq. & præsertim num. 3. lib. 2. Cumia. super rit. magn. Cur. cap. 94. num. 1. vsque ad nu. 6. cum alijs per Cepoll. cons. ciuil 15. in princ. Mantic. decis. 171. num. 4. & fuit sæpissimè resolutum, & præsertim in Bonon. dotis 4 Iunij 1597. coram bon. me. Card. Pamphilio, & in eadem 24. Maij 1600. coram bon. mem. Card. Lancellotto, & coram me, & in causa Anconitana interesse 28. Iunij 1600. & nouissimè in Nepesina laudi 10. Martij 1624. coram Reuerendiss. D. meo Caualerio S.D.N. Datario.

18 Quæ etiam procedunt † licet ex matrimonio remanserint filij, Ioan. de Anan. in d. cap. salubriter, & l. pen. circa med. vers. ex præfatis videtur de vsur. qui loquitur in fructibus pignoris, & sic in facilioribus terminis, quàm in pecunia, & ratio est, quia circumscripto Statuto Vrbis cap. 137. lib. 1. de quo sta-
19 tim dicitur † de iure communi, si ipsa mulier viueret soluto matrimonio, vel non potuisset exigere fructus, vel si exegisset in sortem compũtare teneretur l. Titia. ff. de solut. Bart. in l. in Insulam. §. vsuras. ff. solut. matr. & in l. si pater. in princ. ff. de dol. except. & concludunt omnes DD. in d. cap. salubri-
20 ter de vsur. & per consequens † tenerentur hæredes vxoris, quia cessat ratio, cap. salubriter. scilicet alimentatio vxoris in quo principaliter cõsistunt onera matrimonij secundum dignitatem illius, & quantitatem dotis, eleganter Lup. in d. cap. per vestras. nu. 4. vers. ex quo dicebat. Anan. vbi quod hæc opi-
21 nio † est parum dubitabilis, Alex. cons. 74. num. 15. post med. vers. postremo circa tertiam, & num. 16. lib. 5. Ruin. cons. 162. num. 3. lib. 5. Peregr. cons. 99. num. 5. cum seqq. lib. 3. & cons. 70. nu. 1. ante med. vers. attamen. soluto matrim. cons. 71. nu. 6. & cons. 73. num. 1. vers. de iure autem. lib. 4. Cost. de portio. & rata. q. 51. ante num. 1. vers. secunda est. Giurb.
22 qui † testatur hoc verius visum fuisse magnæ Curiæ super cõsuetudine, Messan. par. 1. cap. 3. glos. 5. sub num. 28. ad fin. vers. sed ab his. Gratian. discept. forens. cap. 427. à num 4. vsque ad 29. lib. 3. Scacc. de comerc. & camb. §. 1. q. 7. par. 2. ampliat. 8. nu. 176. post med. vers. extende 2. benè Ias. in l. de diuisione
23 num. 2. post princ. ff. solut. matr. vbi quod † ad effectum vt fructus debeantur, tria requiruntur, promissio dotis, matrimonium & substentatio onerum.

Non obstat, quod fructus dotis debeantur mulie-
24 ri post † iudicialem interpellationem ad rationem scut. 7. cum dimidio, etiam quod habeat pignus dotale, vt disponitur in Statut. Vrb. cap. 137. lib. 1. &
25 ideo dispositum in muliere † habeat etiam locum in viro, Ias. cons. 112. num. 7. lib. 1. & in l. fin. num. 6. C. de ind. vid. toll. vbi quod si maritus prohibetur
26 † relinquere vxori, è conuerso vxor censetur prohi-
27 bita relinquere viro ea ratione, † quia sunt correlatiua, Curt. sen. cons. 11. nu. 10. quia quicquid sit de
28 hac opinione † contrarium tenet Curt. iun. cons. 6. num. 15. Aym. de antiq. temp. part. 4. §. videamus.
29 num. 29. & 30. qui dicunt, quod dispositum † in vno correlatiuo censetur repetitum in alio in actibus tamen indiuiduis, vt puta si vir est prohibitus relin-
30 quere, mulier censetur prohibita recipere, † secus verò est in actibus separatis, quando videlicet vir est
31 prohibitus relinquere † vxori, vxor non censetur prohibita relinquere viro, sique in nostris terminis casus essent seiuncti, res sine difficultate procederet,
32 cum † statutum sit correctorium iuris communis, sed cum vir, & vxor sint correlatiua, & dispositum
33 in vno habeat † etiam locum in altero, id intelligitur ad effectum inclusionis ad nouum casum, Bald. eleganter cons. 344. in fine, lib. 3. quod est subscriptum à sex DD. quicquid tandem sit de prædictis, cessat difficultas, quia statutum loquitur discretiuè
34 de vidua & viro, vult enim quod vidua habeat † fructus ad rationem septem cum dimidio, & admittit hanc taxatiuam etiã quod habeat pignus dotale, de viro autem solũ disponit quod si is habeat filios post
35 obitum † vxoris percipiat fructus ex pignore dotali, qua propter cum statutum magis faueat vxori
36 quam viro, disposita in vxore † non vendicãt sibi locum in viro, Dec. in l. sicut bonis. num. 8. vers. & idem in statuto Parmensi ff. de in ius vocand.

Non obstant quod si filij extant onera matrimo-
37 nij † non extinguantur, quæ consistunt, nedum in alimentis vxoris, sed etiam filiorum, Bart. in l. post dotem. num. 22. & ibi Roman. num. 39. vers. quarto dubitatur. solut. matrim. Cald. cons. 1. col. 1. ad med. de donat. inter vir. & vxor. Soccin. in cons. 35. nu. 16. vers. quod ratione suadetur. lib. 1. Bero. consil. 140. num. 20. lib. 2. Socc. sen. cons. 9. nu. 13. vers. sextodecimo probatur lib. 1. Gabr. cons. 154. num. 6. lib. 1. Franc. decis. 283. num. 14. & fuit dictum in causa Serogallien. dotis 26. Iunij 1606. coram R.P.D. meo Pamphilio, & in causa Cæsenaten. dotis 2. Decembris 1616. coram R.P.D. meo Remboldo, cum alijs adductis per Cæs. Manent. de iur. contr. liuell. part. 14. nu. 80. cum seqq. quibus rationibus motus
38 resoluit quod † fructus dotis debeantur viro dissoluto matrimonio per mortem vxoris, si extant filij, quod etiam considerat Borgnin. dec. 26. sub nu. 25. par. 3. & decis. 27. nu. 18. in fine. par. 4. & ante omnes hanc sententiam tenuit, Cum. super rit. magn. Cur. cap. 93. nu. 22. qui mouetur ex l. si filia. §. 1. & l. si maritus. ff. fam. ercisc. Huic enim motiuo fuit re-
39 sponsum malè † Cæs. Manen. & Borgnin. applicare conclusionem prædictam ad casum, de quo agitur, quia Doctores prædicti loquuntur in terminis con-
40 suetudinis Martini, vt scilicet † quod extantibus filijs dos non reuertatur ad patrem, sed remaneat pe-
41 nes maritum, non enim extinguuntur onera † matrimonij, vbi extant filij; nam licet onus liberorum sit onus naturæ, non matrimonij, habet tamen ori-
42 ginem † à matrimonio, vt considerat Cald. d. cons. 1. col. 1. in fin. & sic quatenus respiciatur onus natu-
43 ræ, alimentatio spectat ad patrem; qui † ideo non potest petere interesse dotis, vt in his terminis aduertit Lup. in d. cap. per vestras. §. octauo infertur. num. 4. vers. cessat etiam hoc casu. Grat. discept. forens. 428. num. 21. & adsunt iura clara in l. si quis à liberis.

liberis ff. de lib. agnosc. & in l. qui liberos. § fin. ff. de rit. nupt. Dum vero onus liberorum consideratur
44 tanquam † habens originem à matrimonio debetur dos, cuius contemplatione fuit promissa; Itaut non debeat restitui socero, sed debeat remanere penes Generum, & ita loquuntur decisiones Rotales, hinc videtur satis responsum ad DD. per *Gratian. citatos in appen. ad c. 428. col. 1. ante finem*, quorum dicta auctoritate solum soluit, alij verò supra allegati loquuntur in terminis, de quibus infra dicetur.

Ad Cum. in d. rit. fuit responsum, vel quod lo-
45 quatur † in terminis illius ritus; vt aduertit *Scacc. de camb § 1. q. 7. ampl 8. ante num. 177. vers. necob-*
46 *stat*, vel quod loquatur † sine ratione; quia vt dictũ est, mouetur *ex l. si filia 20. §. 1. & ex l. si maritus*
47 *47. ff. fam. ercisc. Nam text. in l.* † *si filia*, solum
48 dicit, quod pluribus fratribus extantibus si vnus † habet vxorem, debet habere dotem patri datam, quia ipse sustinet onera matrimonij, quapropter non ap-
49 plicatur casui nostro; Textus vero † in l. si maritus, dicit dumtaxat dotem debere esse apud illum, qui
50 † sustinet onera matrimonij, sed vt bene aduertit
51 loco predicto *Lup.* licet filij sint reliquiæ † matrimonij, & ex dote matris sint alendi, *vt in d. l. si maritus. §. fam. ercisc secundum Bald. si dotem col. 1. C. de fals. caus. adiecto leg.* illud procedit constante
52 matrimonio, † & ita propriè loquitur *d. l si maritus* & subdit quod inde est quod quamuis vxor constan-
53 te matrimonio possit petere dotem † à marito vergente ad inopiam, mortua tamen vxore filij non poterunt illam petere. *Bart. in l. si constante. col. 4 ff solut. matr.* & ita intelligen. est Romanus, & circa
54 per eum † adducta *cons. 517. col. 2. post med. versic. volens, quod secundum dotis redditus*, vbi in specie allegat text. *in d l. si filia, & in d. l. si maritus ff fam. ercisc.* & ita etiam intelligeñ. sunt *Boher. cons. 6. n. 10. Mandell. cons. 315. num. 6. lib. 2. Franc. decis. 383. num. 14. Barbos. in Rubr. solut. matr. num. 13. & Conrad. de contractib. tract. 2. q. 35. conclus. 5. n. 158. omnes per Gratian. adducti.*

55 Neque verum est, quod hi fructus † ex promissione debeantur, *vt voluit Gratian. in appẽd. ad discept. 427. col. 2. vers. quamuis tamen, & discept 920. n. 30.* & ex cursu calami, fuerit scriptum in dicta Tiburtina
56 quia promissio interesse non † sustinetur nisi constante matrimonio, *vt patet ex* DD. *supra alleg. in princ.* Illo autem dissoluto sicuti non debentur fru-
57 ctus, † quos soluere esset vsura, ita promissio fructuũ
58 non potest euitare vsuras, cum non † solum Diuino, sed omni iure prohibitæ sint *Bald. cons. 2443. in princ. vsque ad num. 3 lib. 3. Ang cons. 90. in princip. Alex. cons. 1. in prin. lib. 2. Cagnol in l. curabit nu. 3. C. de actio. empt. Clar. in §. vsura numer. 3. versic. secundum* & prædicta adeo vera sunt, vt nedum per
59 pactum † possint sustineri, sed nec etiam quod plus est per dispensationem. *Alex. cons. 49. num. 2. & seq.*
60 *lib. 4.* vbi quod neque intuitu boni, † neque mali euitandi, sed neque pro redimendis captiuis potest dispensari, quod fiat vsura propter quatuor, quia
61 scilicet contendit Deum † audacius, naturam expressius, scripturas deterius, & iura diutius.

Vnde quod merito promissio solutionis fructuum
62 † dotis corruat defuncta vxore, dicit *Anguist. cons. 16. num. 2, vers. ad hæc. DD. & numer. 5. vers. & sic cessante. lib. 5. Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 39. num. 14. & seq.* Immò si aliter fuisset expresse conuentum nu-liter etiam esset conuentum. *Anguisc. d. cons. 16. per totum Gabr. cons 152. a num. 3. vsque ad 6. lib. 2. Molin. loc. cit. n. 14. & seq. Surd. cons. 149. n. 14. lib. 2.*

Neque rursus verum est immò penitus falsum
63 quod Rota aliàs admiserit pro valida istam † promissionem fructuum etiam soluto matrimonio, & ad hoc allegetur *Romana fructuum dotis 27. Febr. & 12. Iunij 1606. coram piæ mem. Francisco* Penia Rotæ
64 Decano; quia illa decisio † loquitur in vidua non habente vnde aliunde se aleret, in quibus terminis
65 loquitur etiam decisio † in causa Cesenateñ fructuũ dotis 13. Iunij 1603. Præterea decisio coram Penia
66 † sustinetur ex statuto vrbis, & resolutio fuit capta
67 maxima cum difficultate, & † causa fuerat pluries proposita, vt optime testatur in principio, & ego benè memini cum fuerim præsens resolutioni.

Et ita vtraque parte informante conclusum &c.

☞ *In eadem causa habentur infra duæ decisiones videlicet sub diebus 28 Nouembris præsentis anni 1625. & 30. Ianuarij 1626. coram eodem bon. mem. Coccino.*

REVERENDISS. COCCINO.

Regien. Vnionis.

Lunæ 12. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Episcopus, sicuti & Legatus de Latere auctoritatem habent vniendi, & erigendi Ecclesiam Parochialem in Collegiatam, quod procedit siue simus in Ecclesia regulari, seu seculari. Subreptio, vt euitetur, quidnam sufficiat. Et plura deducuntur, ad effectũ probandi, quando confirmatio dicatur emanasse in forma communi, vel cum causæ cognitione, ita vt dicatur facta ex certa scientia, & in specie agitur de confirmatione vnionis, quæ prætendatur effectum non sortita, & sic reuocata per regulas reuocatorias vnionum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest erigere parochialem in Collegiatam.*
2 *Quod procedit non solum, quando sumus in Ecclesia regulari, sed etiam in Ecclesia seculari nu. 3.*
4 *Legatus de latere potest erigere Ecclesiam Parochialem in Collegiatam.*
5 *Legatus potest parochialem vnire, cum & cætera beneficia vnire valeat.*
6 *Legatus erigendo dignitatem, potest vnire.*
7 *Diœcesis Regien. sub cuius iurisdictione sit.*
8 *Erectio, & vnio, quando non dicatur habuisse effectum, & nu. 9.*
10 *Erectiones Dignitatum, tutius est, vt fiant per Papam.*
11 *Ad cautelam maiorem ea, quæ fiunt, non nocent.*
12 *Clausula, cedentibus, vel decedentibus Rectoribus non comprehendit resignationem ad fauorem certæ personæ.*
13 *Vnio, quando dicatur facta per papam.*
14 *Confirmatio si sit sub conditione, non operatur ante eius purificationem.*
15 *Prouisio de beneficio vnito, quando fit, quæ clausula de stylo Datariæ soleat in ea apponi.*

16 Sub-

16 *Subreptio, vt euitetur, sufficit Papam id quod obstat potuisse in genere cogitare.*
17 *Scientia generalis sufficit in Papa, vt non possit dari de subreptione.*
18 *Confirmatio dum emanat in forma communi parũ, aut nihil operatur.*
19 *Confirmatio dicitur facta ex certa scientia, dum adfuit causæ cognitio.*
20 *Confirmatio tunc facta videtur in forma communi, quando causæ cognitio abfuit.*
21 *Confirmationem bene patet fuisse factam cum causæ cognitione, quando tenor, & substantia rei confirmatæ, quasi de verbo ad verbum fuerit expressa.*
22 *Abb. dictum in cap. diuersitatem nu. 9. in fin. de conceß. præbend. quando cesset.*
23 *Confirmatio vt dicatur facta cum causæ cognitione, & sic ex certa scientia, an narratio rei confirmatæ per verba generalia, sufficiat.*
24 *Confirmatio potest dici facta ex certa scientia, quãdo adest specialis, & indiuidua mentio rei confirmatæ, licet per verba formalia tenor ipse non fuerit insertus.*
25 *Confirmatio ex certa scientia nihil operatur, quando Princeps ignorauit rem confirmatam fuisse antiquatam.*
26 *Confirmatio ex certa scientia, procedit quo ad ea, quæ sunt Iuris, non autem facti.*
27 *Vnionis confirmatio, quæ non est sortita effectum, quæ fuit reuocata per regulas vnionum reuocatorias, noua Papæ signatura confirmationis nihil reuocat.*
28 *Papa confirmando vnionem, si sciuisset eam fuisse reuocatam per regulas reuocatorias vnionum, nũquam concessisset confirmationem.*
29 *Papa, quando sciuit, vnionem aliquam fuisse reuocatam, si eam confirmauerit, valida est confirmatio.*
30 *Vniones factæ pro augumento cultus Diuini secundum formam antiquarum regularum Cãcellariæ non subiacebant regulæ reuocatoriæ vnionum, & quid secundum modernas. num. 31.*
32 *Vnio, quando habuit effectum in parte, regula reuocatoria non operatur. & num. 33.*
33 *Iuspatronatus, vt legitimè dicatur spectare ad Dominum temporalem loci, ex quibus id debet facere constare. & nu. 35.*

DECISIO DCVIII.

DIFFICVLTAS huius dubij An scilicet sit danda Immissio Iannoto, consistit in eo An cõstet de vnione Parrochialis S. Martini, quam ipse vti liberam ex vacatione in mẽse reseruato a Sede Apostolica impetrauit vnionem constat fuisse factam de anno 1508. à Cardinale Papien. Legato Bononiæ, qui erexit prædictam Ecclesiam Parrochialem Sancti Querini in Collegiatam, eiquè inter alia vniuit prædictam Ecclesiam S. Martini, quapropter cum
1 Episcopus † possit erigere Parrochialem in Collegiatam quicquid dicat *Azor. instit. moral. lib. 6. cap. 30. q. 2. vt est tex. in cap. quoniam de vita, & honest. Clericor. vbi Abb. in antiq. num. 1. Io. Andr. num. 3. Butr. num. 2. in fin. Abb. numer. 2. & 6. quæ de communi*
2 *Imol. num. 1.* quæ procedunt † nedum in Ecclesia regulari, prout voluit *gloss. in d. cap. quoniam in verb.*
3 *qui simul*, sed etiam † in Ecclesia seculari communẽ testantur *Abb. ibidem d. num. 6. Imol. in princ.* Ita
4 etiam Legatus a latere potuit † facere prædictam erectionem, vt in puncto dicit *Gamb. de offic. legat. lib. 5. tit. de potest. legati in erigen. nou. benefic. nu.* 30.
5 & bene quidem potuit parrochialem vnire qui † cætera beneficia vnire potest *Rot. decis. 1. & 2. de offic. leg. in nou. Gamb. eodẽ lib. 5. tit. de potest. leg. in vnien.* per totum cum cumulatis *per Garz. de benefic. p. 12.*
6 *cap. 2. num. 62.* & in puncto quod legatus † erigendo dignitatem possit vnire, quia vtrumque est in sua potestate dicit *Gamb. dicto loco num. 11.* Nec potest
7 ambigi quin Dioc. Regieñ. comprehenderetur † sub illius Iurisdictione cum esset legatus Exarcatus Rauennæ, sub quo comprehenditur Dioc. Regien, vt patet ex Prouinc. omnium Ecclesiarum apud Rebuff post praxim.

Neque est verum quod dicta erectio, & vnio non
8 † habuerit effectum cum Leo X. anno septimo sui Pontificatus 11. Cal. Ianuarij de nouo erexerit Ecclesiam in Collegiatam & vniuit Parrochialem de Fabrico; de alijs nulla prorsus habita mentione, quæ literæ in forma rationi congruit, fuerunt expeditæ per Clementem VII. de anno 1527. 6. Cal. Decembris, & vnio ipsa beneficij vsq; ad hæc tempora non
9 † reperiatur effectuata, nam fuit responsum circa erectionem, quod cum aliqui dicant similes erectiones consueuisse fieri per Papam, *vt aduertit Rebuff. tit. de erect. in Colleg. & Fusch. de visit. lib. 2.*
10 *cap. 1. numer. 6.* vbi notat † tutius esse quod illæ per Papam fiant. *Garz. par. 12. cap. 5. in fine*, ista erectio
11 obtenta à Leone censetur ad cautelã obtenta, † quæ cum abundet, non nocet *l. testamentum C. de testam. & hanc esse iuris regulam dicit Roman. consil. 347. numer. 7.* sed laudabilis est ad tollen. dubietatem, *Guido p. decis. 129. ad finem.*

Circa vnionem vero fuit responsum, quod aut cõsideratur illam non habuisse effectum vsque ad tempora Leonis, vel vsque ad præsentiam, si vsq; ad tẽpora Leonis non probatur, quia de anno 1507. ante literas Cardinalis Papieñ. fuerat prouisus de hac parrochiali Nicolaus de Corrigia qui de annu 1519. resignauit ad fauorem Nicolai de Corrigia Iunioris, & demum d. Nicolaus de anno 1551. resignauit ad fauorem Leonelli de Corrigia, qui licet appellatur in dictis literis Nicolaus Leonellus, apparet tamen, quod idem est cum Nicolao iuniore, & sic nõ potest considerari non effectuatio, cum litteræ Cardinalis Legati contineant clausulam cedentibus, vel dece-
12 dentibus Rectoribus, † quæ non comprehendit resignationem ad fauorem certæ personæ *Castad. dec. 3. de renunc. Felyn. in cap. in nostra concl. 5. num. 15. de rescript. Mand. de signat. Grat. tit. de resignat. vers. non obstat*. Nec potest fieri vis in eo, quod Leo X. vniuerit Ecclesiam de Fabrico, & de alijs nõ fecerat mentionem, quia tunc dicta Ecclesia vacabat per cessationem commendæ ob liberam dimissionem Francisci Cardinalis Ostiensis in manibus Papæ vnde cum posset dubitari An gratia Legati tunc pos-
13 set habere effectum. Ideo † potuit fieri prædicta vnio per Leonem non autem pernecesse potest inferri, quod idcirco fuerit facta, quia litteræ Cardinalis Papien. non habuerunt effectum. Aut vero dicitur vnionem vsque ad hæc tempora non habuisse effectum, & repeteñ. est, quod litteræ Cardinalis habent clausulam cedentibus vel decedentibus; Et ideo cum excludant resignationes ad fauorem; nunquam

quam dicta clausula fuit iustificata. Fuerunt enim factæ dictæ resignationes ad fauorem, & vltima supra relata fuit de anno 1551. fauore Leonelli de Corrigia, qui pariter de anno 1560. resignauit ad fauorẽ Antonij de Corrigia, per cuius obitum vacauit Parrochialis, & vacatio dedit causam liti.

Et quamuis replicaretur, quod huiusmodi status ostendit non effectuationem, nec Capitulum possit iuuari literis San. mem. Pij V. expeditis per fel. rec. Greg. XIII. In forma rationi congruit, licet enim confirmauerit omnia contenta in literis Cardinalis Papień, & Leonis X. & quæcunque inde sequuta.
14 Tamen † addidit clausulam licita tamen, & honesta, & dummodo in vsu essent. Vnio autem huius Ecclesiæ Sancti Martini non habuit effectum cum simpliciter fuerit prouisa absque vnionum suspensio-
15 ne, quæ clausula solet apponi † de stylo Datariæ in prouisionibus de vnitis cum primum vacauerint. *Paris. de resig. lib. 2. q. 9. num.* 12. & sic appareat de non effectuatione; Nam fuit iterum replicatum, quod aut adest prædicta clausula cum suspensione vnionum, & cessat omnis difficultas aut non adest, & litteræ suffragantur S. M. Pauli V. cui cum omnia prædicta fuerint exposita scilicet erectionem, & vnionem Cardinalis Papień, Leonis X. & *Pij* V. omnia fuerunt confirmata; Nec dictæ literæ possunt de subreptione redargui, ex quo non fuerit narratum vnionem prædictæ Ecclesiæ Sancti Martini nunquam fuisse effectuatam; quod optimè iustificatur ex testi-
16 bus in hac causa examinatis. Nam † cum Papa cogitare potuerit quoad Ecclesiam Sãcti Martini nõ interuenisse effectum, sufficit ad euitañ. subreptionẽ,
17 ad hunc enim effectum generalis † scientia, optimè suffragatur *Cassad. decis.* 12 *num.* 6. *de præben. Aym. cons.* 79. *num.* 8. *Lap. alleg.* 89. *num.* 6. *vers. Item licet taciturnitas, & fuit dictum coram me in causa Pãpilonen. de Ianzi* 23. *Maij* 1608. *& in Ferrarien. de Tassonis* 14. *Iunij* 1621. *coram R. P. D. meo V baldo Rota decis.* 622. *num.* 13. *lib.* 3. *p.* 3. *& decis.* 210. *n.* 5. *p.* 1. *in rec.*

Neque dicatur quod huiusmodi confirmatio fue-
18 rit in forma † communi, quæ parum, aut nihil operatur *cap.* 1. *& cap. examinata de confirmat. vtil. vel inutil. & vtrobiquè gloss. & DD. cap. quia diuersitatem vbi Abb. num.* 9. *de concess. præben. Cassad. decis. vnica num.* 2. *de confirm. vtil. vel inutil.* Nam
19 fuit responsum † hanc confirmationem fuisse ex certa scientia cum adsit causæ cognitio; In forma autẽ
20 † communi diceretur si prædicta cognitio non adfuisset *gloss. in cap.* 1. *in verb. de quæstione de confirm. vtil. vel inutil. Afflict. in tit. de iur. suo cur. obseruan. num.* 5. *rubr.* 4. *lib.* 3. *Alex. cons.* 15. *num.* 2. *in fine, & num.* 3 *lib.* 5. Quod autem adsit causæ co-
21 gnitio, & sic certa scientia † satis patet cum fuerit insertus tenor, & substantia quasi de verbo ad verbũ litterarum Cardinalis Papień, Leonis X. & Pij V. *gloss. in cap. Pastoralis* §. *præterea in verb. ex certa scientia de offic. deleg. Felin. in cap. cum inter col.* 1. *&* 2. *de except. Dec. in rubr. num.* 9. *& in dicto cap.* 1. *num.* 4. *de except. & in cap. præterea nu.* 15. *de confirm. vtil. vel inutil. & fuit dictum in causa Abulen. vnionis* 26. *Ianuarij* 1588 *coram Orano, & in Toletana admissionis* 17. *Iunij* 1609. *coram R. P. D. meo Pamphilio, & in dicta Ferrarien. de Tassonis*
22 *coram D. meo V baldo*, quapropter † cessat dictum Abbatis *in d. cap. quia diuersitatem num.* 9. *in fine de concess. præben. & Card. cons.* 44 *num.* 6. *Aretin. cons.* 8. *num.* 3. *vers.* 2. *Paris. cons.* 3. *num.* 48. *& seq.*
23 *lib.* 4. asserentium deberi † totum factum narrari Principi, nec sufficere narrationem generalem, quia verè attento etiam istorum vigore confirmatio potest
24 dici ex certa scientia, † cum hic adsit specialis, & indiuidua narratio licet per verba formalib tenor ipse non fuerit insertus.

Non obstat quod confirmatio ex certa scientia
25 nihil potuerit operari cum Papa ignorauerit † hanc vnionem fuisse antiquatam & subiacere regulæ reuocatoriæ, quasi non regulam, sed factum ignorauerit, scilicet quod vnio subiaceret reuocationi
26 regulæ, confirmatio enim † ex certa scientia procedit quoad ea, quæ sunt Iuris, non autem quoad factum *Afflict. in eodem tit. de Iure suo Cur. obseru. num.* 6. *rub.* 4. *lib.* 3. & in terminis est notabile Cancellariæ his verbis conceptum, vbi petitur,
27 confirmatio † vnionis, quæ non est sortita effectum, & quæ fuit reuocata per regulas, noua Papæ Signatura confirmationis nihil releuat. Si enim Papa
28 † sciuisset illas reuocatas nunquam concessisset, quæ eo magis procedunt, quia in litteris Pij V. confirmatis adest clausula dummodo in vsu esset. Nam hoc motiuum facile tollitur ex eo quod Papa sciuerit hanc vnionem non habuisse effectum, cum fuit
29 narrata † effectuatio aliarum duarum parrochialiũ, vt supra dictum est, & quantum attinet ad reuocationem vnionis ex capite regulę hoc non officit, aut enim attenditur tempus antiquarum regularum, & cum Ecclesia fuerit erecta in Collegiatam, & ducti
30 ministri vnio fuit pro dote necessaria, † & in augumentum cultus diuini, & ideo regula non habuit locum *Mohed. decis.* 7. *de priuil. Crescent. decis.* 1. *de Parroch. & fuit pluries resolutum*. Aut tempus in-
31 spicitur modernarum regularum, † & licet posset dubitari, An istæ reuocent vniones *ex deductis in causa* Toletana *de Pastrana* 23. *Ianuarij* 1608. *&* 25. *Iunij* 1610. *coram R. P. D. meo Pamphilio.*
32 Tamen cum vnio in parte habuerit † effectum regula reuocatoria non operatur, vt fuit resolutum *in causa Mediolanen.* Canonicatus 18. Decembr. 1587. *coram* Rabusterio *per cons. Oldrad.* 223. *num.* 7. *& sic, & Guidop. cons.* 134. *sub num.* 5. *ad fin. & seqq.* Nec consideratione videtur dignum quod in litteris Pij V. adsit clausula dummodo in vsu esset, quia sufficit quod san. mem. Paulus V. confirmauerit etiã litteras Cardinalis Papień. In quibus nulla adest restrictiua.

Denique non obstat quod in litteris Pauli V. adsit clausula saluis quoad Ius conferendi reseruationi-
33 bus, † & affectionibus Apostolicis, quia aduertendum est quod de duobus fuit actum de erectione videlicet & vnione, vnumque suppositum fuit, nimium quod Ecclesia esset de Iurepatronatus nobilissimæ familiæ DD. Corrigij, & ideo Papa voluit confirmare erectionem, & vnionem, non autem Iuspatronatus, si non adesset, quapropter illam clausulam apposuit, saluis quoad Ius conferendi reseruationibus, & affectionibus Apostolicis, quæ verba sunt intelligenda quatenus non adesset Iuspatronatus alias secus, & iste intellectus suadetur ex verbis in fine litterarum Pauli appositis. Per præsentes autem non
34 intendimus d. Iuspatronatus † Dominis in temporalibus dicti oppidi vllo modo reseruatus censeatur, nisi quatenus eis ex fundatione, vel dotatione competãt

35 petat illudquè † coram loci Ordinario legitime verificatum fuerit, & alias habeat qualitates à Concilio prædicto requisitas.

Ex quibus Domini recesserunt a decisione facta 5. Martij 1623 cum hodie multa deducta fuerint in facto, quæ tunc non fuerant iustificatæ. Et hoc nisi obstet Iustificatio valoris, de quo erit particulariter agendum, &c.

R. P. D. VBALDO.

Aquinateñ. Prioratus.

Mercurij 21. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

In successionibus, quatenus quis inuari possit successorio edicto. Expectatiuæ an tribuant ius, itaut earum vigore agitari possit. Debitum est actus successiuus, & non simpliciter momentaneus.

SVMMARIVM.

1 *In successionibus ab intestato, ita demum ex successorio edicto competit ius sequenti in gradu, quando is, qui erat in primo gradu successurus, irreuocabiliter fuit effectus incapax.*

2 *Exclusus à successione ex vno capite admittitur ex alio, re integra, & quando hoc casu res dicatur integra nu. 3. 4. & 5.*

6 *Statut. 43. de Commendis Religionis Hyerosolimitanæ declaratur. & num. 7.*

8 *Statutum, quando aliquid non decidit, recurrendū est ad ius commune.*

9 *Expectatiua non tribuunt ius.*

10 *Expectatiuarum vigore, potest agi, vt fiat collatio.*

11 *Debitum est actus successiuus, non autem simpliciter momentaneus.*

DECISIO DCIX.

ROTA censuit, stañ esse in decisis 21. Februarij præteriti coram Reuerendiss. Seleucieñ, & in primis repetebatur factum non controuersum inter partes videlicet, quod Prioratus, de quo agitur, vacauit de mense Iunij 1619. & tempore smutitionis, tres Equites illum prætendebant, F. Iacobus, qui erat antianus; & habebat expectatiuam anteriorem, secundo loco F. Petrus, tertio Fr. Simon, & licet Simon vtrumque prætenderet esse incapacem, tamen Fr. Iacobus obtinuit præferri, & eius electio fuit, contradicentibus Petro, & Simone, confirmata in Cõsilio ordinario, cui sententiæ acquieuit Petrus, sed Simone appellañ, sententia fuit iterum confirmata in Consilio completo. Et demum causa appellationis commissa in Rota, & ad eam admisso etiam Petro, fuit in prima instantia Rotali pronunciatum pro reuocatione sententiarum de partibus, & pro adiudicatione Prioratus ad fauorem Fr. Simonis, quam tamen Domini sententiam, licet iudicauerint fuisse validam, iniustam tamen quoad dictam adiudicationem fuisse censuerunt, vt in dicta decisione 21. Februarij præteriti ex rationibus tunc deductis. Potissimum autem iterum placuit Dominis argumentum desumptum à successionibus ab intestato, in

1 quibus ita demum ex successorio edicto † competit ius sequenti in gradu, quando is, qui erat in primo gradu, irreuocabiliter fuit effectus incapax, secus autẽ quando reuocabiliter incapacitas sibi superuenit, *l. 3. §. sed si bonorum. ff. ad tertyll. l. 2. §. si quis aditus, & l. si ex modica, §. si filius, ff. de bon. libert.* Quæ iura ad hoc adducit *Feder. de Sen. quæst seu cons. 26. sub num. 3.* & post eum *Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 2. num. 20.* & facit etiam, quod exclusus

2 † a successione ex vno capite, admittitur ex alio, re integra, *l. 1. §. sed viden. ff. de success. edict. Fed. de de Sen. d. cons. 26. sub num. 2.* Et res integra in pro-

3 posito dicitur dupliciter, vno modo quantum ad ius delationis, & tunc si quis sit effectus habilis antequã alteri sit ius quæsitum, vtique potest succedere, *l. si alienum, in fin. ff. de hær. inst. Feder. d. cons. 26. col.*

4 *vlt. vers. ad primum*. Alio modo dicitur res † integra quantum ad ius aditionis, quia hæreditas adhuc non est adita, & isto casu licet fiat habilis, ille qui erat ante aditionem, ista habilitas sibi non prodest, *Feder. d. cons. 26. col. vlt. vers. alio modo*, & ideò in casu ibi proposito post multa hinc inde allegata, concluditur eum qui tempore delatę hæreditatis non erat habilis, quia erat Professus in Religione minorum incapaci,

5 † etiam si ante aditionem fiat habilis, quia ingrediatur in aliam Religionem capacem, non propterea acquirere hæreditatem, sed illam acquiri sequenti in gradu, & idem *Feder. cons. 27. in fin.* & sequitur *Roman. cons. 296. circa declarationem, Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 105. Port. Imol cons. 23. n. 39. & seq Molin. loco supra citato, nu. 17.* Quæ ad punctum, de quo agitur, applicabantur, nam Fr. Iacobus de tempore smutitionis nõ erat capax, quia erat debitor communis Aerarij, qui inhabilitatur per statuta Religionis, & fuit firmatum in Decisionibus coram R. P. D. Pirouano; & hæc inhabilitas erat irreuocabilis respectu Petri, cui proximè Prioratus debebatur ratione antianitatis, & prioris expectatiuæ, & ideo in eius præiudicium non erat res integra, quoad Iacobum, ita vt soluen incontinenti debitum, prout soluit, fieret habilis in damnum, & præiudicium Petri, cui erat ius quæsitum. At secus diceñ videtur in præiudicium Simonis posterioris in tempore, & antianitate alijs duobus, cui fuit aperta via, vel per renunciationem Petri in secunda instantia de partibus ad fauorem Iacobi, vel potius quando Petrus obtinuit Prioratum Campaniæ incompatibilẽ, quo tempore iam Iacobus erat factus habilis per solutionem debiti, quæ habilitas ei suffragatur, sicut supra dicitur de eo, qui erat factus habilis de tempore delatæ successionis si non erat alteri ius quæsitum.

6 Non obstat statutum † 43. de Commendis, quo cauetur, vt quocunque tempore smutitionis Baiuliuatus, Prioratus, Dignitatis, vel Commendæ erit incapax quocunque modo, vel causa, quamuis postea fiat capax, vel habilis, non poterit tamen pro illa vice aliquo modo illam obtinere; quia intelligitur, in præiudicium illius, cui per incapacitatem, anterioris fuerat ius quæsitum; ideo licet Iacobus per solutionẽ debiti communis Aerarij fuisset factus capax, tamẽ ex quo tempore smutitionis erat incapax, & ius quæsitum erat Petro, illa capacitas superueniens pro illa vice, idest, quandiú res agebatur inter Iacobum, & Petrum immediatè sequentem, non potuit Iacobo suffragari. Et confirmatur iste intellectus, quia

7 † statutum æquiparat istos duos casus, quod quis sit inhabilis, & quod non petat, & tamen non petitio non facit, quominus si is, qui smutiuit tanquam antianus

antianus decedat, vel renuntiet iuri suo, admittatur ad peteñ, vel saltem negari non potest, quin iste casus non fuerit expressè decisus per dictum statu-
8 tum, † quo casu debet recurri ad ius commune, *l. cõmodissimè ff. de lib. & posth.* & deducitur in decisione ex simili de Commenda, & latè comprobant informantes, & colligitur ex supra deductis.

Non obstant quæ interum dicuntur de expecta-
9 tiuis, † quod ius non tribuant, & sint sublatæ, quia placuit responsio decisionis, quod fuerunt alias ap-
10 probatæ in Rota, & quod earum vigore † potuerit agi, vt fieret collatio, *vt in Campanien. Prioratus 18. Maij 1618. coram Reuerendiss. Seleucien. & in eadem causa 10. Maij 1619. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & ita etiam fuit præsuppositum in *causa Egitanien. Commendæ 3. Decemb. 1621. coram me*, & in omnem euentum procedunt alia, quæ doctissimè fuerunt in dicta *decisione deducta coram Reuerendiss. Seleucien.*

Demum ex abundanti considerabat vnus ex Dominis, quod cum post diem ab obitu vltimi defuncti, & possessoris Prioratus, de quo agitur, Fr. Iacobus satisfecerit communi Aerario, videtur potuisse purga-
11 re moram, cum † debitum sit actus successiuus, non autem simpliciter momentaneus, *iuxta not. in l. 1. §. si rem, vbi Bart. ff. depos. l. si in lege, §. Colonus, ff. locat. Rip. in l. si insulam, num. 95. vers. limitat. Bart. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 57. num. 11. lib. 2. Tiraq. in l. si vnquam in verb. reuertatur, num. 310. & seq. C. de reuoc. don.* & benè faciunt congesta per Lazar. *Fenut. in tract. de moment. tempor. cap. 11. num. 1. & seqq. & cap. 25. num. 8.* Et ideo perinde esse videtur, ac si de tempore smutitionis fuisset habilis, qua fortè ratione, mitius ageñ, Prioratus fuit ei per sententias de partibus adiudicatus.

Et ita fuit decisum.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Ariminen. Legatorum.

Lunæ 9. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Constitutiones March. quamuis verum sit extensas fuisse per totum Statum Ecclesiasticum, tamen id intelligendum venit, quatenus in locis non adsint particularia statuta in materia illa, super qua disponunt dd. Constitutiones. & aduerte, vt specifica promissio debet adesse, alias locus est earum. Constitutio Papæ, non antiquatur per eius non vsum, nisi data scientia ipsius Papæ, quodque multo magis procedit stante in ea decretum irritans, & clausula sublata. Minor non potest, renunciare subsidijs pro eo inductis.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Marchiæ de insinuatione, habet locum in Prouincia Romandiolæ, ac in toto Statu Ecclesiastico.*
2 *Constitutio Marchiæ de insinuatione annullat omnes minorum contractus, in quibus d. insinuatio non interuenit.*
3 *Constitutiones Marchiæ non intrant in statu Ecclesiastico, quando in locis habentur particularia statuta circa contractus minorum. Limita, vt num. 4. & 5.*
6 *Constitutionis non vsus, nullatenus probatur ex fidibus, quæ non faciunt fidem.*
7 *Constitutionis Papalis non vsus, etiam probatus, non releuat, cum requiratur scientia Papæ.*
8 *Quod multo magis procedit stante in ea decretum irritans, cum clausula sublata.*
9 *in Constitutione Papæ, quando adest decretum irritans cum clausula sublata, tunc per statutum, nec per consuetudinem, nec per contrarium vsum, tolli, aut abrogari potest.*
10 *Minor, quando contrahit cum alio minori, tunc nõ est locus solemnitatibus statutorum in eorum contractibus requisitorum.*
11 *inter Minores contrahentes non intrat conquassatio priuilegiorum, quando alter minor agit de lucro captando, & alter de damno vitando.*
12 *Minor contrahendo cum alio minore, si enormiter fuerit læsus, tunc ei debet succurri, ac si contraxisset cum maiori.*
13 *Minor an validè possit renunciare beneficio minoris ætatis, & alijs legum auxilijs ad eius fauorem inductis.*
14 *Minor ea facilitate, qua inducitur ad contrahendum, ea quoque mentis imbecillitate deducitur ad iurandum, & renunciandum.*
15 *Lex, quando loquitur prohibitiuè, & annullatiuè, quoad contractus aliter factos non potest ei renunciari.*
16 *Fraudibus obuiandi causa, & sic ob bonum publicum, quando lex est lata, non potest ei renunciari.*
17 *Statutum contra ius conditum, non dicitur confirmatum ex generali Papæ confirmatione, cum ad hunc effectum sit necessaria specialis, & indiuidua confirmatio.*
18 *Statuta inducentia præscriptionem debiti sunt nutritiua peccati.*
19 *Debitor omni tempore, vt dictat ratio, & bona fides tenetur ad solutionem debiti.*

DECISIO DCX.

PROPOSVI hodie dubium strictè ad insinuationem licet iam in decisione quarta in ista causa facta fuisset satisfactum huic obiecto, nihilominus pro maiori satisfactione Comitũ de Ricciardellis de ordine Dominorum super hoc articulo hodie causam proposui. & Domini censuerunt defectum insinuationis obstare renunciationi, & sic standum esse
1 in decisis; Quia Constitutio Marchiæ, † quæ habet locum in Prouincia Romandiolæ, ac in toto statu Ecclesiastico, prout fuit in dicta quarta decisione con-
2 firmatum, annullat omnes actus minorum † aliter factos, *vt fuit dictum in causa S. Seuerini bonorum 18. Maij, & 1. Iulij 1611. coram Domino meo Pamphilio, & in alia Ciuitatis Castelli pecuniaria 5. Maij 1621. coram D. meo Remboldo.*

Nec obstat quod in Ciuitate Arimini adsit statu-
3 tum particulare † circa solemnitates seruandas in huiusmodi contractibus minorum, quæ omnes hic fuerant adhibitæ, & ideo cessare debeat Constitutio Prouinciæ Marchiæ, *iuxta not. per Bald. cons. 205. lib. 1.* quia fuit responsum id posse procedere, si di-
4 ctum statutum † loqueretur de insinuatione, sed cum loquatur tantum de solemnitatibus adhibendis in ipsa

ipsa celebratione contractus, sequitur non compre-
5 hendere † insinuationem post contractum adhibendam, vt alias fuit dictum in his terminis *in vna Camerinen. transactionis coram san. mem. Gregor. XV. decis. 260. vbi etiam addent. not. & in alia Perusina fideiussionis coram D. meo Pamphilio, impress. apud Picum num. 8. quæ decisio fuit postea latius confirmata coram eodem, vt decis. 383. par. 2. recent.*

Neque ad hunc effectum releuat fides plurium DD. & Aduocatorum Ciuitatis Arimini, quæ datur in Summ. num. 4. super non vsu dictæ Constitutionis
6 in dicta Ciuitate, † quia vltra quod non vsus non probatur ex fidibus, quæ non faciunt fidem *iuxta d. decis. Gregor. 260. num. 5.* nec etiam probatus re-
7 leuaret nisi data † scientia Papæ, qui illam confirmauit *Rota decis. 197. num. 3. par. 1. recent. post Abb. & Felin. ibi alleg.* maximè stante decreto irritanti,
8 clausula † sublata, & alijs in d. Constitutione appositis, quæ operantur, vt illa nec per statutum, nec per consuetudinem, vel non vsum, aut contrarium
9 vsum † tolli, seu abrogari possit. *Felin. in cap. cum accessissent num. 30. vers. 4. limita. de constit. Gabr. de clauf. conclus. 3. num. 39. Caputaq. decis. 204. par. 3. Rot. decis. 3. de priuileg. in antiq. & in Virdunen. parochialis 23. Iunij 1586. coram Gypsio*, & notat *Boccacc. super eadem constitut. Marchiæ in gloss. 10. num. 43.*

Nec obstat quod tempore renunciationis factæ per D. Eleonoram etiam Comites essent minores, & sic non possit dari de defectu non seruatæ Consti-
10 tutionis † cum agatur inter æque priuilegiatos, iuxta notata per *Rot. dec. 557. num. 558. par. 1. diuers. & in dec. 57. num. 4. apud Picum*, quia ista
11 conclusio non procedit quoties alter minor agit † de lucro captando, alter verò de damno euitando, prout agit Eleonora, quæ fuit ex præfata renunciatio-
12 ne enormissimè læsa, † cui propterea debet succurri contrahenti cum alio minore, ac si contraxisset cum maiore. *l. verum. §. item quæritur, ff. de minor. Couar. pract. cap. 7. num. 4. vers. 2. quia. Lambert. de contract. q. 34. num. 124. & 125. Alzeuid. in l. 10. num. 21. tit. 3. lib. 5. recopil. Rot. dec. 557. num. 1. p. 1. & decis. 282. in fin. par. 4. diuers. & apud Greg. XV. decis. 164. num. 6.*

Minus etiam obstat quod D. Eleonora cum iura-
13 mento † renunciauerit beneficio minoris ætatis, & alijs legum auxilijs, & in specie huiusmodi insinuationi à dicta Constitutione requisitæ, quia Domini transierunt cum illa responsione aliàs data in decisione facta in hac causa die 15. Nouem-
14 bris 1621. quod scilicet eadem † facilitate qua fuit inducta Eleonora ad contrahendum, fuit etiam inducta eodem modo ad iurandum, & renunciandum, & hanc responsionem habes in terminis d. Constitutionis *coram bo. me. Card. Arrigonio, quæ est decis. 729. par. 4. diuers.* & vlterius considerabant, quod dicta Constitutio loquitur prohibitiuè, & annullati-
15 uè quoad contractus aliter factos; † vnde nec etiam videbatur illi posse renunciari. *Ias. in l. penult. num. 17. C. de pactis. Bald. cons. 382. sub num. 4. vers. item istud statutum. il 2. lib. 3. Rom. cons. 403. num. 22. Dec. cons. 11. num. 2. circa med. vers. vlt.* non obstat, *nec etiam cum iuramento, vt latè per Ossasc. dec. 172. nu. 17. & seqq.* maximè cum fuerit edita ad obuian.
16 fraudibus, † & sic pro bono, & vtilitate publica. *Felin. in cap. si diligenti. num. 6. vers. 2. fallit. nu. 19. de for. compet. Bald. cons. 382. sub num. 4. vers. item istud statutum. lib. 3. Afflict. super Constitut. regn. rub. 41. sub num. 19. lib. 1. Calderin. cons. 13. nu. 2. vers. de constit.*

Postremo non obstat aliud statutum Ciuitatis Arimini, quod datur in Summ. Comitum num. 5. inducens præscriptionem quorumcumque iurium post lapsum quinquennium. In quo ius masculo, vel fœmina maiore decem, & octo annis &c. Quia visum fuit Dominis non esse attenden. tum ex eo quod non apparet confirmatum specialiter, & in indiui-
17 duo † à Papa, prout requiritur, cum sit contra ius. *Paris. cons. 19. num. 14. lib. 1. & cons. 33. num. 13. lib. 3. Rot. decis. 780. à num. 6. par. 1. & decis. 103. num. 27. par. 2. diuers.* tum etiam quia statuta huius-
18 modi dicuntur nutritiua peccati, ex quo † arctant creditorem intra certum tempus ad petendum debitum, ad cuius satisfactionem, & ratio, & bona fides
19 arctat indefinitè debitorem † omni tempore, vt post alios notat *Card. Seraphin. dec. 632. nu. 2.*

Et ex his ita fuit conclusum, &c.

☞ *Decisiones quatuor iam in hoc articulo emanarūt, videlicet sub diebus 26. Iunij 1619. 15. Nouembris 1621. 17. Iunij 1622. & 27. Ianuarij 1625. coram eodem bo. me. Reuerendiss. Patriarcha, & sunt supra decisiones 130. 318. 409. & 591. & infra adsunt aliæ, vt dixi ad d. decisionem 409.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Deuolutionis Domus.

Mercurij 28. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Licet verum sit, quando agitur ad rei vindicationem quod dominiū per plenas, & veras, & non fictas probationes sit concludenter docendum, non tamen in hac opinione mordicè, & obstinato animo est ita insistendum, ita vt Dominis directis imponatur (vt sic dicam) laqueus tam rigidę probationis, & hoc maximè si simus in antiquis, cum certo certius sit sicuti dominium circa plures actus se extendit, ita ex eisdem potest inferri ad illius probationem.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis, quando est finita, vtile dominum quod erat penes emphyteutam, redijt ad proprietarium.*
2 *ad Rei vindicationem quando agitur, qualiter sit probandum dominium.*
3 *Dominium est plenè, & concludenter probandum quando agitur ad deuolutionem.*
4 *Dominium non probatur ex locationibus, solutionibus Canonum, confessionibus, & similibus, quādo agitur de vindicando vtile dominium.*
5 *Dominij probationis substantia, in quo consistat.*
6 *Dominium sicuti circa plures actus se extendit, ita etiam ex eisdem potest inferri ad illius probationem, etiam ad effectum deuolutionis.*
7 *Coniecturis probatur dominium incidenter deductum, prout, quando agitur personali actione. l. si quis conductionis C. locat. vide num. 8.*
9 *Dominium per necesse non inferunt adminicula locationum, concessionum, & locationum.*
10 *Canonum solutiones non augent probationem dominij,*

minij, si non excedant tempus 30. annorum.
Canonis solutio est actus consequtiuus, & ideo si non tenet locatio, non etiam patrocinatur solutio. num. 10.
11 *Dominium non concluditur ex confessione, quando emphyteutæ recipiendo rem locatam in emphyteusim non fatentur locatorem esse dominum.*
12 *Probatio legitima vt excludatur, nequaquam est concedendum.*
13 *Probatio, quæ fit per coniecturas, & præsumptiones dicitur vera probatio, & propria, quando illæ sunt à iure approbatæ.*
14 *Dominium, vt probetur, quid sit de substantia.*
15 *Dominium probatur ex enunciatiuis antiquissimis cum habeant vim famæ.*
16 *Instrumentis magis standum est in antiquis, quam testibus.*
17 *Identitas, vt probetur, sufficit verificatio duorum confinium. & num. 18. & 22.*
19 *Confessio, quando probet dominium. & num. 20.*
21 *Canonis solutio si excedat tempus 30. annorum probat dominium in vim præscriptionis.*
23 *Expressio generalis non tollit specialem.*
25 *Confines variantur ex longinquitate temporis.*
26 *Concessiones censuariæ regulariter non subiacent deuolutioni, & quare.*
27 *Census nomen in inuestituris appositum, potest conuenire tam contractui emphyteutico, quam censuali.*
28 *Et ideo determinatur secundum qualitatem pactorum, quæ magis inferant vnum, quam alium contractum.*
29 *Census naturæ non repugnat pactum reuersiuum finitis generationibus, aut nominationibus.*

DECISIO DCXI.

DVBITATVM fuit, An domus, de qua agi-
tur, sit deuoluta ad Canonicos, Beneficiatos,
& Clericos Basilicæ Sanctæ Mariæ Maioris, & affir-
matiuè fuit resolutum, nempe domum esse deuo-
lutam.

Constat enim domum hanc vsque de anno 1533.
per Ioannem Petrum Varesium in emphyteusim
fuisse receptam ad tertiam generationem, tam ma-
sculinam, quam fœmininam, & ad tertiam nomina-
tionem, sub canone ducatorum quinquaginta de
carolenis ex Instrumento quod datum fuit, sed cum
Ioannes Petrus successione careret, nominauit die
11. Aprilis 1548. Hieronymum Varesium eius ne-
potem; Hieronymus vero nominatus exindè nomi-
nauit Marcum Antonium Varesium eius filium 11.
Octobris 1590. qui cum absque aliqua nominatione
decesserit 21. Februarij 1618. absque dubio ob fini-
1 tas nominationes ex conuentione † partium vtile
dominium, quod erat penes emphyteutam rediјt ad
Ecclesiam, *§. emphyteusim in Auth. de non alien. reb.
eccles. Clar. in §. emphyteusis q. 42. Corbul. de iur. em-
phyt. caus. 12. Caldas de nominat. emphyt. lib. 2.
quæst. 7. num. 6.*

Neque obstat, quod ex parte ecclesiæ dominium
huius domus non probetur, prout necessarium est,
2 † quando agitur ad caducitatem vendicando rem
ipsam; neque iustificetur identitas domus petitæ, ac
demum concessio legatur ad censum, quia non sub-
iacet caducitati.

Quia quantum ad primam difficultatem, quam-
3 uis Agenti ad deuolutionem incumbat † onus pro-
bandi dominium plene, & concludenter *l. in rem
actio, ff. de rei vendic. Specul. in tit. de emphyt. §. nunc
aliqua num. 70. Caputaq. decis. 280. par. 1.* itaut
4 nec † etiam videatur sufficere ad hanc probatio-
nem solutiones Canonum, locationes, & confes-
siones, cum non tendant ad probandam rei tra-
ditionem, & vacuam tradentis possessionem, quæ
5 sunt † de substantia probationis dominij non inci-
denter probandi, vt dixit *Alex. cons. 10. lib. 4.* & cō-
firmat eadem decisio 280. & aliæ decisiones post-
modum sequutæ sunt nempè *Romana domus 11.
Maij 1592. coram Illustriss.* Mellino *in Romana
proprietatis vineæ 18. Iunij 1601. coram bo. mem.
Card. Pamphilio,* Romana *domus S. Agnetis 2. Maij
1588. coram Orano, & in eadem 19. Iunij 1589. in
Foroliuien. parochialis 3. Iunij 1588. coram eodem,
in Romana deuolutionis domus 13. Nouemb. 1596.
coram* Litta *in* Romana *deuolutionis Vineæ 17.*
Martij *1603. coram Card. Pamphilio, tunc Decano,
in Nucerina emphyteusis coram Episcopo Attreba-
ten. quæ est decisio 150. par. 1. recent. & in Romana
deuolutionis coram D. meo Vbaldo, quæ est dec. 606.
eadem par. 1. recent.*

Attamen est etiam verissimum, quod dominium
sicuti circa plures actus se extendit, ita etiam ex
eisdem possit inferri ad illius probationem, vt pro-
6 pterea probatio † concludens desumatur ex admi-
niculis etiam ad effectum deuolutionis, quando ten-
dunt ad idem *Bald. in l. ad probationem num. 9. &
Bart. ibidem C. locati. Alex. cons. 10. per totum, &
cons. 12. in princ. lib. 4. Ripa in l. si rem aliquam
num 39. vers. & iterum subdistingue, ff. de acquir.
poss. Crauett. cons. 434. num. 4.* & hanc opinionem
sæpè Rota recepit, *vt in Ciuitatis Castelli bonorum
12 Februarij 1590. coram bo. mem. Card. Pamphi-
lio, & in Ferrarien. prædij 3. Decembris 1620. corā
D. meo Coccino, quæ allegantur in Ariminen. bono-
rum inter recentiores 290. num. 1. par. 1. & in decis.
193. num. 1. & 2. par. 2. recent.* & nouissime in *Ro-
mana domus 3. Aprilis 1623. coram D. meo Patriar-
cha Hierosolymitano,* nec vrget distinctio *Caputaq.
in d. decis. 280.* vt scilicet coniecturis probetur do-
7 minium incidenter deductum, † prout quando agi-
tur personali actione ex remedio *l. si quis conductio-
nis C. locati,* qui non est casus noster, quia per hanc
8 actionem non fuit actum, nec poterat agi, dum † isti
fratres non sunt hæredes Marci Antonij, *Alex. cons.
12. vers. nec contrarium dicunt lib. 4.* non autem
principaliter intentatum, & quando agitur ad ca-
nonizationem illius, vt in præsenti, ex quo esset pro-
9 bare præsumptiuè dominium, non autem † plenè &
concludenter, quia loquitur de adminiculis locatio-
num, concessionum, & solutionum, quæ non infe-
runt pernecesse dominium, nam instrumenta loca-
tionum non probare dominium dicit *Bart. in d. l. ad
probationem,* solutiones vero non augent probatio-
nem quando non excedunt tempus 30. annorum
Bald. in d. l. ad probationem num. 2. dicens solutio-
10 nem esse † actum consequutiuum; ideo si non valet
locatio non etiam patrocinatur solutio. Confessio-
nes autem non concludunt dominium; dum loca-
11 tarij recipiendo in † emphyteusim rem locatam
non fatentur locatorem esse Dominum. *Ripa in d. l.
si rem aliquam nu. 39. vers. aut recognouit rem sim-
pliciter. ff. de acquir. poss.* propterea non excludun-
tur

tur præsumptiones quæ inferunt dominium, & ad il-
12 lud tendunt, † quia hoc esset excludere legitimam probationem quod non est conceden, *vt dicit ead. decis.290. num.7.* & additur, quod probatio quæ sit
13 per coniecturas, & præsumptiones dicitur † vera, & propria probatio quando illæ sunt à iure approbatæ *l.licet Imperator, vbi Ias. num.13. de legat.3. cum alijs allegatis per Menoch.præsumpt. 36.nu.3. lib.1. & de arbitrar.casu 42.num.5.*

Primo igitur cum instrumento locationis prædictæ iunguntur anteriores locationes annorum 1472. & 1507. quæ leguntur diuersis personis factæ, & con-
14 tinent enunciatiuas dominij, & † translationis possessionis, quæ sunt de substantia huius probationis *Alex.d.cons.10.vers.quia ad probationem, & 11. in princ. vers. cum ergo lib.4.* quæ enunciatiuæ excedentes tempus 100.annorum cum habeant vim fa-
15 mæ, † & in antiquis dominium tanquam difficilis probationis probatur per famam *Crauet. de antiq. temp.par.1.vers.viso in hac 1. parte num. 4. Alba cons.64.num.21.Menoch. de arbitrar.cas.42 num.4.* consequitur famam huiusmodi sicuti per testes pos-
16 se probari, ita † per instrumenta longe melius cum illis magis standum sit in antiquis, quàm testibus, *gloss.in cap.3.loco de probat. Alba d.cons.64.num.21. lib. 1.* & hanc coniecturam tanquam releuantem Rota admisit in eadem *dec.290.par.1. & 193.par.2. recent.* & illam comprobant *Siluan. cons.57.nu.44. Gozz.ad.cons.94.in fin.Bursat. cons.27. num.7.* Ne-
17 que dicatur † identitatem non probari, dum alii sint confines specificati in dictis duabus inuestituris, &
18 alij in hac postrema de anno 1533. quia sufficit † verificatio duorum confinium ad hunc effectum secundum veriorem, de qua per *Bart. in l. demonstratio falsa num.14.ff.de cond.& demonstr.* & prout conueniunt confines Dominorum de Serlupis, & viæ publicæ, & vlterius via Peregrini, & regio Parionis.

Secundo concurrit vsus locationis à d. an. 1533. vsque ad annum 1618. dum vigore pactorum Ioannes Petrus nominauit Hieronymum, & Hieronymus nominauit Marcum Antonium cum expressione facta per Hieronymum, quod hæc domus est sub proprietate, & directo dominio Capellæ S. Francisci, in cuius locum hodie Beneficiati successerunt,
19 quæ † confessio probat contra confitentem non in vim recognitionis, sed confessionis *Ripa in l. si aliquam rem num.39.vers. & iterum subdistingue, ff. de acquir.poss.* vbi distinguit confessionem simplicem
20 à confessione † directi dominij, dicens in his terminis esse intelligen *Specul.in d.§. nunc aliqua nu.66.* & idem admisit *Rota in d.decis.290.num.3.& in alia deuolutionis domus 3. Aprilis 1623. coram D. meo Patriarcha Hierosolymitano*,

Tertio accedit solutio canonis sub eadem summa ducat.50. per DD.fratres de Varesijs admissa vsque in hanc diem, vel saltim non impugnata, quæ cum
21 excedat tempus 30. † annorum probat dominium in vim præscriptionis. *Bart.* auctor huius coniecturæ *in l.ad probationem C.locati, Alex.cons.12.lib.4.* sed plenius *cons.8.num.2.lib.7.* quem sequutus est *Rota in d.decis.290.num.4.*

Quo vero ad probationem identitatis domus responsum fuit illam esse sufficienter iustificatam, quia plures confines conueniunt vltra situationem in via Peregrini.

Nam ponitur via pro confine in parte anteriori, & retro bona Dominorum de Serlupis, & ita leguntur in instrumento 1533.confirmationis Capellanorum, & similiter in vltimo instrumento possessionis apprehensæ per D.Ioannem Petrum de anno 1618.
22 legitur † retro bona Dominorum de Serlupis, & ante via publica, quæ duæ nominationes sufficiunt, vt iam dictum est ex *Bart.in l. demonstratio falsa num.14.de cond.& demonstr. Rolan. cons.67. nu.4. lib.2. Rot. decis. 457. num.1 par. 1. recent.Decian. cons.17.num.8 lib. 3.* neque obseruare videtur hanc probationem expressio regionis Pontis, quæ reperitur in prima inuestitura anni 1533. & est diuersa ab ab alia, quæ posita est in omnibus alijs instrumentis,
23 dum exprimitur in regione Parionis, quia † variatio generalis demonstrationis non tollit specificam demonstrationem per confines designatam, expressio enim ad demonstrandam identitatem bonorum tripliciter fieri potest in genere, prout in regione Pontis, vel Parionis in specie, prout in via Peregrini
24 in indiuiduo † prout est in loco intra confines clauso, & hanc triplicem expressionem distinguunt *Gemin.& aly in cap.2.de reb.eccles.non alien. Lauren. de Rodulph. in cap. sine except. 12. quæst. 2. in 19. quæst. Alex. cons.189. num.9. lib.7. Menoch. consil. 287.num.7.& sequen.* propterea non sequitur quod
25 variatio † generali confine, prout mirum non est, qeod longinquitate temporis varientur, & mutentur. *Decian d.cons.17.num.14.vol.3.* tollatur etiam indiuiduum adhuc existens de per se aptum demonstrare rei identitatem.

Demum ad tenorem concessionis, quæ asseritur facta ad censum, fuit etiam responsum, quod etsi
26 † concessiones censuariæ regulariter non subiaceant deuolutioni propter translationem vtriusque dominij tam directi, quam vtilis. *Paris. cons.84. nu.6. lib.4. Velasc.de iur emphyt.quæst.32. num.32. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 106. num. 13.*
27 attamen nomen census † in inuestituris non semper determinat naturam contractus, quia potest conuenire tam contractui emphyteotico, quàm censuali *Clar.in §.emphyteusis quæst.1. vers.contractus autem. Honded. cons.81. & num.8. & seq. lib. 2.* ideo
28 determinatur secundum qualitatem † pactorum, quæ magis inferant vnum quàm alium contractum *Card.Mantic.de contract.lib.22.tit.8. num.19.Roderic.de ann.reddit.lib.2.quæst.22. num.3. & idem Rota dixit in causa Romana Casalis Turris Vergatæ 2.Martij 1623.coram me.* propterea cum in præsenti pacta repugnent naturæ census dum concessio legitur facta sub titulo locationis, & ad tempus cum expressione quod domus pertinet ad Capellaniam, & ad Capitulum, & vlterius quando dicitur pro censu subditur, seu responsione, magis naturam emphyteusis, quàm census inferre videntur, dum supponitur dominium directum remanere apud concedentem, & in omnem casum non repugnat naturæ
29 census pactum † reuersiuum finitis generationibus, aut nominationibus, de quorum fine in præsenti non dubitatur *Bald.in cap. 1.num.1.de feud.non haben. propriam naturam feudi, & cons. 343. num.4. lib. 1.* & idem fuit admissum *in d. Romana Casalis Turris Vergatæ in fine coram me.* Et ita &c.

* *Confirmata fuit hæc decisio à Rota coram bo. me. Pirouano, vt habes infra sub die 14. Nouembris præsentis anni 1625.*

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Romana restitutionis in integrum.

Veneris 15. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Officio Iudicis filia potest experiri contra patrem, vt ei eamdem dotem, quam primo constituit, iterum in secundo matrimonio constituat, & talem dotem pater non potest in præiudicium filiæ diminuere, & nota filiam non posse petere dictam dotem vigore primi instrumenti dotalis, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur ad conseruandam dotem filiæ pro secundo matrimonio.*
2 *Pater non potest minuere mensuram dotis iam datæ filiæ, pro primo matrimonio, quando ea iterum se nubere intendit.*
3 *Filia potest implorare officium* Iudicis, *ad hoc vt illam eamdem dotem, quam ei pater iam pro primo matrimonio constituit, iterum ei assignet pro secundis nuptijs.*
4 *Non tamen potest experiri vigore primi instrumenti dotalis iam extincti per reuersionem dotis ad patrem.*
5 *Pater, si filiæ viduæ relinquat aliquod legatum, cum pacto vt dotem ei reuersam petere non valeat, tunc si suam dotem repetere intendit.*
6 *Restitutio in integrum non impeditur per illud, quod perperam, & iniustè constat fuisse petitum.*

DECISIO DCXII.

In decisione vltima facta in ista causa sub die 18. Aprilis præteriti, * in qua fuit dictum esse standum in decisis ex capite quod Catherina egerit alio remedio. Super quo proposita hodie causa in contumaciam alterius partis, quæ pluries citata, recusauit informare, Domini resoluerunt Catherinæ competere aliud remedium, nempe officium Iudicis, restituto tamen legato, & nihilominus votum esse tradendum super restitutione in integrum.

Et mouebantur quantum ad primum caput resolutionis ex dispositione *Auth sed quamuis C. de*
1 *rei vxor. act.* quæ † vult patrem teneri ad conseruandam dotem filiæ datam pro secundo matrimonio,
2 nec posse prioris dotis mensuram † minuere, quod fuit etiam latè firmatum *in decis. 156. par. 2. diuers.* quod intelligitur vt filia possit implorare officium
3 Iudicis, ad hoc vt Pater illam † eandem dotem sibi constituat, non autem quod valeat amplius experi-
4 ri vigore primi † Instrumenti dotalis iam extincti per reuersionem dotis ad patrem, *vt fuit decisum in ista causa die 20. Maij anni præteriti*, *, & latius *in Romana dotis de Proyda 26. Aprilis 1619. coram D. meo Vbaldo*, & hoc remedio visum fuit Dominis Catherinam posse in hoc casu iuuari, dum ta-
5 men † restituat legatum sibi factum in testamento paterno, quod non potest retinere, & insimul residuum dotis petere, *vt fuit dictum in præallegata decisione huius causæ, ex doctrina Castr. in l si cum dotem, § si Patrem num. 3. ff. solut. matrim. & ex alijs ibi allegatis.*

Quo vero ad secundum super restitutione in integrum, in quo consistit effectus istius dubij, & resolutionum factarum, dixerunt Domini absque difficultate esse traden votum non obstan quod Catherina possit agere alio remedio, cum illud non de-
6 beat interim impedire † restitutionem illius, quod perperam, & iniustè constat fuisse ablatum ex duabus decisionibus in ista causa factis.

Et ita conclusum, &c.

* *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 18. Aprilis 1625. quæ & hic confirmatur, est supra in hoc Tomo decisio 604.*

* *Decisio hæc pariter in hac causa emanata 20. Maij præteriti anni 1624. coram bo. me. Reuerendiss. Patriarcha, quæ quoque est supra decisio 540.*

REVERENDISS. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Casalis.

Veneris 20. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Dotis assignatio facta vxori ob vergentiam mariti ad inopiam, si ea fuerit facta à Iudice, tunc videtur quædam sequestratio ad fauorem vxoris saltem respectu fructuum, & quid inde sequatur. Secus tamen est, quando ea assignatio facta fuit à marito in vxorem, tanquam Domino rei dotalis, nam tunc vxor, omnes fructus dotis facit suos, & casus quo dicta assignatio nullatenus possit dici facta in fraudem creditorum mariti, & si isti agant contra vxorem vtique non possunt intentare viam executiuam, sed agere via ordinaria, tanquam contra tertium.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè non potest agi contra tertium.*
2 *Dos, quando assignatur vxori, ob vergentiam mariti ad inopiam, an penes ipsam dicatur facta sequestratio, siue in eam translata ex persona mariti administratio d. dotis, & non dominium.*
3 *Itaque fructus qui supersunt deductis alimentis pro vxore spectent ad creditores mariti.*
4 *Fructus spectare debent ad possessorem, & non ad alios.*
5 *Assignatio dotis vxori ob vergentiam mariti ad inopiam, quando propriè dicatur quædam sequestratio, & quando secus.*
6 *Alex. consil. 142. num. 15. lib. 5. & Anchar. consil. 119. num. 2. quo casu loquantur.*
7 *Maritus de re dotali tamquam Dominus, potest disponere, etiam quo ad fructus.*
8 *Alienatio facta in fraudem creditorum non tenet.*
9 *Alienatio, quando non possit dici facta in fraudem paratæ executionis.*
10 *Alienatio non potest dici facta in fraudem creditorum, si ea fuerit facta in creditorem anteriorem.*
11 *Creditori si fuerint hypotecata omnia bona debitoris, dum ex eis aliquid ipse habuit, nequaquam creditores alij posteriores possunt agere cõtra eum via executiua.*

DECISIO DCXIII.

Postquam die 26. Februarij præteriti * fuit resolutum mandata relaxata ab A. C. ad fauorem

rem creditorum Ioannis, & Tiberij de Molaria esse reuocanda vna cum omnibus inde secutis tanquam cępta exequi super Casali possesso ratione dotis à D. Laudomia Biscia vxore dicti Tiberii, contra quam vti tertiam nō competebat via exequutiua, sed erat ordinariè agendum iterum hodie ad instantiam creditorum, qui tunc pluries citati noluerunt informare, causam super eisdem repropofui, & Domini vtraque parte informante censuerunt standum esse in decisis, moti ex rationibus, & fundamentis in dicta decisione adductis.

Quibus non obstat quod pro parte creditorum dicatur dictum Casale spectare pro medietate ad Ioānem fratrem Tiberij, & sic super eius rata tanquam non obligata pro dote non competere D. Laudomiæ plus iuris quam aliis creditoribus, cum quibus vti concreditrix debet concurrere, quia fuit responsum huiusmodi obiectum tolli ex decisione iam facta, in qua cum appareat D. Laudomiam ex suis pecunijs dotalibus persoluisse plura debita Cæsaris Molariæ, qui erat in totum Dominus dicti Casalis item restituisse dotem Iuliæ vxoris eiusdem Cæsaris cum reportatione cessionis iurium super dicto Casali, & vlterius super eo fuisse consecutam certam portionem sibi assignatam ratione retrouēditionis domus factæ per ipsam Tiberio, & Ioanni, quæ pariter fuerat empta de sua dote, non potest negari quin saltim pro
1 hac portione fuerit etiam effecta condomina; † & per consequens contra ipsam nō posset executiuè agi *iuxta decis. sanct. mem Greg. XV. 330. num. 2. cum alijs allegatis in decisione.*

Non obstat, quod per assignationem Casalis factā D. Laudomiæ pro sua dote ratione vergentiæ mariti
2 † ad inopiam videatur potius penes ipsam facta sequestratio quædam, siue in eam translata ex persona mariti administratio bonorum dicti Casalis quam dominium, & ideo tunc dos dicatur retinere suam
3 pristinam naturam, † itaut fructus, qui supersunt, deductis alimentis pro vxore spectent ad maritum, & super illis valeant creditores exequi mandata, iuxta notata per *Bart. in l. si constante. num. 104. & ibid. Ias. num. 116. & seqq. ff. solut. matrim. & per alios allegatos per informantes*, quia visum fuit Dominis,
4 id non posse subsistere stante quod D. † Laudomia possideat totum Casale, & ideo fructus ad ipsam non autem ad alios spectare debeant *l. fructus. l. præterea, & l. ex diuerso. ff. de rei vendic. l fructus. C. de act empt. Bursatt. cons. 303. num. 6. lib. 3. Surd. cons. 128 num. 5. Honded. cons. 30. num. 10. lib 1.*

Quod enim dicitur assignationem prædictam esse potius quandam sequestrationem penes vxorem sal-
5 tem † respectu fructuum bonorum assignatorum procedit, vbi assignatio esset facta à Iudice, in quibus terminis videntur loqui Doctores supra allegati, &
6 præcipuè, *Alex.* † *cons. 142. num. 15. vers. nec prædicta assignatio lib. 5. & Anchar. cons 119 nu. 2.* secus autem quando illa prout in nostro casu fuit facta
7 à marito, qui vti † Dominus potuit de re sua disponere etiam quoad fructus ad *tex. in l. in re mandata. C. mandat. Surd. cons. 215. num. 19 lib. 2.*
8 Non obstat, quod assignatio † fuerit factà in fraudem creditorum, quia vltra quod de tempore dictæ
9 assignationis mandata adhuc non erant relaxata, & sic non poterat dici facta in fraudem paratæ exequutionis, vt fuit resolutum in illa *Veneta donationis coram D. meo Buratto in decisione allegata,* videbatur etiam excludi prætensa fraus ex eo quod D. Laudomia pro sua dote, quę erat scutorum sexdecim
10 millium esset creditrix anterior † ratione solutionū, vt supra factarum creditoribus Ioannis, cuius propterea cessio non potuit dici fraudolenta, & in præiudicium creditorum posteriorum.

Demum non obstat, quod cessio portionis super dicto Casali facta à Iulia ratione dotis eidem solutæ per D. Laudomiam non sit super portione Casalis de quo agitur nuncupato le Marmorelle, sed Casalis della Colonna, quia hoc non subsistit in facto, & cōtrarium apparet ex summario dato in preterita positione num. 4. in quo constat etiam misse hypoteca-
11 ta Laudomiæ † omnia bona quod sufficit ad effectum excludendi creditores posteriores, nec valeant hodie contra ipsam via exequutiua experiri.

Et ex his ita fuit decisum.

Decisio ista in hac eadem causa facta sub die 26. Februarij præsentis anni 1625. quæ à Rota confirmata fuit, est supra in hoc Tomo decisio 595.

REVERENDISS. COCCINO.

Spoletana prætensi Iurispatronatus Abbatię S. Petri de Ferentillo.

Vener. 27. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Papa, si amplissimè alicui Laico donauerit fructus, decimas, & prouentus alicuius Ecclesiæ, eamq. sub illius iurispatronatus suppofuerit, cuius tamen donationis, seu assignationis effectuatio dilata fuit post cessum, vel decessum Rectoris eam Ecclesiam possidentis, dubitatur modo latè an dicta gratia substineatur, & præsertim an sit conditionalis, vel pura, & vtrum resignatio à d. Rectore ad fauorem alterius sit nulla, necne, & quid si dicta donatio non fuerit effectuata, an dicatur reuocata per superuenientes Regulas Cācellariæ reuocatorias vnionum. Et plura habes circa probationem identitatis personarum, ex quibus scilicet non excludatur.

SVMMARIVM.

1 *de Feudo alieno, si quis purè inuestiatur, inuestitura non valet.*
Inuestitura da feudo alieno, tunc tenet, quando est facta sub conditione, & collata in illud tempus quo feudum erit apertum Domino, num. 2.
2 *Iurispatronatus concessio si fuerit facta ex falsa causa, nempe titulo dotationis, & dotatio corruit, corruit quoque concessio, itaut nulla censeatur.*
3 *Concessio, quando malè fuit facta, agens ad eam potest repelli exceptione nullitatis.*
Feudi alieni concessio simpliciter facta non tenet, etiam si postea illud aperiatur, num. 3.
4 *Papa potest Laicis concedere decimas.*
5 *Papa, vt validè concedat laicis decimas, requiritur expressa derogatio constitutionis Concil. general. de qua in cap. probibemus. de decim.*
Derogationes Concilij generalis censentur habere clausulas derogatorias ad sequentes dispositiones adeo quod alias detur defectus voluntatis in concedente, num. 5.
6 *Vnio nihil aliud est, quam suppressio, & donatio, ex*

qua beneficium vnitum efficitur prædium, & alteri loco applicatur.

7 *Vnioni satis dicitur expressè derogatum ex resignationibus ad fauorem.*

8 *per Clausulam, non obstantibus, satis dicitur derogatum omnibus in contrarium facientibus.*

9 *Concilio aliquo generali, si fuerit derogatum, & postea dicatur, & alijs Concilijs, censetur etiam derogatum alijs Concilijs generalibus, quamuis requirerent specialem derogationem.*

10 *Fideiussor licet debeat specialiter renunciare beneficijs exequutionis, diuisionis, & cedendarum.*

11 *Ista tamen regula fallit, si fideiussor renunciet aliquibus beneficijs in specie, & postea subdatur clausula generalis, & omnibus alijs beneficijs.*

12 *Vnionis suspensio an causetur ex clausulis generalibus.*

13 *Vnio censetur suspensa ex suspensione omnium vnionum.*

14 *Nomina duo habens, puta Ioannes Antonius, potest vocari Ioannes distinctè, & Antonius.*

15 *ex Cognatione sola, quilibet potest denominari, vnde si quis vocetur Martinus de Baroncijs potest etiam nominari Baroncius, & aliqua exempla vide num. 16.*

17 *Error in nomine proprio non vitiat institutionem, dum de corpore constat, & num. 18.*

19 *Personæ identitas probari potest ex confessione partis aduersæ.*

20 *Personæ identitas quando ex pluribus demonstrationibus fuit comprobata, tunc asserenti contrarium incumbit ei onus probandi diuersitatem.*

21 *in Legitimatione, si sit scriptum Titius natus, ex Chelda soluta, licet probetur Titium natū ex alia muliere, non tamen excluditur identitas personæ, vbi aliæ demonstrationes concurrunt.*

22 *Identitas personæ non excluditur, etiam quod fuerit scriptum Ioannes q. Alberti de Venturinis, & fuerit probatum, quod non erat de Venturinis, sed de Albritiis.*

23 *Nomen potest esse, quod quis voluerit sibi mutare.*

24 *in Instrumento si sint descripti A.B. expresso eorum cognomine pro testibus, dato, vt producantur duo, qui dicant se illis nominibus vocari, sed non fuisse præsentes instrumento,*

Hoc non sufficit ad reprobandum instrumentum, quia descripti in instrumento potuerint sibi mutari nomen.

25 *Alex. consil. 190 nu. 32. lib. 6. & Ias. consil. 13. numer. 2. & 4. vol. 3. in quibus terminis loquantur.*

Nominis mutatio regulariter non præsumitur, & num. 25.

26 *Resignatio dicitur ad fauorem facta, dum in eadem supplicatione alter pro dimissione, & alter pro prouisione supplicat.*

27 *Verba per cessum, vel decessum, seu per quamlibet dimissionem, hæc verba continent in se simplicem dumtaxat resignationem, seu cessionem.*

28 *Principis mens colligitur ex eius longissimo & quotidiano vsu.*

29 *Put. decis. 347. nu. 1 & 2. par. 1. & decis. 511. par. 2. in nou. quo in casu loquatur.*

30 *Indultum conferendi beneficia, etiam quod vacent in Curia, per promotionem, amissionem, vel quamuis dimissionem,*

Intelligitur de simplici, non autem de cessione ad fauorem in manibus Papæ.

31 *Derogatio regul. de iur. quæsit. non tollend. non est necessaria, quando præiudicium est euentuale.*

32 *Clausulæ suspensiuæ comprehendunt etiam vniones consistoriales, etiam pro dote factas, & sufficit, vt dictæ clausulæ legantur in supplicatione, vel in litteris, vel è contra.*

33 *Narratiua spatio 30. annorum præsumitur iustificata.*

34 *ex Resignatione, quando quis possidet, tunc dicitur abdicatum à resignante omne ius.*

35 *Nec super hoc est facienda differentia, an resignatio fuerit pura, vel ad fauorem.*

36 *Possessor triennalis dum fuit pacificus, non est amplius turbandus in ea, & num. 37.*

38 *Beneficij prouisio facta ad fauorem alicuius, sed dilata vsque ad mortem Rectoris, prouisus eo viuente nullam, vel obligationem, vel actionem habet, quod verum etiam intellige, dum d. gratia vel prouisio fuit suspensa ad vitam alterius.*

39 *Obligationes aliæ sunt puræ, aliæ in diem, & aliæ sub conditione.*

40 *Dies certa omnino exitura in vltimis voluntatibus facit conditionem non diem.*

41 *Dies certa omninn exitura in contractibus facit diem, & non conditionem, qui differt actionem, licet non suspendat obligationem.*

42 *Dies certa, quando in contractibus differat obligationem, & actionem post obitum.*

43 *Fructus ex fundo percipiendos, si quis promittat, hoc casu nec obligatio interim oritur, nec actio.*

44 *Promissio, quando fuit facta sub die, & etiam obligationis substantia post mortem fuit collata, tunc enim obligatio post mortem incipit, & num. 45.*

46 *Dictio, deinde, quid importet.*

47 *Promissio facta post mortem alicuius, ante illius obitum, nullius est considerationis.*

48 *Participia, nec ad præsens, nec ad futura tempora trahi non possunt.*

49 *Obligatio, & actio si dilata sit post mortem alicuius, & apposita sit clausula, ex nunc, qualiter sit intelligenda, & num. 50.*

51 *Verba præsentis temporis, quando sunt apposita actui de futuro, vel sub conditione, tunc ea de illo tempore sunt intelligenda.*

52 *Dictio, tunc, denotat temporis extremitatem.*

53 *Actus debent intelligi, secundum tempus, quo robur sortiuntur.*

54 *Vniones beneficiorum possunt fieri ante obitum possidentium, absque tamen eorum præiudicium, & num. 55.*

56 *Oldrad. cons. 233. & 257. nu. 1. quo casu loquatur.*

57 *Dies, & gratiæ substantia, quando fuit collata post obitum alicuius, interim non potest dici acquisitum aliquod ius.*

58 *Vnio de beneficio pleno bene fit, sine tamen præiudicio obtinentis.*

59 *Gratia si collata sit post obitum alicuius, ante euentum conditionis, quis ea vti nequit.*

60 *Donatio simplex facta in diem, de ea disponi potest, quando cessit dies.*

61 *Vniones non effectuatæ, reuocantur per sequentes Regulas Cancellariæ reuocatorias vnionum.*

62 *Regulæ reuocatoriæ vnionum modernæ comprehendunt etiam dismembrationes fructuum, & quart.*

63 *Regulæ reuocatoriæ vnionum antiquæ nō comprehendunt*

bendunt applicationes fructuum, nisi fiant per viam vnionis.

64 *Regulæ reuocatoriæ vnionum antiquæ, licet de subtilitate iuris non comprehendant dismembrationes fructuum, secus tamen est secundum mentem eiusdem regulæ.*

65 *Regulæ reuocatoriæ vnionum adinuentæ sunt, ne per vnionem diminuatur cultus diuinus, & facultas conferendi.*

66 *Cultus diuinus diminuitur, quando Ecclesia effici simplex capella debet, & tolleretur dignitas Abbatialis, & Conuentualitas.*

67 *Vnio, quando reuocatur, tunc nihil operantur suppressiones.*

Extinctum non potest dici id, quod pendet.

68 *Ecclesia remanet in suo statu, licet fuerit dismembrata, sed effectuatio secuta non fuit, & interim superuenerunt regulæ reuocatoriæ vnionum.*

DECISIO DCXIV.

SIXTVS IIII. donauit bona Monasterij S. Petri de Ferentillo, Bartholomæo de Ruuere nepoti per hæc verba. Volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod cedente, vel decedente Ancaiano moderno Abbate seu illud quomodolibet dimittente, dignitas Abbatialis, & Ordo S. Benedicti, Conuentualitas in ipso Monasterio extincta sit, & esse censeatur, & deinde Monasterium ipsum Capella sine cura nuncupetur, reputetur, & nihilominus omnes decimas, necnon fructus, redditus, prouentus, possessiones, iurisdictiones, iura, & bona mobilia, & immobilia dicti Monasterij ex nunc tibi præsenti, & recipienti pro te, tuisque hæredibus, & successoribus habenda, & possidenda, ita quod illa vendere, alienare, donare, & de illis pro tua, & hæredũ prædictorum voluntatis arbitrio disponere, & ordinare liberè, & licitè possis, & valeas; & possint], & valeant, ea donatione, quæ dicitur inter viuos tenore præsentium donamus, concedimus, & elargimur &c. Euenit casus quod sub Iulio II. prædictus Ancaianus resignauit Monasterium ad fauorem Aloysij de Ancaianis, qui adhuc viuens narrauit Leoni X. vna cum Ancaianis de anno 1515. se per quadriennium licet de facto, pacificè tamen Monasterium possedisse, & hæredes Bartholomæi donasse prædicta bona ipsis Ancaianis, prout in instrumento apparere dixerunt, & obtulerunt se daturos omnia bona prædictæ Ecclesiæ, si Iuspatronatus concederetur. Qua propter Summus Pontifex postquam fructus, redditus, & prouentus, decimas, iurisdictiones, iura, & alia bona in dotem Monasterio dederint, & concesserint iuspatronatus, & præsentandi personam idoneam ad dictum Monasterium in forma commissaria concedi mandauit. Stante hac serie facti dubitaui, an cõstaret de iurepatronatus, & Domini negatiuam sequuti sunt opinionem. Quia Summus Pontifex concessit iuspatronatus sub prętextu dotationis, quæ hic verè non adest, cum per dictam resignationem Ancaiani fuerit suspensa gratia Sixti IV. Et interim ad fauorem illorum de Ruuere donatariorum non erat iusta nata obligatio, neque actio, quamobrem nec ipsi potuerunt cedere bona tanquam libera Ancaianis, neque Ancaiani tanquam de bonis liberis potuerunt Ecclesiam dotare, vt in simili si quis de alieno feudo purè inuestiatur, inue-
1 stitura non valet, † vt enim valeat fieri debet [sub conditione, & conferri in illud tempus quo possessor sine hærede masculo decedat *cap. 1. qui success. dar. tenean. lib. 5. feud cap. 1. post princip. verb. vbi vers. de alterius feudo. de cler. qui inuest. fec. lib. 2. feud. Rossent. de feud. cap. 4. concl. 9. incip. atque hæc sufficiant nu. 1. & seqq. Clar. lib 4. sent. §. feudum q. 14. num. 1. Hartm. Pist. q. 25. num. 1. lib. 2. Schrader. de feud. par. 3. cap. 2. num* 59 Quare cum concessio iu-
2 rispatronatus † fuerit facta ex falsa causa, nempe titulo dotationis, & dotatio corruat, corruit quoque concessio itaut nulla censeatur *l. & si præses.* C. *de præd. minor. Alex. cons. 69. nu. 3. lib. 3. Menoch. cons. 314. num. 27. sanct. mem. Greg. decis. 496. num. 11.* adeo vt licet alia non obstarent, nihilominus Ancaiani post mortem Aloysij, per cuius prouisionem eius vita durante fuerat suspensa gratia Sixti IIII. non potuerint prætendere iuspatronatus, cum concessio malè fuerit facta, sed possint repelli exceptio-
3 ne nullitatis, †vt in terminis feudi à tertio possessi, de quo quis purè inuestitus fuit, quod concessio nõ sustineatur, etiam si postea feudum aperiatur, tenẽt *Rossent. de feud. d. cap. 4. concl. 9. num. 1. Afflict in cap. si quis fecerit [inuestituram quo tempore miles. num. 15. Hartm. Pist. q. 25. nu. 13. & seqq. lib. 2. Fachin. controu. iur. lib. 7. cap. 28. circa medium, vers. quod attinet ad secundam controuersiam.* Et prædicta eo amplius procedunt respectu Decimarum
4 † quas licet Summus Pontifex concedere potuerit, *Hostien. in summ. de decim. §. 3. quæritur num. 13. Rebuff. de decimis q. 13. num. 73.* tamen cum circa hanc concessionem adsit prohibitio Concilij Lateranen. sub Alexan. III. *in cap. 14 §. prohibemus, re-*
5 *latum in cap. prohibemus, de decim.* ad effectum † validitatis huius cõcessionis requirebatur expressa derogatio dicti Concilij generalis, quod censetur habere clausulas derogatorias ad sequentes dispositiones, adeo quod datur defectus voluntatis in concedente, *cap. ex parte. de capell. Monach. cap. nonnulli. §. 1. vbi Felin. num. 2. de rescript. Archid. in cap. 1. nu. 2. ante finem ver. vel dic planius, de constit. in 6. et fuit dictum in causa Imolen. decimarum 21. Maij & 9. Iunij 1586. coram Orano, & in causa Vlixbonen. decimarum 24. Nouembr. 1583. coram Oriolen. & in causa Valẽtina decimarum de Ayora 27 Nouemb. 1602. coram bon. mem. Penia,* vbi aliæ decisiones recensentur.

Quod autem gratia Sixti fuerit suspensa per resignationem Ancaiani non potest controuerti, quia aut gratia Sixti sapit vnionem prout voluit *Rota in puncto huius gratiæ in causa Spoletana prætensi iurispatronatus 14. & 19. Iunij 1581. coram D. de Ru-*
6 *beis.* Cum vnio † nihil aliud sit, quam suppressio, & donatio, ex qua beneficium vnitum efficitur prædium, & alteri loco applicatur, *Rota decis. 11. de reb. Eccles. non alienan. in antiq. Sarnen. in reg. de triennal. q. 8. num. 2. vers. quia per vnionem, Felyn. in cap. in nostra. num. 30. de rescript. Paris. cons. 30 numer. 11. lib. 4.* Et satis expressis verbis vnioni fuit
7 derogatum prout passim fieri † consueuit in resignationibus ad fauorem, *Mandos. in prax. signat. grat. in verb. resignationem, vers. datur suspensus. Paris. de resign. lib. 2. q. 3. nu. 52.* Aut verò gratia Sixti non est habenda pro vnione, & nihilominus illi satis fuit derogatum, nam Iulius II. in dicta prouisione, suspendit quascumque vniones, etiam ad instantiam Regum, & aliorum Principum [&c. cum quibusuis clau-

clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, etiam fortioribus, & insolitis, & de plenitudine potestatis hactenus concessis, suspendit quoque coadiutorias, & demum subditur. Cæterisq. in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque cum clausulis opportunis, & consuetis. Vnde ex istis verbis duo fuerunt ponderata. Primum quod per clausulam,
8 † non obstantibus fuit derogatum omnibus, quæ possent resignationi obstare, *Ias. cons.* 110. *col.* 4. *in fin. sub num.* 12. *vers. tertio moueor, lib.* 4. *Bero. cons.* 147 *num.* 28 *vers. & licet, lib.* 3. *Roland. cons.* 67. *numer.* 62. *lib.* 3. etiam priuilegio in corpore iuris nõ clauso, *Clem.* 1. *in fin. de sepult. Io. Andr. in c.* 1. *n.* 4. *de excess. prælat. in* 6. *Bart in extrauag. ad reprimẽdum, vers. non obstantibus, sub num.* 11. *Ruin cons.* 163. *num.* 17 *&* 18. *lib.* 5. Secundo fuit ponderatum quod illa derogatio est apta suspendere etiam donationem factam per Sixtum IV. cum non sit minor vnione, quam Papa suspenderat, vt in simili si fuit
9 derogatum vni Concilio generali, † & postea dicatur, & alijs Concilijs, censetur derogatum etiam alijs Concilijs generalibus, etiam quod egeant derogatione speciali, *Dec. cons.* 341. *num.* 10. *in princ. lib.* 2. *Prob. ad Monach. in cap. cum in tua, num.* 23. *vers. & quod necessaria sit. de consuet. in* 6. *Couar in epit. de spons.* 2. *par. cap.* 8. *§.* 9. *vers. quibus ego addo, & fuit dictum in causa Conchen. exemptionis decimarum* 17. *Martij* 1589. *coram Orano.* Et in simili videmus etiã quod licet fideiussor debeat spe-
10 cialiter † renunciare beneficijs, exequutionis, diuisionis, & cedendarũm, vt notat *Matth. Berlich. par.* 2. *concl.* 22. Ista tamen regula fallit si fideiussor renunciat aliquibus beneficijs in specie, & postea
11 subdatur clausula generalis, & omnibus alijs beneficijs, *Valent. Franch. in tract. de fideiuss. cap.* 5. *numer.* 355. *vers. hac tamen adiecta, cum seqq. Matth. Coler. tract. de proc. execut. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 449. *vers. fallit* 3. *& decis.* 226. *incip. facti quæstio, n.* 46. *vers.* 3. *fallit, par.* 2. *Koppen. decis.* 53. *incip. nihil hodiernis temporibus, num.* 12. *ad finem, vers.* 2. *limitatur iuncto nu.* 1. *cum alijs per Berlich. loco prædicto, num.* 17. & prædictis non resistit quod dicta clausula generalis, cæterisque &c. derogatoria omnium ob-
12 stantiarum, per quas effectus gratiæ † differri, vel impediri valeret, non operetur suspensionem vnionis, vt voluit *Rota in Eugubina beneficij S. Stephani* 10. *Decembris* 1590. *coram Card. Pamphilio relalata apud Garz. de benef. par.* 11. *cap.* 4. *num.* 41. *& seqq.* Et sic nec suspensionem gratiæ Sixti IV. quia hoc procederet si solum adesset ista clausula, sed cũ
13 adsit suspensio † vnionum, & postea subsequatur ista clausula benè operatur, vt patet ex prædictis, & optimè suffragatur *decis. Cassad.* 3. *de renunc.* vbi nulla habetur mentio vnionum, sed solum aderat clausula, cum suspensione omnium gratiarum, & ideo per illam fuit resolutum, quod vnio censebatur suspensa quod admittit etiam prædicta decisio in causa Eugubina. Quare iure merito prædicta clausula generalis, cæterisq. &c. suffragatur in hac facti specie.

Neque est verum, quòd non constet Ancaianum resignasse ad fauorem Aloysij, sed quendam Eusebium, quia ad dissoluendum hãc difficultatem, prænotandũ est, quod si prædicti Abbatis Ancaiani nomen fuisset Eusebius Ancaianus de Ancaianis, licet fuerit appellatus Ancaianus de Ancaianis solummodo, nihilominus identitas personæ satis probata censeretur, quamuis in litteris Sixti fuisset nuncupatus Ancaianus, & in litteris Iulij Eusebius, *Io. de*
14 *Anan. cons.* 17. *num.* 10. vbi † quod habens duo nomina puta Ioannes Antonius, potest vocari Ioannes distinctè, & Antonius. Ideo identitas probatur licet libellus concludat de Antonio, & probatio de Ioanne Antonio, quod etiam procedit in nomine,
15 & cognomine, † cum quilibet possit ex sola cognatione denominari, *Bart. cons.* 179. *in princ. lib.* 1. vbi quod Martinus de Baroncijs potest etiam appellari Baroncius, & affert alia exempla legum indistinctè ponentium nunc nomen, nunc solum cognomen ab agnatione pro eadem persona, prout Publius Mæ-
16 uius, quandoq. † Publius, & aliquando Mæuius appellatur, & Claudius Iustus, modo Iusti, modo Claudij cognomento denominatur, & benè facit *gloss. in l. si nomine in verbo cognomine, C. de testam.* Immò
17 est aduertendum, quod error in nomine † proprio non vitiat institutionem, si de corpore constat, *§. si quis in nomine. instit. de legat. l. si in nomine. C. de testament. l. si quis in fundi vocabulo, ff. de legat.* 1. *Bart. d. cons.* 179. *num.* 1. *vers. præterea posito.* His ergo præmissis cum ex multis constet Ancaianum de Ancaianis ita nominatũm in litteris Sixti fuisse illum, qui sub nomine Eusebij resignauit de tempore Iulij II. dicendum est, vel quod vocaretur Eusebius Ancaianus de Ancaianis, vel quod in litteris Iulij fuerit appositum nomen solum agnationis, vel
18 quod adsit aliquis † error in nomine. Cum igitur constet eamdem esse personam Ancaiani, & Eusebij parum refert prædicta variatio, vt patet ex prædictis. Quodq. sit eadem persona clarè deprehenditur, quia ipsimet Ancaiani fassi sũt in litteris Leonis ad supplicationem partis concessis Ancaianum resignasse ad fauorem Aloysij in manibns Iulij Papæ Secundi, idemq. expresserunt in litteris emanatis per sanctæ mem. Gregorium XIII. confirmationis concordiæ initæ inter ipsos Ancaianos, & Patres Iesuitas, quæ
19 † quidem confessio probat identitatem personæ, etiam quod dici posset facta ad alium finem, *l. cum precum. C. de liber. caus. Bart. in l. cum falsa. num.* 5. *cum duob. seqq. C. de iur. & fact. ignorant.*

Neque dicatur quod stant simul quod Ancaianus resignauerit ad fauorem Aloysij, & quod nihilominus Eusebius non sit ille Ancaianus nominatus in resignatione facta in manibus Iulij Secundi, cum Ancaianus potuerit resignare ad fauorem Eusebij & Eusebius ad fauorem Aloysij, ac demum Ancaianus ad fauorem Aloysij, cum fortè resignatio ad fauorem Eusebij non habuerit effectum, & prædicta videntur sufficere, cum reo sufficiat excludere actorem ex possibilitate. Quia posset responderi hanc imposturam esse valdè inuerisimilem, cum non ita de facili resignationes ad fauorem de Monasterio præsertim alicuius considerationis soleant fieri duobus maximè in eadem familia, sed melior, vt plurimum eligatur. Concurrunt prẹterea plures etiam demonstrationes, nimirum verisimilitudo facti supra ponderata, identitas cognominis, & resignatio sub Iulio II. Quare videtur dicendum satis constare personam, quæ resignauit esse Ancaianum, cum
20 † tot demonstrationes conueniant, itaut asserens contrarium teneatur probare, vt in puncto identitatis personæ considerat *Alex. cons.* 108. *num.* 3. *lib.* 7.
21 vbi si in legitimatione sit scriptus Titius natus † ex Chelda soluta, licet probetur Titium natum ex alia mu-

muliere, nõ tamen excluditur identitas personæ, vbi aliæ demonstrationes concurrant, *Ias. cons. 13. nu. 3. & 4. vers. quia ad hoc potest responderi, lib. 3.* Vbi non excluditur identitas personæ etiam quod fuerit scriptum presbyter Ioãnes quondam fratris Alber-
22 tini † de Venturinis, & fuerit probatum quod non erat de Venturinis, sed de Albritijs. Vtque bene considerat *Abbas in cap. cum Ioannes, num. 26.* & ante eum *Card. col. 4 in fin. vers. ex his de fid. instr.*
23 potuit † esse quod descriptus in instrumento sibi nomen mutasset *arg. tex. in l. 1. C. de mut. nom.* Dicunt enim Card. & Abb. quod si in instrumento sunt descripti A.B. expresso eorum cognomine pro testibus, si producantur duo, qui dicant se illis nominibus vo-
24 cari, sed nõ fuisse præsentes instrumento, † hoc non sufficit ad reprobandum instrumentum, quia descripti in instrumento potuerunt mutare sibi nomina, sequitur *Felin in cap. auditis num. 27. vers. & ibi dicit de præscript.* quod bene applicatur ad casum, de quo agitur, vt supra ponderatum fuit, scilicet quod Abbas Ancaianus, vel vocaretur Eusebius Ancaianus de Ancaianis, vel vocaretur ex cognomine, vel quod fuerit erratum in nomine, & hoc dictum sequitur etiam *Alex. cons. 190 num. 32. in fin. in vers. secundo respondeo lib. 6. Ias. cons. 13. nu. 2. & 3. vol. 3.*
25 qui licet † loquantur ad saluandum instrumentum à falsitate, & regulariter mutatio nominis non præsumatur. Tamen bene possunt huic casui adaptari, in quo nec adest probatio in contrarium, & concurrũt tot veresimilitudines, & non agitur de mutatione nominis, sed de omissione partis nominis, vt supra dictum est.

Neque est verum, quod cum in litteris Sixti IV. fuerit dictum cedente, vel decedente Ancaiano Abbate Monasterij, seu illud quomodolibet dimittente &c. videatur comprehẽdere omnem resignationem,
26 † quia fuit responsum hanc fuisse resignationem ad fauorem, in eadem enim supplicatione alter pro dimissione, alter pro prouisione supplicat *Cassad. decis. 3. in fin. de renunc. Put. decis. 511. lib. 2 in nou. & fuit dictum in causa Regien. iurispatronatus 5. Martij 1625. coram R.P. D. meo Vbaldo.* Quapropter hæc resignatio non comprehenditur sub verbis cessum,
27 † vel decessum, seu per quamlibet dimissionem, nam hæc verba continẽt sub se simplicem dumtaxat resignationem, seu cessionem, *Cassad. d. decis. 3. de renunc.* in qua Papa confirmauerat creationem in Canonicum prouidendo ex nunc prout ex tunc quamprimum vacaret per cessum, vel decessum, &c. & ibi conclusum fuit non intelligi per cessum ad fauorem certæ personæ arguendo ab vsu patrisfam. qui nunquam consueuit similes resignationes impedire, &
28 alijs prouidere quam resignatarijs. † Ex longissimo enim, & quotidiano vsu Principis, colligitur mens illius *arg. l. vel vniuersorum. ff de pig. act. Felin. in cap. in nostra coroll. 5. num. 15. de rescript.* & in his
29 terminis loquitur † *Put. decis. 347. num. 1. & 2. par. 1. in nou. & dec. 511. par. 2.* vbi quod indultum conferendi beneficia etiam quod vacent in curia per promotionem, amissionem, vel dimissionem, intelligi-
30 tur de simplici, non autem de cessione † ad fauorem in manibus Papæ, *Mohed. dec. 36. de renunc. Paleott. dec. 48. & in puncto huius Abbatiæ dixit Rota in causa Spoletana iurispatronatus 6. Iunij 1580. coram D. de Rubeis, & est dec. san. mem. Gregor. 159. num. 1. & fuit decisum in Eugubina S. Stephani 15. Martij 1599. coram bon. mem. Card. Pamph. & in causa Gerunden. prioratus 11. Maij 1615. coram R. P. D. meo Verospio.*

Neque officit quod in prædicta prouisione Aloysij non fuerit derogatum, *reg. de iur. quæsit. non toll.* Nã
31 cum † huiusmodi gratia contineret suspensionem gratiæ Sixti IV. non afferebat præiudicium considerabile, poterat enim fieri, vt resignatarius præmoreretur, ita eleganter considerat, *Put. d. dec. 347. n. 2. lib. 2. in nou. Paris. de resign. lib. 9. q. 9. tom. 2. & fuit animaduersum in prædicta dec. Spoletana iurispatronatus 14. & 19. Iunij 1581. coram D. de Rubeis, & in præcitatis Eugubina, & Gerunden.* in quibus fuit resolutum clausulas suspensiuas comprehende-
32 re † etiam vniones consistoriales, etiam pro dote factas, & sufficere, quod dictæ clausulæ legantur in supplicatione, vel in litteris, & è contra.

Neque rursus refragatur, quod in litteris Leonis Aloysius narrauerit, quod de facto licet pacificè per quadriennium possederat Abbatiam, quæ narratiua
33 spatio † 30. annorum præsumitur iustificata, narratiua autem in gratia Iulij, nec appareat, nec præsumatur iustificata. Quia huic motiuo fuit responsum hoc casu non esse locum præsumptioni iustificationis gratiæ Leonis, nam quoad id, quod nimirum Aloysius de facto possederit, cum ipse possederit ex resignatione sibi facta ab Eusebio, vel Ancaiano per
34 talem resignationem fuit abdicatum omne † ius à dicto Eusebio resignante, itaut nihil amplius haberet agere in beneficio, *Butr. Abb. & Imol. in cap. accepta de restit. spol. Cassad. decis. 4. eod. tit. nu. 3. Rot. decis. 1. de renunc. in nou. & decis. 2. eod. tit. in antiq.* Neque hic est constituenda differẽtia inter resignationem puram, & ad fauorem, quia cum Aloysius
35 acquisiuerit Abbatiam † ex resignatione, quamuis illa fuerit ad fauorem, omne ius fuit abdicatum ab Eusebio, seu ab Ancaiano resignante, *Achill. dec. 10. num. 1. & 4. de restit. spol. Put. decis. 158. lib. 3. Rot. decis. 4 num. 1. de rer. permut. in antiq. Ias. cons. 86. in vlt. dub. lib. 3. Paris. cons. 5. num. 7. & seqq. lib. 1. Mohed. dec. 25. de renunc. Guidob. dec. 59. Cotta decis. 318. & 321. Verall. decis. 2. lib. 1. in manuscript. Pontan. de spol. lib. 3. num. 72.* & prædicta de plano procedunt, cum Aloysius fuerit triennalis pacificus
36 possessor, vt sunt verba *reg. de trienn.* † & considerat *Vuamesius cons. 238. num. 19. lib. 1.* Cumq. de tempore gratiæ Leonis esset defunctus Eusebius, siue Ancaianus ad effectum prædictæ regulæ non erat
37 discutienda validitas † tituli Aloysij, de quo solum poterat opponere resignans, *Sarnen. sup. reg. de annal. q. 39. nu. 4. vers. similiter. Seraph. dec. 457. in fin.*

Quod verò de tempore dotationis factæ per Ancaianos, vt in litteris Leonis non esset orta obligatio, nec actio illis de Ruuere satis deprehenditur, licet enim tunc esset mortuus Abbas Ancaianus, vt tamen dictum est, donatio facta per Sixtum fuerat
38 suspensa per resignationem factam † ad fauorem Aloysij, & propterea sicuti viuente Ancaiano illi de Ruuere nullam, vel obligationem, vel actionem habebant, ita nec durante suspensionis tempore, *Dec. cons. 497. nu. 2. Castren. cons. 229. col. fin. vers. 3. probatur lib. 1. & cons. 390. per totum eod lib. 1.* Quodque gratia Sixti ante obitum Abbatis Ancaiani non tribueret obligationem, vel actionem pro euidentiori demonstratione distinguendum est, quod obliga-
39 tionum † alia est pura, alia in diem, alia sub conditione,

tione, *l.cedere diem. ff. de verbor. signif.* In vltimis
voluntatibus licet dies incerta omnino extitura fa-
40 ciat† conditionem, non diem, *l.talis scriptura.30.*
§. sed & si sub conditione. ff. de legat. 1. secus tamen
est in contractibus, vbi facit diem, qui differt actio-
41 nem, licet† non suspendat obligationem, *l.si pupil-*
lus, §. qui sub conditione. ff. de nouat. gloss. vlt. &
ibi Ias. in l. sub conditione. num 2. ff. de cond. indeb.
Bart. in l. stipulatio ista, §. incerta, vers. venio ad 2.
& in l. ita stipulatus. nu.41. ff. de cond. & demonst.
Oldrad. cons. 114. *num.* 3. Tamen hæc conclusio etiã
42 in contractibus dupliciter† fallit, ita vt differat obli-
gationem, & actionem post obitum, *Alciat. in l.ce-*
dere diem, num.19. & 20. ff. de verb. signif. vt primo
loco si vltra diem incertam alia quoque quæ in pro-
43 missione deducuntur incerta sunt, videlicet, †cum
quis fructus ex fundo percipiendos promittit, isto
casu neque obligatio interim oritur, neque actio, *l.1.*
ff. de condit. & demonst. Secundo loco cum non solum
dies, sed obligationis quoq; substantia post mortem
44 confertur, tunc enim † obligatio post mortem inci-
pit. Et in casibus in quibus datur hæres ab hærede,
l.1. C. vt act. ab hæred.

In proposito autem licet in litteris Sixti dicatur
cedente, vel decedente Ancaiano, & sic apponatur
dies incerta omnino extitura, attamen vltra hanc
45 diem fuit† etiam obligationis substantia post mor-
tem collata, cum Papa voluerit, quod cedente, vel
decedente Ancaiano dignitas Abbatialis, ac Ordo
S. Benedicti Conuentualitas in ipso Monasterio ex-
tincta sit, & esse censeatur, & sic certum est, quod
isthæc fieri non poterant, nisi post obitum Abba-
tis, quod etiam liquido innuunt verba sequentia,
& deinde capella sine cura nũcupetur, reputetur, &c.
46 ponderando dictionem illam, † deinde, quæ com-
prehendit tempus post extinctionem dignitatis Ab-
batialis Ordinis S. Benedicti, & Conuentualitatis,
itaut tempus ante dictam extinctionem, & sic ante
47 obitum Abbatis †nullius sit considerationis, *l. sti-*
pulationes non diuiduntur 72. §. 1. ff. de verb. oblig.
gloss. in l. qui ante Kalendas 13. in vers. qui ante, &
ibi DD. ff. eod. Bart. in l.2. §. creditum. num.7. vbi
etiam *Socc. sen. num.10. ff. si cert. pet.* Et propterea
cum subsequatur, & nihilominus omnes decimas,
necnon fructus, redditus, & prouentus, possessiones,
iurisdictiones, iura, & bona mobilia, & immobilia
dicti Monasterij ex nunc tibi præsenti, & recipienti
pro tuis hæredibus, & successoribus habenda, & pos-
sidenda, &c. donamus, & ista sint concessa post ex-
tinctionem dignitatis Abbatialis, sequitur, quod ne-
dum solum dies, sed etiam obligationis substantia
post mortem Abbatis confertur, maximè quia vti-
48 tur illo participio futuri temporis, videlicet † ha-
benda, & possidenda, quod neque ad præsens, neque
ad præteritum potest trahi, *l.1. ff. quod quisque iur.*
Oldrad. cons. 310. *in princ. & nu.* 1. *& 2. Alex. con-*
sil.77. num.3. lib.1. san. mem. Greg. decis.328. num.5.
& decis.371. num.1.

Neque obstat, quod Papa vtatur dictione, ex nũc,
& verbis præsentis temporis, videlicet possis, & va-
leas vendere, & alienare &c. & verbo, donamus, &
49 concedimus, quia †cum obligatio, & actio, vt supra
probatum est, essent collata post obitũ Abbatis An-
caiani, dictio, ex nunc, intelligitur sequuto obitu, &
sic adueniente die, postquã oritur obligatio, & actio,
Imol. in Clem.1. num.10. & 11. ibi post diem, vel
50 conditionem †debet dicere ex nunc, & ista excom-
communicatio non operatur nisi adueniente die, vel
conditione, idem dicit ibidem *Vital. nu.33. vers. &*
facit de concess. præben. Et de illo tempore sunt in-
telligenda verba præsentis temporis, quia cum sint
apposita actui, ex quo oriebatur obligatio, & actio
51 † post obitum Abbatis Ancaiani, impossibile est,
quod intelligantur de tempore datæ litterarum, &
sic ante obitum dicti Abbatis, *Bart. in l. tutoribus*
33. per illum textum in princ. & nu. 1. & Bald. n.1.
& 2. ff. de testam. tut. Et licet in text. adsit dictio,
52 †tunc, quæ denotat extremitatem temporis, nihi-
lominus dicit *Bald. ibid. num.2.* quod DD. dicunt
hoc non prouenire ex dictione, tunc, sed ex natura
rei, quod actus debeant attendi tempore, quo robur
53 †sortiuntur, prout est casus noster, quia donatio, de
qua agitur, & quoad obligationem, & quoad actio-
nem, non sumebat robur nisi post obitum dicti Ab-
batis.

Neque releuat quod clausula cedente, vel dece-
dente de sui natura in istis gratijs importet diem, &
ideo interim potuit per illos de Ruuere fieri dona-
tio Ancaianis, & illi potuerunt dotare Abbatiam,
prout vnio facta per Papam cedente, vel decedente
54 Rectore censetur †in diem, ante cuius aduentum
potuit sine præiudicio Rectoris fieri vnio, vt per *Ol-*
drad. cons.233. per totum, & cons.257. nu.1. & seq.
55 Vbi Episcopus stante † simili gratia potuit facere
vnionem, *Felin. in c. capitulum. num.7. vers. quarta*
conclusio de rescript. Paris. cons.36. num.18. in fin.
lib.4. Staphil. de litt. grat. tit. de secunda form. mand.
de prouid num.1. & seqq. fol.62. secundum paruam
impress. Fuit enim responsum terminos esse longè
56 diuersos, quia in casu †Oldradi ex verbis cedente,
vel decedente, &c. erat nata obligatio, licet non
actio, nam post obitum erat apposita solum dies, nõ
autem substantia obligationis, prout in casu nostro,
57 in quo nedum dies, sed etiam† substantia gratiæ erat
adiecta post obitum, ideò meritò illo casu vnio susti-
58 nebatur, potuitq. fieri ab Episcopo, cum† bene fiat
vnio de beneficio pleno, sine tamen præiudicio obti-
nentis, vt ipsemet Oldrad. concludit, & Staphil. lo-
cis citatis. Quare cum in casu nostro, nec aduenerit
59 dies, nec substantia obligationis, † illa enim fuit
collata post obitum, frustra illi de Ruuere donarunt
Ancaianis, si tamen de hac donatione constat, fru-
straq. Ancaiani dotarunt. Eoq. magis prædicta pro-
cedunt, quia in casu Oldradi fuerat suppositum esse
ortam obligationem, & actionem. Vnde quatenus
60 ista esset donatio simplex † in diem, adhuc donatio
non sustineretur, cum fuerit suppositum diem cessis-
sisse, & sic ortam fuisse actionem, & obligationem,
quod verum non est, & ideo dotatio omni casu non
sustineretur.

Neque verum est quod post obitum Aloysij fuit
acquisitum ius saltem quoad bona Ancaianis cessio-
narijs illorum de Ruuere. Nam primo non proba-
tur hæc cessio, & quatenus probaretur non releua-
ret, quia cum Aloysius vixerit vsque ad tempora
Pauli III. sub quo resignauit, gratia Sixti IV. vide-
61 tur reuocata †per subsequentes regulas sub *nu.12.*
de reuoc. vnion. non obstante quod regulæ modernæ
comprehendant dismembrationes fructuum prop-
62 ter verba †eorumuè domibus, prædijs, & locis, vt
fuit resolutum *in causa Valentina subsidij 14. Mar-*
tij 1616. coram R.P.D. meo Pamphilio, & in causa
Ca-

Cæsaraugustana dismembrationis 16. Ianuar. 1623.
63 coram R.P.D. meo Vbaldo. Et regulæ † antiquæ non comprehendunt applicationes fructuum, nisi fiant per viam vnionis, *Hoied. de incomp. benef. lib. 2. c. 3. num. 3. Seraph. decis. 982. num. 1. in fine.* Fuit enim animaduersum, quod Mandos. sup. d. reg. 12. q. 2.
64 num. 6. † dicit quod de subtilitate iuris regulæ antiquæ non comprehendunt dismembrationes fructuũ, secus autem secundum mentem reg. quæ mens reg. quicquid dicendum esset in alijs casibus optimè, &
65 sine difficultate miliaat in casu isto, cum † regulæ fuerint adinuentæ, ne per vnionem diminuatur cultus diuinus, & facultas conferendi, *Cresc. decis. 1. in fine de paroch. Seraph. d. decis. 982. in fine, Ioannes à Cocb. super d. reg. 12. num. 15.* In hoc autem casu
66 cultus diuinus imminuitur, † cum Ecclesia effici deberet Capella, & tolleretur dignitas Abbatialis, & Conuentualitas. Prætérea præiudicium inferebatur iuri conferendi, cum Capella regi deberet per Capellanum amouibilem ad nutum illorum de Ruuere, & propterea † cũ regula reuocatoria vnionũ in-
67 tret in hoc casu, suppressio facta per Sixtũ IV. nihil fuit operata, cum semper durauerit spes, vel aliquis habitus, *Bald. in cap. cum accessissent. num. 45. vers. porro, & num. 48.* vbi dicit extinctum non dici quod
68 pendet *de constit.* & sic Ecclesia remansit † semper in suo statu, ac si bona nunquam donata fuissent, *Glos. in clem. litteras, in vers. creatum in principio de rescript. vbi Anchar. num. 4. Imol. nu. 11. Vital. num. 45. Rebuf in prax. tit. de reuoc. vnion. num. 38. Petr. de Perus. de vnion. tit. de reuoc. vnion. cap. 7. in princ. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 309. Rot. decis. 708 num. 3. par. 2. in rec.*

Demum non dicatur quod hęc omnia cessent post concessionem iurispatronatus, factam per Leonem Decimum ad fauorem illorum de Ancaianis, quia cum ista concessio non sustineretur, & ante eius effectuationem superuenerint regulæ reuocatoriæ, censetur etiam dicta gratia Sixti Quarti reuocata, vt supra dictum est.

Et ita conclusum negotio pluries proposito, & maturè discusso, prout etiam alias per quatuor decisiones fuerat decisum coram Rubeo, & lata diffinitiua sentẽtia cõtra Ancaianos super ista cõcessione.

REVERENDISS. MANZANEDO,
Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Medietatis Domus.

Veneris 27. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Possessor tenetur ad restitutionem fructuũ ab eo perceptorum vero Domino, cum illi ad eum spectent, nec d. possessor poterit saluari à tali restitutione sub clypeo bonæ fidei, quando constat per propriam confessionem sciuisse rem ad alium spectare. Ignorantiæ excusatio non admittitur, quando quis indagare tenebatur. Instrumentum alicuius dispositionis apud se retinens, censetur scire negocium principale, & qualitates.

SVMMARIVM.

1 *Possessor iniustus tenetur ad restitutionem fructuum ab eo perceptorum vero Domino.*
2 *Possessor non tenetur ad restitutionem fructuum stante eius bona fide, & sic ignorantia rei alienæ.*
3 *Quæ tamen non potest considerari in eo qui fassus est cum iuramento rem ad alium spectare.*
4 *Ignorantia non est præsumenda in eo, sed potius scientia, qui tenetur indagare, & perquirere.*
5 *Ignorantiam allegans non auditur, si indagare tenebatur, nisi etiam probet se fecisse diligentias pro eruenda veritate, apud eos à quibus certificari poterat.*
6 *Diligentiam de aliquid sciendo in prolixo tempore, dum quis non adhibuit, sibi imputet.*
7 *Instrumentum alicuius dispositionis apud se habẽs, censetur de omnibus in eo contentis habere scientiam.*
8 *Qualitatum in instrumento contentorum censetur habere notitiam ille, qui apud se retinet tale instrumentum.*
9 *Fides mala potest probari etiam per indicia, & coniecturas.*
10 *Pensiones domorum dicuntur fructus industriales.*
11 *Possessor malæ fidei ad restitutionem fructuum industrialium semper an teneatur.*
12 *Fides bona potest causari ex longa obseruantia.*
13 *Consensus per errorem excluditur.*
14 *Obseruantia in nihilo præiudicat, quando abest consensus.*

DECISIO DCXV.

FIRMATO per decisionem factam in ista causa sub die 5. Martij præteriti * dominium istius domus spectare in totum ad Monasterium Monialium S. Annæ, quod hodie nec etiam per Rectorem S. Cæciliæ controuertitur. Fuit dubitatum an idem Rector teneretur ad restitutionem pẽsionum ab anno 1602. perceptarum ex dicta domo locata, & fuit per Dominos affirmatiuè respõsum, nempè Recto-
1 rem, qui illas percepit † teneri restituere Monasterio, seu Monialibus ad quas spectant vti veras Dominas dictæ domus, *l. 1. & 2. C. de pignor. act. cap. conquestus de vsur. Couar. in l. pignore. §. si prædo. ff. de pignor. act. Cephal. cons. 49. num. 13. & cons. 50. num. 3.*

Nec videbatur posse Rectorem se excusare à dicta
2 restitutione pensionum ex eo, † quod illas bona fide, & ignoranter perceperit, quia vltra quod visum
3 fuit Dominis bonam fidem cessare ex † confessione iurata eiusdemmet Rectoris, quod dicta domus debebat reuerti ad Moniales, vt dicitur in decisione, nec etiam ignorantia debet præsumi, sed potius sciẽ-
4 tia † in eo qui tenetur indagare, & perquirere, prout Rector facere tenebatur *Put. decis. 268. num. 3. lib. 1. Caputaq. decis. 116. num. 1. & 3.* notat *Roman. cons. 481. num. 8.* vbi dicit quod hoc casu non rele-
5 uatur allegans † ignorantiam, nisi probet se fecisse diligentiam de sciendo apud eos per quos certificari poterat, cum sibi debeat imputari, si in tam proli-
6 xo tempore diligentiam de sciendo † non fecerit, & ibi allegat plura iura, & bonum *text in cap. exposuit circ. fin.* ibi temporis quoque spatium habuerat tam prolixum vt potuisset si voluisset super causæ præfatæ informare extra de dilat.

Quod tanto magis debet procedere in isto casu in
7 quo potius detegitur mala fides cum Rector † habuerit penes se instrumentum inuestituræ, & illud tradiderit Notario, vt in summ. folio daro num. 2. ex quo resultat quod potuerit se de omnibus in eo contentis

8 tis †certiorari, & exinde dicitur probata scientia tàm negocij principalis quàm aliarum qualitatum, *Aym. cons.26. num.3. vers. quæ etiam scientia, & cons.73.num.39. Anchar.cons.170.nu.6. Paris.cons.100.num.87.lib.1.* cum alijs per *Surd.cons.335.nu-*
9 *mer.54.* & † nihilominus ad arguendam malam fidem sufficiunt etiam indicia & coniecturæ, *Bart. in l. Celsus. num.18. ff. de vsucap. Bald. in l. penult. C. de euict. Alex.cons.54.num.9.lib.6.*

Vnde, cum Rector ex præfatis dicatur constitutus in mala fide, eo magis tenetur ad restitutionem
10 dd. pensionum, †quæ cum dicantur fructus industriales *ex not. Bart. in fin. §. fin. vers. quandoque il primo. ff. de iur. fisc. Bald. in l. si traditio in fin. C. de act. empt. Menoch.* qui alios etiam adducit *de arbitr. cas.210.num.27.* possessor malæ fidei semper te-
11 netur ad †illorum restitutionem, *iuxta tex. in l. si nauis. in fin. ff. de rei vend. l. si vrbana de cond. indebit. Menoch. de recuper. rem.15.num.625. & seqq.*

Non obstat, quod pensiones fuerint perceptæ vs-
12 que ab anno 1612. & sic ex ista obseruantia † potuerit causare bona fides propter continuatum consensum Monialium, quia probato errore, & scientia
13 in Rectore dicta obseruantia †tanquam remanens sine consensu qui per errorem dicitur exclusus, *l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. l. nihil consensui. §. non videmus. ff. de reg. iur.* in nihilo †præiudicat Monialibus.

Ex quibus fuit conclusum Rectorem teneri ad restituẽdos dictos fructus, & sic stãdũ in decisis &c.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 5. Martij 1625. est supra in hoc Tomo decis.597.*

R. P. D. VBALDO.

Nepesina Tutelæ.

Veneris 27. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Testis vnicus non probat, sicuti si inuerisimilia deponat, vel si patiatur exceptiones, vel contrarietates. Tutor tenetur perquirere bona pupilli, sed non ita, ac taliter, vt diuinare teneatur. Præsumptio si fundetur super possibili, non releuat.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus non probat.*
2 *Testis inuerisimilia si deponat non creditur.*
3 *Testes patientes contrarietates, & exceptiones, non probant.*
4 *Tutor tenetur inquirere bona pupilli.*
5 *Diuinare, quis non potest.*
6 *Præsumptio, quæ fundatur super possibili, non releuat.*
7 *Durationis præsumptio non datur in materia frumenti.*
8 *Testes coniungi debent ad hoc vt probent.*

DECISIO DCXVI.

DOMINI steterunt in decisis sub die 11. Decembris præteriti, * tunc enim fuit resolutũ, quo ad frumentum Francisci Lucretij trituratum in area Tenutæ, quæ dicebatur di Fiore Antonium tutorem, vel eius hæredem non teneri de eo reddere rationem, quo vero ad frumentum alterius areæ nũcupatæ della Vigna, teneri ex rationibus, quo ad vtramque partem tunc in decisione deductis, quæ vtrimque respectiuè impugnabatur, sed quoad primũ Domini existimabant, non obstare, quod granum diceretur extare in area florum de tempore deputationis Antonij, & aliorum in tutores, quia ad hoc proban. adducuntur ijdem tres testes in summario Dominici littera C, qui fuerunt dati in alia positione, quibus sigillatim fuit responsum in decisione vers. quod igitur pertinet &c. nec facit quod tertius testis iuxta 16. dicat, *che in quella settimana delli 20. d'Agosto 1591.* (qui fuit dies decretæ Antonio tutelæ,) *& la settimana seguente io ho veduto tutte le due are, & in tutte due ci era il grano, & ci erano le persone, che ho detto di sopra,* vt d. summ. littera C,
1 quia in hoc est† vnicus, ideoque non probat, quod frumentum de dicto tempore esset in vtraque area, *cap. licet, cap. veniens. de testibus. Farinacc. de te-*
2 *stib. q.63. in princ.* & deponit † inuerisimilia cum trituratio frumenti in d. area fuerit finita propè die 10. Augusti, vt deponit secundus testis ab eodem Dominico inductus, qui etiam apertè dicit dictum frumentum areæ florum fuisse repositum in puteis in fine mensis Iulij, & initio Augusti, vt fideliter fuit relatus in decisione. Vnde tertius testis, qui dicit die 20. Augusti, & deinceps d. frumentum fuisse in area florum contrariatur d. secundo testi, vltra quod contrariatur etiam alteri testi à Dominico dato in summ. littera A, dum iste deponit iuxta 12. *che quando il grano fu tritato, rimase lì nell'ara, & noi altri, che haueuano aiutato à lauorare, se n'andassimo per li fatti nostri,* & tamen d. tertius testis dicit in vtraque area post 20. Augusti fuisse frumentum,
3 & easdem personas, de quibus supra, patitur† etiam alias contrarietates, & exceptiones, de quibus per informantes.

Non obstat quòd quamuis frumentum areæ florũ esset trituratum totum circa 10. diem Augusti, & inde reconditum in puteis ab Aemilia, tamen Antonius, vel eius hæres teneatur de eo reddere rationẽ cum illa conductio ad puteos durauerit per totum mensem Augusti, & sic post decretam tutelam, &
4 tutor teneretur † perquirere bona pupilli, vt firmatur in decis. de qua agitur in fine, quia aduertendum est, quòd ex tribus testibus primus iuxta 14 in genere dicit, *& il rimettere li grani si faceua nel mese d'Agosto, & nel fine di esso mese,* tertius verò iuxta 14. *& durò il mettere il grano nelli pozzi tutto il mese d'Agosto, & qualche giorno di Settembre saluo il vero,* vt in summario Dominici littera F, vnde cum secundus testis iuxta 14. expresè deponat, quod granum areæ florum fuit repositum in puteis in fine mensis Iulij, & principio Augusti, vt in decisione, necessariò sequitur, vt alij duo testes, qui deponunt de toto mense Augusti intelligant de frumento alterius areæ, ne sibi contrarientur, vt etiam fuit in decisione consideratum, quare cum tempore decretæ tutelæ frumentum areæ florum nusquam appareret, non est quid imputetur Antonio, qui non potuit di-
5 uinare, † an frumentum extaret, necne in rerum
6 natura, neque ad hunc effectum sufficiunt† coniecturæ, quæ fundantur super possibili, *cap. in præsentia de probat. Rot. decis.519. in fin. par.2. recent.* & † præ-
7 sumptio †durationis non admittitur in hac materia frumenti, vt fuit firmatum in prima decisione 22. Aprilis 1622. coram me.

Quo

Quo verò ad aliam partem decisionis, quæ respicit frumentū areæ vineæ DD. steterut etiā in decisis post susceptam ab Antonio tutelam, vt testes deponunt, quibus licet opponeretur plures exceptiones, tamen Dominis non omnino placuerunt ad effectum penitus repellendi testes, & reprobandi eorum fidem illa tamen, quæ adducebantur contra tertium videbatur satis efficax, dum iuxta 13. dixit nō recordari, *quanto durasse la trita del grano di fiore, ma sò che la trita del grano della Vigna durò tutto il mese d' Agosto, & lo fece tritare Madonna Emilia, & io lo sò perche haueuo vn' ara in Fiore vicina alla sua, & per questo io vedeua, che la trita durò tutto il mese d'Agosto*, & iuxta 15. deponit, quod area florum distabat ab area vineæ per duo milliaria cum dimidio in circa, vt in summario Plodij num. 8. hoc enim dictum, & ratio testis videntur satis inepta, cum non recordetur quanto tempore durauerit trituratio frumenti areæ florum, cum tamen ipse haberet aream vicinam, & tamen viderit durare triturationem frumenti areæ vineæ per totum mensem Augusti, quæ tamen area distabat ab area florum per duo milliaria, eoque amplius, vt dictum est, quia tamen remanet secundus testis, qui benè deponit de duratione triturationis areæ vineæ integro mense Augusti, &
8 coniungi † potest cum primo, qui deponit de d. duratione triturationis per totum d. mensem, & Rota intellexit eum loqui de area Vineæ in decisione de qua agitur, Domini censuerunt stan. esse in decisis.

Reliqua quæ adducebantur contra Aemiliam, vel eius hæredes, quod ipsi teneantur, cum constet frumentum ab ea, vel eius opera, & impensa fuisse in horreis reconditum, quasi ipsa sola administrauerit tutelam, visa sunt extra dubium, quod disputatur omisso pro nunc beneficio ordinis, vt etiam dicitur in d. decisione 22. Aprilis 1622. coram me, sed videtur necessarium pro recta huius causæ determinatione particulariter de iuribus d. Aemiliæ, vel eius hæredum discutere, &c. Et ita fuit decisum.

Decisio ista in hac causa emanata sub die 11. Decemb. 1624. est supra in hoc Tomo decisio 586. & vide in præcedenti Tomo ad decisionem 53. vbi annotaui plures decisiones in hac causa factas.

REVERENDISS. PIROVANO.

Vlixbonen. matrimonij.

Lunæ 1. Iulij 1625.

ARGVMENTVM.

Pater, vt teneatur præstare alimenta prætensæ nurui, dum pēdet lis super validitate matrimonij cum eius filio, in iure non est cautum, nec reperitur, qui sustineat hanc partem. Paupertate, & præsumptione boni iuris stante debentur alimēta collitiganti. Maritus quando teneatur alimentare vxorem indotatā.

SVMMARIVM.

1 *Pater, vt pro filio teneatur præstare alimenta mulieri litiganti cum filio super validitate matrimonij, hoc iure cautum non reperitur.*
2 *Pater tenetur alere nurum inopem.*
Pater tenetur alere nurum inopem, etiamsi filius eā indotatam duxerit, patre consentiente, siue contradicente.
3 *Pater non tenetur alere prætensam vxorem filij sui stante lite an sit eius vxor, nec ne.*
4 *Legitimam filio à patre esse debitam statim sequuta Copula carnali, ex consuetudine Regni Lusitani.*
5 *Et quatenus consuetudo ista in illis locis vigeat, intelligenda venit quando sumus in matrimonio iam contracto, non autem casu quo super validitate illius pendet lis, & quæstio.*
6 *Alimenta, & sumptus litis collitiganti debentur probata paupertate, & præsumptione boni iuris.*
7 *Paupertas, quando dicatur probata.*
8 *Præsumptio boni iuris iustificari potest ex decisionibus Rotalibus, & sententia subsecuta.*
9 *Remissoriam petens, signum euidens est, quod ex hactenus deductis diffidet fundare intentionem suā.*
10 *Maritus non tenetur præstare alimenta vxori indotatæ.*
11 Decisio 470. *num. 4. part. 2. recent. & decis.* 134. *in fin. coram Gregor. XV. in quibus casibus loquantur.*
Maritus, quando dicatur habere iustam causam denegandi alimenta vxori. num. 11.
12 *Maritus, quando ducit scienter vxorem indotatā, tunc non habet iustam causam denegandi ei alimenta.*
13 *Maritus sibi imputet, si teneatur præstare alimentā vxori indotatæ, dum eam sic accepit, cum voluerit ipsam vxoris personam tantum accipere.*
14 *contra Filium familias, & pauperem dirigi non potest actio ad præstandum alimenta, & sumptus litis.*
15 *Paupertas, dum est fundamentum intentionis agētis, aliter quam per præsumptionem iuris est probanda.*

DECISIO DCXVII.

DVBIO proposito An Theodosius pater, & Emanuel Sponsus teneantur subministrare alimenta & sumptus litis Margaritæ, & ad quam summam. Responderunt Domini Patrem non teneri, filium autem teneri.

Quoad Patrem iure cautum non reperitur, quod
1 pro filio † teneatur præstare alimenta mulieri litigāti cum filio super validitate mātrimonij, quamuis enim *Surd. de alim. tit. 1. q. 38. num. 2. & Sanchez de matr. lib. 9. disput. 5. numer.* 9. dicant patrem teneri
2 alere † nurum inopem *per l. si quis à liberis §. non tantum ff. de liber. agnosc. & l. si filia §. si filiusfamilias ff. famil. ercisc.* etiam quod filius indotatam illam duxerit patre consentiente, siue contradicente secundum veriorem opinionem de qua per eundem *Surd. d. q. 38. num. 11. & seq.* attamen quando adhuc
3 non apparet vxor † filij sui, & lis pendet, non reperitur qui sustineat hanc partem, vt pater cogi possit ad alimenta præstanda. Neque obstant consuetudines Regni Lusitaniæ, quæ dantur in Summario Margaritæ, quibus videatur cautum legitimam filio a
4 Patre † esse debitam statim sequuta Copula carnali, & respectiuè ad eam posse patrem cogi, vti de re filio debita, quia vltra quod huiusmodi consuetudines non dantur in forma probanti, sed tantummodo relatæ à modernis scriptoribus, concurrit eadem diffi-
5 cultas, † vt illæ intelligantur de matrimonio iam contracto, non autem quando super validitate illius pendet lis, & quæstio.

Quantum verò ad Emanuelem filium, ille non potest.

testis se eximere à præstatione alimentorum, † quia Margarita probat requisita nempe paupertatem, & A præsumptionem boni Iuris, quibus concurrentibus alimenta non solent denegari A *Surd. de alim. tit. 1. q. 110. nu. 8. Seraph. decis. 426. nu. 1.*

De paupertate constat ex depositione testium in
7 curia examinatorum, † qui per rationes concludentes probant Margaritæ, & Patris illius paupertatem.
8 Boni iuris præsũptio iustificatur ex decisione † Rotali, * & sententia subsequuta, quæ eo magis etiam probatur, dum pro parte Emanuelis fuit petita remissoria, & obtenta ad probandum metum, signum
9 euidens † quod ex iam deductis reuocationem illius reportare diffidebat.

Neque obstat quod adhuc probatis requisitis non
10 teneatur Emanuel præstare alimenta † Margaritæ indotatę *Rot. dec. 470. nu. 4. par. 2. recent. & dec. 134. in fine coram Papa Greg. XV.*

Quia quicquid sit, quando à principio promittitur dos marito, & non soluitur, & ob id indotata mulier remanet, & petit sumministrari alimenta, dum sustinet litem cum viro, in quibus casibus loquuntur
11 † decisiones supra allegatæ, & maritus iustam causã habet denegandi alimenta, *vt dicit Bald. in l. fin. n. 9. C. de sent. quæ sine cert. quantit. & alij allegati per Sanch. de matrim. lib. 1. d. disput. 5. num. 9.* vbi tamẽ
12 maritus ducit scienter † indotatam, tunc secus est, vt probant multi relati *per Surd. de alim. q. 38. n. 13. tit. 1. & Sanchez eadem disput. 5. num. 8.* & ratio est quia sibi imputare debet maritus qui nullam dotem
13 † exegerit, volueritquè ipsam vxoris personam accipere.

Denium non obstat quod adhuc contra Emanue-
14 lem † filium familias, & pauperem dirigi non possit actio ad præstandum alimenta & sumptus litis *l. non quemmadmodum in fine ff. de Iud. cum alijs allegatis in decis. 470. nu. 7. par. 2. recent.*

Quia de hac contraria paupertate Emanuelis non
15 constat, quæ tamen aliter esset ab eo probanda, † quã per Iuris præsumptionem cum sit fundamentum exceptionis suæ *l. 2. ff. de prob. Hercul. de probat. negat. num. 2. 21. & 26. Surd. decis. 75. nu. 14. & seq.*

Superest tertia pars dubij ad quam summam debeantur alimenta prædicta, & sumptus litis, quæ cũ non fuerit determinata, poterit consultis DD. in relationibus causarum firmari.

Et ita, &c.

Decisio in hac causa emanauit coram bo. mem. Re*uerendiss. Manzanedo sub die 16. Nouembris 1622. est in præcedenti Tomo decisio 431. & infra coram eodem bo. mem. Pirouano habetur altera sub die 19. Nouemb. 1625.*

SVMMARIVM ANNOTATIONIS AD DECISIONEM DCXVII.

1 *Aduersario suo quis de iure alimenta, nec sumptus litis præstare nullatenus tenetur.*
2 *Quod procedit etiamsi pars aduersa paupertate sordesceret, & ipse diues esset.*
3 Creditor *agens contra debitorem, non tenetur iste debitor subministrare alimenta, & sumptus litis creditori.*
4 *Agere aliquid contra se, si quis cogeretur, id non parum absurdum esset.*
5 *ad Conseruationem sui quilibet tenetur, & non ad destructionem.*
6 *Iuuare aliquem contra se ipsum nemo tenetur.*
Arma contra se ferre, quis nullatenus obligatus est.
7 *Qui sibi non parcit, nec minus parcit alijs.*
8 *Qui sibi nequam cui bonus?*
9 *Domui suæ, si quis præesse nescit, quoquomodo Ecclesiæ DEI diligentiam habebit?*
10 *Sapiens ille in odio habendus est, qui sibi non sapit.*
Sapit frustra, qui sibi non sapit.
11 *Qui sibi non sapit, hic sapiens non erit vmquam.*
12 *Alimenta, & sumptus litis, quis aduersario non tenetur subministrare, siue simus in ciuili, seu criminali iudicio.*
13 *Paupertas non est valens ad tribuendum commoditatem habendi ab aduersario diuite alimenta, & sumptus litis.*
14 *Guidop. Neuiz. & Crauett. reprobantur.*
15 *in Statu Ecclesiastico non seruatur, vt reus diues teneatur subministrare sumptus litis actori pauperi.*
16 *Pauperibus non est fauendum adeo, vt alijs fiat iniuria.*
17 *Priuilegiatorum iura non sunt ita tuenda vt aliena perturbentur.*
18 *Alimenta, & sumptus litis debentur pauperi, quando cum ipsa paupertate concurrit etiam boni iuris præsumptio & num. 21.*
19 *Singula, quæ non prosunt iuncta iuuant.*
20 *Vincula duo fortius ligant.*
21 *cum Inopia, quando concurrit præsumptio iustitiæ tunc collitiganti sunt decernenda alimenta.*
23 *Pauper agens ad bona, in quibus ius haberet præsumitur, ei subueniendum est.*
24 *Pauperi per aduersarium tunc sunt subministrandæ expensæ, quando ratio hoc suadet.*
25 *Et ratio, tunc hoc suadet, quando habet præsumptionem iustitiæ pro se.*
26 *Alimenta, & sumptus litis numquam solent denegari pauperi actori, stante paupertate iuncta cum præsumptione boni iuris.*
27 *Quæ opinio à toto Orbe communi applausu est recepta tam ab Italis, Germanis, Gallis, Hispanis &c.*
28 *Alimenta, & sumptus litis Rota numquam solet denegare, stante paupertate, & præsumptione boni iuris.*
Alimenta, & sumptus litis, vt debeantur vltra illa duo requisita paupertatis, & præsumptionis boni iuris nullatenus requiritur, vt iudicium sit vniuersale.
29 *Surd. de aliment. titul. 1. quæst. 120. num. 14. carpitur, quia eius opinio nulla ratione, aut iure probatur. & num. 32.*
30 *Et Ioan. Lupus ab eo allegatus, nec id dixit, nec dicere cogitauit.*
31 *L. si instituta §. si de inofficioso ff. de inoffic. testam. declaratur.*
Lex, quando ponit casum, & limitatè non loquitur quo ad illum, nec pro ratione decisionis illa circumstantia non ponderatur, tunc non est coangustanda ad illum tantum casum. nu. 31.
33 *Alimenta, & sumptus litis quare præstentur, non consistit an agatur magis ad vnam rem, quam ad aliam.*

34 Ali-

34 *Alimenta, & sumptus litis ideo præstantur, ne pauper ob impotentiam cogatur deserere eius bonum ius.*
35 *Alimenta, & sumptus litis, probata paupertate, & præsumptione boni iuris debentur, etiamsi agatur ad res particulares.*
36 *Paupertas qualiter probetur, est non parum controuersum inter Iuristas.*
37 *Paupertas, veluti naturalis qualitas in quocunque præsumitur.*
38 *Diues nemo naturaliter nascitur, sed quilibet nudus, & pauper.*
39 *Diuitiæ, dum non probantur, semper intrat præsũptio pro paupertate.*
40 *ex Accidenti ea quæ habentur, nõ ex natura, potius præsumuntur non esse, quam esse.*
Diuitiæ sæpe impetu quodam fortunæ acquiruntur, & amittuntur. nu. 40.
Nostrum nõ est, quod fortuna nostrum fecit n. 40.
Felicitatis humanæ vices mutãtur, ludit de suis fortuna muneribus, & quæ dedit aufert, & quæ aufert, reddit. nu. 40.
41 *de Paupertate excipiens dicitur habere iuris præsũptionem pro se, & hæc est optima paupertatis probatio.*
42 *Alimenta, & sumptus litis quando reus intendit assequi ob paupertatem, cum ea sit fundamentum intentionis suæ, tenetur eam probare.*
43 *in Iudicijs fundans se in aliqua qualitate omnino tenetur eam probare, & sat non erunt simplices iuris præsumptiones.*
44 *Vir sapiens non debet propalare ea, quæ probare nõ potest.*
45 *ad Legatum factum pauperibus, si quis intendat se admittere tamquam pauperem, tenetur probare paupertatem, & non sufficit iuris præsumptio pro paupertate. & nu. 46.*
47 *Diuitem dum quis se dicit, præsumitur pauper, dum verò pauperem, præsumitur diues.*
48 *Paupertas probari potest ex qualitate loci, nam eo ipso, quod quis moratur in Hospitali, dicitur paupertas probata.*
49 *Pauperior nemo est illo, qui est inopia tentus, & languens in Hospitali, & necessarium sibi victum non potest adferre.*
50 *Paupertatẽ bene dicitur, quis probasse, dum docuit multos ex suis propinquis in Hospitale obijsse.*
51 *Paupertas dicitur probata, dum quis propter æs alienum cogitur permanere domi, quia si exiret facile ad instantiam creditorum posset capi.*
52 *Paupertas probata remanet, dum quis in carceribus detrusus est, & ibi alimentorum penuriam patitur.*
53 *inter Pauperes personas, nulla pauperior, aut tristior reperitur, quam carcerata, quæ propterea, sibi victum non potest adferre.*
54 *Carceratorum miserrima, & deploranda conditio, cum cercer sit cella gemituum, tristitiæ domus, & apud superos Plutonis hospitium.*
55 *Carcer est locus perpetua morte cæcatus, & perrennium lacrymarum, in quo plura sustinentur tormenta.*
56 *Carceratis non est vnum exitium sed multifaria morte præmuntur, dum carceris squalore torquentur.*
Carcer appellatur squalor in iure.

57 *Carcer est locus immensorum cruciatuum.*
Octauianus Roman. Imp. & Orbis Monarcha alia lætitia non afficiebatur, nisi cogitando deponere suã magnitudinem, vitamque priuatam agere.
58 *in Carcere tempus, quo quis est, computatur in tẽpore, quo debet in exilio esse.*
Carceratus dicitur semper esse in cruciatu, cum & carcer sit species torturæ. nu. 58.
Carceratus, si aliquid fateatur, talis confessio dicitur violenta sine alia tortura. nu 58.
Renunciatio, seu contractus initus cum carcerato, cum præsumatur metu factus, non tenet. nu. 58.
59 *Carcer est mala mansio adeo, vt morti æquiparetur.*
60 *Carceratorum negotia desideria appellantur, quæ si iusta sint, vltrò debent exaudiri.*
61 *in Puteum, cum quis cecidisset & aqua eum suffocaret, accessit alius, & eo viso, admiratus ait, quomodo huc intrasti obsecro? & quid ille respondit.*
62 *Angustias alterius, vult Misericors DEVS, vt vnusquisque tamquam proprias sentiat.*
63 *Carceratis est adeo meritorium subuenire, vt hoc opus Apostolus æquiparet martirio, & amissioni bonorum.*
64 *Carceratis, sic præsto esse debemus, perinde ac si cũ illis carcerati essemus.*
ad Carceratorum fauorem nulli dies sunt feriati, vt incunctanter, & semper possit eis subueniri. nu. 64.
65 *Carceratis ita inseruiendum est, vt eorum catenæ lacrymis madidæ felicior rubigo suscipiat, & alia, vt num. 66. & 67.*
Defensio laudabilis semper fuit, sed illa quæ fit pro carceratis est laudabilior.
68 *Ecclesia reos sanguinis debet defendere.*
69 *Aduocatus Ecclesiasticus non efficitur irregularis, si reum sanguinis defendat.*
70 *Pauper quis præsumitur ex eo, quia decoxit, ideoq; fugæ se commisit.*
71 *Falliti illi, qui plenis marsupijs cedunt bonis, dicuntur latrones, & grassatoris æris, & sanguinis alieni.*
72 *contra Fallitos fraudulentos omnia iura clamant.*
Falliti dolosi indigni sunt quolibet priuilegio, cum eorum paupertas ementita sit. nu. 72.
73 *Pauperem, qui se fingit impetrando, nihil reportat, nisi ventum.*
Paupertatem fingere absonum est.
74 *Fratres Minores Ordinis S. Francisci si reciperent legata continentia annuos redditus, penitus excluderetur eorum paupertas, vel certe in ea mentirentur.*
75 *Paupertas probatur, eo quia aliquis solitus est pro summis notabilibus fideiubere.*
76 *Fideiubendo multi ad inopiam peruenerunt, ideo cauendum est ab illis.*
77 *Fideiubens pro alio affligetur malo.*
78 *Fideiubere pro alijs est ars omnium damnosa, & periculosa.*
79 *Fideiubere pro alijs magna stultitia est secundum Petrarcham.*
80 *Fideiubentes facile abutuntur propria substantia.*
81 *Fideiubens, qui cauet laqueo securus est, ex sententia Regis Salamonis.*
82 *Confidere paucis est clarissima sententia, sed clarior est altera confidere nulli.*

83 Paupertas probatur ab effectu, cuius quidem probationis species est cœteris efficacior.

84 Rationem quærere vbi habemus sensum, est infirmitas intellectus.

85 Probatio maior afferri non potest quam ea, quæ deducitur per euidentiam facti.

86 Probatio, quæ fit per euidentiam facti, est omnium probationum Regina. nu. 85.

Paupertas eo ipso dicitur probata, dum apparet aliquem mendicare.

87 Vel manducare solummodo panem milij, vel alium vilem panem, & aquam solummodo bibere.

88 Rusticæ personæ, & pauperes non solent pullis, vel alijs delicatis cibis viuere sed caseo, cœpis, & fabis.

89 Paupertas eo ipso dicitur probata, dum apparet, quem discalceatum incedere.

90 Paupertas est malum intollerabile, & infensissimum.

Paupertatis odiosissimæ Deæ nullum tempum fuit erectum. nu. 90.

91 Paupertatem fugiendo oportet in Pontum præcipitem se dare, vel ab excelsis rupibus cadere secundum Theogn.

Paupertatis molestæ solutio semper est quærenda numer. 91.

92 Pauperies fugienda est per mare, per saxa, per ignem.

Mori melius est, quàm indigere.

93 Paupertas felix, & ditissima est, quando est coniuncta cum lætitia.

94 Paupertas læta non est paupertas, & qui cum paupertate bene conuenit, diues est.

Pauper est, non qui parum habet, sed qui plus cupit. num. 94.

95 Paupertas est fauor Cœli, sed adhuc incognitus.

96 Tecta aurea rumpunt quietem, & purpura trahere facit vigiles noctes.

97 Aulæ culmine relicto, quis dulci quiete saturare se debet, ac leui perfrui otio.

98 circa Paupertatis probationem cum certum quid ex diuersitate casuum non possit statui, ideoq; in religione Iudicantis relinquitur id, qui omnia bene pensare debet.

99 in Iudicis arbitrio relinquitur id, quod determinari non potest, stante varietate materiæ.

100 Paupertatis declaratio, tunc relicta est in arbitrio Iudicis, vbi lex non expressit & declarauit quantitatem patrimonij.

101 Lex, quando expresè decidit aliquem casum, tunc non est locus arbitrio Iudicis.

102 Alimenta, & sumptus litis, ad effectum, vt quis consequatur lite pendente in plurimum pendet ab arbitrio Iudicis.

103 Alimentorum taxatio, quando ea sunt subministranda ab actore diuite reo pauperi, ea posita est in arbitrio Iudicis.

104 Mansuet. in practic. titul. de possessor. num. 27. & Boer. decis. 324. num. 3. reijciuntur.

105 Paupertas ad effectum assequendi alimenta & sūptus litis lite pendente debet in specie probari, vt non possit quis se, & litem sustentare.

106 pro Paupere, vt quis habeatur, & nihilominus possit se, & litem sustentare; ista non simul pugnant.

107 Collitigans pauper non est alendus ab aduersario diuite, cū adest pater diues, qui tenetur eū alere.

108 Mulier paupera non dicitur diues, si habeat maritum locupletem.

109 Mariti diuitiæ perperam allegantur ad fauorem vxoris, si inde ipsa non possit sperare suæ calamitatis subsidium.

110 Paupersas ad effectum obtinendi alimenta, & sūptus litis, debet probari de tempore quo illa petuntur.

Pauper olim non præsumitur pauper de præsenti, cum d. paupertas de tempore præsenti sit probanda. num. 116.

111 Testes deponentes super paupertate alicuius, vt releuent, debent esse bene informati de qualitate, & statu personæ, de qua deponunt.

112 Alimenta non sunt præstanda pauperi lite pendente, quando non est indecorum ei victū propria industria sibi quærere.

113 Quod secus tamen est, quando id esset ei indecorum.

Vilia vnicuique exercere non licet. nu. 123.

114 Alimenta licet quando quis lite pendente propria industria possit quærere, tunc non sunt ei subministranda.

Non tamen regulariter inde inferri debet, vt possit etiam quærere pro lite sustinenda, nam tali casu erunt subministrandæ expensæ litis. nu. 114.

115 Præsumptio boni iuris, est alterum necessarium requisitum, præter paupertatem ad effectum obtinendi alimenta, & sumptus litis, ea pendente.

116 Præsumptio boni iuris, ad hoc vt pauper lite pendente consequatur alimenta, & sumptus litis, quæ lis esse debeat in arbitrio Iudicis repositum est, cum certa regula tradi non possit.

Quale arbitrium bene regulatum à Iure esse debet.

117 Præsumptio boni iuris ad effectum vt pauper lite pendente consequatur alimenta, & sumptus litis debet esse talis, vt excludatur temeritas illius.

Et quamuis multi DD. scriptitauerint quamlibet coniecturam sufficere in his terminis, tamen semper debet intelligi, ne sit leuis. & nu. 117.

118 Nec etiam debet esse admodum vrgens, & necessaria, quia tunc non esset præsumptio, sed probatio.

119 Actor pauper, si cogeretur ius suum plenè iustificare, ad hoc, vt lite pendente consequatur alimenta, & sumptus litis, quale absurdum sequeretur.

120 Paupertas, cum non sit de genere malorum non debet præstare impedimentum ad agendum, ita ut pereat ius suum.

121 Nudus, & inermis nemo pugnare potest.

122 Lites, quis fugere debeat, & quis libenter litigare.

Præsumptio boni iuris ad effectum vt pauper consequatur alimenta, & sumptus litis lite pendente sat est, vt oriatur ex prima sententia, vel alia æquipollenti nu. 122.

123 Præsumptio boni iuris, sufficit, vt doceatur per summariam probationem ad effectum, vt pauper alimentetur lite pendente, & consequatur sumptus litis.

Et quare Tribunalia totius Orbis id admiserunt. num. 123. & 125.

124 Rota Romana non solet multum rigorosè, & per apices iuris procedere, in arbitrando pro alimentis præstandis pauperi lite pendente.

126 Præ-

126 *Præsumptio boni iuris, quæ oritur ex prima sententia, ad hoc vt ex ea pauper assequatur alimẽta lite pendente, iuuat etiam licet ab ea fuerit appellatum.& nu.129.*

127 *Appellatio nedum suspendit ipsam sententiam, sed etiam operatur, vt appellans non videatur cõdemnatus.*

128 *Sententiæ suspensæ per appellationem, suspenduntur etiam, quo ad præsumptionem iustitiæ ipsius sententiæ.*

130 *Præsumptio boni iuris ex secunda sententia reuocatoria non tollitur primæ, si prima fuit postea per tertium confirmata.*

131 *Sententia nulla, & iniusta, nullum iuris effectũ potest producere.*

132 *Sententia nulla, & iniusta non meretur nomen sententiæ.*

133 *Sententia nulla, & iniusta non poterit allegari pro præsumptione boni iuris, vt pauper lite pendente consequatur alimenta, & sumptus litis.*

134 *de Sententiæ confirmatione, vel reuocatione, quãdo non agitur, sed incidenter ea inducitur pro præsumptione boni iuris,*

135 *Tunc non attenditur nullitas ex defectu transportationis actorum & quare.*

136 *pro Præsumptione boni iuris, ad hoc, vt pauper lite pendente consequatur alimenta, & sumptus litis, licet passim adducatur sententia lata pro eo, non tamen aliæ coniecturæ censentur exclusæ.*

137 *Exempla non restringunt regulam.*

138 *Pauperi collitiganti, debentur a reo diuiti alimenta, & sumptus litis etiam in prima instantia, gustato per Iudicem de eius bono iure.*

L. si instituta. §. qui de inofficioso. ff. de inoffic. testam procedit etiam in prima instantia. nu.138.

139 *Alimentorum prouisio facta lite pendente pauperi non præiudicat in causa principali.*

140 *Alimenta, & sumptus litis, quæ præstantur pauperi lite pendente, non restituuntur in casu succumbentiæ, nec computantur in sortem in casu victoriæ.*

141 *Alimenta ab hærede, vel à substituto mulieri prægnanti vẽtris nomine missæ in possessionem, si fuerit præstita, illa non repetuntur, dum postea non reperitur prægnans.*

142 *Decisio in causa Romana Bonorum de Ceulis 14. Nouemb. 1603. coram Penia, quo casu loquatur.*

143 *Clausula arbitrio Rotæ intelligitur prout de Iure,*

142 *Rotæ intentio numquam est grauare partes contra dispositionem iuris communis.*

145 *Præiudicium vllum non dicitur alicui illatum, dũ cogitur id facere, ad quod de Iure tenetur.*

Iustè quoties quis cogitur, censetur quoadmodo voluntariè consentire. nu.145.

146 *in L.1. §. interesse, ff. si mul. vent. nom. &c. non potest considerari aliqua specialitas, fauore ventris prægnantis.*

147 *Ratio eadem vbi militat, ibi idem ius statui debet.*

148 *Specialitas non est alleganda, vbi nulla extat specialitatis ratio.*

149 *Melius est non alendum alere, quàm fame necare eum.*

150 *Couarr. pract. quæst. cap. 6. sub num. 7. dum tenet alimenta, & sumptus litis præstita pauperi lite pendente, esse restituenda, vel computanda in sortem, reprobatur passim nu.157.*

Ac exploduntur, & confunduntur eius rationes. nu.153. 154. & 155.

151 *L. cum autem. §. cum redibetur. ff. de edilit. edict. quid disponat.*

152 *Pauperum temeritas in litigando est coercenda & num. 154.*

153 *in Actione redibitoria redibentur omnia cum suis accessionibus.*

154 *Illatio non fit ad diuersa.*

155 *in Paupere non potest considerari temeritas in litigando, ad effectum obtinendi alimenta, & sumptus litis, dum gustare fecit Iudici de eius bono iure.*

158 *Couarr. opinio in cap. 6. num. 7. pract. quæst. sæpè à Rota fuit damnata.*

159 *Pauper nullatenus tenetur præstare cautionem de restituendis, vel computandis in sortem alimenta, & sumptus litis ei præstita lite pendente, cum de iure ea sibi faciat sua.*

160 *Factum, quod non releuat, fieri non debet.*

161 *Actus frustratorios lex non parum abhorret.*

162 *Actus frustratorij potissimum in iudicijs sunt euitandi.*

163 *Alimenta, & sumptus litis, ita demum dantur pauperi collitiganti, quatenus non habeat aliunde, vnde se alat, & litiget.*

164 *Vnde si nõ habet aliunde, minus habebit, vnde restituat.*

Præceptum impossibile non obligat. nu.164.

165 *Pauper difficile inuenerit, qui pro eo fideiubeat.*

Paupertas nihil aliud significat, quam paruam pecuniam, exiguum patrimonium, & modicas facultates. nu.165.

Paupertas dicta est à Græco ἔρρω τὰ καλά *idest pauca pecunia, seu paruo iure.*

Pauperem fugit, quilibet procul amicus.

166 *Pauperis propinquus vix reperitur vllus, & tamẽ habet eos.*

167 *Fideiussorem dare, cuique graue est.*

168 *Fideiussorem reperire difficile est.*

169 *Fideiussio appellatur onus, contumelia, iniuria grauamen, & detrimentum.*

170 *Pauper impossibile censetur posse reperire fideiussorem.*

171 *Pauper nullatenus coangustari debet ad præstandas cautiones superfluas.*

172 *Pauper iniustissimum est, vt propter impotentiã satisdandi lite pendente, priuetur alimentis, & sumptibus litis.*

173 *Et consequenter etiam deserere litem, & indiscussum relinquere eius bonum ius, iam a Iure delibatum.*

174 *Couarr. pract. quæst. cap 6. num. 7. confutatur dum sensit, pauperem cogendum esse ad præstandam idoneam cautionem, adhoc vt consequi possit alimenta, & sumptus litis ea pendente. & numer. 175. & 176.*

176 *pro Paupere difficile reperitur, qui velit fideiubere.*

177 *Menoch. opinio, de qua in lib. 1. de præsumpt. q. 35. nu. 38. non placet.*

178 *Iudex vbi suspicatur de calumnia pauperis prætendentis alimenta, & sumptus litis ea pendente, debet illa decernere.*

179 *Pauper, vt non teneatur præstare cautionem de restituendis alimentis, & sumptibus ei subministrandis lite pendente,* Rota *seruat hanc opinionem.*

180 *Et aspernitur sententia Couarr. practic. quæst. cap. 6. nu. 7. de qua supra nu. 154.*

181 *L. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam. non facit vllam mentionem in casu illo dandi cautionem.*

182 *Leges, quando volunt, vt in certis casibus detur cautio, id bene sancire sciunt.*

183 *Leges, quando aliquid non dicũt, nec minus id requirunt Interpretes, tunc non est aliud quærendũ.*

184 *Paupertas solet excusare à satisdatione.*

185 *cum Fideiussoribus, quando cauendum est, si quis propter impotentiam eos inuenire non possit, tunc hoc iurato, statur eius iuratoriæ cautioni, & numer. 191.*

186 *Fideiussores dum quis nisi cum magna difficultate reperire non valet, eo casu excusatur.*

187 *Difficultas magna æquiparatur impossibilitati.*

188 *Posse verè non dicimus, quod cum difficultate possumus, & num. 190.*

189 *Testes non dicuntur contrarij, si vnus dicat aliquid non posse fieri, & alius fieri posse, sed cum difficultate.*

192 *Possibilitas in omni actu requiritur.*

193 *Promissum numquam censetur id, quod moraliter est impossibile.*

194 *in Promissionibus semper capienda est interpretatio, vt id censeatur promissum quod fieri potuit, non è contra.*

195 *Promisisse id quemquam velle, quod præstare non potest; absurdum est dicere.*

196 *Aquam si quis promiserit vsque ad certum locum ducere, dato vt reperiatur ex cursu naturali illic non posse deuenire, non tenet talis promissio.*

197 *Aqua non potest deuenire ad illum locum, si vnde originem, seu scaturiginem habet fons, est inferior, & ille locus destinatus sit altior.*

198 *Auditores* Rotæ *in causis ponderosis, & grauibus, solent personaliter accedere ad locum differentiæ.*

199 *Promissio rei impossibilis non tenet, quamuis adsit iuramentum.*

200 *Iuramentum, quamuis præcisè obliget ad factum, tamen intelligitur in his, quæ præcisè præstari possunt.*

201 *Iuramentum semper habet in se clausulam illam, si potuero, si DEVS voluerit, si Principi placuerit.*

202 *in Contractibus quibuscumque, & promissione, ac fide etiam iurata semper intelligitur præseruata auctoritas Superioris.*

203 *Officium aliquod exercere debens, si non reperiat idoneum fideiussorem, non est locus iuratoriæ cautioni.*

204 *Tutores, & curatores dum non reperiunt fideiussores pro satisdatione, non admittuntur ad officiũ.*

205 *Tutores, & curatores præcisè coguntur dare fideiussores rem pupilli saluam fore.*

206 *Satisdatio cum fideiussoribus requiritur omnino in gerentibus negocia aliena, & quare.*

207 *Damnum ne quis patiatur ex culpa aliena succurrendum est ei.*

208 *Cauere debens cum fideiussoribus, dum eos non reperit, & sit suspectus, non auditur nisi data d. cautione, secus è contra.*

209 *Tutor, quando est persona admodum fida, & honesta, an teneatur satisdare, & num. 213.*

210 *pro Satisdatione habetur virtus hominis.*

211 *Fideiussoris locupletissimi loco habetur insignis integritas alicuius.*

212 *Cautio sola nuda sufficit, vbi aliàs plena requireretur, dũ quis est honestæ vitæ, & probatæ fidei.*

214 *Mundus hodie totus est diffidentia, & perfidia.*
Hominem reperire integræ, & honestæ vitæ, non ita facile est, & reputari potest tanquam coruus albus, num. 213.

215 *Iura consenserunt peccatis, & cœptum est licitum, quod antea publicum erat, secundum S. Cyprian.*
Mundus totus in maligno positus est, num. 215.

216 *Cauti etiam illi, qui sunt in contrahendo, vix securi sunt, licet caueant.*

217 *in Tutore magnum signum integritatis erit, si dum non reperiat fideiussores idoneos, non quærit, vt admittatur mediante iuratoria cautione ad officium exercendum,*
Sed vult attendere sibi.

218 *Tutores sunt suspectæ fidei, si non reperiendo idoneos fideiussores, instant curiosè, vt nihilominus admittantur.*

219 *Tutores nonnulli, iustiùs vocantur lupi rapaces, & peius, cum sub titulo pastoris fictè, & latenter sub superficie fidelis gubernationis tegunt eorum rapacitatem.*

220 *Vulpina simplicitas cauendum est, ne comedat pecus.*

221 *Aurum non est id, quod totum splendet vt aurum.*
Pomum pulchrum, non est semper bonum.

222 *Virtus non est in multis in quibus esse videtur.*
Aloes plus, quam mellis habent in pectore plures, qui Sanctis videntur similes.

223 *Tutores nonnulli tutelas captant, & venantur, non ad commodum pupillorum, sed vt hydropicos faciant suos marsupios,*
Deuorando, dissipando, & appropriando sibi substantiam miserorum pupillorum.

224 *contra Tutores iniquos tanquam contra publicos latrones irruendum esset, ac eadem pœna plectendi semota misericordia venirent.*

225 *Tutores falsi, & iniqui peiores sunt ipso maledicto Sathana, immo horrendiores, & quare.*

226 *Iniuria fit duobus modis, aut vi, aut fraude, vtrumque debet esse ab homine alienissimum, sed fraus est odio digno maior.*

227 *Amicum, qui se fingit, & non est, peior est eo, qui facit falsam monetam.*
Malum nullum est grauius, quàm illud, quod sub specie boni delitescit, num. 227.

228 *Malus vir, vbi se bonum simulat, tũc est pessimus.*
Simulata pietas, est duplex iniquitas.

229 *Verbis mellitis non satis tutum est cedere, cum ex hoc soleat pestis amara nonnunquam sequi.*

230 *Iudices in decernendo tutores, ante oculos habere debent aureum præceptum in hac materia datum à I.C. Modestino in l. scire. §. eos qui. in fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.*

231 *in Tutorem, vt quis creetur, dum quis auide id quærit, suspectus est.*

232 *ad Curam aliorum difficulter accedant, qui DEI memoriam habent.*

ANNOTATIO AD DECISIONEM DCXVII.

1 REGVLA est enim, vt quis aduersario sibi colliganti † non teneatur sumptus litis, nec aliud ei subministrare, lite pendente, *text. est in l. Imperatoris*, ibi, cum hoc ipsum quæratur, an aliquid tibi tutoribus, & curatoribus debeatur; non habet rationem postulatio tua, volentis in sumptus litis ab his, litis pecuniam subministrari &c. *ff. de tutel. & rat. distrab.* vbi Bald. dicit esse bene notandum, & per illũ textum ita constituit regulam *Boss in prax. sub tit.*
2 *de aliment. præstan. &c. num. 2* vbi fortius † dicitur procedere, etiamsi actor egestate præmeretur, & reus diues esset, quem sequitur *Ioann. Baptist. Asinius in sua prax. iudicial. §. 32. ampliat. 30.* ita quoq; tenet per illum text. *Aret. in c. ex parte. de accusat. Io. Lup. in cap. per vestras. in 2. notab. ampliat. 18. nu. 39.* vbi
3 inquit creditorem litigantem † cum debitore; vel aliũ agentem contra alterum pro re sua non consequi alimenta, quamuis sit impotens, & pauper, aduersarinmq; habeat diuitem.
4 Nam, & absurdum esset, vt † quis cogeretur aliquid contra se gerere, *l. nimis graue C. de testib. & l. quoniam C. eod.* & quilibet ad sui conseruationem
5 † tenetur, non ad destructionem, *vt inquit Cyn. in l. 1. col. 1 in fin. C. de alend. liber.* & nemo tenetur aliũ
6 iuuare contra † se ipsum sicut nec portare arma contra se, probat *text. in l. frustra. C. de probat.* & qui si-
7 bi non parcit, † minus parcit alijs *l. fin. C. de bon. eorum, qui sibi mort. consc. & vt habetur in Ecclesiast.*
8 *c. 14.* Qui sibi † nequã cui bonus? & vt ratiocinatur
9 *Paul. Apostol. ad Thimoth. 1. cap. 3.* ibi si quis † domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ DEI diligen-
10 tiam habebit? &c. sapientem † eum odi, *inquit Lucianus*, qui sibi ipsi non sapit. Et frustra sapit, qui sibi ipsi non sapit, ac bene dicebat *Faer. in Fabulis*.
11 Qui † sibi non sapit, hic sapiens mihi non erit vnquã. cum alijs pluribus, quæ in hac materia aggregare possem, & in puncto animaduersi sunt *Boer. dec. 325. in princip. & post eum Surd in tract. de aliment. tit. quæst. 10. a num. 1.* vbi etiam asserunt supradicta
12 † procedere in ciuili, & criminali iudicio.
Non ergo, vt dictum est, sufficit allegare pauper-
13 tatem, † eamque probare, cum non sit valens ad tribuendum hoc commodum consequendi alimenta & & sumptus litis, *vt post Couarr. Boer. Lup. & alios* probat *Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 36. nu. 32.*
14 vbi quoque reprobat *Guid.* † *Neuiz & Crauett.* qui contrariam opinionem defensi sunt, id etiam probat *Alex. Trentacinq. variar. resolut. lib 1. titul. de aliment. resolut. 1. sub num. 41. vers. sola inopia non tribuit hoc commodum &c. Ioseph. Ludouic. decis. 47. num. 6.* vbi dicit in statu Ecclesiastico non seruari, vt
15 expensæ † litis pauperibus per diuites subministrẽtur cum alijs allegatis *per Vlric. Fistor. in addition. ad Modest. patrem lib. 1. quæst. 20. num. 2.* Et addo
16 pauperibus, alijsque miserabilibus personis, † non esse ita fauendum, vt alijs fiat iniuria *cap. ex tenore de for. competent.* vtique regulare est, non ita tuenda
17 esse iura † priuilegiatorum, vt aliena perturbentur *cap. nolentes de priuileg. in 6. & faciunt tex. in l. acutissimi. C. de fideicomm. l. impuberi C. de administ. tut. l. cum filiusfamilias ff. de milit. testam. & l. assiduis. in fin. C. qui potior. in pign. hab.*
Verumtamen quando cum ipsa paupertate, con-
18 currit pariter præsumptio boni iuris tunc † simul vnitæ istæ qualitates, licet diuisæ nihil operantur, potentes sunt, vt quis petendo alimenta, & sumptus litis audiatur, & etiam intentum reportet, vt dicitur hic in decisione. Nam, & satis obuia omnibus
19 apparet illa iuris regula, † scilicet quæ non prosunt singula, iuncta iuuant *l. patre furioso ff. de his q. sunt*
20 *sui, vel alien. iur.* & duo † vincula fortius stringunt *cap. 1. de tregu & pac cum simil.* & in puncto de pau-
21 pertate, iuncta cum præsumptione boni † iuris, vt tunc locus sit supradicto subsidio probat text. *in l. si instituta § si de officiosa ff de inoffic. testam.* vbi sẽtẽtia fauorabilis iuncta inopia pupilli probet; iustam
22 † causam decernẽdi alimenta, ergo idem erit, quando cum inopia concurrit præsumptio iustitiæ, ex parte actoris, *vt probat Io. Lup. in cap. per vestras. §. 39. vers. intellige. de donat. inter vir. & vxor.* exponendo etiam *text. in l fin. C. de ordin. cogn. in l. fin. C. de Carbon. edict.*

Et notatur *in c. ex parte de accusat.* hanc opinionem celebres quoque DD. comprobarunt & præsertim *Speculator in tit. de inquisit. §. fin. col. 1.* vbi ait, si
23 pauper agat ad bona, in quibus † ius habere præsumitur, subueniendum esse ei sic enim paupertatẽ, & præsumptionem boni iuris pro eo põderat Speculator sicut, *& Imol. in d. cap. ex parte ad fin* vbi dicit,
24 ita demum pauperi † per aduersarium subministrandæ sunt expensæ, quando ratio hoc suadet; Ratio
25 enim, tunc id suadet, quando habet † præsumptionem iustitiæ pro se, *idemque tradunt Aretin. & Ferlin. in cap. si qui testium. de testibus*, vbi dicunt, si pauper litiget super bonis quæ prætendit esse propria, vel communia, & habeat aliquam præsumptionem pro se, ministranda sunt alimenta, & litis expensæ, qui verò plures desiderat in hanc eamdem opinionẽ conspirantes cõsulat *Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. a num. 112. & Martin. Coler. in tract. de aliment. lib. 1. cap. 14.* Surd. *eodem tract. titul. 1. quæst. 110. 112. & 120* Guzman. *eodem tract. de aliment. par. 1. quæst. 39. num. 24.* Alex. Raud *de analog. cap. 33. num. 6.* Asin. *in sua prax. iudic. §. 32. ampl. 29.* Facchin. *controuers. Iur. lib. 12. cap. 62. & consil. 42. num. 25.* Castill. *quotidian. controuers. iur. lib. 3. c. 27. num. 4. & 13.* Cost. *de portion. rat. quæst. 59. numer. 1. idem in tracta de remed subsidiar. quæst. 100.* Rebuff. *de sentent. prouisional. art. 1. glos. 2.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 2. cap. 16. à nu. 45.* Gratian. *discept. forens. cap. 55. num. 49. & cap. 954. num. 27.* Alciat. *de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 9. num. 8. & 9.* Aym. *consil. 164. num. 1.* Gabr. *cons. 25. à numer. 1. lib. 1.* Cephal. *consil. 127. vol. 1. & consil. 714. vol. 1.* Decian. *cons. 66. vol. 2.* Riminald. *Iun. cons. 377. num. 7. vol. 3.* Mysing. *obseruat. Camer. Imperial. centur. 6. obseruat. 21.* Boer. *decis. Senatus Burdegal. 303. numer. 4. & 324. num. 2. Milan. decis. Siciliæ 16. & 17. part. 1.* Barz. *decis. Rotæ Bononten. 69. & 80.* Afflict. *decis. Consil. Neapolitan. 10. 11. & 152.* D. Hector Capyc. Latro Regius Consiliar. vir ingenij excellentis, acerrimiq; iudicij &c. *decis. eiusdem Consilij Neapolitani 119. a numer. 1.*

Sed quid inhæreo diutius in allegatione tot Do-
26 ctorum, cum conclusio ista, vt stante † præsumptione boni iuris, & paupertate, numquam soleat denegari alimenta, & sumptus litis, communiter à toto
27 Orbe amplexa appareat & communi † applausu recepta, tam ab Italis, Germanis, Gallis, Hispanis, &c.

T 3 & ab

& ab omnibus scribentibus tam Pontificijs, Cesareis
Repetentibus Consulentibus, Antiquis, & Moder-
28 nis. Tenaciter quoque huic opinioni adhæsit † su-
premũ Tribunal Rotæ Romanæ, vt passim animad-
uertitur & præsertim *in vna Tiburtina Alimentorũ*
30. Octobris 1553. coram Io Baptista Guidobono,
vbi alia iura allegantur, *& adde Crescent. decis. 8. de*
iudic. & quod ita seruet, & quidem passim affirma-
uit *bo.me. Buratt. in decis. 15. n. 1. vbi R. P. D. meus*
Ferentillius in annotat. in litera A. plures alias deci-
siones cumulat, & vide etiam coram san. mem. Greg.
XV. decis. 189. numer. 1. vbi quoque asseritur, ita
quotidie Rotam seruare, & ibi etiam *Beltramin. in*
annotat. in litera A. plura adducit idemque testatum
habetur *apud bo.me. Card. Caualer. dec. 467. n. 1. &*
decis. 554. nu. 1. & in Romana Alimentorum 19. Ia-
nuarij 1633. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto
Decano, & in Romana seu Farsen. Hæreditatis 30.
Aprilis 1635. coram bo. mem. Buccabella, est decis. 39.
num. 4. infra part. 7. recent. & in causa Fideicommissi
de Zuccaris 10. Iunij 1637. coram eodem Reuerẽdiss.
P. D. Dunozetto Decano. §. 1. vers. duo copulatiuè re-
quiruntur paupertas, & præsumptio boni iuris, &c.
in causa Romana Alimentorum 1. Aprilis 1639. co-
ram bo. mem. Pirouano vers. sunt subministanda pe-
tita alimenta, et sumptus litis &c. in causa Fanen.
Dotis 20. Nouembris 1641. coram R. P. D. meo Cer-
ro. vers. concurrunt paupertas, & præsumptio boni
iuris &c. in causa Romana Matrimonij 1. Iulij
1643. coram R. P. D. meo Bicho vers. nec desideratur
præsumptio boni iuris, & paupertas &c. nec non re-
lictis pluribus alijs decisionibus breuitatis ergo ita
nuper fuit conclusum *in causa Interamnen. prætensi*
fideicommissi 2. Decembris 1643. coram R. P. D. meo
Merlino. vers. Debentur ista alimenta ex officio Iu-
dicis vna cum sumptibus litis, nam concurrunt de-
bita requisita scilicet paupertas, & præsumptio bo-
ni iuris, quo casu numquam denegantur, cum ibi
allegatis.

Præterea notandum venit, veram non esse opinio-
nem eorum, & præsertim *Surd. in tractat. de alim.*
tit. 1. quæst. 120. num. 14. & quot quot eum sequun-
tur, ac præsertim, *Gratian. discept. forens. cap. 55.*
num. 49. Cost. de portion. rat. quæst. 59. num. 6. Græuei
ad Gayl. lib. 1. conclus. 17. num. 3. Riciall. de iure per-
son. lib. 2. quæst. 21. num. 6. alijque plures, qui tenẽt,
29 † vt vltra requisita paupertatis, & præsumptionis
boni iuris ad effectum vt lite pendente alimenta, &
sumptibus litis subministrentur, sit etiam necessariũ
vt iudicium sit vniuersale, non autem particulare,
quoniam ista opinio nullo iure, aut ratione probatur
& Surd. in d. quæst. 120. num. 14. fundatur super do-
ctrina *Io. Lup. in cap. per vestras §. 39. col. 2. de donat.*
30 qui hoc nullatenus dicit, nec † minus dicere cogita-
uit, nam ibi non distinguit, an agatur ad vniuersa,
vel particularia bona, sed an adsit præsumptio boni
iuris, *vt patet ex num. 3.* vbi sæpe inculcat præsum-
ptionem boni iuris, Nec refragatur *l. si instituta,*
31 † *§. si de inofficioso ff. de inoffic. testam.* licet ponat
casum in quo agebatur de vniuersitate bonorum, nõ
tamen loquitur limitatè, nec pro ratione decisionis
põderatur hæc circũstantia, quod ageretur ad vni-
uersitatem bonorum sed tantum inopia actoris, ibi
placuit propter inopiam pupilli.
32 In specie enim Surd. † propter hanc suam imagi-
nariam decisionem acriter improbatur à *Fontanell.*
de pact. nupt. claus. 6. glos. 2. part. 4. num. 73. & melius
à Rota *in causa Anconitana Censuum 26. Iunij*
1615. coram bon. mem. Card. Sacrato, est decis. 748.
num. 5. part. 2 recent. vbi dicitur predictam distin-
ctionem Surdi nullo iure, aut ratione probari. Nam
33 † causa ob quam præstantur alimenta, & sumptus li-
tis non videtur consistere in eo, quod agatur magis
ad vnam rem, quàm ad aliam, de cuius boni iuris
34 præsumptione constat, † sed ne reus cogatur ob im-
potentiam litem deserere, & nouissimè prædicta re-
probatio Surd. approbata fuit à Rota *in d. Fanen.*
Dotis 20. Nouemb. 1641. coram R. P. D. meo Cerro.
35 vbi firmatur, alimenta & sumptus † litis deberi pro-
batis illis duobus requisitis de quibus supra, licet
agatur ad res particulares.
36 Qualiter ergo probanda veniat † paupertas, super
hoc inter Iuristas more solito nõ parum controuer-
sum est, benè quidem scio, paupertatem veluti, natu-
37 ralem † qualitatem in quocumque præsumi, vt notat
Alberic. in l. ex persona per illum text. C. de probat.
vnde qualitas diuitiarum repugnat naturæ, quia
38 † nemo naturaliter nascitur diues, sed quilibet nu-
dus, & pauper, *vt in can. sicut. vers. sed ait. 47. di-*
stinct. Inde Cato.

Infantem nudum, cum te natura creauit, &c.

39 Quare, dum non probantur † diuitiæ, semper intrat
præsumptio pro paupertate *l. si vero, §. qui pro rei.*
ff. qui satisdare cogantur & ibi latè scribentes, quæ
40 enim ex accidenti † habentur non ex natura, potius
præsumuntur nõ esse, quam esse *Monald. cõs. 47. n. 11.*
cũ diuitiæ sæpe impetu quodã fortunæ acquirantur,
& amittantur *l. 4. ff. vt in possess. legat. l. 8. ff. de cõfirm.*
tut. Hinc Seneca lib. 1. Epistol. ait *Tuum non est,*
quod fortuna fecit tuum Et idẽ lib. 1. controuers. as-
seruit. *Mutantur vices felicitatis humanæ, ludit de*
suis fortuna muneribus, & quæ dedit aufert, & quæ
abstulit reddit &c. Quamobrem, vt dicebam, qui
excipit de paupertate habet iuris præsumptionem
41 pro se † & hanc optimam esse paupertatis proba-
tionem *concludit Monald. d. cons. 47. num. 11. & 12.*
& post eum Giurb. dec. 18. nu. 12.

Conclusiones tamen istæ, licet veræ sint, tamen in
casu nostro, si a parte, qui intendit alimenta, & sum-
42 ptus litis consequi † ob paupertatem, & præsumptio-
nem boni iuris allegarentur, frustra id deduceret, quia
regula illa Iuris satis in angulo est in iudicijs fundan-
tem se in aliqua qualitate, in qua consistit fundamẽ-
43 tũ † intentionis suæ, teneri eam plenè probare & non
quidem præsumptiuè, & positiuè. *ex relatis per Rotã*
in decis. 10. num. 9. coram bon. mem. Rembold. dec. 108.
num. 10. coram bo. me. Merlino *decis. 187. nu. 17. co-*
rã bo. me. Card. V bald. decis. 219. nu. 2. coram bo. me.
Coccino *decis. 576. num. 24. coram Eminentissimo D.*
Card. Machiauello *infra in seq. part. & decis. 115.*
num. 6. coram eodem Coccino decis. 209. num. 2. corã
bon. mem. Pirouano, *& 244. num. 18 coram eodem*
infra parte 6. recent. & in Ciuitatis Vetulæ Dotis
27. Febr. 1643. coram R. P. D. meo Cerro *cum alijs*
infinitis, itaque sat non erunt simplices iuris præsũ-
ptiones *l. 2. & l. ab ea parte & l. verius. ff. de probat.*
& in terminis fundantis se in paupertate multa fue-
runt deducta *in causa Perusina dotis 15. Maij 1598.*
coram bon. mem. Penia, *est decisio 543. inter eius à*
me imprimend. nu. 4. vers. quando tractatur respe-
ctu certi effectus, oportet paupertatem probare &c.

& ibi

& ibi plures decisiones adducuntur, sicuti in *decis. 782. nu.4. supra par.3. recent.* Vir enim sapiens non
44 † debet propalare ea, quæ probare non potest *can. plerumq.2. quæst.5.* & in terminis, quando paupertas esset fundamentum intentionis agentis, puta,
45 quia vellet admitti † ad legatum factum pauperibus, vel prout est casus noster, si prætenderet alimenta, & sumptus litis, tanquam pauper assequi, tunc enim
46 absque probatione, † pauper non præsumitur, *l. si vero, §. qui pro rei. & ibi Bart. Castr. Alexan. Ias. ac cæteri Classici. ff. qui satisdar. cog. Gail. obseruat. Imperial. lib.1. obseruat.142. num.5. Afflict. decis.377. num.6. Alciat. qui testatur hanc esse communem opinionem. in tractat. de præsumpt. regul.2. præsumpt. 27. num.4. cum allegatis per Becc. cons.105. num.28. & copiosius per Gurb. decis.116. nu.10.* & addo elegantem distinctionem, *Accurs. in d. l. si vero. in verb. dubitatur,* cui adstipulantur ibi Doctores omnes, cũ
47 quis se diuitem dicit, † paupertas præsumitur, cum vero pauperem, se quispiã esse affirmet, vt aliquid consequatur, nequaquam pauper existimatur, nisi id probationibus perspicuum reddat, *& eam glos. ad hoc meliorem de iure dicit Bald. in l.4. ff. quand. fisc. vel priuat. & vti singularem extollit Afflict. dec. 377. num.6.*

Paupertas enim diuersimodè probari potest, &
48 primo ex qualitate loci, † nam eo ipso, quod aliquis moratur in Hospitali dicitur probata paupertas, *l. si quis ad declinandum, & ibi Bald. C. de Episc. & Cleric.* qui text. inquit, neminem pauperiorem esse illo,
49 qui est inopia † tentus, & languens in hospitali necessarium sibi victum non potest afferre, & id tractant DD. *in l. si constante. ff. solut. matr. & præsertim Ias. Alexand. Crot. & alij. Cæphal. cons.216. numer.9. vol.2* Et hic facit *decisio in causa Romana fideicommissi de Cæsareis 11. Decembris 1642. coram R.P.D. meo Carillo,* vbi dicitur ibi agentem bene fundasse intentionem suam circa paupertatem, dum
50 docuit † eius patrem obijsse in hospitali S. Spiritus, eius matrem tanquam miserabilem personã sepultam fuisse per Confraternitatem S. Mariæ de Morte, eius fratrem decessisse in hospitali Terræ Tulphæ, & eius sororem in hospitali Sãctissimi Saluatoris ad Sancta Sanctorum, quare his stantibus oriebatur vehemens paupertatis indicium *per d. l. si quis ad declinandum. §. vbi autem. ff. de probat.*

Item probatur paupertas quando aliquis propter
51 nimium æs alienum † cogitur permanere domi, quia facile ad creditorum instantiam capi potuisset, cum alibi tutus morari non possit, ita notanter inquit *Bald. in l. fundo in 2. lectura. ff. de rei vendic. Rip. in d. l. si constante. num.28. ff. solut. matr.*

Item probatur paupertas, dum aliquis est in car-
52 ceribus detrusus, †, & ibi alimentorum penuriam patiatur, quia inter pauperes personas, nulla pauperior, aut tristior reperitur quàm carcerata, quæ
53 propterea sibi victum non † potest afferre, *vt in l. iudices, ibi, ne ijs humanitas clausis per corruptos carcerum custodes denegetur &c. C. de Episc. & Cleric.* Heu miserrima sanè, & deploranda carceratorum conditio, cum carcer, sit cella gemituum, tristitiæ
54 † domus, apud Superos Plutonis hospitium, locus perpetua nocte cæcatus, & perennium lachrymarũ, in qua non vnum tormentum substinet reus antequam necis exitum incurrat, à superis probatur abscissus, primùm pedor ille, collega catenarum, ab-
55 hominabili † mærore discruciat, auditus alieni gemitus, & lamenta conturbat, gustum ieiunia longa debilitant, lumina diutius tenebris obtusa torpescunt, vt optimè ratiocinatus est *Cassiador. lib. var. 11. epistol.40. & ex nostris refert Iul. Cæsar. Ruginell practic. quæst. cap.39. num.30.* Non est vnum
56 clausis exitium, multifaria morte † premitur, qui carceris squalore torquetur, carcer squalor etiam appellatur *in l.2. ibi, quo dignus clausis carceris, & custodiæ squalore. C. de custod. reor.*
57 Insuper carcer est locus † immẽsorum cruciatuũ, vt dolenter rescripserunt pij Imperatores Romani Honorius, & Theodosius ad Antonium Præfect. Prætor *in l. omnes.23. C. de pœn.* vbi sancitur, tempus,
58 quo quis est in carcere, † computetur in tempore, quo debet in exilio esse, audiamus queso præcisa verba Imperialia, ibi, *Sit satis immensorum cruciatuũ semel luisse supplicia, ne ij, qui diu priuati sunt auræ communis haustu, & lucis aspectu, non intra breue spatium catenarũ ponderibus prægrauati etiã exilij pœnam substinere iterum cogantur &c.* Vlterius carceratus dicitur semper esse in cruciatu, cum, & carcer. dicatur species torturæ, vnde vt dicit *Bald. in l.1. C. qui ad lib. peruenit. non poss.* mortuus in carcere dicitur mortuus in cruciatu, pro quo est *text. in can. nulli dubium.3. quæst.1.* Hinc quoque, si carceratus aliquid fateatur, talis confessio dicitur violenta sine alia tortura, vt probat *Marsil. in tractat. de Bannitis in verb. carcerati. num.28. in fin.* Renunciatio etiam & cõtractus initus in carcere, præsumitur factus metus causa, ideoq. non tenet *ad text. in l. qui in carcerem. ff. quod met. caus. & notant ibi DD. Bart. in l. qui neque. §. solutum. nu.1. ff. de verb. signific. post glos. ibi in verb. seruatur.* Bald. *in rub. C. de rescind. vendit. nu.8. & in l. nam, & seruus num.2. ff. de negot. gest. idem* Bart. *in l. qui à latronibus. num.2. ff. de testam. & ibi etiam Angel. num.1.* Castr. *& decisum fuit in causa Forolivien obligationis 20. Maij 1613. est decisio 420. sup. par.1 recent. & in Romana repetitionis indebiti 25. Iunij 1610. coram bon. mem.* Pirouan. *est decisio 295. n.2. par.5. diuers. aliàs post 2. tom. consil* Farinac. *in Romana mutui seu pecuniaria 14. Martij 1641. coram bon. mem.* Merlino, *& in Ciuitatis Castelli bonorum 5. Maij 1632. coram R.P.D. meo* Ghisilerio *sunt in seq. part. decis.16 num.46. & 122. num.6. & deinde fuit dictum in causa Senogallien. societatis 22. Iunij 1639. coram R.P.D. meo* Rojas. *§. nec obstare. vers. et quilibet cõtractus initus in carcere &c. necnon in causa Gandauen. Monasteriorum 29. Aprilis 1641. coram Eminentiss. D. Card.* Lanzirolo. *§. nec obstat, quod. vers. hæc omnia gesta in carceribus, & sic per vim, & metum nullius sunt momenti &c. & in Neapolitana domorum 13. Maij eiusdem anni 1641. coram Eminentiss. D. Card.* Verospio *Iun. §.1. vers. fuit ipso iure nulla ratione metus, quem carcer inducere solet &c.*
59 Est carcer † mala mansio adeo, vt morti æquiparetur *prout ait Bald. in cap.1. §. denique tit. quæ fuit prima caus. benef. amitt. relatus à Boss. in titul. de carcer. in princip. & à Farinac. titul. de carcer. & carcerat. quæst.27. lib.1. eius lib. quæst. variar. & facit decisio 500 sub nu.1. vers. quibus accedit rigor carceris, & insolitus modus dãdi cibum limitat. in &c.*
60 *supra par.3. recent.* Ac carceratorum negotia † desideria appellantur *in l. omnia. ff. de offic. praes.* quæ si iusta

si iusta sunt, vltrò exaudienda veniunt, & facit illud
quod eleganter dixit *Magnus Pater S. Augustin. in*
epistol. ad Hieron. cum quis in puteum cecidisset, &
61 aqua eum suffocaret, † accessit alius, & eo viso
admiratus, ait, quomodo huc intrasti? obsecro ille
respondit, cogita quomodo hinc me liberes, nō quo-
62 modo huc ceciderim quæras? Vult enim† misericors
DEVS noster, *vt inquit S. Hieronymus* vnumquem-
que alterius angustias vti proprias sentire, & quo-
dammodo sibi in tali tribulatione, si esset, subueniri
sibi cuperet, ita ipse alteri propter DEVM subue-
nire non posponat.
63 Adeo meritoriū est † subuenire carceratis, vt hoc
opus Apostolus æquiparet martyrio, & amissioni bo
norum, *cap. 10. ad Hebræos*, ibi, *nam vinctis com-*
64 *passi estis*. & sic eis præsto esse†debemus, perinde ac
si cum illis carcerati essemus, *dicente eodem Apost.*
cap. 13. ad Hebræos, Mementote vinctorum, tanquā
simul vincti &c. In iure etiam sancitum reperimus,
vt incunctanter, & semper possit eis subueniri in eo-
rum fauorem nullus est dies feriatus, & sic tempus
in omne potest pro illis ius reddi *cap. fin. ext. de fer.*
l. penult. ff. eodem. l. iudices. C. de Episcop. audient.
Bald. cons. 305. lib. 1. Brun. in tract. de cess. bon. q. 14.
Sed quia non est hic locus, alia in hac materia ad-
ducere, ideo concludam vna cū *Cassador. d. epist. 40.*
65 ibi, Propterea carceratorū causis † adeo inseruien-
dum est, vt eorum catenæ lacrymis madidæ felicior
rubigo suscipiat, & exeant inclusi vicina morte sem-
66 per pallentes, redeantq. ad lucem, quos† caligan-
tes tenebræ possidebant, nihil amplius optata morte
passuros, nisi quod adhuc poterant occidi, vt ij, qui
67 † nulla debent ambitione iam decipi, delicta re-
linquant cum catenis, dierum beneficio absoluti, vt
etiam viuant honestè, qui dedicerūt superstites mo-
ri, & odisse habeant, quod eos tradidit neci. Et si
defensio laudabilis semper fuit, *ex Cicer. 1. offic. &*
l. 1. C. de aduocat. diuers. Iudic. tamen laudabilior
verò est, si fiat de carcerato. Nonne notum est Ec-
68 clesiam reos †sanguinis defendere debere *text. est*
in cap. reos sanguinis defendat Ecclesiam 23. q. 1. &
aduocatus Ecclesiasticus non efficitur irregularis, si
69 reum† sanguinis defendat *iuxta tex. in cap. senten-*
tiam sanguinis. ne cleric. vel monach. quem citat
Marian. Socin. in cap. ad audientiam. col. vltim. de
homicid. & facit text. in l. addictos, cum ibi notat.
C. de Episcop. & Cleric. at modo relicta materia ista
ad nos.
Item probatur paupertas ex eo, quod quis deco-
70 xit, & ideo fugæ †se commisit, qui & fallitus vulgò
nuncupatur *l. in fundo. ff. de rei vendic.* quem text.
Angel. ibi reputat singularem. Roman. cons. 163. n. 4.
Canonista in cap. Odoardus. de solut. Alex. in l. si cō-
stante. num. 13. ff. solut. matr. sensitq. Rota in causa
Romana alimentorum 30. Iulij 1642. coram R. P. D.
meo Bicho. §. V nde. vers. quia ille iamdiu moratur in
longinquis partibus Hispaniarum &c.
Aduerte tamen nè sit de illis fallitis fraudulentis
71 qui plenis †marsupijs cedunt bonis, & dicuntur la-
trones, & grassatores æris, & sanguinis alieni, con-
tra quos meritò lōga serie insurrexi *in annot. ad de-*
cis. 9. in littera E, à num. 64. vsque ad 140. supra
72 *part. 3. recent.* nam contra istos † omnia iura cla-
mant, ideoq. indigni sunt quolibet priuilegio, cum
eorum paupertas ementita sit, & vt dicit *Bald. in*
73 *cap. adeo. in princip. de rescript.* qui †fingit se pau-
perem impetrando, nihil reportat, nisi ventum Quā
absonum enim sit fingere paupertatem omnibus pa-
tet, *facit text. in l. si quis. C. de cens. & censib. lib. 11.*
& post Bald in auth. congressi. num. 60. in fin. C. de
sacrosanct. Eccles. considerauit Rota coram clar. me.
Merlino in Romana computorum 10. Aprilis 1630.
est decis. 465. num. 18. in seq. part. vbi dicitur, si Fra-
74 tres Minores Ordinis † S. Francisci reciperent le-
gata continentia annuos redditus, qui essent certi, &
& determinati penitus excluderetur eorū pauper-
tas, vel in ea certè mentirentur, quod absonum esset.
Item probatur paupertas ex eo, quia aliquis pro
75 summis † notabilibus solitus sit pro alijs fideiu-
bere, *Angel. in l. in personam. §. 1. ff. de pact.* vbi per
hoc dicit cauendum esse à fideiussoribus, multos
76 enim fideiubendo †ad inopiam peruenisse vt quoti-
diana experientia id passim amplè testatur; nam vt
clamat *Regum omnium Sapientissimus Salomon*
77 *Prouerb. cap. 11.* ibi, *Affligetur malo, † qui fidem*
facit pro extraneo, & vt Bertaz. in tractat. clausu-
larum claus. 39 num. 19. dicit se sæpiùs iocosè dici
audiuisse, nullā esse artem, quàm addiscere, vel exer-
78 cere magis†damnosum sit addiscenti, vel exercenti,
quàm pro alijs fideiubere, *Bertazz. de instrument.*
claus. 39 glos. 1. num. 19. Sfort. de restitut. in integr.
quæst. 54. art. 2. & seq. Cancer. lib. 2. resolut. cap. 5.
de fideiuss. num. 40. Gemm. decis. 162. nu. 5. Rauden.
decis. Pisan. 4. num. 52. Giurb. decis. Sicil. 10. num. 12.
Quare Franciscus Petrarcha (qui sic Etruscha lingua
excelluit, vt neminem ad parem in ea re laudem as-
pirare posse receptum sit *texte Francis. Florid. Sa-*
bin. lib. 3. lection. success. cap. 2.) Petrarcha inquam
lib. 2. cap. 14. grauiter admodum, & vehementer in-
uehitur contra illos, qui pro alijs fideiubent, dicens,
79 † *magnam esse stultitiam, pro alijs fideiubere*, &
Doctores infiniti scriptum reliquerūt eum, qui faci-
80 le fideiubet, substantia †sua abuti, aduertitq. *Rota*
in causa Romana nullitatis obligationis infra decis.
1. num. 9. par. 5. recent. & sæpius in alijs. & idem
Salomon admonere voluit omnes, ac simul deterre-
re à nimis frequenti, & inconsulta fideiussione ait in
81 *d. cap. 11. Prouerb. Qui † cauet loqueo, securus erit,*
tandem clarissima est illa sententia *confidere paucis*
82 *sed clarior est altera † confidere nulli.*
Item probatur paupertas ab effectu, cuius quidem
83 † probationis species valde efficax est, cum sit sen-
sitiua, qua nulla efficacior est, nam quærere rationē,
84 †vbi sensum habemus, est infirmitas intellectus, di-
cit *Bald. in rub. ff. de re. diuis. col. fin. & in l. 1.*
col. 2. C. qui accus. non possunt, & nulla maior pro-
85 batio afferri potest, quàm ea, † quæ deducitur per
euidentiam facti, cum sit omnium probationum
Regina, *per text. in l. penult. & ibi DD. ff. fin. re-*
gund. Bart. in l. contra negantem. ad fin. ff. ad l. A-
quil. latè Tiraquell. *de retract. lignag. §. 4. glos. 1.*
num. 36. Afflict. decis. 23 num. 6. Rota coram sanct.
mem. Greg. decis. 575. num. 6. cum alijs allegatis in
causa S. Angeli Lombardorum, seu nullius iurisdi-
ctionis 26. Aprilis. 2. Iulij 1641. coram Eminentiss.
D. Card. Panzirolo.
Probatur ergo paupertas eo ipso, quod proba-
86 tur, & apparet† aliquem mendicare, *Bald. in d. l. ad*
declinandam. num. 5. C. de Episc. & cleric. pauper-
tatis enim magnum est signum viuere ex eleemosy-
nis, *l. paupertas. C. eodem Angel. in l. si vero. §. qui*
pro eis. nu. 6. ff. qui satisdar. cog. Rot. decis. 250. n. 4
par. 4.

part.4. diuers. vers. pauper dicitur ille, qui pro vita substentanda quærit eleemosynas &c. & nuper fuit dictum in illa Romana bonorum de Cæsareis 11. Decebris 1642. coram R.P.D. meo Carillo. §. Quod vero. vers. signum maximæ paupertatis est viuere ex eleemosynis &c. Item probatur paupertas dum
87 quis manducat † solummodo panem milij, vel aliũ vilem panem, & aquam solummodo bibit, *idem Bald. in cap. ad aures extra de rescript.* rusticæ enim
88 personæ, & † pauperes, non solent pullis, vel alijs delicatis cibis viuere, sed caseo, cæpis, & fabis, *gloss. in l. seruis vrbanis. in verb. cibarijs. ff. de legat. 3.*
89 Vel eo † ipso dicitur probata paupertas, dum docetur quem incedere discalceatum, *Bald. in d. l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisdar. cogant. Ias. in d. l. si constante. num. 146 ff. solut. matrim.* cum alijs copiosè adductis per *Cornel. Benincas. in tractat. de paupert. & eius priuileg. quæst. 6. num. 8.*

Sed vt me absoluam à vasta quidem materia hac, & simul quoque odiosa, nam vt inquit *Euripid. in Archelao*, paupertas est malum intollerabile, & in-
90 fensissimum, † & insimul testatur, nullũ extare paupertatis templum odiosissimæ Deæ. Quare *Theogn.* solitus erat dicere, oportere fugiendo paupertatem,
91 † vel in Portum præcipitem se dare, vel ab excelsis Rupibus cadere, cum semper solutio molestæ paupertatis sit quærenda, & facit illud vulgatum.

92 *Impiger extremos currit mercator ad Indos*
Per Mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignẽ.

Et ex sententia Regis Salomonis in Ecclesiastic. cap. 40. *Melius est mori, quàm indigere*, aliaq. circa infelicem paupertatem, quæ homines ridiculos facit, adduxi in annotatione ad *decis. 6. à num. 38. supra par. 3. recent.*

Intellige tamen tunc esse odiosissimam, ac infe-
93 licem paupertatem, † quãdo non est coniuncta cum lætitia, nam data tali societate, tunc ea ditissima est, cum non sit paupertas, ac teste *Senec. in epist. 10.* ibi, *honesta res est lata paupertas illa vero non est*
94 *paupertas, † si lata est, qui cum paupertate bene conuenit, diues est, non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est.*

Et vt benè dicebat Martial. lib 4.

Numquam diuitias Deos rogaui
Contentus modicis.

95 Nam, & paupertas est fauor † Cæli, sed adhuc incognitus, prout animaduertit Lucan. in 5. suę Fargal.

. . . . ò vita tuta facultas
Pauperis, angustiq. lares, ò munera nondum
Intellectã Deum . . . .

Quare vt per experientiam loquendo attestatus fuit in Herc. Oed. haud. inglorius ille Seneca cuius opes adeo perampla erant, vt cum ipso Cæsaris ærario æquiparari quasi poterant.

96 *Aurea rumpunt tecta quietem,*
Vigilesq. trabit purpura noctes.

Vnde alibi cogitando quiescere, & aulam deserere sic fatus fuit in sua Tiest.

97 *Stet quicumque volet potens,*
Aulæ culmine lubrico,
Me dulcis saturet quies,
Obscuro positus loco,
Leui perfruar otio.

Idemq. Seneca in tractat. de breuit. vit. affirmauit de Octauiano Romanorum Imperatore, & simul Orbis Monarcha, qui filius primogenitus fortunæ vocari poterat, & qui semper sedit generosè in ipso gremio Iouis, nihilominus alia lætitia non afficiebatur, nisi cogitare aliquando deponere imperium, vitamq. priuatam agere: audiamus præcisa verba Senecæ. *Ille qui videbat ex se omnia pendentia, qui omnibus gentibus fortunam dabat, illum diem felicissimum cogitabat, quo magnitudinem suam exueret &c.* latiusq. id cum similibus exemplis exaggeraui *supra par. 3. recent. in annotatione ad decis. 2. in littera A. in 2. par. annotat. à num. 93.* sed his dimissis, redeo in viam.

Quare, sicuti supra dixi, vt ab materia ista probationis paupertatis paucis me absoluam, illud apud Doctores est indubitatum, & communiter receptũ,
98 cum ex diuersitate † regionum, personarum, & tẽporum circa probationem paupertatis certum quid statui non possit, ideo in religione Iudicantis, qui omnia prudenter circumspiciet secundum diuersitatem casuum, personarum, qualitatum, rerum, & similium, an quis possit dici pauper, & hoc est gene-
99 rale, † vt vbi certa doctrina reddi non potest, id arbitrio Iudicis remittitur, & in puncto probationis paupertatis huius opinionis fuit *Accurs. in auth. præterea in verb. locuples. C. vnde vir. & vx.* quem *sequitur Bald. in l. si constante. num. 14. ff. sol. matr. cum alijs plena manu relatis per Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. cap. 65. num. 7. & per Mascard. de probat. conclus. 1154 num. 8.* vbi etiam plures adducit, qui ingenuè testantur de vera, communique opinio-
100 ne, quæ conclusio vera tamen est in casibus, † in quibus lex non declarat, nec exprimit quantitatem patrimonij.

Cœterum, si essemus in casu expressim à lege
101 deciso † standum esset legis dispositioni, *l. in fundo, & ibi Bald. in l. 2. lectura, ff. de rei vindic.* nam vbi est casus legis, ibi nulla dubitatio est, *l. ancillæ. C. de furt. cum simil. & vide quæ dixi in annotat. ad decis. 460. a nu. 127. in præcedenti Tomo.*

Et in puncto probationis paupertatis ad effectum
102 consequendi alimenta, & † sumptus litis plurimum id pendere ab arbitrio Iudicis, *sensit Rota coram bo. mem. Buratto decis. 15. num. 2. vbi R.P.D. meus Ferentillus in annotatione in litera B. numer. 9. plura allegat*, & nouissime ita fuit tentum *in causa Romana Matrimonij 1. Iulij 1643. coram R.P.D. meo Bicbo. §. de paupertate vero. vers. quãdo dicatur probata paupertas plurimum id pendet ab arbitrio Iudicis, &c.* Iudex ergo considerare debet vltra facultates, & qualitates personarum
103 etiam dubium litis euentum, & † valorem rei in iudicio deductæ, cum in eius quoque arbitrio repositum iaceat taxatio ista alimentorum, & sumptuum litis *Rebuff. in tractat. de sentent. prouis. art. 1. gloss. 2. nu. 29. & 30. Couarr. practic. quæst. 6. num. 7. in fin.* vbi dicit id dubio procul esse verũ. *Ludouic. Molin. in tractat. de primogenit. cap. 16. num. 47. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. titul. de aliment. resolut. 1. nu. 46. Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 36. num. 35. sentitq. Rota in causa Romana Alimentorum 1. Aprilis 1639. coram bon. mem.*

bon.mem. Pirouano, §.quantitatem autem, & in d. Romana Matrimonij coram R.P.D.meo Bicho §. vltim. vers. pro qua taxanda intrat arbitrium
104 Iudicis, & ideo est refutata opinio Mansuer.in practic. tit.de possessor. num.27.& Boer. dec. 324. nu.3. dum sentiunt assignari debere quartam partem fructuum bonorum de quibus est contentio.

Item Iudex dum arbitratur pro paupertate, animaduertere debet, sat non esse paupertatem
105 probatam fuisse † in genere, nisi quoque in specie probetur paupertas talis, ob quã non possit quis se, & litem substentare, vt notant, DD.ex l. fin. C.de ord.cognit.sensitque Rota coram bon. mem. Card. Seraph. decis.426. num.1.& coram bo.me. Reuerendiss. Attrebaten. in causa Corduben. Capellaniæ 8. Nouemb. 1610. & antea fuit dictum in causa Auersana Decanatus 24. Ianuar. 1582. coram San.mem. Clement. VIII. & cum simul ista non repugnarent, quod quis habeatur pro
106 paupere, & nihilominus possit † sibi alimenta præstare, & sumptus litis ferre, & maximè quando expensæ sunt futuræ modici momenti. Rota in vna Viterbien. Transactionis 20. Februarij 1615.coram bon.mem.Card. Verospio Sen.

Item Iudex considerare debet, an collitigans
107 pauper † patrem habeat diuitem, quia ille ab eo alendus est, vt in his terminis voluit Rota in Romana Alimentorum 28. Iunij 1613. coram bon. mem. Card. Sacrato, quod tamen de alijs coniunctis diuitibus non intellige, & in puncto de
108 marito diuite, vt propter hoc, reus † diues non effugiat præstare alimenta mulieri pauperi collitiganti, respondit Rota in causa Fanen. Dotis 20. Nouembris 1641.coram R. P. D. meo Cerro. §. Minus resistit vers.diuitiæ mariti nõ faciũt, &c.
109 vbi dicitur frustra,& perperam † allegari diuitias mariti, si vxor non possit sibi inde sperare suæ calamitatis subsidium.

Item Iudex inspicere debet, an paupertas sit probata de tempore, quo petuntur alimenta,
110 † & sumptus litis, quia pauper olim, non præsumitur pauper de præsenti ad effectum, vt propter paupertatem aliquid de præsenti consequatur, prout in casu nostro, cum de tempore præciso sit probanda. Bart. in l. si diuerso. §. vltimo nu.9. ff.solut. matrim. Salicet.in l.ex persona numer. 1. Cod. de probat. Alciat.de præsumpt. regul. 2. præsumpt.27. num.5. Soccin.Sen. consil.14.num. 42. lib.1.Surd.de Aliment.titul.7. quæst.8. num. 14. Menoch. de præsumpt.lib.6.præsumpt.25. num.6. & 14. Rota decis.170.num.3.par.4.recent & fuit dictum in causa Soanen. Præpositura 20. Maij 1622. coram bo.mem.Remboldo.

Et quando testes deponunt super paupertate
111 alicuius, vt probent † eam, Iudex ponderet an illi sint bene informati de statu, & quantitate bonorum, quia si id ignorent, tanquam nescientes super quo deponant sunt reijciendi, vt in his terminis ponderauit Rota in causa Hæsina Bonorum 11. Maij 1609. coram bo. mem. Card. Marquemont. & in eadem 1. Iulij 1616. coram bon. me. Andrea, est decisio 84. inter eius impress.sub nu 5. vers. responderunt ignorare quæ bona ipse possideret, &c.

Tandem Iudex oculum habere debet, vtrum,
112 petentes † alimenta, & sumptus litis, indecorũ sit, nec ne eorum opera, & artificio sibi victum quærere, quia dum ei id non est indecorum, pro vt vsque adhuc sibi pararunt, non sunt alimenta præstanda. Abb in cap. tua nobis num.10.vers.si vero desunt. de simon. Bart in tractat.de aliment. num.12. & in l. si quis à liberis §.sed si. num. 1. ff.de liber. agnosc. Aret. in l. Alimenta. num.3. ff de negot gest. Socin.sen.consil.121.numer.47. & seq. vol.4. Calcan.consil.59.sub nu.10. Rolãd. consil.54.num.48.& seq. vol.2. Bursat. consil.62. num.11. in fin. & num.12.& seq.lib. 1. Menoch. cons. 321.num.26.lib.4. Bardell.consil.4. num.8. vol.1. Gabr. consil.28.num.15.& 17. vol. 1. Gutierez. de iurament.part.3.cap.15.num.7.& in puncto respondit Rota decis.470.sub nu.5.part.2. & decis.170.num.4.part.4.recent. & fuit dictum in causa Romana Fideicommissi de Zuccaris 10. Iunij 1637. coram Reuerendiss.P.D.meo Dunozetto Decano in fin.vers. cum istis non sit indecorum eorum opera,& artificio sibi victum quærere, non sunt alimenta præstanda &c. quando vero id esset indecorum litiganti, tunc alimenta
113 sine dubio sunt ei decernenda, † cum non liceat vilia vnicuique exercere, vt in his terminis fuit dictum in illa Romana Alimentorum 28. Iunij 1613. coram bon. mem. Card. Sacrato, Aduerte etiam licet quis propria industria possit sibi victũ quærere, non sint ei decernenda, non tamen re-
114 gulariter † inferri debet, vt ideo possit vltra quærere pro substinenda lite, vnde sumptus litis veniant subministrandi, prout accidit, & arbitrata est, Rota in causa Romana Matrimonij 1. Iulij 1643. coram R.P.D.meo Bicho.vers. Non obstat, quod Iacobus possit propria industria, sibi victum quærere. etc.

Deueniendo modo ad præsumptionem boni iuris, quæ est alterum necessarium requisitum ad
115 hoc, vt † quis lite pendente consequatur alimenta, & sumptus litis, & pariter in hac resolutione diuersæ sunt Doctorum sententiæ, & opiniones, veritas tamẽ est in his terminis propter diuersitatem casuum, & rerum impossibile quasi reputatur vt certa possit constitui regula, ideoq; vt quoq;
116 dixi de probatione paupertatis, † id in religione Iudicis positum est, cuius tamẽ arbitriũ non captiosum, sed bene regulatum esse debet à iure, &
117 prædicta præsumptio sufficit, † vt sit talis, per quã excludatur temeritas pauperum litigare volentium & quamuis plures in hac materia scripserint, quod qualibet coniectura sit ad hoc † valẽs,
118 tamen semper intelligi debet ne sit leuis, nec pariter requiritur admodum vrgens, & necessaria, quia alias non esset præsumptio, sed probatio,
119 quippe si actor cogeretur † ius suum plenè iustificare numquam esset locus alimentis, & sumptibus prædictis, nisi lite finita & post talem causæ expeditionem, & pauper propter impotentiã semper cogeretur causam deserere, paupertas nã-
120 que cum non sit de genere † malorum non debet præstare impedimentum ad agendum, adeo vt pereat ius pauperis. Cassador. decis.11. numer. 2. post med.de rescript. et fuit animaduersum in causa Romana Bonorum de Cæsareis 11. Decemb. 1642. coram R.P.D. meo Carillo §. ea moti ratione vers. paupertas, quæ non est de genere malorum, etc. cum nemo † nudus, & inermis pos-
121 sit pu-

fit pugnare, ac teste Hesiodo.

122 *Ille etenim lites † fugere, & contemnere debet,*
Cui non plena domus, cui nō sunt horrea plena
Mauri fructus, cereris luem terra dat alma,
Huius, si sat habes, age, iurgia dira moueto.

& alibi multus fui in hac materia *& præsertim in discurs. ad Iuris vtriusque Doctores, quem posui infra in par. 7. recent. a nu. 156.* quare, vt dicebā ne pauper ꝓpter impotētiā cogeretur litem deserere, ideo ad hoc absurdū euitandū Tribunalia su-
123 prema totius Orbis libenter admiserunt, † vt sufficiat sola præsumptio, quæ oritur ex prima sententia, vel aliud æquipollens, seu probatio summaria. Hæc enim fuit sententia *Rotæ antiqua decis. secunda de iudic. in antiquior.* & id continua constantia retinuit, & retinet idem Sacrū Tribunal, atque ita bis fuit iudicatum in Consilio Neapolitano teste *Afflicto decis. 10. & 11. & nouiter attestatus D. Hector Capic. Latr. decis. eiusdem Consil. 119. per tot.* vbi etiam fidem facit de
124 obseruantia Rotæ Romanæ † non multum rigorosè & per apices iuris procedere in arbitrando pro alimentis præstandis pauperi lite pendente. Idemque etiam seruatur in Regno Franciæ, id asseuerante *Rebuffo ad Constitut. Regias de sent. prouisional. art. primo alias si glos. 2. num. 5. Couarr. pract. quæst. cap. 6. nu. 6. vers. secundum quod DD. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 2. cap. 16. num. 36.* vbi supra allegatam *decisionem Rot. Roman 2. de iudic. in antiq.* extollit tanquā singularem. *Gratian. discept. forens. capit. 236. num. 50. & cap. 567. num. 25. latè Fontanell. de pact. nuptial. claus. 6. glos. 2. par. 4 num. 51. & tri-*
125 *bus seqq.* & tandem † supradictam esse obseruantiam totius Orbis in confesso est apud omnes, & perbelle attestata est Rota in egregia decisione *in illa causa Fanen. Dotis* 20. Nouemb. 1641. *coram* R. P. D. *meo Cerro.*

Quod vero dictum est supra hoc casu pro presumptione boni iuris deseruire posse sentētiam latam
126 ad fauorem actoris pauperis, † id intellige quamuis sententia sit suspensa per appellationem, cū ea
127 nedum suspendat sententiam, sed † imo operetur, vt appellans non videatur condemnatus, *l. 2. ff. de pæn* & in terminis, quod sententiæ suspensæ per
128 appellationem † suspendantur etiam, quo ad præsumptionem ipsius iustitiæ sententiæ, *dixit glos. in cap. dilecti filij de appellat. Innocent in cap. in præsentia de renunciat. & in cap. bonæ memoriæ num. 8. de elect. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67. num. 36. voluitque Rota in causa Visen. Recreationis 3. Martij 1625. coram bo. mem. Pirouano. §. Quia in præsenti vers. etiam, quo ad præsumptionem iustitiæ prioris sententiæ, &c. & in causa Romana Casalis Aguzani 27. Iunij 1640. coram* R. P. D. *meo Roias*, vbi dicitur appellationis effectum eum esse reponendi omnia in illo statu, in quo erant ante sententiam. Tamen quidquid sit, quo ad alios effectus, indubitatum
129 est apud omnes in casu nostro, ex † ea oriri talē præsumptionem iustitiæ, & rectitudinis valentem vt pauperi colligitanti sint præstanda alimenta, & sumptus litis, ita per celebrem textum *in l. si instituta §. de inofficioso testamento ff. de inoffic. testam.* firmant *Dec. in cap. quoniam contra, nu. 134. vers. quarto facit de probat. Alciat. de præsumpt. regul. 3 præsumpt 9 nu. 5. Couarr. pract. quæst. cap. 6. num. 6. vers. secundum quod Doctores*, & ita semper tenuit Rota, vt ex omnibus fere decisionibus in hac materia factis sat liquidò apparet, & amplia in his terminis non tolli præ-
130 sumptionem † boni iuris ex secunda sententia reuocatoria primæ, si prima fuit postea per tertiam confirmata, *ita respondit Rota in decis. 748. sub num. 2. part. 2. recent.* quando tamen sententia es-
131 set nulla, & iniusta, cum tunc nullum Iuris effectum possit producere, *l. 4. §. condemnatum ff. de*
132 *re iudic.* & nomen † sententiæ non mereatur, ideo tunc sine dubio non poterit allegari ad effe-
133 ctum habendi alimenta, † & sumptus litis, *Rota coram bo. mem. Card. Caual. decis. 467. numer. 2. vers. non potest resultare præsūptio boni iuris &c.*
134 nullitas tamen sententiæ ex defectu † transportationis actorum in his terminis non veniret attendenda, quia cum non agatur de illius confirmatione, vel reuocatione, sed ad effectum præsumptionis boni iuris, sufficit sententia sine actis,
135 † quia iustitia illius sententiæ inducitur incidenter (quo casu sufficit sententia sine actis, *vt in puncto pluribus relatis fuit dictum in causa Romana Saluiani 17. Maij 1613. coram bon. mem. Card. Sacrato est decisio 498. n. 2. supra par. 3. rec.*

Aduertendum quoque venit, licet fere DD. omnes exemplificēt, tunc adesse præsumptionem
136 boni iuris, † pro paupere, quando fuit lata prima sententia ad eius fauorem, *prout est text. in d. l. si instituta §. qui de inofficioso, & ibi notat Castren. Bald. Alberic. & Fulgos. de inoffic. testam.*
137 attamen exempla non † restringunt regulam, *l. damni infecti §. Sabinus, & ibi not. ff. de damn. infect.* Meritò idem est, si simus in prima instantia, & alia præsumptio subsit, quàm sententiæ la-
138 tæ, † quia æquitas *d. §. qui de inofficioso*, militat etiam in prima instantia, *vt clarè sentit Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 11. num. 2. vers. quia æquitas &c. & optimè id corroborat Hippolit. Riminald. consil. 377. num. 4 lib. 4. sensitq. Rota coram R. P. D. meo Cerro in d. Fanen. Dotis 20. Nouembris 1641. §. Demum non obstant multa, vers. sufficit sola præsumptio*, quæ oritur ex sententia, vel leuis, & summaria probatio, si agatur in prima instantia & nulla fuerit lata sententia, &c.

Nec illud præterire puto, quod sumptuum, &
139 † alimentorum prouisio lite pendente, (quidquid esset dicendum, quando plenaria fuisset cognitio) non præiudicat in causa principali, est text. *in l. penult. C. qui sunt sui. vel alien. iur.* Immo nec huiusmodi alimenta, & sumptus litis, quæ † lite pendente collitiganti subministrantur in sortem principalem nec minus in casu succumbentiæ restituuntur *l. 1. §. interesse ff. si mulier ventr. nom. in possess. mitt. & probat Afflict. decis. 252. nu. 4.* & ibi adducit disposita *in d. l. 1.* idest quando dātur alimenta ab hærede, vel substituto, mulieri prægnanti, ventris nomine missæ in possessionē, illa non repetuntur, si postea non reperitur prægnans &c. reliqua vide ibi, relatáque opinionem tenuit quoque *Boer. decis. 324. sub num. 3. vers. alimenta repeti non possunt*, si actor postea succumbat, nec si vincat computantur, vel deducuntur

cuntur ex sorte principali, *Angel. Aretin. in §. fuerat. num. 35. vers. aliud noto. Institut. de act. Mansuer. in pract. tit. de possess. num. 27.* vbi ait ita seruari in Parisiensi Senatu, idemque sensit *Rebuff. de sentent. prouisional. art. 3. glos. 1. nu. 22.* vbi dicit ita seruari vidisse in Curijs Franciæ refertque *Surd. in tractat. de aliment tit. 1. q. 124. num. 4. Ludouic. Molin. lib. 2. de primogenit. Hispan. cap. 16. numer. 42. & 43. Valasc. conclus. 1. num. 7. vers. nec teneri ad restitutionem alimentorum prædictorum, &c. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. tit. de aliment. conclus. 1. num. 45.* qui omnes fere affirmant dictam opinionem esse sequendam, *per text. in d. l. 2. §. interesse ff. si mulier. ventr. nomin. in possess. mitt.* prædictæq; opinioni etiam adhæret *Rota Rom. vt præsertim decisum habetur in causa Romana Bonorum de Ceulis 14. Nouemb. 1603. coram bo. mem. Francisco Penia, est inter eius a me imprimendas decisio 848. nu. 2. vers. alimenta*, quæ lite pendente, quæ loco prouisionis dantur, regulariter neq; imputantur, nec restituuntur, &c. Et prædicta
142 decisio loquitur in casu in quo † aderat decretum super præstatione alimentorum, & sumptuum litis, cui pars cauit de restituendo, & adiecta fuit
143 clausula arbitrio † Rotæ, quæ clausula cum intelligatur prout de iure, vt satis notum est, non fuit
144 intentio Rotæ grauare partes † contra dispositionem iuris cōmunis cum d. alimenta, & sumptus litis de iure non veniant restituenda, idque subditur procedere, quamuis in d. decreto adesset clausula sine præiudicio præstantis alimenta, &
145 sumptus litis, quia nullum † præiudicium dicitur ei illatum prædicta soluendo, cum probata paupertate, & præsumptione boni iuris rei, de iure teneatur ei prędicta subministrare, vt sæpè iam dictum est, & qui iustè cogitur, censetur quodammodo voluntariè consentire, *vt per Less. de iustit. & iur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. nu. 43. & differit Rota infra par. 6. recent. decis. 26. num. 4.*

Nec in aliquo titubare debemus, licet in text. *in d. l. 1. §. interesse ff. si mul. vent. nom. in possess. mitt.* super quo Doctores firmant supra relatam
146 opinionem, considerari possit aliqua † specialitas, scilicet fauore ventris prægnantis, nam id falsum est, cum ratio ibi sit generalis in omni-
147 bus, qui agunt ad bona † tamquam propria, & non habent aliunde, & ideo vbi militat eadem ra-
148 tio, ibi idem ius statui debet, non est enim † alleganda specialitas, vbi nulla extat ratio specialitatis, & bene id discutit *Surd. in d. tractat. de aliment. titul. 1. quæst. 24. nu 9.* vbi respondit etiam
149 ad illam regulam, vt † melius sit non alendum alere, quam fame necare eum, &c.

Constanter quoque persistere debemus in supra relata opinione, vt alimenta, & sumptus litis qui lite pendente dantur iure prouisionis, nec imputentur, nec restituantur, persistere debemus,
150 quamuis † *Couarr. practic. quæst. cap. 6. num. 7. vers. quartum id ipse*, non parum conetur persuadere contrariam opinionem esse veriorem, & ad hoc allegat *text. in l. cum autem. §. cum redibetur mancipium, ibi, quod tardius hominem*
151 *ei restituit. ff. de ædilit. edict.* vbi emptor † restituit non solum fructus, sed etiam, quod à venditore acceperat pro eo, quod mancipium tradidisset, atque ita addit, quod fuerat consecutus propter moram venditoris. Et insuper adducit coloratam, & primo aspectu satis vrgentem ra-
152 tionem, ne † scilicet inuitentur pauperes ad temere agendum, ea spe inducti, quod interim recipiant alimenta dum lis agitatur, quæ inde succumbendo eorum lucro cedunt & subdit hanc opinionem veriorem esse, nec vmquam vidisse contrariam admitti.

Non enim aduertit Couarr. textum ab eo allegatum *in d. l. cum autem*, loqui in actione redibi-
153 toria, † in qua ex natura illius actionis redibentur omnia cum suis accessionibus, quod non sic
154 est in casu nostro, † non enim ad diuersa fit illatio vulgata *l. Papinianus ff. de minor.* Ad illam vero coloratam rationem, seu inconuenientem ab eo consideratam ne scilicet pauperes inuitentur ad mouendum indebitam molestiam, &c. non lon-
155 ge est quærenda responsio, nam calumnia † omnis, & suspicio temeritatis in oppositū ducitur ex præsumptione boni iuris, quæ est omnino necessaria anteaquam Iudex actori decernat alimenta, & sumptus litis, vt iam dictum est supra, & sic
156 non intrabit talis præsumptio † sinistra; quandoquidem aut pro actore est sententia, vel boni iuris præsumptio, & tunc silet suspicio calumniæ, aut non extat, & tunc Iudex nullatenus decernit ea, insuper Couarr. propter illam eius erroneam
157 † opinionem passim à DD. increpatur, & præsertim *à Surd. in d. tractat. de aliment. titul. 1. quæst. 124. à num. 5. & à Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst 36 sub num. 37. vers. & hæc quidem sententia mihi magis probatur, quam opinio illa contraria eruditissimi Couarr. &c & ab Alexād. Trentacinq. variar. resolut. sub num. 45. vers. & reijcienda est opinio Didac. Couarr. qui contrariam tenebat, &c.*

Inuenio etiam Couarr. hac quoque de causa
158 sententiam sæpius † fuisse damnatam à Rota, & potissimum iam olim *in causa Toletana Matrimonij 23. Iunij 1564. coram bon. mem. Ioanne Card. Aldobrandino, & deinde in d. Romana Bonorum de Ceulis 14. Nouemb. 1603. coram bo. me Penia, vbi aliæ decisiones allegantur.*

Præterea ex supradictis non sine causa, firmare possumus, dum dicta alimenta & sumptus litis,
159 nec restituuntur, nec imputantur, ideo † frustratoria esset cautio de illis restituendis in casu succumbentiæ, vel computandis in sortem, si victoria
160 obtineatur, quia fieri † non debet, quod factum non releuat, *l. arbiter Calendis ff. de abitr.* & lex
162 non parum abhorret † actus frustratorios *l. vnic. C. de thesaur. lib. 10. l. prima in fin. ff. de mancip.* & hoc præsertim quando sumus, prout est casus
162 noster, in actis † iudicialibus, *ex allegatis coram bo. me. Coccino decis. 312. in fin. & coram bo. me. Card. Sacrato decis. 171. sub num. 3. supra par. 3. recent.*

Non ne cōsideramus quoq; quod arctare quem
163 in his terminis † ad cautionem præstandam, esset cogere ad impossibilia? quia ista alimenta, & sumptus litis ita demum subministrantur, si litigans non habet aliunde, & proinde si non habet
164 aliunde, † vnde se alat, & litiget, minus habebit vnde restituat, (& satis clarum est, præceptum impossibile non obligare. *l. impossibilium ff. de reg.*

reg.iur. cap.nemo potest.eod.tit. Abb.in cap.Odoardus num.7.in fin. & num.9. de solut. Felin. in cap. ad aures num. 1. de simon. & non ,in longe dissimilibus terminis respondit Rota in illa Romana bonorum 11. Decembris 1642. coram R. P. D. meo Carillo. §. Ea moti ratione, vers.præceptum enim impossibile non obligat. nã cũ paupertas &c.

Vlterius non ne si ille, cui alimenta, & sumptus litis debentur pauper esse debet, quomodo
165 ergo inueniet † cautionem ? nam paupertas nihil aliud significat, quam paruam partem,exiguũ patrimonium, & modicas facultates, Dicta est enim à nomine Greco πενία idest pauca pecunia, seu paruo lare. Vnde pauperes dicuntur,quasi parum potentes, & parum possidentes, & sic quid obligare non habent, si verò voluerit præstare fideiussorem, vir, qui pro eo fideiubeat, quis erit? & nescio an Couarr. qui tenuit, vt dicam infra, hoc casu idoneam cautionem esse præstandam, ipse pro habente parũ, aut nihil fideiussisset, Heu quotidie palpatur illud Eurip. in Medea.

Pauperem fugit quilibet procul amicus.

166 immo propinquus † pauperis vix inuenitur vllus, & tamen eos habet, vt non sine admiratione scripsit Comic. ille Græcus, aliaque circa hanc derelictionem pauperum dixi in annotat ad decisionem.6.à num.37.supra par.3. recent. Quippe
167 licet verum sit regulariter, cuique graue esse fideiussorem dare l.si is a quo. §. fin.ff.vt in possess. legat. Bald. in l.2. nu.6.ff de hæred. & action. rei vend & ibi Sa num.4. Padill. in l.si super possessione num.26. vers.Præterea neminem C.de transact. qui ad hoc textum expedit in l.2.§. Sed si dubitetur.ff.de Iudic. Surd.decis.279.num.13.vers. graue est cuique dare fideiussorẽ &c.& decis.205. nu.2.vers.necessitas fideiubendi dicitur onus &c. Barbos in l.diuortio §. interdum num. 16. ff.solut. matrim.& ratio est,quia vt post glos. in l.tertia §. quamuis in verb.quibus.ff.si cui plus quam per leg. falcid. inquit Bart. ibi, num. 3. difficile
168 est † inuenire fideiussores idoneos, sicuti notatur etiam in Auth. vt spons.in fin.Odofred in tractat. de curat.bon.dand.cap.7.num.70.vers. non est facile omnibus præstare fideiussorem. Ceuall. commun.contra commun. quæst.66.num.5.vers.difficile est inuenire fideiussorem. Hinc concussio, flagitatio, exactio in præbendis fideiussoribus, l.multis C.de princip.agẽt.in reb.l.fin.C.de priuileg. Scholar.lib.12.l.fin.C.de fer. Hinc quoque
169 dare fideiussorem appellatur † onus, l.cum non facile ff.si cui plusquam per l.falcid. §.item ex inquisitione. Instit. de satisdat. tut. contumelia, l.testamento.in fin.vbi Bald.ff. de testam. tutel. iniuria, grauamen, l. omnes §. in hac & l. orphanotrophos.C.de Episc. & Cleric. & detrimentum l.quoties sane in fin.C.de priuileg. Scholar.& refert Henrig. de fideiussor.cap.6.num.142.et seq.

Tamen, vt dixi, dum supradicta regulariter sunt vera generaliter loquendo, multò fortius id vsurpabit sibi locũ dum fidejussio præstãda est per pau
170 perem, meritoque multi DD. affirmant, inopem & † facultatibus destitutum impossibile censeri fideiussorẽ inuenire posse & præsertim considerãt Gutier.in l.nemo potest numer.243.ff. de legat.1. Angel.in l.4.ff.de vsufruct. Treuisan.decis.8.n.10 lib.1. Antonin.de Amat.variar.resolut.cap.53.sub num.10.vers. facultatibus destituto impossibile censetur fideiussorem reperire posse &c. Giurb. decis. Siciliæ 4.sub num.9. vers.fideiussorem inuenire in homine inope, & facultatibus destituto, impossibile censetur, &c. atque in puncto notat. Valasc. consult. 1.sub num. 7. vers. fideiussor pro paupere non reperitur.

Eoque magis absurditas augetur in casu nostro
171 quia † cautio non deseruiret, nisi de vento, nam pauper, vt iam probatum est, non tenetur nec ad restitutionem alimentorum, & sumptuum litis nec ad computationem in sortem, si victoriam
172 obtineat, & sic † iniustissimum esset illum propter impotentiam satisdandi, quæ satisdatio etiã in casu alias necessario propter paupertatem solet remitti Rauden.consil. 61.num.17 vol. 1. Castill.de vsufruct. cap.18.num. 10. & receptissimã esse sententiam affirmant Lancellott.Dec. Mars. Imol.& alij, cum quibus eam defendit, & hanc opinionem regulariter esse veram profitetur Barbos. in l. diuortio. §. interdum numer. 26. & 27. ff. solut. matrim. & vide Roland.consil 43.nu.21. lib.2. lite pendente cum alimentis, & sumptibus litis priuare, vt etiam aduertit Molin. de primogenit Hispan lib.2.cap.15.sub num. 44. vers. iniustissimum esset, &c. & consequenter etiam de-
173 serere litem, ac indiscussum relinquere † eius bonum ius iàm a Iudice delibatum., nec non pauperibus via iustitiæ præcluderetur, non est enim æquum neminem superfluis cautionibns onerare l.si is à quo: § si semel ff vt in possess. legat.

Nec opus erit diu insistere ad reijciendam cõ-
174 trariam sententiam Couarr. † pract. quæst. dict. cap.6.num.7. vers. dandam esse cautionem, vbi inquit esse receptissimum, vt danda veniat cautio idonea per eum, cui sunt subministranda alimenta, & sumptus litis, de eis restituendis, si succumbat, aut accepto ferendis, vbi victoriam repor-
175 tauerit. Motus enim fuit † Couarr. ad id firmãdum ex rationibus iam supra confutatis a n.151. Nescio quidem, vt retuli, si ipse Couarr. in tam
176 promptum periculum se † posuisset fideiubendo pro eo, qui parum, aut nihil habuisset, nec quidẽ placet concordia illa, quam ex Molin d.c.6.n.43.
177 adducit † Menoch. de præsumpt. lib. 1 quæst. 35. num.38. vt scilicet iuri, & rationi cõueniat, quod præstetur dicta cautio, cum conditione quatenus d. restitutio vel cõputatio de iure veniat facienda, cum sic vtrique parti consulatur. Quia respondetur id esse actum frustratorium, & ideo absit, vt admittatur in iudicio ex allegatis supra
178 num. 159. & vbi † Iudex suspicatur de calumnia, vel fraude, non debet alimenta decernere, prædictaque concordia Menoch. displicuit etiam Surd. in tractat.de aliment.d.titul.1.quæst. 125. num.4.in fin.

Tandem, vt finem reperiam, prædictam opinionem nõ arctandi pauperem, ad cuius fauorem
179 lite † pendente decretum fuit subministrari alimenta, & sumptus litis, ad præstandam aliquam cautionem, amplectitur, & sequitur Rota, vt apparet ex decisione in causa Romana Saluiani 17 Maij 1613. coram bo.mem.Card.Sacrato, est decisio 498 num. 3.supra part. 3. recent. vbi etiam reijcitur, damnaturque illa, & contraria sententia Couarr.

Couarr. pract. quæst. cap. 6. num. 7. de qua dixi supra num. 174.

Denique in hac materia animaduerto *text. in d. l. si instituta. §. de inofficioso ff. de inoffic. testam.*
181 vbi † prædicta conclusio, vt pauperi colligitanti,
& habenti præsumptionem boni iuris pro se à reo
diuite fint ei subministrāda alimenta, & sumptus
litis, nec verbum, quidem facit de danda prædi-
182 cta cautione, præterea † cum textus id non desi-
deret, nos id somniare non debemus, quia casu
quo cautio dāda est, iura bene de hoc mentionem
faciunt, *l. peto §. fratre ff. de leg. 2. Imperator. ff. ad Trebell. auth. qua supplicatio Cod. de precibus Imp. offerend. auth. hoc nisi. C. de solut. & in tit. vt leg. seu fid. numer. cauet.* vlterius nec quispiam
183 † interpretum *in d. §. de inoffic.* hoc requirit. Sed
etiam vbicumque propter compertam pauper-
tatem alimenta decernuntur, cautionem de his
184 restituendis, † vel computandis, dari non debet,
cum paupertas soleat à satisdatione excusare,
iuxta glos. in l. 1. ff. qui satis. cog. & facit Alberic. l. non debet. ff. quod met. caus. cum alijs allegatis supra num. 171.

Vnde generaliter loquendo, in illis casibus in
185 quibus cauendum est cum fideiussoribus, † & il-
le, qui cauere debet propter impotentiam fide-
iussorem inuenire non potest, & hoc prius per eū
iurato, se fideiussores idoneos non inuenire, quā-
uis summa tam per ipsum, quam per alios adhi-
bita diligentia nequiuisse. *Auth. generaliter. C. de Episcop. et Cler. glos. in l. 1. in verb. fideiussores ff. qui satisdar. cog. Clar. recep. opin. in §. fin. quæst. 46. num. 15. Emanuel Suarez. in thesaur. comm. opin. in litera F. num. 159. Horat. Carpan. ad Statut. Mediolan. part. 1. cap. 44. nu. 56. 57. & 58. Henring. de fideiuss. cap. 10. nu. 130. et cap. 18 num 119.* & tunc statur eius iuratoriæ
cautioni, *text. est not. b. in l. omnes vers. hac autem inclyta Vrbe vbi Bald. in 1. col. C. de Episcop. et Cler. Auth. de litig. §. sancimus. Auth. vt nulli iudic. § necessarium et §. si verò l. de die §. fin. ff. qui satisdare cogant. Auth. de nupt. §. quapropter vers. si vero non valde. l. in sacris. C. de sacr. prox. scrin. Odofred. de curat. bon. dand. cap. 7. nu. 70.* & hoc notat *idem* Bald. *in auth. cui relictum sub num. 7. et 8. C. de iudic. vid. toll. vbi Castr. inquit illum textum esse meliorem de iure ad declarationem l. sancimus. C. de verb. signif.* & con-
186 cludit, dum quis debet præstare † fideiussores,
releuatur ab illo onere, si non potest, vel cum ma-
187 gna difficultate præstare non valeat, cum † diffi-
cultas æquiparetur impossibilitati *l. Nepos proculo ff. de verb. signif. l. si seruus ff. de noxal. l. si peculium §. fin. ff. de stat. lib. l. diuortio in princip. ff. de*
188 *negot. gest.* & posse † non dicimus, quod cum dif-
ficultate possumus *glos. in §. pænales. Instit. de action. ideo Bald. in concl. 101. Quidam testis post princip. vol. 1.* dicit, quod si testes vnius par-
189 tis dicant, † vt non potuit accedi per talem locū,
alij quod commodè accedi non potuit, non di-
cuntur contrarij, quia posse verè non dicimus,
190 † quod cum difficultate possumus. Sed persisten-
do in terminis de quibus supra num. 185. videa-
tur etiam *Alex. in cons. 57. num. 7. lib. 3.* vt ait sa-
191 tis esse si quis iuret se credere, † non posse talem
fideiussorem de facili dare cum alijs doctè con-
gestis *per Becc. consil. 1. numer. 18. et adde Roman. consil. 439. num. 10. Practic. Papien. in forma respons. reconuent. action. real. in verb. debitè satisdare, et ibi addit. Lancellot. Conrad. in suo prætor. in causa Ciuili sub rub. de satisdat. nu. 2. Hipolit. Marsil. in rubric. ff. de iurisd. om. iudic. num. 123. et in l. 1. §. præterea numer. 166. Guid. Pap. decis. 50. num. 2. et decis. 189. num. 3. Roland. consil. 43. num 21. col 2. Crauett. cons. 289. Riminald. iun. consil. 48. num. 20. Bender. in tractat. de reuis. conclus. 7. per tot. Gaill. Obseruat. Imper. lib. 2. obseruat. 41. num. 9. Franc. Marc. dec. 496. part. 1. Rebuff. ad Gall. Constitut. tit. de sentent. execut. art. 1. glos. 16. Anton. sol. ad Constitut sub aud. tit. de sentent. executorial. ne sup. debit. gl. 3. num. 5. And. Clud. de sequestr. cap. 10. c. 18. Suar. tit. de los emplazam. §. 1. num. 7. et §. 7. numer. 8. cum alijs relatis per Tiraquell. de vtroq; retract. part. 1. §. 1 glos. 18. num. 49. et copiosius per Lud. Schard. de feud. part. 10. sect. 20. num. 295.*

192 Nam, & generale est in † omni actu requiri pos-
sibilitatem, etiamsi lex aliter disponeret, *l. cum tu, vbi Bald. C. de donat. ant. nupt. l. multum. C. si quis alteri, vel sibi cap. super de offic. delegat Dec. in consil. 298. col. 2. vers. prædictis tamen non obstantibus, et consil. 225. col. 2. vers. sed videndum, et in l. nuptias post nu. 8. de regul. iur. Afflict. decis.* 305. *num.* 7. Quod procedit etiamsi interuenerit
193 † promissio, quia numquam censetur promissum
id quod moraliter est impossibile, cum ea in du-
bio facienda sit interpretatio, vt id censeatur
194 † promissum, quod fieri potuit, quoniam absur-
195 da res esset, velle quemquam id † promisisse, quod
præstare non potest, vt probat *textus in l. nolle et in l. is potest, et in l. is, qui putat. ff. de acquir. hæred. Corn. cons. 102. incip. In causa copijs nu. 6. lib. 2. Crauett. cons. 807. incip. Cogit me numer. 6. lib. 5.* & magistraliter fuit ventilatùm, discussum,
nec non resolutum *in causa Cornetana Aquæductus 30. Martij 1609. coram bo. mem. Francisco Penia est decisio 1132. inter eius a me imprimendas à num.* 1. vbi fuit dictum, promissionem de-
196 ducendo † aquā vsque ad certum locum, ad quem
postea fuit compertum contra suum cursum na-
turalem ascendere non posse, quia locus vbi ori-
ginem, seu scaturiginem habebat aqua, erat lon-
197 ge inferior † loco eo, ad quem fuit promissum, vt
fons esset venturus, & ideo tamquam promissio
rei impossibilis nullatenus tenuit ad quā contro-
uersiam inuisendam, prout est consuetudo Rotæ
quando agitur de causis grauibus, & ponderosis
198 † ad locū differentiæ, scilicet ad Ciuitatem Cor-
neti se contulerunt ex ordine Rotæ bo mem. Ho-
ratius Lancellottus postea S.R.E. Cardinalis, &
d. bo. me. Penia d. Tribunalis Decanus, qui cor-
poraliter prædictam difficultatem inspexerunt, &
postea in Rota suam relationem fecerunt, *vt latius in d. decisione Peniæ habetur etc.*

Denuò amplia, eam regulam, vt in omni actu
199 requiratur possibilitas, † procedere etiam si adsit
promissio, & quidem iurata, ac quāuis iuramen-
tum obliget præcisè ad factum *cap. ad nostram el. 1. de iureiur. glos. in l. si pecuniam in verb. necesse habeas ff. de condit. caus. dat. Card. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 14. tit. 32. num. 4. Rot. decis.*
200 133. *num.* 15. *infra in sequenti part.* tamen † in-
telligi-

telligitur in his, quæ præcisè præstari possunt, vt discutit *Aym.cons.12.per tot.*

201 Iuramentum enim semper habet in se clausulam, † si potero, si DEVS voluerit, si † Principi placuerit, *vt notat glos.in can. Beatus Paulus 22. quæst.2.& in cap.venientes de iureiur.& in cap.1. eod.titul.in 6. Archidiacon. in can. auctoritatem 15.quæst.6.Bart.in l.fin.in princip ff.ad municip. & notatur in l fin.& ibi Ias.col.1.ff.qui satisdar. cog. Benincas.in tract.de priuileg. paupert. titul. de contractib.special.9.num.14.* Estque generale in omnibus contractibus, & promissione, ac fide

202 etiam iurata, † vt semper intelligatur præseruata authoritas, & factum Superioris. *vt in cap.venientes.cap.ea te. de iureiur. cap.significanti. de elect. l.fin.ff.ad municipal.gloss.penult. in cap. quæ contra mores, vbi Geminian. 8. distinct. Garzon. de Laud.meri iuris par. 3. quæst.9. num.7. Anton. Corset.de iurament.euident.1. num.47.* latè *Michael Palaez de maiorit.part.4.quæst.36.num.8. Gregor.Magal de securit.par.2.num.5.Bellamer. de permut.benefic par.7.quæst.2 num.21. Fortunat.Garz.de vltimo fin.Iur. num. 383.* & fuit resolutum *in causa Forosempronien. seu Eugubina bonorum emphyteuticorum 16. Iunij 1636. coram bo.me. Coccino.§ Aut denique, vers.videmus, quod in quibuscumque contractibus, & promissione, ac fide etiam iurata &c.* nec non iterum in eadem causa sub die *7.Maij 1638 coram eodem. §.Et tanto minus. vers. cum in omni contractu etiam iurato, semper censetur præseruatum factũ, & auctoritas superioris, &c.*

Verum, antequam terminem, aduerte conclusionem supra num. 185. firmatam, vt in obligato satisdare cum fideiussoribus, si eos non inuenerit

203 locus sit † iuratoriæ cautioni. Limita eam non procedere quando quis aliquod officium exercere debet, veluti si simus in tutoribus, & curatoribus, namque ipsi non admittuntur ad iuratoriam cautionem, ideoque si fideiussores habere non pos-

204 sunt, † ad tutelæ, vel curæ administrationem non admittuntur *l.2.C.de tut & curat.qui non satisd. l.fin.C.de arb.tutel.Bald in l.2.C.de vsu, & vsufruct.leg.& in cap coram num.9 ext. de offic. delegat & in cap.1. col.2. de procur. Roman. consil. 439.num. 10. vers. Secundo per text. Ias. in l.1. num.23.limit.8.ff.qui satisdar.cog.Ioan.Goddæus in tract. de contrahend. & committ. stipul. cap 5. conclus 21.num.298.Petr. Beccius de testam. coniug lib.5.cap.24.num.4.in fin.Mynsing. §.1.* & ibi etiam *Schneid.Instit.de satisd.tut.Treurlerus select. disput. lib. 2. disput.8. thesi 5.sup. littera B. And.Cludius de sequestr. cap. 10. num.12. Paul. Montan.de tutel cap.32.regul.7. num.13. Cepoll. cautel.14.Gaill.obseruat.Imperial.lib.2.obseruat. 47.num. 7. vers. tutor*, qui satisdare non potest ab administratione repellitur, etiam si cautionem iuratoriam offerat &c. *Federic. Schenck. in Viridar. conclus. 9. Thesaur. quæst. forens. lib.1. cap. 21. num.1.*

Tutores enim, & curatores præcisè (quidquid sit, quando sumus in tutoribus, vel curatoribus

205 testamentarijs) coguntur dare fideiussores † rem pupilli saluam fore. *l.legitimos 5.in princip. & ibi Bart.& DD.ff.de legitim.tut.l.1.2.3.4. & tot. titul.rem pupill.sal.fore.l.de creationibus 27.C. de epistol.aud.l.fin.§ sed cum antiquitas, & §.fin autem non talis.C.de curat.furios.l.si tutor.4. & ibi gloss.C.in quibus caus.in integ.restitut. necess.non est.l cum cognatos 3.& ibi Bald. C.de postlim. reuers.l.sancimus, & ibi Ofred.C.de administr.tut. l.de die 8.§.tutor. & tutor. ff. qui satisdar. cog. l. consilio 7.§.1.ff de curat.furios.l.muto 6.§.1.ff. de tutel.l.1.2.& tot.titul.C.de tut. & curat. qui non satisd.nos autem.* & ibi *Ang.Syluestr. Aldobrand. & DD.Instit.de Attilian.tut. cum alijs infinitis.*

Ratio quare in his, qui aliena negotia admini-

206 strant, & præsertim in tutoribus, & † curatoribus, satisdatio cum fideiussoribus omnino sit necessaria, est facilis, quia agitur de præiudicio tertij nẽpe Dominorum, pupillorum, minorum &c. ideo-

207 que † succurrendum est eis, ne absque ipsorum culpa detrimentum patiantur, præterea hic facit illa distinctio, aut is, qui cauere debet cum fideius-

208 soribus est suspectus † propter eius malos, & corruptos mores, & tunc stante tali suspicione, propter quam forsitan quilibet abhorret pro eo fideiubere, & tunc fideiussio necessario exigitur, nec iuratoria cautio satis est, licet impossibilitas inueniendi fideiussores allegetur *l filius familias.§. ijdem Principes. ff.de legat.1.l.si fideiussor.§. fin. vbi Alex num.6.ff. qui satisdar.cog.Ias.in l.1. nu. 21.ff.eodem.Bellon.consil.54.num.6.Bard.cons.1. num.20.Surd.cons.68.num.23. vers. non excusatur. Barbos.in l.diuortio. §.interdum nu.27 vers. est tamen aduertendum. ff.solut. matr. Thesaur. quæst.forens.cap.21. num. 7. Seraph. de priuileg. iuram.quæst.18.num.36.& 45. Baiard. ad Clar. §.fin.quæst.46.num.49.vbi post Iacob.* aduertit id bene esse notandum *Cost. remed.subsidiar.48.sub num.11.Vincent.de Franch.decis.317.nu.8. vers. vbi cautio fideiussoria non potest præstari propter malos mores &c.*

Vbi vero suspitio cessaret, locus iuratoriæ cautioni videretur, & in puncto, si tutor, vel esset

209 Persona † admodum fida, & honesta, tunc enim ille non tenetur satisdare. *d.l.legitimos 5. & ibi Bald. in 1.& 2.notab.ff.de legit.tutor. Ias. in l.1. nu.18. vers.secundo facit. ff.qui satisdar.cog. Hippolit.de Marsil.in rubric.ff.de fideiuss.num.282. Christophor.Porc.Institut.de legit.patr.tutel.num.4 Ias. in auth.iubemus num.3 C.de iudic.Anton.Diag. in tract.de tutor.& curat.quæst.7. num.28.Tiraquell in tract.de pœn.caus.51.num.41.* vbi inquit *textum in d.l.legitimos*, esse digito allegandum. Prædictaq. opinio potest confirmari per *textus in l.scire oportet 21.§ fin.ff. de tut. & curat. dat. ab his.l.suspectum 8.ff.de suspect. tutor. §. fin. & ibi Aldobrandin.& DD. Instit.eodem.* tum quia vir-

210 tus † hominis pro satisdatione habetur. *Rota in causa Romana computorum 10.Aprilis 1630. coram bo.me.Merlino, est infra in seq.part.dec.365.*

211 *num.48.* vbi dicitur, fideiussoris † locupletissimi loco est integritas insignis alicuius.

Vsque adeo, vt in ijs casibus, in quibus alioquin

212 satisdatio requiritur, sola nuda cautio † sufficiat, quando is, qui ad satisdandum tenetur, est honestæ vitæ, & probatæ fidei. *l.1.§.is autem. iun.gloss. in verb.qualitatem.ff.de rip.muniend. Bald. in cap.2. col.3.vers.quæro vtrum si dubitetur. extr. de iudic. cum alijs copiosè allegatis per Schar. de feud.part.10.sect.20. num. 349.* & post eum in puncto,

puncto, si tutor sit vir honestæ, & inculpatæ vitæ
213 † cautionem iuratoriam eo casu sufficere, si fideiussores habere non possit, ita tamen, vt Iudex annotet iuratoriam cautionem propter tutoris vitæ honestatem, & fidelitatem esse admissam. defendit cum caterua insigni Doctorum *Martin. Benekendorf.in addit. & not. ad Seraph. in tract. de priuileg.iurament.priuileg.18.nu.20.* Sed quis erit iste vir honestæ,& probatæ fidei, facilè quidē non erit reperire, ne dicam vna cum *Alciato, & alijs relatis ab Henrig.in tract. de fideiuss. cap. 1. num.47.* Hodie totum mundum esse diffidentiam,
214 & perfidiam,& si reperitur homo integer,inuenitur coruus albus, itaque potest exclamari, cũ illo Spartano ἔῤῥει τὰ καλά, hoc est, *perierunt honesta*, & vt iam olim dixit S.Cyprianus lib.2.epist.2.
215 *Consensere iura † peccatis, & cœpit esse licitum, quod antea publicũ erat &c.*ac ex nostris id refert *Ann.Robert.rer.iudicat.lib.1. cap.7.* circa finem, arridentq. Diuina illa Oracula. *apud Ioann.Apost. lib.1.epistol.5.* ibi, *Totus mundus in maligno positus est &c.*& Regius Propheta Dauid in Psal.13. ait. *Non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum &c.* Pluraque si in hac materia desideras consule *Cassan.in consil.1.à num. 62.* vbi inuehit contra sui temporis Prælatos, Clericos, Iudices, Aduocatos, Parentes, Mulieres, Iuuenes, Senes, &c. Hic enim ponam digitum meum super os meum,tantoque magis quia de omnibus benè sentio, cum id ingenui animi sit *vt inquit Orator Romanus*, & facit *text in can. absit, vt quidpiam sinistrum de his arbitremur 11. quæst. 3.* Verum tamen non omnibus ita indifferenter credendum est,quoniam teste sene illo Plautino,

216 *Qui cauet, ne decipiatur, vix cauet,cum etiam cauet*
Etiam cum cauisse ratus, sæpe is cautor captus est.

Sed relicta materia ista, illud tantum ex supe-
217 rius dictis inferre intendo, si tutor, vel † curator non inuenerit idoneum fideiussorem, dum integer vitæ erit,vix est, vt ille non videatur velle tutelam, ne se in alienis negotijs immisceat, idque omnes DEVM timentes abhorrent, vt dicam infra, quæ abhorritio est magnum probitatis signum vnde illa vulgata, *attende tibi, viue tibi, rem tuam custodi*, vt admonuit sapiens ille Cato Vticensis. Casus vero,quo tutor curiosè instaret
218 admitti ad iuratoriam cautionem ex eo, quod † fideiussores non inueniat, & tunc nisi, reperiat eos idoneos tamquam suspectus repellendus venit ab administratione tutelæ. Et hic detur mihi licentia, vt insurgam.

Contra falsos,& indignos tutores, seu lupos ra-
219 paces,& † quod peius est sub titulo pastoris, fictè, & latenter eorum rapacitatem fidelis guberna-
220 tionis superficie tegunt, & benè † consuluit, (alibique dixi) *Bald.in consil 386.in fin.lib.1.* scilicet cauendum esse, ne vulpina simplicitas comedat pecus. Audiamus obsecro præclarum monitum Alan.de Parabol.

221 *Non teneas aurum, quod totum splendet, vt aurum*
Nec pulchrum pomum, quodlibet esse bonum.
Nec est in multis virtus, quibus esse videtur
Decipiunt facta lumina nostra suis.
222 *Plus † aloes, quã mellis habent in pectora tales,*
Quos sanctis similes simplicitate putes.

Et loquendo de supradictis tutoribus, isti sunt illi, qui tutelas captant, & venantur non ad commo-
223 dum pupillorum, † sed vt hydropica faciant sua marsupia, deuorando, dissipando, & sibi appropriando substantiam miserorum pupillorum, & de his iure conqueritur *Iustinianus Imper.in §. Quoniam.Auth vt ij.qui oblig.se hab. 5.* ibi, *quæ minorum sunt, impiè in se vertere &c.* & melius *in §.omnia 1. Auth. eod.* ibi, *Quid enim homo ad malitiam semel deditus, non adinueniat, vt minorum res propria s faciat &c.* & contra eos sæpe expostulata est Rota, & præsertim *coram bo. me.* Merlino *in Maceraten.redditionis rationis 21.Iunij 1641.vers.vt persolutis huiusmodi debitis cum bonis pupilli, ipse tutor euaderet immunis &c.* meritoque contra prædictos irruendum esset tan-
124 quam contra publicos † latrones, & eadem pœna plectendi venirent, nam omnia iura contra eosdem clamitant. *vt in tot. titul. ff. rem pupill.saluam fore &c.*

Et peiores sunt ipso maledicto Sathana, imò,
225 & † horrendiores, nam Diabolus se ex natura hostem nostrum & aduersarium præsefert, isti vero, sese vt veros amicos, & fautores ingerunt cum pupillis, & quasi se parentum affectus referre simulant, interim tamen,vt exitus acta probat, re ipsa latrones, & grassatores sese produnt; nam teste *Marco Tullio*, duobus modis fit iniuria
226 aut † vi,aut fraude, vtrũque quidem debet esse ab homine alienissimum,sed fraus est odio digna maiori,& facit *text.in l.3. §.si quis volentem ff. de liber.hom.exhib. & in l.1.§. persuadere ff. de ser. corrup.* & ex sententia *Aristot. lib. 9. Ethic.* Qui
227 fingit se amicum,& non est, † peior est eo, qui falsam monetam facit. Nullum porrò grauius malum est, quàm quod sub boni specie delitescit, &
228 & vt dicit *Senec. in prouerb.* Malus, † dum se bonum simulat, tunc est pessimus. Nam,& simulata bonitas,duplex est iniquitas, ac teste Quint. Curt.

229 *Non satis est tutum mellitis credere verbis;*
Ex hoc melle solet pestis amara sequi.

Quare admonuit paternè Stoicus ille Romanus, eundem Senecam dico in epistol. HOMINEM MALVM BLANDE LOQVENTEM, AGNOSCE TVVM LAQVEVM ESSE, &c.

Atque hæc sufficiant,dixisse contra iniquos tutores,aliosque impios administratores; ne modestiæ terminos transeundo peiora his asserere sim coactus.

230 Solum tamen rogabo Iudices, † vt in decretando tutores pupillis,aduertant non solum (quando scilicet est locus datiuis) inquirere, et discutere, an sint habiles fide,moribus,doctrina &c. *vt considerat glos.in §.sed ex his. Instit. de Attilian. tutor.cum alijs allegatis à Rota coram Card.Sacrato in causa Romana Tutelæ de Boncompagnis 24. Maij 1619.est decisio 116.num.3.vers.an sint pares oneri eis iniungen.&c.* supra in præcedēti parte, sed etiam optimum erit, ante oculos semper habere

bere aureum illud præceptum eis datum à Modestino I.C. *in l.scire oportet 21. §. eos, qui 2. in fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. ibi. Semper maximè hoc obseruent Magistratus, ne creent eos, qui seipsos volunt ingerere, vt creentur, quique pecuniam dant, hos enim, & pœnæ obnoxios esse, lege promulgatum est, &c.* & quamuis *glos. ibi, in verbo ingerere*, videatur id limitare, quando ille,
231 qui se ingerit aliàs est idoneus, † tamen quidquid sit, non mihi ita facilè persuadeo, data hac idoneitate, & maxime si DEI timorem habeat, quærat se in tutela intromittere, vt creetur, immo nec, quasi ne dicam, per vim tale officium subibit, cum certò sit certiùs, id quod animaduertit prudenter *Imperator in §. quoniam. Auth. ij, qui oblig. se habe. &c.* loquendo in terminis curatorum idoneorum, ibi. QVICVMQVE DEI MEMORIAM HABENT AD CVRAM DIFFICVLTER ACCEDVNT, &c. *& ibi glos. in verbo difficulter*, simpliciter ait, eos esse suspectos, qui se ingerunt, & adducit *textum in l. vxori §. 1. ff. ad l. Cornel. de fals. & in l. quæ omnia, ff de procurat.*

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. COCCINO.

Cæsenaten. & Ariminen. bonorum allodialium.

Veneris 4. Iulij 1625.

ARGVMENTVM.

Testator instituendo hæredem aliquid, puta Collegiũ, quod adhuc non est in rerum natura, quia erigendum est, an si executores testamentarij immissionem in bonis defuncti petant, quando reijciatur talis petitio, & quando veniant immittendi, & quo remedio illam petere possint. Obitus testatoris qualiter possit probari per hæredem, & qualiter identitas bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Testator, si instituat hæredem Collegium erigendum, executoribus testamentarijs non videtur debita immissio ante erectionem eius,*
2 *Quod verum intellige, si executores peterent immissionem ex propria persona, quia non sunt hæredes, secus si agerent tanquam curatores hæreditatis, cum sint loco hæredis. num.3.*
4 *Curatoribus hæreditatis competunt omnia remedia, quæ competunt hæredibus.*
5 *Executori testamentario, quando est loco hæredis debetur immissio ex remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollend.*
6 *Executores testamentarij, quando substineant vices hæredis.*
7 *Executores testamentarij, si non sint loco hæredis, ac exequi debent aliquod pium opus, tunc debetur eis immissio ex officio Iudicis.*
8 *Immissio executori testamentario, qui est loco hæredis, debetur exhibito testamento in actis non abolitum, neque cancellatum, aut aliqua parte vitiosum.*
9 *Obitus alicuius probari potest ex confessione partis aduersæ, dum tanquam hæres ab intestato se in possessionem bonorum intrusit.*
10 *Obitus alicuius præsumitur per dictionem quondam.*
11 *ad Immissionem bonorum hæreditariorum obtinendam dubium est, an sufficiat sola exhibitio testamenti.*
12 *Mors, quando sit probanda ad obtinendam immissionem, vltra testamenti exhibitionem.*
13 *Identitas bonorum hæreditariorum satis dicitur probata, dum pars aduersa illorum possessionem cœpit tamquam hæres.*
14 *ad Immissionem obtinendam, vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. sufficit docere de possessione defuncti, absque alia probatione dominij.*
15 *Hæres ab intestato non dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem scripto, cum non habeat titulum, cum constet de testamento.*
16 *Titulus apparens, si verus sit, valens est ad excludendum hæredem ab immissione.*
17 *Immissionem deberi, si pronuncietur, & quod procedatur ordinariè, & non executiuè, id non repugnat.*

DECISIO DCXVIII.

EXEQVVTORES testamentarij bo. me. Card. Nazareni petebant immissionem in bonis allodialibus per dictum Cardinalem relictis; vnde difficultas fuit restricta ad quatuor capita. Primo scilicet, vt videretur, An adsit persona legitima, quæ petat immissionem. Secundo quatenus sic, ex quo remedio debeatur immissio. Tertio, An concurrant incumbentia ad immissionem. Quarto, An adsit legitimus contradictor, itaut non possit procedi executiuè.

Circa primam difficultatem facere videbatur, quia dictus Cardinalis instituit Collegium erigen-
1 dum, † quamobrem videbatur dicendum exequutoribus ante erectionem nõ competere immissionem. *Ang. de Perus. cons. 135. num. 1. vers. ad primum. Menoch. de adip. remed. 4. num. 271.* nihilominus fuit dictum quod obiectum procederet, si exequutores
2 peterent † immissionem ex propria persona, quia non sunt hæredes, secus autem, prout in casu nostro
3 vbi agunt tanquam Curatores hæreditatis, † quia sunt loco hæredis quapropter competunt illis om-
4 nia remedia competentia † hæredi, vt declarat *Angel. in tract. de acquir. poss. quæst. 15 art. 7 num 93. & 94. & dicto cons. 135. num. 1. in fine vers. quando autem.*

Circa secundum ex quo scilicet remedio debea-
5 tur immissio dicendum est, vel † ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen.* quod debetur etiam exequutori testamentario, quando egit nomine prædicto *Bart. in dicta l. fin. num. 12. vers. & idem quaro. Ias. num. 15. vers. & idem. Sebast. Lap. num. 56. qui communem dicit. Zuccard. num 252. & seq. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 667. & seq. Ang. in tract. de acquir. poss. dicta quæst. 15. art. 2. num. 22. & seq.*
6 & nimirum ratione, quia † huiusmodi exequutores sustinent vices hæredis. *Bart. in l. hæreditas la 2. n. 2. ff. de hæred. instit. Alex. cons. 98. num. 10. lib. 2. Rip. in l. Centurio num. 105. ff. de vulgar. & pupill.* Vel exequutoribus debetur immissio officio Iudicis, & conditione, *ex l. nulli C. de Episc. & Cleric.* si non
7 habentur loco hæredis ad hoc, vt exequi possint piam voluntatem defuncti. *Angel. de Perus. d. cons. 135. sub num. 1. vers. Quod autem remedium.*

Circa tertium, An, videlicet, concurrant incumbentia, ex quibus debeatur immissio, affirmatiuè fuit resolutum, nam fuit exhibitum testamentum in
8 † actis non abolitum, neque cancellatum, aut aliqua parte vitiosum. *Bart. in dicta l. fin. nu. 15. Castr. num. 24. vers. è converso Iapia nu 7. vers. 2. est Mant. in prima lectura num. 197. Bald. num. 42. in fine vers. ita considerat*, obitus Cardinalis, vltra quod sa-
9 tis clarè innotescit, probatur etiam † ex confessione partis, quæ vti hæres ab intestato se in possessionem intrusit, in cuius instrumento nominat Cardinalem
10 per † dictionem quondam *Bald. cons. 407. num. 9. vers. tangit, & 4. vol. 1.* præterea est etiam quæstio.
11 An sola † exhibitio testamenti sufficit ex adductis per *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 667. & seq. qui num. 669.* distinguit, quod si testamentum fuit datū
12 à Notario, præuio † Iudicis decreto, non sit probanda mors, alias secus, identitas bonorum, in
13 quibus petitur immissio satis probatur, † ex quo eadem pars aduersa illorum possessionem cæpit, vti hæres ab intestato eiusdem Cardinalis, & ex donatione illi facta per Cardinalem cum reseruatione vsusfructus, quam donationem postea reuocauit, & quod reuocare potuerit resoluit *Rot. in causa Romana donationis 6. Februarij 1613. corā Reuerendiss. D. meo Patriarcha*, & ex quo pars vigore huius donationis cæpit possessionem ad quem effectum satis
14 est, † quod ipsa possessio Cardinalis probetur absque eo quod sit opus probare dominium, *ex allegatis per Menoch. de adipisc. remed. 4. à num. 268. vsque ad 373.*

Circa quartum & postremum caput. An scilicet adsit legitimus contradictor ad impedien. immissio-
15 nem, & detur appellatio suspensiua, aut † nititur possessione capta ab intestato, & deficit titulus cum constet de testamento *l. antequam C. comm. de success. l. quamdiu la 2. & l. nec is §. fin. ff. de acquir. hæredit l. quamdiu ff. de reg. iur.* quare ex isto capite non potest prætendi titulus.

Aut verò nititur titulo donationis, & maior surgit difficultas, licet enim Rota resoluerit Cardina-
16 lem potuisse illam reuocare, nihilominus adest † titulus apparens, qui si verus esset hæredem excluderet, iuxta notata per *Gabr. cons. 45. num. 25. 28. & 29. & cons. 46. num. 6. lib. 1.* sed fuit consideratum quatenus pars aduersa legitime se opposuit duplex adesse iudicium, possessorium, nempe, exequutiuū, & Ordinarium. Vnde fit quod dato quod esset danda appellatio, non ideo iudicium deberet effici petitorium, sed remanet possessorium ordinarium, qua
17 † propter non repugnat quod pronuncietur immissionem deberi, & quod tamen procedatur ordinariè, non exequutiuè, *vt fuit resolutum in causa* Bergomen. *Cappellaniæ 28. Febr. 1625. coram D. meo Patriarcha Hierosolymitano.*

Et ita conclusum vna tantum parte informante, &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Colimbrien. Canonicatus.

Vener. 4. Iulij 1625.

ARGVMENTVM.

Vacatio beneficiorum ex quibus sufficienter dicatur iustificata, & maximè, quando talis vacatio prouenit ex delicto hæresis, cum officium Sanctæ Inquisitionis non soleat communicare acta sui Tribunalis. Beneficiorum vacatio eo ipso dicitur inducta propter nefarium crimen hæresis, & quid hoc casu deseruiat sententia declaratoria priuationis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij vacatio ob priuationem quando sufficienter dicatur iustificata.*
2 *ad Immissionem possessionis vacantis beneficij agitur vt eam obtineat sufficiunt leuiores probationes, Quod verum intellige, quando si non agatur de alterius præiudicio.*
3 *Tribunal officij Sancta Inquisitionis non solet communicare acta in eis facta.*
4 *Probatio leuior sufficit, stante difficultate probationis.*
5 *Narratiua, quando fuit facta per verba alternatiua, sufficit vnam tantum ipsius alternatiuæ partem fuisse iustificatam.*
6 *Beneficiorum priuatio inducitur ipso iure propter crimen hæresis.*
7 *Et ista est verior, & probabilior opinio.*
8 *Sententia condemnatoria non priuat hæreticum beneficijs, sed pronunciando aliquem hæreticum, declarat etiam statim illum in ipso lapsu in hæresim priuatum fuisse ipso iure quibuscumque beneficijs.*
9 *Gratiæ inscriptio non respicit substantiam gratiæ, sed illius executionem.*
10 *in Gratijs clausula inscriptionis apponi solet ad euitandam calumniam impetrantis.*
11 *Res, quando dicatur deuenire ad statum, à quo incipere non possit.*
12 *Conditio, quando est purificata, perinde est, ac si dispositio ab initio fuißet pura.*

DECISIO DCXIX.

FVIT resolutum gratiam D. Antonij Sarayua esse iustificatam; Nam quod Ferdinandus vltimus possessor de tempore gratiæ fuisset in hæresim prolapsus, & in carceribus Sanctæ Inquisitionis Colimbrien. detineretur, & ob ipsum hæresis crimen iam Canonicatu, & alijs beneficijs per sententiam diffinitiuam à Iudicibus illius Sacri Tribunalis priuatus fuisset, seu priuandus veniret, probatur in testibus deponentibus de publica voce, & fama, de quibus in Sum. D. Antonij num. 3. & 4. Et ex litteris missiuis ipsiusmet D. Emanuelis, & narratiua per eundem facta in gratia à Sede Apostolica impetrata eodem Sum. num. 2. Ex quibus maximè simul
1 iunctis visum fuit † gratiam quoad vacationem ob priuationem prædictam esse sufficienter iustificatā, cum enim hodie non agatur contra ipsum Ferdinandum, qui iam decessit, nec de præiudicio alterius prouisi ab Ordinario, vel alterius possessoris, sed so-
2 lum ad effectum obtinendi immissionem † ad possessionem vacātem sufficiunt leuiores probationes, iuxta tradita per *Mantic. dec. 71. num. 6. Rota decis. 653. num. 3. vers. quod procedit par. 4. diuers. Gonzal. ad reg. 8. glos. 11. nu. 103. & 104. cum seq. Garz. de benef. par. 6. cap. 4 num. 23.*
3 Præsertim quia † agitur de probanda priuatione facta per officium S. Inquisitionis contra hæreticam prauitatem, quod acta sui Tribunalis communica-

re

re non consueuit, vnde propter difficultatem proba-
4 tionis etiam leuior † probatio admitti debet, vt per *DD. in l. 1. §. si dubitetur, ff. quemadm. testam. aper. Corn. cons. 204. num. 4. lib. 3. Rot. decis. 53. num. 2. & 5. par. 2. & decis. 666. nu. 31. lib. 3. par. 3. diuers. Gonzal. d. glos. 11. nu. 103.*

Neque obstat id, in quo præcipuè insistebant scribentes pro D. Emanuele, nempe quod D. Antonius in supplicatione Papæ porrecta enarrauerit, quod dicto Canonicatu, & præbenda alijsque beneficijs à Iudicibus supradicti officij S. Inquisitionis per sententiam diffinitiuam desuper latam priuatus fuerat, idemque Canonicatus, & beneficium propter huiusmodi priuationem vacauerant, seu vacabāt quod tamen nullo modo fuit probatum. Nam
5 placuit responsio quod † dicta narratiua concepta fuit per verba alternatiua, nempe quod fuerat priuatus per sententiam, seu priuandus veniebat, & consequenter sufficit vnam tantum ipsius alternatiuæ partem fuisse iustificatam *vulgata regula in alternatiuis, de reg. Iur. in 6. vt fuit dictum in Placentin. Canonicatus 12. Nouembris 1607. coram Iusto*, ex supradictis enim sufficientur cōstat dictum Ferdinandum, tanquam hæreticum, fuisse saltem postea per S. Inquisitionis officij Iudices effectualiter condemnatum, ac beneficijs priuatum, immo beneficia ipsa etiam ante sententiam vacasse, cum propter hæresim iuducatur priuatio ipso iure, vt
6 probat † *tex. in cap. cum secundam leges, & in cap. vt commissi, §. priuandi de hæret. in 6. & ibi Io. Andr. Franch. & alij communiter quam opinionem tenet etiam Abb. in cap. inter dilectos, num. 11. de excess. Prælat. Prob. ad Monach. in cap. alma mater, num. 8. de sent. excomm. in 6. Biaz. in pract. crimin. cap. 114. num. 2. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 8. nu. 4. Azor. lib. 8. Institut. moral. cap. 3. quæst. 3. & 8. Cassad. decis. 14. super reg. num. 1. Rot. decis. 728. num. . & 2. par. 3. lib. 3. diuers. & communem dicit Paris. de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 1. numer. 60. & 66.*
7 & vti † veriorem, ac probabiliorem amplectitur *Sanchez sup. decalog. lib. 2. tom. 1. cap. 26. n. 6. Farinacc. de hæres. quæst. 189. §. 6. num. 27. vbi in fine monet. vt ab hac opinione non recedatur*, Et sen-
8 tentia condemnatoria non priuat hæreticum, sed pronunciando aliquem hæreticum, declarat, etiam statim illum in ipso lapsu in heresim priuatum fuisse ipso iure quibuscumque beneficijs Ecclesiasticis.
9 Quæ dicuntur de inscriptione gratiæ † non respiciunt substantiam gratiæ, sed illius executionem, & ideo non videtur necessaria contra iam priuatum ipso iure, sed solum quando Ferdinandus fuisset per Iudices priuandus. Et demum videtur etiam cessare difficultatem stante ipsius Ferdinandi condem-
10 natione, & priuatione, quia cum clausula† inscriptionis apponatur ad euitandam calumniam impetrantis. *Gomes. supra regula de subrogandis quæst. 7.* ea prorsus cessat post condemnationem, & rem iudicatam, saltem executioni demandatam, quia
11 † res deuenit ad eum statum à quo incipere non potuit, & purificata conditione perinde est ac si di-
12 spositio ab initio † fuisset pura *Dec. cons. 551. nu. 7. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. nu. 27. vers. & quamquam latè Rota in Burgen. Canonicatus 20. Aprilis 1597. coram Card. Pamphil.*

Cætera verò narrata plenè sunt iustificata, & ab Emanuele non impugnabantur.

Et ita vtraque parte informante &c.

Confirmata fuit præsens decisio à Rota coram eodem bon. me. Merlino sub die 23. Ianuarij 1627. erit infra in Appendice.

REVERENDISS. COCCINO.

Bergomen. Pensionis.

Veneris 7. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Pensio quando est reseruata beneficio pleno, quæ propterea dicitur sine causa & fuit appositum solitum decretum in reseruatione, scilicet quod si Titularis in eius vita & realiter, & cum effectu non persoluerit pensionem, reseruatio nulla sit eo ipso, dubitatur modo, cum onus id probandi spectet ad pensionarium, quando non dicatur prædictam conditionem probasse, & præsertim defecisse in probatione integritatis pensionis, & reijciuntur non nullæ excusationes.

SVMMARIVM.

1 *Pensio si sit reseruata sine causa, & cum solito decreto, vt pensio realiter, & cum effectu persoluatur, alias reseruatio sit nulla ipso iure,*
2 *Tunc onus id probandi, spectat ad pensionarium, vt ea reseruatione possit se iuuari in petitorio.*
3 *Decretum irritans inducitur ex annullatione actus.*
4 *Literæ, vt probent, debent esse in forma probanti.*
5 *Solutio, si non doceatur quo nomine fuerit facta, non releuat.*
Probatio dubia non iuuat, nu. 5.
6 *Coniecturæ, non concludentes, non attenduntur. Coniecturæ ex alijs coniecturis eliduntur.*
7 *Verisimilitudo in materia probationum non parum attenditur.*
8 *Probatio plena, quando non adducitur, nec coniecturæ sufficientes, tunc aliquid concludenter non potest dici probatum.*

DECISIO DCXX.

HAEC pensio fuit reseruata beneficio pleno, quæ propterea dicitur sine causa sub die 12. Maij 1619. & Titularis, qui consensit reseruationi pensionis obijt 19. Februarij 1621. quæ quidem pensio cum debuisset solui in duobus terminis, scilicet, in festo S. Ioannis, & Natiuitatis Domini de tempore obitus Titularis erant elapsi tres termini, & tamen non ostenduntur quietantiæ nisi pro duobus vltimis terminis, non autem pro primo. Quare dubitaui An huiusmodi reseruatio pensionis suf-
1 fragaretur † pensionario, & negatiuè fuit resolutū stante decreto apposito in reseruatione dictæ pensionis, videlicet, quod si Barzizius Titularis in eius vita, & quamuis Canonicatum obtinuerit pensionem realiter & cum effectu non persoluerit, reserua-
2 tio nulla sit eo ipso, † quare onus probandi pensionem integre fuisse solutam, vt possit se iuuare in petito-

titorio, spectat ad pensionarium, *vt fuit resolutum in causa Lucana pensionis 26. Nouembris 1617. coram R. P. D. meo Pirouano, & in causa Spoletana pensionis 24. Ianuarij 1622. coram R. P. D. meo Vbaldo*, & propterea cum non doceat de integrali solutione, intrat decretum appositum in reseruatio-
3 ne, quod ipsa reseruatio † nulla sit, quæ verba habent vim decreti irritantis, & irritant, & annullant actum *Io. de Salas de legib. disput. 16. sect. 1. nu. 1.*

Neque est verum quod primus terminus fuit excomputatus in expeditione Bullarum, quia hoc non probat pensionarius, prout tenetur probare, dum enim hoc conatur deducere ex Epistola cuiusdam Francisci Magninatti sollicitatoris directa Titulari vna cum computo expensarum. Primò non proba-
4 tur huiusmodi litteras esse informa probanti. Secundo sollicitator refert se recepisse scut. 50. à quodam franco pro expeditione bullarum, & cum non
5 constet quo nomine † soluerit Francus, ista probatio tanquam dubia non releuat, *cap. in præsentia de probat.*

Neque etiam releuant coniecturæ adductæ videlicet verisimilitudo, quod si primus terminus non fuisset excomputatus in expeditione bullarum fuisset solutus, sicuti secundus, & tertius maximè cum pensionarius habitaret cum Titulari, quia fuit re-
6 sponsum † huiusmodi coniecturas non concludere, & in omnem euentum illas tolli ex quo primus terminus erat scutor. quindecim & sic non sufficiens ad expeditionem bullarum, cuius impensa ascendebat
7 ad scut. 58. & † propterea si ad huiusmodi computũ fuisset retentus primus terminus vtique & alij pro integra solutione fuissent retenti. Vlterius fuit etiã animaduersum quod Pensionarius erat creditor Titularis in scut. 200. occasione officiaturarum pro dicto factarum, vt patet ex computis solidatis cum hæredibus, & sic apparet quod aderant alia compu-
8 ta inter Titularem, & pensionarium † vnde pernecesse non potest coniecturari quod solutio expensarum fuerit facta per Titularem ad computum primi termini.

Ex quibus cum nec probatio plena solutionis pẽ-
9 sionis nec † coniectura sufficiens afferatur, fuit resolutum non constare de reseruatione pensionis, quæ suffragetur.

R. P. D. VBALDO.

Bononien. pecuniaria seu Capitalis.

Lunæ 10. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Contra fideiussorem absque alio processu potest exequi sententia lata contra principalem, si in iudicatum transiuerit. Sententia transit in rem iudicatam, dum ab ea intra decem dies à principali non fuerit appellatum, nec ab alio de eius mandato, & quid si fuerit appellatum sine mandato, & à principali id postea fuit ratificatum, quando id iuuet, & quando secus. Contractus, quando non possit dici nouatus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem debitorem, si in iudicatum transeat, potest executioni demandari etiam contra fideiussorem.*
2 *Et hoc quoque absque alio processu.*
3 *Sententia indubiè dicitur transitum facere in rem iudicatam, quando intra spatium 10. dierum non fuit appellatum à principali nec ab alio de eius mandato.*
4 *Appellatio interposita à tertio etiam absque mandato iuuat, quando ea fuit ratificata à principali.*
5 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
6 *Sententiæ latæ quis præsumitur habuisse scientiã, mediante citatione sibi facta ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosecutione.*
7 *Ratificatio, vt suffragetur, requiritur, vt sit facta intra legitimum tempus.*
8 *de Sententiæ validitate non est dubitandum, quando fuit lata seruatis seruandis.*
9 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
10 *Contractus non potest dici nouatus quando partes conuenerunt, vt firmum remaneret.*
11 *Nouatio excluditur stante compatibilitate contractuum.*
12 *Contractus, quando dicantur diuersi ratione summæ, & ratione causæ, & nu. 13.*
14 *Exceptio non adimplementi non habet locum in contractu diuerso.*
15 *Præscriptio statutaria Bononiæ non comprehendit instrumentum iuramento vallatum.*
16 *Solutio, quando fuit destinata in certo loco, hoc casu statuta illius loci sunt attendenda, non autem loci iudicij.*
17 *Reformatio fel. rec. Pauli Quinti probibet Notarijs recipere in fideiussores Curiales fauore creditorum.*
18 *Non autem tollit fidem instrumentis si Curiales recipiantur in fideiussores à creditoribus.*

DECISIO DCXXI.

DOMINVS Alexander Burdonus de anno 1592. vendidit partem capitalis ad exercitium conductionis mercium D. Vincentio Piccigotto pro lib. 3271. quas per Instrumentum iuratum infra certum tempus Bononiæ soluere promisit, vt in Summar. num. 1. sed cum dictus Vincentius statuto tempore promissa non adimpleret, fuit vti suspectus de fuga hic in Curia ad instantiam Alexandri pro pretio dicti capitalis soluendo carceratus, & qui cum dedisset in fideiussorem de stando iuri, & iudicatum soluendo, D. Flauium Gualterium, fuit à carceribus liberatus, sed cum adhuc Vincentius differat solutionem, fuit contra illum motum Iudicium, & obtenta sententia, quæ fecit transitum in iudicatũ & ideo fuit relaxatum & expeditum mandatum etiam contra Gualterium fideiussorem de soluen. iudicatum, & fuit cæpta exequutio, qui adita Signatura, commisit causam in Rota cum facultate procedendi ad legitimam executionem, quod dubium cum fuerit vtraque parte informante per plures vices discussum, fuit tandem resolutum ad fauorem Burdoni, quod sit procedendum ad executionem contra Gualterium fideiussorem, vt supra & moti sunt Domini, quia cum sententia lata contra Piccigottum principalem debitorem transiue-
1 rit † in iudicatum, ista res iudicata potest exequutioni

tioni demandari nedum contra principalem debi-
2 torem, nempe Piccigottum, sed † etiam contra fideiussorem Iudicis, & sic contra Gualterium absq; alio processu *l.1.vbi Doct.ff.iudicat.solu.Angel.n.2. Castr.nu.4.Guidopap.decis.26.per tot.& decis.215. num 9.Surd.decis.218.num.13.& decis.335.nu.25. Franc.Marc.decis.157.num 5. & 9.par.1. Lancell. de attent.p.2.cap.20. limit.6. nu.15. & seq.Mantic. de tacit.lib.16.tit.22.nu.9.*

Nec videbatur dubitan. quin sententia fecisset transi-
3 tum in iudicatum † ex quo intra decem dies datos ad appellandum non appellauit, nec ipse Picigottus, nec aliquis, qui ab eo mandatum legitimũ haberet, *auth.hodie C.de appell.l.1. C.eod. tit. c.tum dilectus in fin.de elect.cap.quoad consultationemde re iud.*

Non obstat quod appellatio nomine Vincentij
4 interposita, † etiam si fuerit interposita sine illius mandato, adhuc tamen sustineatur, ex quo fuit po-
5 stea per Vincẽtium ratificata, quæ ratificatio † æquiparatur mandato; *cap. Ratihabitionem de regul. iur.in 6.l.fin.ff.ad Macedon.* quia cum Piccigottus
6 præsumatur habuisse sciẽtiam dictæ sententiæ, † mediante citatione sibi facta ad docendum de appellatione, & legitima prosecutione. *Capicc.dec.139. nu.3.vers.seundus casus*, neque ratificatio ei suffra-
7 gatur, cum † non fuerit intra decem dies facta, prout tali casu requiritur; *Mil. in ver. ratificatio, vers.secundo fol.399. Guidopap. cons.(24.sub nu.7. vers. ad sensum. Soccin. Sen cons.45. visa appellatione sub nu.10. vers.quinimo probatur hæc conclusio in 5.dubit. lib.1. Lancell.de attentat. cap.12. p.2. limitat.50. num.63. & tradunt Modern. de appell. quæst.12.nu.79.*

8 Neque dubitatur de validitate, & iustitia dictæ sententiæ, † cum esset lata seruatis seruan. iuxta requisita, de quibus *per Caputaq.decis.260.par.2.Rota decis.678.nu.1.& 708.nu.1.par.2.in recent.*& ex Instrumento publico venditionis supradicti Capitalis apparet de credito Burdoni in dicta summa lib. 3271. ad quam summam soluendam fuit propterea
9 iuridicè condemnatus ex † quo dictum Instrumentum facit probationem probatam, & manifestam, *l.cum res.C.de probat.Grammat. decis.103. num.1. Seraph.decis.1134.num.2.*

Non obstat quod de anno 1595. fuerit inter Burdonum, & DD. de Piccigottis deuentum ad concordiam, in qua fuerit capitale conductionis mercium restitutum pro resolutione contractus venditionis dicti capitalis, quia istud obiectum cessat ex lectura concordiæ, quæ apparet facta ex alia causa longe diuersa, quam occasione venditionis dicti capitalis, pro cuius preti solutione tantum abest, vt fuerit inita ista concordia, quod imò in ea reseruantur iura ipsi D. Alexandro competentia ex causa capitalis dictæ negociationis, prout sunt, & leguntur in eodem Instrumento venditionis, & propterea non potest dici, quod contractus venditionis fuerit
10 † nouatus, cum partes voluerint, illud remanere firmum, & concordia sit diuersa à dicto Instrumento, tam ratione summæ, quam ratione causæ, & isti
11 duo contractus sint inter se † compatibiles, quæ compatibilitas nouationem excludit *Bald. in l.pacta nouissima num.12.C.de pact.Gabr.cons.81. num.3. & 4.lib.1. Menoch. præsumpt.134. num.39. & 40. lib.3. Addent.ad decis.sanct.mem.Gregorij XV. 76. num 8.*

Quod verò dicti contractus sint diuersi ratione
12 summæ, † & ratione causæ, patet; quia primus est pro summa lib. 3271. pro pretio capitalis venditi, Secundus verò contractus dictæ concordiæ est pro summa librarũ 3600. pro conseruatione damni passi ab eodem Burdono ex eo quod post à se factam vẽditionem dicti capitalis accommodauit suum nomẽ Piccigottis, ad hoc vt negotium adhuc cantaret sub nomine eiusdem Burdoni, qui erat cognitus in hac negociatione, cuius occasione cum fuissent plura debita contracta, pro quibus Burdonus remanebat obligatus propter dictam accommodationem sui nominis ad illum liberandum, & conseruandum indemnem fuit dictum capitale restitutum, & promissa summa librarum 3600. in supradicta concor-
13 dia, † quæ nihil commune hebet cum Instrumento venditionis etiam expressè reseruato, cuius Instrumenti executio propterea impediri non potest *l.quingenta, ff.de prob.l.cum centum, ff.de adim.leg. Alex.cons.4.nu.3.lib.1.*

Et ex hoc cessat obiectum quod Burdonus non adimpleuerit concordiam, & quod propterea ei obstet exceptio non implementi, quia quicquid de hoc implemento dicendum sit, satis est, quod hodie Burdonus non agit vigore concordiæ, sed vigore Instrumenti venditionis diuerso à concordia, vt
14 supra dixi, & sic † exceptio non adimplemẽti locũ habere non potest in contractu diuerso *l. Iulianus §. offerri ff. act.empt.& l.cum proponas 2. C. de pact. Mantic.decis.238. num.2.*

Nec visa sunt obstare ea, quæ dicuntur de præscriptione Statutaria, nam præscriptio desumpta
15 † ex Statuto Bononiæ non comprehendit supradictum Instrumentum iuramento vallatum, vt ibi notat *Glossator.in ver si iurauero & fuit resolutum in Bonon pecuniaria de Calderinis 4. Nouembris 1598. coram Penia.*

Altera verò præscriptio desumpta ex Statuto
16 Vrbis pariter non obstat, cum solutio † fuerit destinata Bononiæ quo casu statutum iudicij non attenditur *Rot.decis.602.num.4 par.1.diuers.& decis. 764 nu.2.par.4.*

Ea quæ dicuntur de nullitate obligationis ob reformationem sel.rec. Pauli V. non fuerunt habita
17 digna consideratione, † cum reformatio prohibeat Notarijs accipere in fideiussores Curiales fauore creditorum, non autem tollat fidem instrumentis,
18 si curiales recipiantur à creditoribus in fideiussores.

EVERENDISS. PIROVANO.

Romana deuolutionis Domus.

Ven. 14. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Bonorum identitas qualiter probetur. In confinium materia, quid potissimum attendatur. Scriptura referens, licet non probet, nisi producatur relata, tamen hoc cessat, quando constat de tenore illius.

SVMMARIVM.

1 *Identitas probatur ex duobus confinibus, & n.6.*
2 *Fama benè probat dominium in antiquis.*
3 *Fama, ex quibus oriri potest ad probandum dominium in antiquis.*

4 *Iden-*

4 *Identitas, vt probetur, requiritur, vt confines adducti non conueniant alteri rei, & nu.9.*
5 *Locationis vsus de generatione in generationem deseruit pro adminiculo ad probandum dominium.*
7 *Identitatis probatio, quando est facta per duos confines, vt obscuretur, quid requiratur.*
8 *in Confinium materia multum defertur congruentiæ, & verisimilitudini.*
9 *Scriptura referens non probat, nisi etiam producatur scriptura relata.*
10 *Scriptura, ad quam fit relatio, non est opus vt exhibeatur, quando constare potest de tenore illius.*

DECISIO DCXXII.

DICTVM fuit standum in decisis: * quia dominium Ecclesiæ quoad domum controuersam probatur, & generationes pro quibus locatio legitur facta defecerunt; vnde deuolutioni locus factus fuit ex tenore instrumenti quod datur.

Neque obstant quæ hodie replicantur magis cõtra factum, quàm contra iuris conclusiones in decisione firmatas, nempe adminicula locationis annorum 1472. & 1507. non iustificari, & identitatem domus controuersæ per iuridicos confines non probari.

Quoad locationes annorum 1472. & 1507. decisio firmat identitatem ex duobus confinibus viæ scilicet publicæ, & bonorum de Serlupis, qui conue-
1 niunt huic de anno 1533. Dominis de Varesijs † factæ, & sufficiunt secundum *Bart. in l. falsa demonstratio num. 14. ff. de cond. & demonstr.* cum alijs per *Decian. cons. 17. num. 8. lib. 3.*

Non obstat quod non appareat domum hanc locatam esse sub proprietate Capituli, & Beneficiatorum, nec habuisse effectum: quia de proprietate illarum sufficienter constat, ex quo per documenta publica in actis producta probatum fuit, sicuti domus ista est Capellæ, & Altaris S. Francisci in Basilica B. Mariæ Maioris de Vrbe, in quorum locum subrogati fuerunt Beneficiati, & quantum ad effectuationem illius probatio non est necessaria: quia adminiculum fundatur super enunciatiua proprie-
2 tatis, quæ cum habeat vim famæ † bene probat dominium in antiquis *Alba, cons. 64. num. 21. Menoch. de arbitr. casu 42. num. 4.* & posito etiam quod non habuisset effectum; attamen tolli non potest, quin locatores prædicti fuerint de eo tempore domini, & proprietarij enunciati coram testibus, qui fuerunt
3 præsentes stipulationi instrumenti, † à quibus exinde fama exiri potuit, vt in his terminis *Rota coram me ponderauit in Romana fideicommissi de Briscalijs 11. Decembris 1613.*

Non obstat diuersitas confinium vtriusque locationis 1472. 1507. à locatione 1533. de qua agitur: quia non tamen negantur adesse illa duo, nempe viæ publicæ, & bonorum de Serlupis, quod si dicatur in locatione anni 1507. dari pro confine bonorũ illorum de Serlupis in parte laterali, in locatione verò anni 1533. ponantur pro confine retro domus locatæ eadem bona de Serlupis, facile tollitur obiectum: quia in dicto instrumento anni 1507. designatur domus per latera, non autem per partes anteriores, & posteriores; vnde ita contingere potest, quod latus designatum capiat bona de Serlupis à parte retro, prout alios confines includat: sed nihilominus locatio anni 1472. expresè ponit bona de Serlupis pro confine retro, quod sufficere potest; in cæteris verò si discordant non releuat, nisi pro-
4 betur, quod illi confines conueniant alteri domui, quod in præsenti non probatur *Dec. cons. 17. nu. 20. lib. 3.* sequendo *Alex. in l si in nomine num. 2. in fine de testam.* & latissimè comprobat *Gratian. discept. forens. cap. 883. num. 10. lib. 5.* sed præterea sufficit huiusmodi probationem dominij adminiculari per
5 alias coniecturas, nempe vsus † locationis de generatione in generationem ex instrumentis datis, & ex solutione Canonis per spatium 30. & vltra annorum, vt in decisione, quæ reuidetur fuit dictum, quibus congruens responsio non datur.

Quo verò ad identitatem domus locatæ de anno 1533. quod illa non probatur, decisio sufficienter re-
6 spondit eam probari † ex duobus confinibus bonorum scilicet de Serlupis, & viæ publicæ; neque dicatur quod ille de via publica, vti nimis vagus, & generalis suffragari non possit: quia fuit responsum,
7 quod tunc obscuraretur † probatio, quando alteri domui ipsorum de Varesijs conuenirent; secus verò quando non conueniunt, ita respondent *Surd. cons. 235. num. 17.* & idem *Gratian.* post alios in allegato *casu 883. num. 2. & 3.* & nunc additur quod
8 in ista materia confinium multum † defertur congruentiæ, & verisimilitudini, prout *Rota considerauit in Balneoregien. confinium 19. Decembris 1603. coram bon. mem. Card. Sacrato, & in decis. 334. quæ est Tiburtina confinium p. 2. recent.* prop-
9 terea quando non reperitur † alia domus, cui isti confines conuenire possunt, infertur esse eadem met, de qua est controuersia, vt idem *Grat. d. casu 883. num. 10.* ex pluribus comprobat.

Demum non obstat, quod sufficienter constare non possit de deuolutione domus locatæ de anno 1533. ex instrumento dato, quod dum se refert ad aliud instrumentum locationis antea factæ Francisco Valentino, & cum pactis in ea contentis, quod nisi exhibeatur, certi esse non possumus an ex pactis deuolutio aperiatur *Roman. cons. 305. in vltimo dubio num. 6. Dec. in l. ædita num. 87. C. de eden. Crau. cons. 112. num. 15. Bec. cons. 5. numer. 5. vol. 1.*

Quia obiectum ex facto cessat, ex quo Capellani Capellæ S. Francisci, de cuius domino est domus locata, ratificarunt eamdem locationem factam per Capitulum cum expressione, quod locauerunt ad tertiam ipsius Io. Petri generationem tam masculinam, quàm fœmininam, & tertiam nominatione mediante annuo censu, seu responsione ducat. 50. Vnde cum Beneficiati egerint ex pacto finitæ generationis, & illud sit expressum in secundo instrumento ratificationis Capellanorum satis fundant eorum intentionem super pacto reuersiuo absque eo quod teneantur instrumentum relatum producere, &
10 exhibere, † & ad hunc effectum non esse necessariã exhibitionem relati, quando constare poetst de tenore illius responderunt *Alba. cons. 276. nu. 15. Beret. cons. 130. num. 5. Magon. decis. Lucen. 96. num. 8. & seq.* Et ita &c.

☞ *Scilicet sub die 28. Maij 1625. coram eodem, est supra in hoc Tomo decisio 611.*

R.P.D.

REVERENDISS. PIROVANO.

Bononien. Bonorum.

Lunæ 17. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Immissio hæredi, vt impediatur, quæ probationes afferri debeant. Religiosus professus, si testamentum condat, id perperam facit, cum procul dubio careat testamenti factione. Et multa deducuntur ex quibus actibus tacitis inducatur professio, & ex quibus non. Impugnata quis non potest approbare, dum impugnatio traxit secum executionem.

SVMMARIVM.

1 *Immissio hæredi scripto, vt impediatur requiruntur probationes plenæ, & concludentes.*
2 *Religiosus professus non habet facultatem testandi.*
3 *Equites Hierosolymitani sunt verè Religiosi.*
4 *Professio ex actibus tacitis, quando non possit dici constare.*
5 *Habitus gestatio, & permansio in Religione per multum tempus, & similia, quando non arguāt animum profitendi.*
6 *Professio arguitur ex illis actibus, qui non possunt fieri citra ius, & nomen professi.*
7 *Impugnans aliquid, non potest postea eo iuuari.*
8 *Impugnatio, quando traxit secum executionem, non potest amplius improbata approbari.*
9 *in Validitatis statu, ea quæ sunt, interim producunt suum effectum.*
10 *Probationes probationem non excludunt.*
11 *Petitorium ea, quæ respiciunt, non sunt terminãda in iudicio possessorio, sed in Ordinario.*
12 *Professio ex quibus concludentissimè dicatur probata.*
13 *Supplicatio non probat, dum non constat, à quo fuerit porrecta.*
14 *Supplicatio præsumitur porrecta ab eo, de cuius interesse agitur.*
15 *Dispositis ad fauorem alicuius non potest præiudicari per nouam declarationem, & actum non verosimilem.*
16 *Testamentum professi suum non sortitur effectum ante mortem naturalem.*
17 *Effectum differre aliud est, & aliud tollere disposita.*
18 *Professus sine dubio caret facultate testandi.*
19 *Confessio illa, quæ fuit facta cum maiori animi deliberatione, attendenda venit.*
20 *Confessiones, quando sunt repugnantes & inuicem contrariæ, tunc neutra est attendenda.*

DECISIO DCXXIII.

In resolutione ad fauorem D. Lauræ capta sub die 10. Iunij 1624.* super immissione bonorũ Ludouici Domini reseruarunt particulariter videre An obstaret inhabilitas testandi in Ludouico, de qua cum hodie esset actum, responsum fuit nõ constare de tali inhabilitate, quæ impediat immissionem Lauræ.

De ea enim tenentur docere Patres Bernabitæ,
1 quam tamen adhuc non iustificant plenè, & † concludenter, prout eis necessarium est ad impediendum Immissionem *Alberic & Zuobard in l. fin. C. edict. Diu. Adr. tollen. ille sub num 5 iste sub n. 322. Caputaq. decis. 342. par. 2. Peregr. de fideic. art. 48. num. 29. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 745. & cons. 180. num. 3. Rota in recent. decis. 387. numer. 5. par. 1.*

Professio enim Ludouici in Religione Hieroso-
2 lymitana à qua pendet † cognitio inhabilitatis testandi postquam Eques semel ritè professus rema-
3 net inhabilis ad testandum, † cum sit verè Religiosus vt sæpè censuit Rota, & signanter in *decis. 436. par. 3. diuers & decis. 87. num. 3. coram Papa Greg. XV. & add. ibi nu 13* Hæc inquam professio si per actum expressum contendarur, de ea verè non cõ-
4 stat † si verò per actus tacitè illam inferentes deducatur, & illi quidem vel tales non probantur, vel probati ad hunc effectum non releuant.

Non obstant igitur gestatio habitus per 30. & plures annos. Residentia in Conuentu & Carauanæ,
5 næ, nauigando sub insignijs Religionis † iuxta stabilimentorum formam completæ, ac interessentia in Capitulis linguæ Italiæ, munera pariter, & honores per Religionem collata in personam eiusdem Ludouici, nempe gubernij, & seu Præfecturæ Castri S. Angeli, ac Insulæ, & Receptoris generalis eiusdem Religionis tam in Ciuitate Bononię, quam in Prioratu Venetiarum, & pensionis scutor. 100. ad eius fauorem reseruatæ super Commenda de Sernia deputationisque à Supremo Magistro pro dando habitu alijs nouitijs quæ omnia dicebantur
6 † fieri non posse citra ius, & nomen professi, & sufficere etiam post Concilium Tridentinum ad obligandum Religioni *Nauarr. cons. 35. num. 5. de Regular. lib. 3. Honded. cons. 78. num. 22. lib. 2. Rota decis. 329 nu. 2. par. 2 rec.*

Quia fuit responsum de prædictis non constare ex probationibus factis per Patres, quod si dicatur sufficienter probari ex Iuribus per eundem Ludouicum productis, & datis in Summario positionis 14. Martij 1622. ex eis visum fuit Patres non posse
7 † iuuari tanquam ex impugnatis *cap. ex eo de reg. Iur. in 6. cap. cum olim vbi Abb. in 6 notab. de censib. Honded. cons. 78 num. 98. lib. 2. Surd. cons. 136. n. 29. & 30.* latissimè probans, & dicens quando impu-
8 gnatio † traxit secum exequutionem non posse amplius improbatam approbari, atque ita Patres egent noua probatione & iuriũ productione, postquam attenta impugnatione probationum Ludouici obtinuerunt ad eorum fauorem resolui sub dicta die 14. Martij 1622. quæ si contingant fieri interim testamentum Ludouici erit in statu validitatis, &
9 producet † suum effectum respectu Immissionis, ex quo inhabilitas testandi pendet ab euentu probatio-
10 num, & probata † non excluderent cõtrariam probationem *Aegid. cons. 20. & decis. 103. Seraph. decis. 33. num. 1. & decis. 983 num. 7. Rota decis. 520. nu. 4. par. 1. & decis. 269. nu. 6. par. 2. diuers.* super quibus cum exinde expectanda sit discussio & iudicium nõ
11 possunt in iudicio possessorio terminari, † sed ad ordinarium sunt reijcienda *Ossasch decis. 26. num. 2. & 16. & plene fuit firmatum in causa Bononien. de Maluetijs 27. Martij 1613. & 11. Decembr. 1624. coram me.*

Similiter neque obstant confessiones eiusdem Ludouici, qui diuersis temporibus emanarunt, & quæ

quæ probantur per eosdem Patres, nō autem ex pro-
12 bationibus Ludouici impugnatis † deducuntur ex
quibus dicebatur concludentissimè professionem
probari. *Innoc. in cap. statuimus in princ. vbi Ioan.
Andreas num. 2. de Regular. Alex. cons. 71. num. 4.
lib. 3. cum alijs relatis in decis. 385. num. 2. coram
Papa Gregorio XV.*

Quia quantum ad confessionem in supplicatione
contentam super ea non potest constitui fundamen-
13 tum, quia ignoratur à quo fuerit † porrecta, & cum
de tempore nouitiatus fuerit procurata, probabili-
14 ter dubitari potest supplicationem emanasse † ma-
gis ab interesse habentibus, quam ipso nouitio.

Quo verò ad confessionem contentam in scriptu-
ra manu eiusdem Ludouici subscripta, recognita, &
per Patres producta, quæ fuit manifestatio animi il-
lius de vera professione emissa in Religione Hiero-
solymitana, neque illa visa fuit releuans, postquam
emanauit ad colorādam fugam, quam parabat à Re-
ligione Bernabitarum, in qua expressam professio-
nem emiserat, & antea fecerat dispositionem, de qua
15 agitur, ad fauorem Lauræ, cui ex post † per nouam
declarationem, & actum non retrosimilem præiudi-
care non potuit. *Bero. cons. 187. num. 5. vol. 1. Natt.
cons. 152. num. 11. & cons. 438. pariter num. 11.
Mand. de inhib. quæst. 26. num. 4.* nec responsio data
tollit obiectum, quod scilicet testamentum professi,
16 suum non sortiatur effectum ante mortem † natura-
lem illius, *vt per Sanchez in Decalogo tom. 2. lib. 7.
cap. 3. num. 55.* quasi per propriam confessionem
possit alterare iam disposita, & quam hæres tenetur
17 obseruare, quia aliud † est differri effectum, & aliud
posse tolli disposita, quæ nonnisi per actum retrosi-
18 milem, & per nouam testamenti factionem † ad-
mittuntur, qua Ludouicum caruisse per professio-
nem expressam dubitandum non est. *Rota in alle-
gata decis. 436. par. 3. diuers. & decis. 87. num. 15.
coram Papa Greg. XV.* concurrit præterea contraria
19 eiusdem Ludouici confessio, quod nunquam † ha-
buerit animum emittendi professionem in eadem
Hierosolymitana Religione, quæ probatur per atte-
stationes Patrum Bernabitarum datas in Sum. Lau-
ræ num. 5. cui vti emanatæ intra annum probationis,
& cum maiori deliberatione, & animi candore, vel
20 standum erit, † vel neutri propter contrarietatem,
& repugnantiam. *l. scripturæ C. de fid. instrument.
Surd. cons. 141. num. 1. Bero. cons. 1. num. 36. vol. 2.
Alex. cons. 70. num. 5. lib. 1.*

Ex quibus negari non potest quin ista exceptio inhabilitatis à Patribus opposita, vel non sit probata, vel saltem sit ambigua, vnde sicuti quando illius probatio per Patres in iudicio manutentionis negabatur, potens non fuit ad impediendam manutentionem eodem modo nunc non debet esse sufficiens ad impediendam immissionem.

Et ita fuit resolutum &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 10. Iunij 1624. coram eodem bo. me. Pirouano, est supra in hoc Tomo decisio 556.



REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Pensionis domus.

Lunæ 17. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Pensiones domus, si conductori præuio Iudicis decreto fuerint sequestratæ, tunc ille non potest alteri soluere, absque violatione sequestri, & incursu pœnarum in eo contentarum, & sic iteratæ solutionis de suo violator tenetur, quod tamen limita, nisi eam solutionem fecerit de mandato Iudicis, cum sic liberetur ab omni molestia, & quando limitatio hæc nullatus sibi vsurpet locum.

SVMMARIVM.

1 *Terminum ad soluendum, quando quis suscepit, eo lapso, potest iustè contra eum relaxari mandatū.*
2 *Terminus sumptus ad soluendum, de stylo Auditoris Cameræ solet esse 30. dierum.*
3 *Sequestro pendente non potest alteri solui absque violatione sequestri, & incursu pœnarum in illo contentarum.*
4 *Soluens alteri pendente sequestro, de suo tenetur.*
5 *Pensiones domus secundum stylum Curiæ solent solui de semestre in semestrem anticipatè, & non per annum integrum.*
6 *Verisimilia ea, quæ non sunt, habent imaginem falsitatis.*
7 *Soluens de mandato, & iussu Iudicis dicitur liberatus, intellige verum, si Iudici fuerunt narratæ oppositiones, & causæ sequestri. & num. 8.*
9 *Decretum Iudicis non trahitur ad ea, quæ fuerunt incognita.*
10 *Terminum accipiens pro solutione debiti non liberatur, si postea illud non soluat vero creditori.*
11 *Conductor si soluat pensionem Abbati non iustè electo non liberatur, si conduxit à vero Abbate, & postea soluat Abbati intruso.*

DECISIO DCXXIV.

PROPOSITO in hac causa dubio, An Peregri-
nus teneretur soluere pensiones domus per eū
inhabitatæ, & à quo tempore, fuit per Dominos re-
solutum, ipsum teneri à die primi sequestri ab A. C.
obtenti, quod cum fuerit ad instantiam Scalzini cō-
tra eundem Peregrinum personaliter exequutum
sub die 29. Iulij 1622. & Peregrinus fatendo postea
1 debitum die 9. Septembris dicti anni † susceperit
terminū ad soluendum dictas pensiones, vt cōstat ex
Summ. eiusdem Scalzini num. 3. vtique potuit lapso
2 dicto tempore, quod est † ex stylo 30. dierum con-
tra ipsum iustè relaxari mandatum, iuxta notata
per *Galles. de oblig. Camer. q. 36. num. 35.*

Nec releuant solutiones dictarum pensionum per
eundem Peregrinum allegatæ, & factæ Francisco
de Vsazzis pòst dictum primum sequestrum A. C. im-
misso per eundem A. C. in possessionem dictæ domus
cuius pensiones fuerunt sequestratæ, quia pendente
3 sequestro † non poterat alteri soluere absque viola-
tione sequestri, & incursu pœnarum in illo conten-
4 tarum, & sic iteratæ solutionis † de suo ad quam
hodie tenetur. *Caputaq. decis. 155. num. 2. par. 3.* &
idem sensit *Rota decis. 727. num. 2. par. 2. recent.*

Maximè quia dictæ assertæ solutiones, & quietan-
tiæ

tiæ reportatæ per Peregrinum, de quibus in dicto Sum.num.6.& 9.visæ fuerunt Dominis parum bene olere, cum appareant factæ pro pensione vnius
5 anni integri, scilicet anni 1623. pro toto, & † integro anno, & antequam annus inciperet, quod cum secundum stylum Curiæ videatur valde inuerisimile, ex quo solent solui pensiones de semestre in seme-
6 stre anticipatè, & non pro † integro anno anticipatè, dicitur potius habere imaginem falsitatis *Bald. in l.1.num.16.C.de seru. fugit. Socc. iun. cons.122. num.20.lib.1.Dec.cons.25.nu.3. post princ. & cons. 43.num.3.Seraph.decis.1211.num.3.*

Minus obstat quod Peregrinus soluerit de man-
7 dato, & † iussu Iudicis, & ideo videatur liberatus, *ad text.in l Paulo Callimaco §.fin.de leg.3. Bart. in l.Creditor nu.3 ff.de solut. Afflict.decis.150.nu.19.* quia fuit responsum hoc procedere si Iudex habuisset notitiam, quod Peregrinus suscepisset terminum
8 † pro credito Scalzini, & quod idem Scalzinus obtinuisset mandatum, & illius vigore sequestrum, de quibus tenebatur Peregrinus Iudicem certiorare,
9 quod cum non fecerit, non est excusatus, nec † decretum Iudicis trahitur ad ea, quæ sibi fuerunt incognita, vt in his terminis notat *Alex. cons. 103. num.18. vers Non obstat aliud argumentum lib.2.*

Ex quibus sequitur quod cum Peregrinus agnouerit debitum dictarum pensionum erga Scalzinum
10 † non fuit liberatus, si postea soluit illas Francisco, non vero creditori, *iuxta notata per Bart in l.si Vrbana num.4.ff.de cond. indeb.* vbi dicit quod si conductor soluit pensionem Abbati non iustè electo, &
11 ingresso Monasterium, non liberatur † si conduxit à vero Abbate, & postea soluit Abbati intruso, pro quo facit etiam bonus *text.in l.1.§.si rem, ff.depositi.*

Et ex his fuit ita decisum vtraque parte informante &c.

☞ *In eadem causa habetur infra altera decisio sub die 26. Ianuarij 1626. coram eodem Reuerendiss. Manzanedo.*

R. P. D. PIROVANO.

Vlixbonen. Matrimonij.

Mercurij 19. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Restitutio aduersus sententiam numquam solet dari, quando non constat de læsione, cum in ea fundetur decretum Prætoris. Ad matrimonij validitatem, vt Concil. Trident. sess.24.cap 1.de reform. disponit, sufficit illud fuisse contractum coram proprio Parocho, vel alio Presbytero de eiusdem Parochi licentia; & quando dicta licentia dicatur concessa. & vtrum ea veniat sub generali facultate administrandi Sacramenta.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur circumscripta læsione.*
2 *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione actorum.*
3 *Læsio est fundamentum vbi fundatur decretum Prætoris super restitutione in integrum.*
4 *Matrimonium debet celebrari coram Parocho, vel alio presbytero, præuio tamen mandato eiusdem Parochi. & num.5.*
6 *Parochus ex quibus satis appareat dedisse licentiã alicui presbytero, vt assistere vellet in celebrandis matrimonijs suæ parochiæ. & num. 7. 8. 19. 20.21.26.27.& 28.*
9 *Parochus dando generalem commissionem alicui presbytero, vt omnia sacramenta Ecclesiæ administret, sub hac generalitate venit etiam administratio sacramenti matrimonij.*
10 *Verborum generalitas declaratur ex vsu, consuetudine, & obseruantia loci.*
11 *Consuetudo circa interpretationem verborum suffragatur aduersus contrariam opinionem, quamuis communem.*
12 *Consuetudo circa interpretationem verborum generalium non eget maiori tempore, quam decem annorum.*
13 *Infirmitas dum præstat impedimentum, ne aliquid fieri possit, tunc infirmus quo ad illum actum reputatur absens.*
14 *Obseruantia, quando non pertinet ad casum de quo agitur, non est de ea curandum.*
15 *Matrimonium non desinit esse validum, licèt Parochus in eo assistat coactè.*
16 *Matrimonium, vt dicatur validum, opus est, vt Parochus audiat verba contrahentium.*
17 *Parochus assistendo matrimonio, si verba non audiat, non tenet.*
18 *Quod tamen verum est de intelligentia, quam ille habere non potuit, secus vero si eam habere recusauit ad impediendum matrimonium.*
22 *Debilitas, quando causatur à præcedenti morbo non differt ab ipsa infirmitate.*
23 *Impedimentum quodlibet non excusat ad aliquid peragendum, nisi probetur tale, vt potentiam agendi excludat.*
24 *Impedimentum vt excuset ad aliquid peragendũ, statur dicto asserentis, dum præcesserunt coniecturæ.*
25 *Infirmitas dicitur etiam durare, quando quis est imbecillis, & in imbecillitate vires se recreando recuperare desiderat.*
29 *Limitationis causa cessante debet etiam cessare ipsa limitatio.*

DECISIO DCXXV.

DICTVM fuit non constare de causis restitutionis in integrum petitæ per Emanuelem aduersus sententiam Rotalem, quia de læsione non
1 constat, & † ea circumscripta non datur restitutio. *Rota decis.1.de restit. in integr. in nou. & in recent.* idem tenuit, *vt in decis.132.num.1.& 532. num.2. par.1.* illa namque valida est, & probatur ex reuolu-
2 tione † actorum, & ex aduerso non controuertitur, iustitia verò patet *ex decis. in hac causa facta sub die 16. Nouembris 1622.* * quibus concurrenti-
☞ bus semper cessat læsio, super qua fundatur decre-
3 tum Prætoris, † quoad ipsam in integrum restitutionem concedendam.

Neque obstant quod hodie contra fundamenta eiusdem decisionis replicantur, Antonium Sez caruisse licentia celebrandi matrimonium inter Emanuelem, & Margaritam, tam de tempore, quo Dominicus Rector cœpit aduersa valetudine laborare, quam in die primæ Dominicæ Quadragesimæ 24. Februarij 1613. quo idem Dominicus venit ad Ec-

clesiam Parochialem, quo similiter Dominicus ad
eandem Ecclesiam redijt, nocte autem sequenti ho-
ra quarta matrimonium subsequutum fuit præsente
4 Antonio, † quam licentiam fuisse omninò necessa-
riam dicetur ex decreto *Trident. Concil. sess. 24.
cap. 1. de reform. matrim.* ex forma posita in eodem
5 decreto data, vt non nisi presente † Parocho, vel
alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarij li-
centia matrimonia celebrentur.

Quia quoad primum tempus constat de licentia
Antonij eidem data per Nuncium Priorem Eccle-
6 siæ S. Nicolai, qui super quarto dixit, † quod cum
Dominicus ad curam deputatus infirmus esset, nec
posset pro Curato inseruire, mandauit Antonio
quamdiù duraret impedimentum dicti Curati vel-
let inseruire in dicta sua Ecclesia in administratione
omnium Sacramentorum, qui respondit voluntariè
se facturum, idem deponit Antonius in suo examine
7 super quarto, † quod dictus Prior rogauit illum, vt
continuaret in obligatione Ecclesiæ quamdiù præ-
fatus Dominicus Curatus infirmus esset, & ad Ec-
clesiam non veniret, & quod ad eum effectum con-
cedebat ei omnem potestatem; & licentiam gene-
ralem ad administrandum omnia Sacramenta, qui
commissionem acceptasse respondit, quamdiù dictus
Dominicus infirmus esset, & ad Ecclesiam venire
8 non posset, ex quibus † cum non dubitetur de fa-
cultate Prioris Ecclesiæ S. Nicolai in deputando
substitutum ad vniuersalem curam, neque de impe-
dimento infirmitatis Dominici, & commissio lega-
9 tur generalis quoad omnia Sacramenta, † sub qua
generalitate comprehenditur etiam administratio
Sacramenti matrimonij secundum veriorem opi-
nionem, quam sequuta est *Sacra Concilij Congreg.*
& exinde *Rota illam referens decis. 750. nu. 1. par. 1.
diuers. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 35. num. 13.*
& nouissime fuit dictum in *Vicentina matrimonij
11. Martij 1624. coram Archiepiscopo Seleucien.*
sequitur dicen. Antonium non caruisse licentia in
primo tempore ad contrahenda matrimonia.

10 Neque obstat quod vsus, † consuetudo, & obser-
uantia Lusitaniæ Regionis, & ipsiusmet Ciuitatis
Vlixbonæ hanc generalitatem declarauit, vt semper
ab ea accepta sit facultas contrahendi matrimonia,
de qua deponunt Testes dati in Summ. Emanuelis
11 num 4. & eam suffragari † aduersus contrariam
opinionem quamuis magis communem voluerint
Mathes. de elect. opinio quam refert, & sequitur *Al-
ciat. præsumpt. 30 nu. 3. reg. 2. Grat. cons. 111. nu. 51.
lib. 2.* nec egere maiori tempore, quam decem an-
12 norum † cum desumatur ad interpretationem ver-
borum generalium, non autem ad inductionem no-
ui iuris. *Rota decis. 448. num. 3. & decis. 419. nu 6.
par. 1. recent.*

Quia fuit responsum testes prædictos concludere
de licentia quæ datur coadiutoribus Parochorum
ipsis præsentibus, in præsenti autem agitur de licen-
13 tia quæ datur † pro impedimento infirmitatis, quæ
præsupponit absentiam ab ipsa cura, primo casu ra-
tionabilis est cõsuetudo propter compatibile exer-
citium. Secundo vero casu est absurda, & irrationa-
bilis propter imperfectum exercitium quoad Sacra-
mentum matrimonij, propterea de obseruantia, quę
14 non † pertinet ad casum controuersum nulla est
habenda ratio. *Grau. cons. 96. num. 4. Natt. consil.
575. num. 15. Surd. cons. 382. num. 40. lib. 3.* & in his
terminis sic distinguit idem *Sanch. de matrim. disp.
35. num 8. lib. 3.*

Neque etiam obstat quod idem Antonius nolue-
rit interuenire tanquam Parochus, dum sepius pro-
testatus fuerit se non esse Parochum, & per vim de-
tentus fuerit, nec pro Parocho astitisse, quin nec cõ-
trahentes non cognouerit, nec verba ab eis prolata
intellexit.

Quia data etiam voluntate Parochi, & coactio-
15 ne per vim assistendi, † non tamen matrimonium
desinit esse validum, *prout Sacra Congreg. Concil.
sæpius declarauit; & pluribus relatis comprobat
Sanch. de matrim. disput. 39. num. 9. lib. 3.* & pro in-
dubitato fuit firmatum, *in decis. in hac causa facta,*
& quoad intelligentiam verborum contrahentium
16 quamuis ad effectum validitatis † matrimonij esse
necessariam voluerit post alios *Guttier. de matrim.
cap. 69. num. 12. Molin. de rit. nupt. lib. 2. diff. 11.
num. 120. & eadem Sacra Congregatio idem decla-
rauit in cap. data num. 2. in Summ. additionali,* at-
17 tamen loquuntur de intelligentia, quam † Parochus
habere non potuit, & ita Sacra Congregatio expli-
cat, dum dicit quod si Parochus adfuisset, nihil ta-
men eorum quæ agebatur vidit, nec audiuit. Sacra
18 Congregatio respondit matrimonium † non valere,
non autem de intelligentia quam Parochus recusa-
uit ad impediendam matrimonij conclusionem, &
nihilominus idem Antonius in sua depositione,
quæ datur in Sum. num. 6. dicit quod ipsi contrahen-
tes iterum repetierunt eadem verba matrimonij, sed
ipse non repetijt non audiuit.

De secundo tempore Dominicæ primæ quadra-
gesimæ visum etiam fuit Antonium non caruisse li-
centia contrahendi matrimonia, nam & si Domini-
cus eadem die venerit ad Ecclesiam Parochialem,
& in ea missam celebrauerit, attamen adhuc nõ ces-
sauerit subdelegatio de Antonio facta sub duplici
19 conditione, † nempè quamdiù infirmus esset Do-
minicus, & ad Ecclesiam non veniret, ex quo infir-
mitas tunc durabat, quod patet ex vtraque deposi-
tione Dominici tam ad instantiam Margaritæ super
secundo articulo, dum à Priore interrogaretur quo-
modo bene valeret, responditq. se adhuc imbecil-
lem, quam ad instantiam Emanuelis super octauo,
20 & exinde pro tali † approbata ab eodem Priore,
nedum ex relatione Dominici super dicto articulo
secundo, dicentis Priorem ei iniunxisse ne caperet
stolam absque eo, quod non haberet magnas vires,
& idem deponit Prior in suo primo examine, ibi in-
terrogando illum quomodo valebat, & respondit es-
se etiam imbecillem, & ille dixit, quod non veniret
curare Ecclesiam, nisi quando esset totaliter bona
valetudine ad succurrendum confessionibus noctis
21 cum cæteris Sacramentis, & idem Prior in secundo
examine super primo articulo dixit se per cedulam
eadem die Dominica recommendasse curam Anto-
nio non obstante, quod ante verbo illum substituis-
set, neque dicatur quod imbecillitas sola non impe-
diat purificationem subdelegationis positæ sub ter-
22 mino infirmitatis, quia † debilitas quando causa-
tur à præcedenti morbo non differt ab ipsa infirmi-
tate. *Felin. in cap. quomodo frequenter num. 6. vt lit.
non contest. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 60. nu. 14.
15. & 17.* & si replicetur, quod non sufficit quælibet
imbecillitas, sicut nec quodlibet impedimentum
23 † ad excusandum nisi probetur talis per quam po-
tentia

tentia exercendi curam concludatur ex eodem *Menoch. in fin.* & multis comprobat *Grat. forens. discept. cap.* 18. *num.* 13. adhuc cessat obiectum, quia statur dicto asserentis quando procedunt coniecturæ, vt hic ex præcedenti infirmitate, & approbatio-
24 ne Prioris, ac etiam † ex remissione Nuntij ad Antonium, qui prius accesserat ad Dominicum Vsillũ, vocaret ad confitendum infirmum, sub cuius colore exinde eadem nocte fuit factum matrimonium. *Io. Andr. in cap. Pastoralis de offic. & potest. Iudic. deleg. Felin. in cap. si pro debilitate num.* 5. *eod. tit.*

Superest tertium tempus quartæ feriæ immediatè ad primam Dominicam Quadragesimæ subse-
25 quens, † in quo pariter fuit dictum Antonium non caruisse licentia curam exercendi quoad omnia Sacramenta quamuis tam ex depositione Antonij, quam Dominici appareat eundem Dominicum venisse ad Ecclesiam, missam in ea celebrasse, ac pœnitentem audiuisse, Antoniumque ob id claues Sacrarij obtulisse rogando, vt eum ab obligatione curæ liberaret, attamen patet ex vtraque depositione eiusdem Dominici nempe secundo articulo, tam in die Dominica quàm in feria quarta se imbecillem enuntiasse, & in alia super octauo recusauit recipere claues, respondendo Antonio, quod illum excusaret per illam diem, in quo volebat recreationem capere, & quod ad diem sequentem claues recepisset, ex
26 quibus verbis dubitari nō potest quin † quoad Dominicum infirmitas duraret, quia & erat imbecillis, & in imbecillitate vires se recreando recuperare vellet, sequendo consilium Prioris ne rediret, nisi integris viribus recuperatis.

Non obstat quod Antonius in sua depositione super octauo ab illa die Mercurij 27. Februarij habuerit se pro licentiato non obstante quod Domini-
27 cus illum † rogauerit, vt vellet vsque ad alteram diem mane continuare, vt si casus occurreret ad confitendum subuenire posset, quod onus legitur quidem ab eodem Antonio in eadem depositione acceptatum, sed cum declaratione, quod non intendebat assistere matrimonijs de nocte celebrandis, absque eo quod Dominicus esset præsens, vel noua à Priore licentia superueniret.

Quia quoad limitatum exercitium curæ ab eo die
28 Mercurij in antea solus Antonius deponit cum † tamen in prima depositione coram Vicario Vlixbonen. & in alia ad instantiam Margaritæ nullum verbum de hac limitatione dixerit. Dominicus vero indistinctè super octauo pariter articulo dicit, quod cum excusaret per illam diem in qua volebat recreationem capere, & quod ad diem sequentem claues capere debebat. Præterea eadem Antonij declaratio emanauit, quia ipse intelligebat expiratũ fuisse suam iurisdictionem, quæ cum ex supradictis adhuc
29 durare appareat, merito cessante † causa limitationis debuit etiam cessare, & ipsa limitatio *cap. cum cessante de appell. Tiraquell. in tract. quod cess. caus. num.* 96. Et ita decisum &c.

Decisio, quæ hic allegatur in hac eadem causa emanata sub die 16. *Nouembris* 1622. *coram bo. me. Reuerendiss. Patriarcha Manzanedo, est in præcedenti Tomo decisio* 431.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana de Bombellis.

Lunæ 24. *Nouembris* 1625.

ARGVMENTVM.

Vxori in subsidium datur regressus pro recuperatione suæ dotis ad bona, quæ dedit in dotem marito æstimata, itaque fecerit talis æstimatio emptionem, & venditionem. Præscriptio non potest allegari, dum legitimum tempus transactum non fuit. Fructus rei venditæ pendentes ad quem spectent, si simus in dubio. Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, quando fructus hæreditarios non faciat suos, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Aestimatio in datione dotis facit emptionem, & venditionem.*
2 *Vxori in subsidium datur regressus ad rem datam in dotem æstimatam.*
3 *Statutum Vrbis de præscriptione inducit præsumptionem satisfactionis in debitore spatio* 16. *annorum.*
Itaque si allegetur minus spatium temporis, non releuat.
4 *Legatarius numquam præfertur creditori habenti hypotecam.*
5 *Vestes datæ à marito vxori, dum non sunt pretiosæ, præsumuntur donatæ.*
6 *Fructus rei venditæ pendentes, dum aliud non fuit conuentum, spectant ad emptorem.*
7 *ad Fructuum restitutionem, quis non tenetur, dum percepit bona fide.*
8 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non facit fructus suos in præiudicium creditorum hæreditariorum.*
9 *Quæ tamen conclusio procedit, quando quis est simpliciter hæres, non autem quando quis simul est creditor.*

DECISIO DCXXVI.

DOMINI dixerunt conclusionem firmatam in alijs decisionibus esse veram, videlicet, quod
1 competebat in subsidium regressus ad † vineam datam in dotem æstimatam, quia licet isto casu fecerit emptionem, & venditionem, tamen si hære-
2 ditas non est soluendo in subsidium † datur regressus ad vineam. Propterea, vt videretur de veritate huius facti, fuit deputatus calculator D. Ioannes Michelinus, qui firmauit creditũ hæreditatis ascendere ad scut. 7097. debitum verò ad summam scut. 6812. & sic creditum remanebat in scut. 285.

Prætendebat tamen Fuluia, quod ex debito hæreditatis aliquæ partitæ essent demendæ, & aliquæ ad creditum addendæ. Helena exaduerso prætendit aliquas partitas esse addendas ad debitum hæreditatis, & sic Fuluia prætendit augere creditum vltra summam prædictam. Helena vero debitum adeout legitimè absorberet dictam summam scut. 285. in quibus hæreditas fuit declarata creditrix.

Incipiendo à prætensionibus Fuluiæ prima deducebatur, quod cum fuerit datum debitum hæreditatis in scut. 256. 48. quæ sibi retinuit Hippolytus Ceccarellus pro suis vtilibus erat demenda ista partita,

 tita,

tita, sed hoc non placuit Dominis in totum, sed esse reformandum in scut. 38. 15. & sic computandum solum esse pro scut. 218. 33. Quia bo. me. Macchiauellus constituit per suam sententiam illum creditorem in scut. 171. 27. pro salario, & in scut. 47. pro totidem ab eo solutis.

Secundo prætendit esse demendam ex debito hæreditatis partitam scut. 175. solutorum Paulæ Picciolottæ, quæ de anno 1575. vendiderat cannetum, de cuius hæreditate agitur, pro scut. 350. prætenditur enim quod actio ad petendum creditum fuerit præscripta. Per Dominos tamen fuit cōsideratum, quod prædicta venditio fuit facta de anno 1575. obitus vero Bernardini fuit de anno 1590. & sic à die venditionis vsque ad obitum interuenerunt tantum an-
3 ni 15. † Quare non adest legitima præscriptio, nec præsumptio satisfactionis, quæ ex Statuto Vrbis spatio 16. annorum inducitur.

Tertio dicebatur ex debito hæreditatis esse demenda scuta 20. quæ Bernardinus legauit cognatæ suæ. Hæc prætensio placuit Dominis, quia nun-
4 quam † legatarius præfertur creditori habenti hypotecam. *l. creditor ff. de distr. pign. Surd. decis. 44. n. 6.* Neque ius istud potest impediri per testatorem *l. 1. C. de bon. pign. imped. non poss. & fuit latè deductum coram me in causa Asculana domus 2. Iunij 1602.*

Quarto dicebatur quod ad creditum hæreditatis erant ponendæ vestes, quas Helena retinuit, sed videbatur calculator habuisse de his rationem, cum posuerit ad creditum hæreditatis partitam scut. 42. pro mobilibus, quæ remanserunt in manibus Hele-
5 næ, & in omnem euentum † cum non sint vestes pretiosæ, censentur donatæ, *Surd. decis. 166. num. 4. Laderch. cons. 118.*

Quare firmatum fuit demptis duabus partitis, vna scilicet scut. 38. 15. altera vero scut. 30. debitum hæreditatis esse iuxta calculum Michelini computandum in scutis 6744.

Circa prætensiones Helenæ. Prima dicebatur esse addendum ad debitum hæreditatis duos census, alterum scut. 200. alterum scut. 50. pro quibus Bernardinus fideiussit vti principalis, principaliter, & insolidum, sed respondebatur illum habuisse releuatorem, & non constare, quod hæreditas aliquid soluerit.

Secundo prætendebatur ad debitum hæreditatis esse ponenda scuta 200. debita Helenæ, cum enim dedit vineam, fructus erant pendentes, sed quoniam
6 vinea ita, & taliter fuit data, † vt faceret emptionē, & venditionem, fructus pendentes spectabant ad ad maritum emptorem. *l. fructus ff. de rei vendic. l. Iulianus §. si fructibus ff. de act. empt. Bart. in l. fin. § fin. vers. & ideo dic. ff. de iur. fisc. Apostill. ad Rom. cons. 10.*

Ex quibus apparet quod creditum hæreditatis excedebat in scutis 353. Sed cum creditum Helenæ esset scut. 1200. pro sua dote certum est, quod in subsidium poterat agere ad vineam saltem pro rata, & medio tempore fecit fructus suos, licet enim in totum hæreditas non esset soluendo, tamen vt constat ex prædictis negotium erat adeo implicitum, vt dicendum sit ex tota serie facti Helenam bona
7 fide percepisse, & consumpsisse † fructus, & ideo non teneri ad illorum restitutionem. *Abb. cons. 6. in fine, lib. 2. vbi de communi Alex. cons. 154. num. 2. & 5. vers. regula enim lib. 6.*

Neque obstat quod Helena tanquam hæres cum
8 beneficio † legis, & inuentarij non fecerit fructus suos in præiudicium creditorum hæreditariorum. *Guido pap. de confect. inuent. num. 17. Phanucc. eod. tract. par. 3. num. 35. Laderch. cons. 8. nu. 1. Peregr. de fideic. art. 49. num. 77. Surd. decis. 92. num. 5. Caball. cons. 144. lib. 2.* Quia conclusio procederet si
9 Helena esset † simplex hæres cum beneficio legis, & inuent. sed cum esset etiam creditrix suæ dotis, & bona fide vineam in subsidium retinuerit, vtique fecit fructus suos. Et ita &c.

Vide supra in præcedenti Tomo ad decisionem 410. quæ est in eadem causa, vbi annotaui plures alias decisiones in hac causa emanatas.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana fructuum Dotis.

Veneris 28. Nouemb. 1625.

ARGVMENTVM.

Bona omnia alicuius, si propter eius delictum in fiscū transeant, tunc cum dictis bonis in fiscum quoque transeunt omnia iura, & actiones tam actiuè, quàm passiuè, itaque ille remanet liberatus ab omni obligatione, quæ opinio procedit etiam si obligatus deuenerit ad pinguiorem fortunam, & quid si à Principe plenariè fuerit restitutus in integrum. Bona, vt dicantur confiscata, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Bona alicuius, quando confiscantur, tunc omnia iura actiuè, & passiuè in fiscum transeunt.*
2 *Quod procedit etiamsi postea ille, cuius bona fuerunt confiscata deuenerit ad pinguiorem fortunam. & num. 5.*
3 *Bannitus, cui bona omnia fuerunt confiscata, si postea fuerit restitutus ad bona, honores, & famam, tenetur ad omnia, prout erat obligatus ante confiscationem.*
4 *ad fructus dotales soluendos, dum quis se obligauit, si accidat omnia eius bona confiscata fuisse, dato, vt ea recuperet, sine dubio denuò obligatur ad dictam solutionem.*
6 *Testator, dum ordinauit, vt in casu delicti haeredis bona non transeant in fiscum, sed alium eo casu substituit, si secutum fuerit delictum, & confiscatio, & deinde restitutio, quid ea operetur.*
7 *Testatoris præceptum, ne bona in casu delicti hæredis transeant in fiscum operatur, ne ea possint confiscari.*
8 *Fiscus non est verisimile, vt pro valore magno bonorum, voluisset concordare pro parua summa.*
9 *Bonorum incorporatio in fiscum debet probari mediante actuali possessione, & apprehensione.*
10 *Sententia condemnatoria non transfert possessionem absque apprehensione.*
11 *in Fiscum tunc bona dicuntur incorporata, quando sunt descripta, annotata, sequestrata, & consignata in depositum.*
12 *12 Bona, vt dicantur incorporata in fiscum, non sufficit, quod fuerint confiscata,*
13 *Sed requiritur etiā, vt capta sit possessio præcedente declaratoria, & inter Principis bona descripta.*

DE-

DECISIO DCXXVII.

HODIE non controuertebatur, quod fructus decursi dotis non solutæ post dissolutum matrimonium non debeantur ex rationibus in decisione deductis, * nec minus de decursis constante matrimonio, sed dicebatur non deberi per Paulum, quia licet ad illos se obligauerit, nihilominus, cum
1 fuerit bannitus, & eius bona † confiscata in fiscum fuerunt translata omnia iura actiuè, & passiuè *l. seruus 29. ff. de act. & obligat. Bart. in l. vbicumque que num. 5. vers. primum exemplum in deportato ff. de fideiuss. Io. de Amic. cons. 68. num. 2. & 3. DD. in l. si marito ff. solut. matrim. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 59. num. 9. vers. & in tantum, Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 54. vers. Ideo quia fiscus. Farin. q. 25. num. 177. & seq. Rota decis. 575. num. 1. par. 1. in recent.* subdebatur præterea hanc cōclusionem pro-
2 cedere etiam quod postea venerit † ad pinguiorem fortunam, acquirendo bona per obitum fratris ex fideicommisso paterno *l. 4. C. de sent. pass. vbi Ang. num. 14. Odd. de restit. in integr. q. 97. art. 2. nu. 13. vers. sed breuiter. Farin. loco citato num. 179. Rota decis. 575. num. 1. in fin. vers. & eo peruento.*

Cæterum Domini attenta qualitate facti censuerunt Paulum teneri ad fructus durante matrimonio decursos, quia licet verissima sint, non videntur tamen admittenda in hoc casu, vbi ipse fuit gratiosè
3 restitutus † ad famam, honores, & bona, propter quod illæmet actiones fuerunt à fisco in ipsum retro translatæ *l. 2. & 3. ff. de sent. pass. l. in quæstione, vbi Ang. num. 3. C. eodem.* Et propterea denuò re-
4 mansit obligatus Petro Antonio † pro fructibus cōstante matrimonio elapsis, *Bart. in dicta l. si marito, num. 3. Angel. num. 1. vers. & licet. Alex. nu. 4. & 5. ff. solut. matr. Nell. in tract. de ban. temp. 3. par. 1. num. 21.* latè *Farin. d. q. 25. num. 100. Odd. d. q. 97. num. 9. & seqq. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. n. 63.*

Non obstat quod Paulus fuerit restitutus quo ad bona, non tamen fisco incorporata, & bona fuerunt cessa fratri mediante solutione scutorum 800. quæ ipse postea recuperauit non à fisco, sed vi-
5 gore fideicommissi paterni † per obitum fratris, & ideo non tenetur *d. l. 4. C. de sent. pass. Io. de Amic. d. cons. 68. num. 3. vers. plus dico. Nell. in tract. de Bann. in 2. par. 3. temp. num. 21. & vers. 1. Farin. d. q. 25. num. 180.* Huic fundamento fuit responsum,
6 quod in testamento Pater disposuit, quod † in euentum delicti vocauit alium, & si deinde delinquens, fuit restitutus, censeatur etiam restitutus, & reintegratus ad bona, quæ prius obtinuerat.
7 Quæ dispositio † operatur, vt bona non possent confiscari. *Rol. cons. 56. num. 11. & 12. lib. 1. Thesaur. inter consil. Farin. 153. num. 2. cum seqq. lib. 2. Boss. de publ. bon. num. 3. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. num. 103. & seq. Menoch. cons. 91. nu. 6. Gabr. cons. 123. num. 12. lib. 1. Odd. cons. 5. vbi de communi Farin. d. q. 25. num. 22. Fusar. de substit. q. 442. num. 11.* Et propterea compositio facta per fiscum, censetur facta ex aliqua prætensione Pauli super dictis bonis, non autem ex quo possent simpliciter confiscari, eo-
8 que magis, cum † valor bonorum passim ascenderet ad valorem scut 18450. vt patet ex confessione Pauli, non est credē, quod fiscus voluit concordare ad tam magnum interesse pro tam parua summa.

Fuit insuper ex abundanti consideratum, quod
9 incorporatio † deberet probari mediante actuali possessione, & apprehensione, quod non probatur. *Socc. iun. cons. 126. num. 1. lib. 2.* Sola enim senten-
10 tia condemnatoria non transfert † absque apprehensione possessionem. *Boss. in prax. de publ. bon. num. 26. Hond. cons. 42. num. 29. lib. 1. Ruin. cons. 25. num. 1. & seq. lib. 4. Eugen. cons. 2. num. 30.* vbi quod
11 bona dicuntur † fisco incorporata, quando sunt descripta, annotata, sequestrata, & consignata in depositum, latè *Farin. qui alios cumulat fragment. vers. bona num. 116.* vbi declarans hanc clausulam
12 præterquam fisco incorporata † asserit non sufficere, quod fuerint confiscata, sed requiri quod fuerit etiā
13 capta possessio præcedente declaratoria, † & inter Principis bona descripta.

Et ita vtraque parte informante conclusum, &c.

* *Videlicet sub die 12. Maij 1625. coram eodem Coccino, est supra in hoc Tomo decisio 607. & infra habetur altera sub die 30. Ianuarij 1626.*

REVERENDISS. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Medietatis Annatæ.

Lunæ 1. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Statutum, si adsit in aliqua Ecclesia, vt illi, quibus sunt collata beneficia illius Ecclesiæ, teneantur, applicare dimidiam primam annatam fructuum Sacristiæ, vel alicui alio loco, si accidat, quod in d. beneficijs aliquis sit intrusus, & soluat dictam partem, an postea verus, & legitimus possessor teneatur illam denuò soluere.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij media annata si sit danda alicui loco vigore statuti, debet solui ex fructibus, seu redditibus beneficij.*
2 *Beneficij fructus spectant ad verum, & legitimum possessorem, non autem ad intrusum.*
3 *Bona si existant ad æstimum venditoris si venditor soluat collectas, & onera, non potest de nouo grauari emptor ad illa soluenda.*
4 *Collecta, seu gabella duplex pro eadem re exigi non debet.*
5 *Decimas, qui semel soluit ad amplius non tenetur.*
6 *Annata semel soluta pro eadem vacatione beneficij non debet iterum solui, etiam, quod expediantur nouæ literæ sub eadem supplicatione.*
7 *Prouisio nulla non consumit vacationem.*
8 *Vacatio non dicitur noua, si proueniat ex persona nulliter prouisi.*
9 *Onus fructuum beneficij est onus reale, & non personale.*
10 *Beneficiorum vacationes de facto attendi non debent, sed tantum illæ, quæ contingunt de iure.*
11 *Beneficiorum vacationes de facto sufficit aliquando verificare secundum subiectam materiam.*
12 *Vacationē beneficij de facto non sufficit iustificare, quando agitur de certa, & determinata fructuum applicatione.*
13 *In beneficijs regulariter non admittuntur plures possessores.*
14 *Beneficij possessio illius, qui fuit intrusus vel nulliter*

ter immissus dicitur redundare ad commodum veri, & legitimi possessoris.
15 *Beneficij redditus, qui consistunt in fructibus, debentur solum præsentibus, & interessentibus, & sic assimilantur distributionibus quotidianis.*
16 *Beneficij fructus debentur vero, & legitimo possessori; ita vt nec contra intrusum requiratur protestatio. & num. 17.*
18 *Intrusus dicitur possidere ad commodum veri, & legitimi possessoris.*
19 *Gabella debet solui à possessoribus etiam de facto.*
20 *Et ex hoc inde non sequitur, quod ille, qui verè habet ius, & legitimè possidet, teneatur soluere nouam gabellam.*
21 *Conditio iniqua non debet inferri alteri per alterum.*

DECISIO DCXXVIII.

IN Basilica Principis Apostolorum de Vrbe adest indultum Clementis VII. confirmatum à Paulo III. quod in prima eius parte applicat Sacristiæ dictæ Basilicæ omnes, & singulas pecunias, & alias res, quas noui Canonici, Beneficiati, & Clerici eiusdem Basilicæ in, & pro introitu, receptione, admissione, & possessionis adeptione Canonicatuũ, Præbendarum, Beneficiorum, & Clericatuum dare consueuerunt; & quantum ad istas res, & pecunias non controuertit Iulius Cæsar soluere pro sua admissione pecunias dare consuetas; de fructibus autem beneficij in hac prima parte nullum verbum. In secunda vero parte, ibi, nec non integram medietatem omnium, & singulorum fructuum, &c. indultum applicat eidem Sacristiæ medietatem fructuum primi anni respectu prouisionum Canonicatuum, præbendarum, Beneficiorum, & Clericatuum, &c. & super hoc est hodie controuersia inter Sacristiam, & Iulium Cæsarem, à quo vti nouiter immisso, vigore mandati Rotalis in possessionem Clericatus prætendit Sacristia exigere, iuxta formam supradicti indulti mediam annatam, quam tamen cum Iulius Cæsar soluere recusaret tamquam semel exactam, & solutam à Nicolao eius collitigante, & prius intruso in hoc eodem Clericatu, fuit per me datum dubium cum præsupposito dicti indulti, an exactio facta per Sacristiam à Nicolao suffragaretur Iulio Cæsari, quo dubio semel proposito sub die 23 Iunij præteriti, fuit resolutio dilata, quare hodie illud reproposui, & Domini censuerunt exactionem prædictam suffragari Iulio Cæsari, & ratio potissima resolutionis fuit, quia media annata debet solui ex fructibus, seu redditibus beneficij, vt
1 clarè † dicunt verba indulti, & dispositum est etiam de iure, vt tradunt *Coras. de benef. par. 4. cap. 4. n. 53. Monet. de distrib. quotid. par. 3. q. 9. num. 27. Bursat. cons. 126. num. 83. lib. 2.* & ideò cum fructus dicti
2 Clericatus † spectarent ad Iulium Cæsarem, non autem ad Nicolaum intrusum, *iux. not. per glos. in cap. dudum el 2. verb. furtum, vbi notat etiam Abb. num. 19. de electionib. Cassad. decis. 6. sub num. 1. de præben* Rot. *decis.* 103. *num.* 6 *par.* 2. *recent.* non videtur æquum quod Iulius Cæsar possit cogi ad soluendam nouam annatam debitam ex fructibus eiusdem Clericatus, sed debet eidem suffragari iam soluta per Nicolaum, *ad tradita per Dec. consil.* 285. *num. 4. vers. 3. hoc idem, & per tot.* vbi dicit, quod
3 si bona existant ad estimum venditoris, † si venditor soluit collectas, & onera non potest de nouo grauari emptor ad illa soluenda, quia de iure non est
4 permissum, quod duplex † collecta, siue gabella pro eadem re exigatur, hoc idem notat *Bald. in l. 1. §. quod si nemo, num. 5. vers. sed iuxta hoc quæro, & num. 12. ff. quod cuiusque vniuersit. nomine, idem Dec. cons. 457. num. 3. & 4. Soc. sen. cons. 302. num. 4. vers. confirmatur, lib. 1.* vbi num. antecedenti hoc
5 exemplificat in eo, qui semel † soluit decimas, *Alex. cons. 183. num. 6. & cons. 148. num. 10. lib. 6. Rom. cons. 161. latè Bertachin. tract. de gabell. 5 par. princ.*
6 & in terminis, quod semel soluta † annata pro eadem vacatione non debeat iterum solui, etiam quod expediantur nouæ litteræ sub eadem supplicatione tradit *Galless. tract. de annat. num. fin. vers. ex huius regulæ singulis partibus ibi, prout neque ille soluit fol. 377.* & optimè facit ad hoc propositum *decisio in causa Ispalen. Quintorum 27. Nouembris 1617. coram D. meo Seleucien.* vbi cum Capitulum ageret ad solutionem plurium Quintorum partis fructuum, Rota ibi resoluit non fuisse debitũ Capitulo, nisi vnicum Quintum, quia non superuenerat, nisi vnica vacatio, licet plures fuissent prouisi nulliter tamen, vel intrusi, quod idem est in nostro casu in quo fuit prouisus de hoc Clericatu etiam Nicolaus, sed cum illius titulus, seu prouisio non sustineretur non potuit ex ea tanquam nulla induci noua vacatio, & consequenter stante vnica vacatione, vnica tantum debet solui annata, & non plures, iuxta superius allegata. Et facit quod sicut proui-
7 sio † nulla non consumit vacationem, nec impedit deuolutionem, ita vacatio contingens ex persona prouisi nulliter non tribuit nouas facultates ipsi Sacristiæ deducendi alteram mediam annatam super
8 eodem beneficio cum non † dicatur noua vacatio, *Cassad. decis. 2. de vnio. Put. decis. 13. lib. 3. Seraphin. decis. 1309. num. 2.*

Quæ tantò magis procedere Dominis videbantur ex eo, quia applicatio istius mediæ annatæ non respicit personas, sed ipsa beneficia, & sic cum sit
9 onus † reale fructuum beneficij, non autem personale, vt notant *Bursat. d. cons. 126. n. 83. lib. 2. Coras. de benef. d. par 4. cap. 4. nu. 53. Monet. de distrib. quotid. loco supra citat. n. 34.* non debet persolui à qualibet persona, quæ admittitur ad possessionem, sed tantum respectu singularum vacationum succedentium, quas & non admissionem cuiuslibet beneficiati indultum respexit in secunda eius parte, prout superius fuit demonstratum, & vlterius etiam magis patet ex eo, quia excluduntur in eo prouisiones in quibuscunque casibus, & respectiuè personis factæ, quod apertè demonstrat indultum habuisse tantummodo respectum ad vacationem, non autem ad nouam personam ingredientem.

Non obstat quod vacatio ex persona Nicolai, licèt nulliter prouisi dicatur vacatio saltem de facto, & sic sufficiens ad effectum prædictum, quia fuit re-
10 sponsum non debere † attendi vacationes de facto, sed tantum, quæ de iure contingunt, *Cassad. decis. 5. num. 4. & seq. de priuil. Rot. decis. 102. lib. 1. par. 3. & decis. 52. in fin. lib. 2. ead. par. 3. diuers. Gonzal. alios adducens super reg. 8. glos. 15. §. 1. num. 14.* Nec facit, quod sufficiat etiam aliquando iustificare vaca-
11 tionem † de facto ratione subiectæ materiæ, iuxta *decis. Bellamer. 116. in fin.* sæpius canonizatam, quæ subie-

subiecta materia, vt colligitur hic ex tenore primæ partis indulti videtur respicere tantum admissionẽ, seu receptionem noui Clerici, quia fuit dictum hic non agi de prima, sed de secunda parte indulti, cuius verba dum loquuntur de applicatione istius mediæ annatæ non videntur posse intelligi de vacatione tantummodo de facto, sed de iure,& de facto, attento quod non versemur in terminis iustifica-
12 tionis gratiæ, † sed in certa, ac determinata applicatione fructuum, iuxta tradita per *Rot. decis.* 659. *num.* 15. *par.* 2. *recent.* alias enim intelligendo simpliciter in hoc casu de vacatione de facto sequeretur, quod pro vna vacatione soluerentur plures mediæ annatæ, & tot quot contingeret fieri impetrationes, & possessionis occupationes, quod non est di-
13 cendum cum † in beneficijs regulariter non admittantur plures possessores, sed possessio illius qui fuit intrusus, vel nulliter immissus dicatur redundare
14 † ad commodum tantum veri, & iusti possessoris, *cap. contingit de dol. & contumac. l. quamuis, & ibi gloss. verb perindè habetur, ff. de bon. auctor. Iud. possid.* & fuit dictum in *Meten. Canonicatus* 27. *Maij* 1619. *coram bo. me. Card. Sacrato*.

Non obstat, quòd redditus huius Clericatus consistant in fructibus, qui solum debentur præsenti-
15 bus,& interessentibus, † & sic assimilentur distributionibus quotidianis, vt per *Viu. opin.* 194. *distributiones quotidianæ, num* 8. quia nihilominus illi spectant ad Iulium Cæsarem verum, & legitimum
16 possessorem, † ita vt nec contra intrusum prout erat Nicolaus requireretur protestatio, *Rot. decis.* 618. *in princ. par.* 1. *diuers. Gonzal. sup regul.* 8. *§* 7. *prohem. num.* 161. *vers.* 4 *limita*. Quinimò cum isti redditus pro rata remanere deberent ratione dictæ mediæ annatæ penes Sacristiam non erat pariter necessitatia aliqua protestatio ad effectum, vt Iulius
17 Cæsar tanquam verus possessor † illos prætendere posset, *Put. decis.* 373. *num.* *lib.* 1. *in nouis*, *Rota diuers. d. decis.* 618. *par.* 1 *& in Maioricen. Canonicatus* 2. *Maij* 1594. *Firmana distributionis* 26. *Ianuarij* 1598. *coram Illustriss. Card. Millino, & in Casalen. distributionum* 16. *Nouembr.* 1605. *coram R.P.D. Ortembergo*.

Non obstat quod Iulius Cæsar obtinuerit tantum immissionem in possessionem istius Clericatus, non autem fuerit lata sententia ad eius fauorem cum condemnatione fructuum, quia huiusmodi obiectum posset procedere si Iulius Cæsar ageret hodie contra Nicolaum, & vellet ab eo repetere dictos fructus, sed cum Nicolaus, vt supra dictum est, soluerit mediam annatam Sacristiæ dicitur gessisse negocium
18 vtile Iulij † Cæsaris, ad cuius tantum commodum tanquam intrusus dicebatur possidere, *cap. contingit de dolo, & contumac.* cum alijs supra allegatis.

Minus obstat, quod media annata ex dicto indulto Clementis sit applicata Sacristię etiam si prouisiones sint de litigiosis, & vacaturis, in quibus cum non possit considerari vera vacatio, nisi post euentum litis, aut conditionis purificandæ per vacationem videtur intrare conclusio supra firmata pro Sacristia, quod sufficiat etiam vacatio de facto pro exactione dictæ mediæ annatæ, quia fuit responsum verba prædicta indulti esse aliter intelligenda, nempè vt quoad beneficia litigiosa prouisi etiam lite subsistente non possint quoad eorum interesse impedire exactionem mediæ annatæ, & simpliciter quoad vacatura, quæ excedunt primum annum, vt Sacristia non dicatur propter hoc priuata suis facultatibus deducẽdi mediam annatam ex fructibus qui prius percipi non potuerunt, non autem quod valeat exigere mediam annatam ex quacunque vacatione de facto contingente, quod esset omninò absurdum ex supra deductis.

Secundò respondebatur, quod licet Indultum dicat mediam annatam debere solui etiam de beneficijs litigiosis, & vacaturis, attamen non disponit, quod illa soluta cum debeat solui ex fructibus beneficij, vt superius demonstraui, non sit computanda ad fauorem veri, & legitimi possessoris, vel titularis, prout in simili non facit, quod gabella de-
19 beat † solui à possessoribus etiam de facto, vt per *Marcabrun. cons.* 18. *num.* 333. *& seq. Surd. decis.* 305. *nu.* 7. quia non inde sequitur, quod ille, qui
20 verè habet ius, & legitimè † possidet, teneatur soluere nouam gabellam, iuxta *Bald. Dec. Soc. & alios supra allegatos.*

Tandem non obstat, quod aliàs in his, & similibus casibus Sacristia exegerit istam mediam annatam, & sic dicatur constare de obseruantia faciendi huiusmodi exactionem, quia ex casibus, siue exemplis adductis in summario eiusdem Sacristiæ num. 2. de duobus beneficiatis, qui soluerunt d. mediam annatam pro illorum ingressu in possessionem non videtur vllo modo posse firmari obseruantiam talem, quæ præiudicet Iulio Cæsari tanquam non obtentam in contradictorio iudicio, sed emanata ex particulari soluentium voluntate, qui benè potue-
21 runt de re sua sic disponere, † non autem mediante solutione per ipsos facta alteri ingrediendi præiudicare, & iniquam conditionem inferre, *l. si ex duobus in fin ff. de neg. gest l.* 1. *in princ. ff. de alien. iud. mutan. caus. fact. l. non debet. ff. de reg. iur. cum alijs notat. per Crauett. cons.* 1. *pro genero. num.* 91. *& num.* 455.

Ex quibus ita fuit resolutum vtraque parte informante.

REVERENDISS. MERLINO.

Toletana Matrimonij.

Mercur. 10. *Decembr.* 1625.

ARGVMENTVM.

Matrimonium coram Sacerdote, vel alieno Parocho absque Ordinarij, vel proprij contrahentium Parochi licentia contractum, ipso iure irritum est, adeo vt sola declaratoria opus sit. Parochiam nouam, vt quis acquirat, ad hunc effectum non est opus expectare, vt ille maiori parte anni in prædicta Parochia inhabitauerit, sed statim ac incipit inhabitare animo habitandi efficitur Parochianus, itaque momentum temporis sufficit; iuncto animo, & respondetur non nullis oppositionibus in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non celebratum coram proprio Parocho non tenet.*

2 Ma-

2 *Matrimonium non celebratum iuxta disposit. Concil. Trident sess. 24. cap. 1. de reform. est irritum ipso iure, ita vt sola declaratoria sit opus.*

3 *Parochus alicuius loci, vt quis efficiatur sufficit, vt ibi incipiat habitare, nec requiritur, vt inhabitauerit maior pars anni.*

4 *Attestanti de re, quæ ad eius officium spectat, credendum venit.*

5 *Matrimonium contractum in præsentia proprij Parochi dicitur legitimè contractum.*

6 *Matrimonium sufficit, vt fuerit contractum in præsentia Parochi habitationis alterius coniugũ contrahentium.*

7 *Testes deponentes super validitate matrimonij illi sunt præferendi alijs deponentibus super inualiditate.*

8 *Testes deponentes super inualiditate matrimonij, debent plenè, & concludenter dictam inualiditatem probare, & debent esse omni exceptione maiores.*

9 *ad Parochiam aliquam, quando quis dicatur deuenisse, vt ibi continuo inhabitaret.*

10 *Testes, quantum fieri potest, curandum est, vt reducantur ad concordiam, & nu. 17.*

11 *Domicilia duo quando quis habet, tunc ad validitatem matrimonij sufficit, vt coram alterutro Parocho fuerit contractum.*

12 *Domicilium in aliquo loco, quis dicitur contraxisse stante eius animo illud contrahendi, licet ex aliquo accidenti ibi omnia eius bona non asportauerit, & num. 13. 22.*

13 *Domicilium statim dicitur contractum non expectato alio tempore, quando adest aperta animi declaratio illum velle contrahere.*

14 *Testes Religiosi præsumuntur omni exceptione maiores.*

15 *Voluntatis mutatio, nisi de ea constet, non præsumitur in dubio.*

16 *Declaratio expressa, & valde enixa etiam cum imprecationibus, & iuramento, tollit vires tacitæ voluntatis contrariæ.*

17 *in Fraudem legum, ea, quæ simulatè fiunt, non tenent.*

18 *Matrimonium an dicatur validum, si in fraudem dispositionis Conc. Trident. volentis vt illud contrahatur coram Parocho proprio, fuerit mutata Parochia, & nu. 19. & 25.*

20 *Fraus non præsumitur, sed ab allegante eam, est concludenter probanda.*

21 *ad Fraudem probandam, quamuis sufficiant præsumptiones, & coniecturæ, tamen illæ debent esse perspicaces, & euidentes.*

23 *Coniecturæ illæ, non probant fraudem, quæ in bonam partem etiam sumi possunt.*

24 *Coniecturæ illæ non sunt habendæ in consideratione, quæ diuersos sensus habere possunt.*

26 *per Coniecturam vnicam non dicitur probata fraus.*

27 *de Veritatis primordio, verisque causis quando constat, tunc licitè, & sine aliqua fraude præsumitur actus gestus. & num. 28.*

29 *Animus latitans, melius detegi non potest, quam per expressam declarationem eius, de cuius voluntate quæritur.*

DECISIO DCXXIX.

MATRIMONIVM pro parte D. Ludouici
nullum prætendebatur ex eo, quod coram
1 proprio Parocho † celebratum non fuerit iuxta for-
mam, ac dispositionem *Sacri Concil. Trident. sess.*
24. *cap. 1. de Reformat.* vbi matrimonium coram
Sacerdote, vel alieno Parocho absque Ordinarij,
2 vel proprij contrahentium † Parochi licentia con-
tractum ipso iure irritum facit, adeout sola Decla-
ratoria opus sit, quemadmodum Sacra censuit Cõ-
gregatio Illustriss. Interpretum: Quo tamen non
obstante post trinam causæ propositionem visum
fuit Dominis pro illius validitate respondere, & sic
sententiam de partibus, per quam irritum, ac nul-
lum fuit declatatum esse reuocandam.

Quamuis enim sit in confesso, quòd Parochus
S. Ludouici, coram quo matrimonium fuit cele-
bratum per duos menses antea non erat proprius
Parochns vllius ex coniugibus, quia D. Ludouicus
semper, & continuò inhabitauit in Parochia San-
cti Martini, Domina Maria verò inhabitauerat in
Parochia S. Sebastiani, nihilominus DD. existima-
runt ex depositionibus testium datis in summario
Dominæ Mariæ num. 12. 13. & 14. probari ipsam
per duos menses circiter ante cõtractum matrimo-
nium à dicta Parochia, & domo Capitanei Dydaci,
in qua inhabitabat, discessisse animo non redeundi,
& se contulisse ad domum Quintilij in dicta Paro-
chia S. Ludouici secum asportando vestimenta, lin-
teamina, & omnia alia ad eius personæ vsum neces-
saria, ibique vsq; ad diem contracti matrimonij ha-
bitasse, edendo, bibendo, ac pernoctando, & alia
faciendo, & vlterius etiam omnem adhuibuisse di-
ligentiam, vt in eadem Parochia domum emeret,
3 & sic nouam Parochiam acquisiuisse, † ad hunc
enim effectum non est opus expectare, vt quis maio-
ri anni parte in Parochia inhabitauerit, sed statim
ac incipit habitare animo habitandi efficitur Paro-
chianus. *Card. in Clem. 1. de priuil. quæst. 16. nu. 8.
& ibi glos. in verbo* Parochialis, *Abb. in cap. extir-
pandæ, §. qui verò in repet. num. 11. vers. quæro se-
cundo quis dicatur de præben.* & ibi etiam *Rebuff.
vers. contrariam opinionem, fol. 385. & in c. omnis
vtriusque num. 23. de pen. & remiss. Feder. de Sen.
cons. 234. num. 5. in fin. & num. 6. Syluest. in summ.
in verb. domicilium, nu. 2. Borgnin. decis. 12. nu. 22.
vers. & aduertendum, lib. 2. Sanchez. de matrimon.
lib. 3. disput. 23. nu. 14. Guttier. eod. tract. de matrim.
cap. 63. num. 13. & 14. Emanuel. Sà in summa in
verb. Matrimonium, num. 2.* vbi refert ita decla-
rasse dictam Sacram Congregationem, & *in verb.
Parochus, num. 2. vers. ad matrimonium verò Basil.
Pontius de matr. lib. 5. de cons. clandest. cap. 13. §. 1
num. 4. 5. & 6.*

Quod valdè etiam corroboratur ex relatione Pa-
rochi S. Ludouici facta ante matrimonium Vicario
Madriti, quod ipse erat informatus, dictam D. Ma-
riam esse eius Parochianam à duobus mensibus ci-
tra, vt in dicto summario num. 3. cui multum vide-
tur deferendum, cum attestetur de eo, quod spe-
4 ctat † ad eius officium, *cap. cum inhibitio de clan-
dest. despons. Ias. in repet. l. admonendi, num. 132. ff.
de iur. iur. Rota decis. 340. num. 2. par. 2. diuers. &
decis. 341. num. 2. & decis. 390. num. 3. par. 2. rec.*

Vnde

Vnde cum dictus Parochus S. Ludouici esset proprius Parochus Dominæ Mariæ, matrimonium
5 cum illius assistentia fuit legitimè contractum, etiã si ille nullo modo esset proprius Parochus D. Ludouici, ad hoc enim vt Concilij forma adimpleta censeatur, sufficit matrimonium fuisse celebratum
6 † coram Parocho habitationis alterius coniugum contrahentium, *Nauar. in manual. cap. 25. nu. 144. Salzedo in prax. canon. cap. 73. vers. 14. Henriq. lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 2. Veg. in summ. lib. 6. cas. 118. Petr. de Ledesm. de matr. quæst. 45. art. 5. dub. 3. vers. de quo fit secunda conclusio Ludouic. Lopez 1. par. constit. cap. 86. §. præterea, & 2. par. de matrim. cap. 39. § præterea aduertendum, Sanchez de matrim. d. lib. 3. disp. 19. num. 4. Rota d. decis. 390. nu. 6. par. 2. recent.*

Neque obstant testes D Ludouici in eius summario num. 2. & 3. qui videntur deponere de continuata habitatione Dominę Marię in domo dicti Capitanei Dydaci asserentes pluries illam vidisse ingredientem, exeuntem, ac etiam permanentem cum ancillis suis. Quia (omissis ijs) quæ pro parte Dominæ Mariæ opponebantur tam contra personas, quam etiam contra examinis validitatem, & omisso pariter, quòd etiamsi essemus in conflictu testium, adhuc viderentur præferendi testes Do-
7 minæ Mariæ, † cum deponant pro validitate matrimonij iam contracti, & consumati, & D. Ludouicus sit actor, & instet matrimonium declarari nullum ex eo solo capite, quòd non fuerit contractum coram proprio Parocho, & sic sufficiat, quòd eius probatio ex dictis alijs testibus contrarium deponentibus reddatur turbida, ac dubia, & quod prop-
8 terea dici non possit ipsum † defectum huiusmodi plenè, & concludenter probasse per testes omni exceptione maiores, prout probare debuisset, *Cap. in literis, & ibi glos. fin. de testib. Couar. in epit. de sponsal. par. 10. cap. 8. §. 12. num. 7. & seq. Mascard. de probat. conclus. 1033. numer. 19. Caputaq. decis. 205. & decis. 150. num. 8. & 9. par. 2. Perez. lib. 5. Ordin. tit. 1. lib. 3. in fin. Sanch. de matrim. lib. 2. disput. 45 quæst. 4. num. 30. Guttier. eod. tract. cap. 44. num. 9. & seqq. Rot. coram san. me. Greg. decis 351. num. 2.*)

Fuit responsum Testes prædictos D. Ludouici in dicto nihil concludere, nec sufficienter probare negatiuam coarctatam de tempore contracti matrimonij, quia testes prædicti tam dati in vltima, quã in alijs duabus præcedentibus positionibus ad summum nihil aliud videntur concludere, nisi quòd Domina Maria etiam de tempore contracti matrimonij, & dictorum duorum mensium pręcedentiũ, ac pluries visa fuit ingredi, & egredi, ac etiam permanere in ædibus dicti Capitanei Dydaci, vna cum Domina Magdalena eius sorore, & cum famulis, ac pedissequis, mobilibus, & supellectilibus. Ex hoc autem non benè infertur, quòd ordinaria, ac vera habitatio Dominæ Mariæ cum animo permanendi non fuerit in dicta Parochia S. Ludouici in ædibus Quintilij, prout fuisse affirmant supradicti testes pro eius parte examinati, inter quos idem Quintilius, ac eius vxor, & familiares de veritate optimè informati. Stant enim simul ista duo, quod nempè Domina Maria ex Medicorum consilio, ac etiam, vt tolleret iurgia, & contentiones cum dicto Capitaneo, ab eius domo discesserit animo determinato nunquam redeundi ad continuò
9 † inhabitandum, seseque contulerit ad dictas ædes Quintilij, & sic ad Parochiam S. Ludouici, vt in ea inposterum permaneret, & melioris, ac purioris illius aeris auxilio veterem curaret infirmitatem & nihilominus ad dictam domum antiquæ habitationis sæpius redierit, ac permanserit, eo quia ibi dicta D. Magdalena soror, quàm maximò prosequebatur amore, inhabitabat, ipsaque etiam supellectilia, ac mobilia retinebat, quæ ad dicti Quintilij domum, propter eius angustiam transportare non potuerat; quod omninò dicendum videtur, cũ
10 hoc pacto testes † hinc inde examinati optimè ad concordiam reduci possint, prout semper quantum fieri potest, sunt reducendi, *Bart. in l. de ætate, nu. 7. circa med. ff de minor. glos. & Doct. in cap. cum sic de testib. Cæs. de Gras. decis. 4. num. 5. de testibus, Rota decis. 321. num. 4. par. 2. recent. & decis. 351. n. 31. & 38. coram san. mem. Greg.* Et denique in omnem euentum ex his probationibus hinc inde factis hæc solum resultaret, quod Domina Maria eodem tempore duobus in locis inhabitauerit, & duo habuerit, domicilia, vnum in Parochia Sancti Sebastiani, & alterum in Parochia Sancti Ludouici, quod tamen
11 non obstaret, quia hoc casu quo quis duo † haberet domicilia ad validitatem matrimonij sufficit coram alterutro Parocho fuisse contractum, *Sanchez de matr. lib. 3. disput. 24. num. 2. & seq. Pontius eodem tractat. lib. 5. cap. 13. n. 2. vers. ex quo consequenter.*

Neque etiam obstat, quod ex dicta non transportatione mobilium, reditu, & permanentia, iuncta præsertim reconciliatione cum dicto Capitaneo Dydaco deprehendi videatur, vel Dominam Mariam nunquam habuisse animum deserendi antiquam habitationem, vel saltem illum postea deposuisse, ac denuò in eadem Capitanei domo permanẽdi voluntatem reassumpsisse. Quia vltra quod testes dicunt, mobilia ideò non fuisse transportata, quia
12 † Domus Quintilij non erat capax, & ex eadem causa Dominam Mariam in ea ancillas retinere non potuisse, ad constituendum alibi domicilium, siue habitationem non est necessarium, quod quis res suas cum familia detulerit, hoc enim, & similia considerantur in dubio ad eliciendas præsumptiones, secus verò quando adest aperta animi declaratio, tum ex verbis sæpius, & palam reiteratis, tum
13 ex facto per demigrationem personæ, † si non cum tota supellectili, saltem cum vestibus, linteaminibus, & ornatu muliebri, vt in summario Dominæ Mariæ nu. 14. *ad l. Ciues iuncta glos. C. de Incol. lib. 10. l. 2. C. vbi Senat. Bald. in rub. C. si à non compet. Iud. Abb. in cap. fin. num. 8. in fin. de paroch. Felyn. in cap. dilectus il 2. num. 12. vers secundus casus de rescript. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 86. num. 2. Henriq. lib. 10. de Sacr. Ord. cap. 22. num. 2. Sanch.* qui alios congerit *d. tract. de matrim. lib. 3. disput. 23. num. 1. & 2. & pulchrè Guttier. eod. tract. d. cap. 63. num. 13. 14. & 15.* vbi quòd statim contrahitur domicilium non expectato alio tempore.

Quòd autem Domina Maria huiusmodi recedendi, sed in dicta Parochia Sancti Ludouici permanẽdi animum declarauerit, probant octo testes contestes in dicto eius summario num. 12. & 14. affirmantes, ortam fuisse rixam, ac contentionem inter ipsam Dominam Mariam, & dictum Capitaneum Dydacum Dominum domus, eamdemque Do-

Dominam Mariam acceptasse disdictam, & monitionem de discedendo, id suadente Religioso quodã S. Francisci de Discalceatis pro sedandis dictis dissidijs, & etiam cum iuramento declarasse velle discedere, & nunquam amplius ad inhabitandum re-
14 uerti, quorum octo testium duo † sunt Religiosi, & omni exceptione maiores, & in specie idem affirmat ipsemet etiam Capitaneus Dydacus. Et vlterius etiam constat Dominam Mariam post discessum omnem adhibuisse diligentiam, vt in dicta Parochia Sancti Ludouici domum emeret, vt ibi perpetuo posset inhabitare & supellectilem traducere cum integra familia. Et demum curauit examinari testes super eo, quod ipsa erat Parochiana eiusdem Parochiæ S. Ludouici. Ex quibus omnibus maximè simul iunctis, animi declaratio reddi videtur adeo clara, & aperta, vt ille animus ex aliquibus coniecturis, quæ contrarium suadere vi-
15 dentur in dubium reuocari non debeat; † Quod autem huiusmodi animus fuerit postea depositus, aç mutatus nullibi constat, & de iure non præsumitur, *l. qui voluntatem, ff. de probat. l. cum his statum, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Præsertim stante dicta expressa declaratione præcedente, & quidem valdè enixa etiam cum imprecationibus, & iuramento,
16 † quæ adeò potens est, vt tollat vires tacitæ volũtatis contrariæ, quæ alias ex coniecturis, vel actibus subsequentibus deprehendi posse videretur iuxta tradita per *Bart. in l. procurator, la 2. §. 1. in 2. opposit. ff. rem rat. hab. Aret. cons.* 128. *num.* 8. Natt. *cons.* 101. *num.* 12. *Surd. cons.* 35. *num.* 9. & 10. Eaq; tanto magis est attendenda, quia non est incom-
17 patibilis, sed bene † insimul stare potest cum facto, de quo deponunt testes D. Ludouici iuxta superius deducta, & faciunt tradita per *Angel. in l. iuris gentium, §. quod ferè in princ. ff. de pact. cum alijs relatis à Surd. cons.* 143. *num.* 59.

Denique non fuit visum obstare, quod pro parte D. Ludouici dicebatur, ex pluribus coniecturis, & ipsamet facti serie deprehendi dictam habitationem in Parochia Sancti Ludouici præuia animi declara-
18 tione † fuisse simulatam, & in fraudem dicti decreti S. Conc. Tridentin. & proprij Parochi præiudicium habitam, & consequenter ad matrimonij validitatem suffragari non posse, iuxta opinionem *Nauar. in cons.* 1. *in fin. de decim. lib.* 3. *in nou. impress. Henriq. in summ. lib.* 11. *de Matrimon. cap.* 3. *Petr. de Ledesma de matrim quæst.* 45. *art.* 5. *punct.* 3. *dub. vltim. concl.* 1. & 3. *Bartholom. à Ledesm. eod. tract. dub.* 21. *fol.* 1332. & *Emman. Rodriq. tom.* 1. *summ. in* 2. *edit. cap.* 219 *num.* 2. *in fin.* Quia omisso, quod
19 contrarium † sentit *Sanch. de matrim. lib.* 3. *disp.* 18. *num.* 29. *vers. cæterum displicet, & disputat.* 25. *sub num.* 11. *vers. verum hæc limitatio Basil. Pontius de Matrim tit. de cons. clandest. cap.* 14. *nu.* 6. & *Petr. Eger. in tract. de Sacrament. & centur in fin. tract. de matrim. disput.* 27. *de clandest. dub.* 1. *numer.* 14. *Filliuccius quæst. moral. tom.* 1. *tract.* 10. *de Sacram. matrim. par.* 1. *cap.* 6. *de ministr. matrim. num.* 199. *Bonacin. de Sacram. tit. de matrim. quæst.* 2. *punct.* 8. *proposit.* 1. *num.* 4. Et sanè non videtur fraudem esse considerabilem, vbi quis vtitur Iure suo, vt benè cõsiderant Doctores superius citati.

Domini existimarunt, fraudem aliquam in proposito non adfuisse, certum est enim illam non præ-
20 sumi sed probandam † esse ab allegante, ex congestis per *Mascard de probat. conclus.* 531. *num.* 1. & *pluribus sequentibus, & Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 82. *num.* 10. *Gutier. d. cap.* 63. *numer.* 34. *vers. sextum fundamentum*, & *num.* 38. & 39. Et
21 quamuis adhunc effectum sufficiant † præsumptiones, & coniecturæ tamen illæ debent esse perspicaces, & euidentes. *Mascard. vbi supra conclus.* 530. *num.* 7. 8. & *sequent.* & *Gutier. d. c.* 63. *nu.* 39.

Tales autem non sunt coniecturæ, & præsumptiones pro parte D. Ludouici allatæ, & in effectu deductæ ex eo, quod D. Maria non recesserit à dicta Domo d. Capitanei Dydaci cum tota familia, & bonis, & quod ad eam pluries & præsertim eadem die post contractũ matrimonium redierit, & in ea permanserit, & demum quod amicabiliter egerit cum dicto Capitaneo; nam vt superius iam fuit dictum, ex testium depositione constat ipsam D. Mariam
22 † ob nimiam angustiam & incapacitatem Domus Quintilij vniuersa bona mobilia, ac suppellectilia transportare, ibique cum tota familia permanere, & nuptias solemniter celebrare non potuisse, & hac de causa, & eorumdem bonorum occasione, & germanæ sororis amore ad domum antiquæ habitationis sæpius redisse, ibique imbribus etiam aliquando detentam permansisse, cum dicto verò Capitaneo amicabiliter egisse, quia eius consilio, & opera situm in d. Parochia S. Ludouici pro construenda domo emere intendebat. Vndè cum coniecturæ
23 prædictæ nedum † non sint tales, vt non possint accipi nisi in malam partem prout ad fraudem præsumendam requiritur, sed imò potius appareat actus prædictos ex iusta, ac rationabili causa factos, & sic
24 in bonam partem accipi posse ac † debere, non sunt habendæ in consideratione vt in proposito respondet *Gutier. d. c.* 63. *num.* 39.

Præterea dici non potest D. Mariam habitationẽ mutare, & nouam Parochiam acquirere velle simu-
25 lasse, † ne si denuntiationes fierent in d. Parochia S. Sebastiani, tractatus ad notitiam patris D. Ludouici deuenisset, ab eoque matrimonium impediretur, quia ille non degebat in Parochia S. Sebastiani, sed S. Martini, in qua denuntiationes effectualiter factæ fuerunt, vnde cum allata huiusmodi causa sit
26 † inepta, nec appareat aliam idoneam, ac sufficientem afferri posse, cessat ipsius prætensæ fraudis suspicio, *Crauet. cons.* 73. *num.* 13. & 17. *Rol. cons.* 38. *num.* 39. *lib.* 1. *Rot. decis.* 111. *nu.* 1. *par.* 2. *diuers.* & *decis.* 418. *num.* 2. *in fin.* & *decis.* 529 *sub num.* 3. *p.* 1. *recent.* Quæ etiam visa fuit excludi ex eo, quia con-
27 stat † de primordio veritatis, & de causis veris, & vrgentibus recedendi à d. Domo Capitanei propter dictam locationis disdictam, ac dissidium verè, & realiter habitum, & se transferendi ad d. Parochiã S. Ludouici ex medicorum consilio ob valetudinis imbecillitatem. Vnde ex huiusmodi causis verè
28 præexistentibus, † & ex quibus licitè, & sine aliqua fraude ad nouam habitationem accedere poterat, accessisse præsumitur, *l. quoties ff. de reb. dub. l. merito ff. pro Soc. Rota decis.* 283. *num.* 3 *par.* 1. *recent.* stante præsertim dicta expressa animi declaratione,
29 † qua idem animus alioquin latitans melius detegi non poterat, iunctis dictis Iuramento, imprecationibus, & alijs superius ponderatis.

Et ita decisum vtraque parte, & quidem acerrimè informante &c.

R. P. D.

R. P. D. REMBOLDO.

Comaclen. & Ferrarien. Præpositturæ, & Beneficij.

Lunæ 15. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Papæ potestas in concessione Iurispatronatus, quanta sit. Papa, quando derogare vult patronatibus Regũ, Ducum, Marchionum, &c. debet de eis facere specialem mentionem, & alia circa hanc materiam. Clausula, quorum tenores, cuius sit virtutis & quãdo habeat locum. Et vide plura circa dotationem, ac probationem Iurispatronatus, & maximè, quando sumus in familia potenti.

SVMMARIVM.

1 *Papa plus iuris habet in concessione iuris patronatus, quam in ipsa præsentatione patronus.*
2 *Iuripatronatus derogare non potest, secus tamen est, quando Summus Pontifex derogat.*
3 *Papa potest derogare iuripatronatus etiamsi spectet ad Reges, Duces, Marchiones, vel alios Principes.*
4 *Quod intellige, si hoc fuerit expresè dictum.*
5 *Papa, licet in Regum iurepatronatus non soleat dispensare, tamen potest.*
6 *Papa, si vellet, posset comprehendere beneficia iurispatronatus sub reseruatione.*
7 *Fideles non sunt retrahendi à fũdatione Ecclesiarũ, &c. & nu. 53.*
8 *Concedens non censetur tantum concessisse, quin maiorem authoritatem sibi, non seruauerit.*
9 *Papa concedens aliquid videtur posse sibi imponere legem per verba derogataria. fallit vt hic.*
10 *Bald. in prælud feud nu. 32. & Io. Monach. in c. 1. num. 3. de constit. declarantur.*
11 *Papa per clausulas derogatorias non potest legem imponere successoribus.*
12 *Et ideo non est opus, vt successor deroget dispositioni antecedenti.*
13 *Papa potest derogare iuripatronatus etiam quod sit ex dotatione, & fundatione.*
14 *Derogare, vel non derogare iuripatronatus Supremorum Principum &c. in facultate Papæ est. & numer. 15.*
16 *Papa non solet derogare iuripatronatibus Regum.*
17 *Qualitas cui non conuenit, nec etiam potest conuenire id, quod eius causa est dispositum.*
18 *Couarr. pract. quæst. cap. 36. numer. 6. declaratur num. 20.*
19 *Regul. 42. Cancell. disponit, quod quando derogatur iuripatronatus Regum, de hoc fiat specialis mentio, & quare hoc.*
21 *Iurispatronatus beneficia Laicorum etiam in Curia vacantia, non comprehenduntur sub reseruatione.*
22 *Beneficia iurispatronatus si vacent apud Sedem, Papa ei derogat etiam in totum.*
23 *Beneficiorum plenaria dispositio spectat ad Summum Pontificem.*
24 *Beneficiorum collationem apud Sedem Apostolicã vacantium specialius cœteris antiqua consuetudo Summis Pontificibus reseruauit.*
25 *Beneficia Iurispatronatus vacantia apud Sedem licet non sint reseruata, nihilominus semper remanet illa suprema authoritas, qua Papa potest conferre.*
26 *Beneficium simplex non venit appellatione Præpositturæ, nec plebis. & num. 28.*
27 *Sub Ecclesiæ pertinentijs, quid veniat.*
29 *Concessio facta per viam contractus, non censetur illi derogatum per clausulas generales.*
30 *Verbum, remaneat, potest esse directum et obliquum.*
31 *In reuocatione emphyteusis, vel feudi post lineam finitam censentur omnia repetita, quæ continentur in prima concessione.*
32 *Prorogatio censetur facta cum omnibus qualitatibus prerogati.*
33 *Renouatio, quæ tendit ad confirmationem antiquæ concessionis, illam non immutat. & nu. 39.*
34 *Verbi, remaneat, natura est importare continuationem, & perseuerantiam iuris, & dispositionẽ præcedentis.*
36 *Derogatio etiam generalis importat specialem derogationem, si sit facta motu proprio.*
37 *Clausula, quorum tenores sine dubio importat specialem derogationem.*
38 *Clausula, quorum tenores operatur, vt censeatur facta mentio clausulæ, sublata, & nu. 46.*
39 *Papa in concessione alicuius rei, sufficit, quod deroget contrarijs, licet illorum mentio esset facienda de verbo, ad verbum.*
40 *Clausula, quorum tenores, licet non operetur, quãdo requiritur certa scientia Papæ, tamen secus est quando fuerit narrata substantia contentorum. numer. 41.*
43 *Clausula, quorum tenores, operatur derogationẽ contrariorum etiamsi de illis esset facienda mentio de verbo ad verbum.*
44 *Clausula, quorum tenores quare fuerit inuenta.*
45 *Derogatio contrarijs, per clausulam, quorum tenores, sufficit.*
47 *Derogari, quando censeatur non solum derogatorijs, sed etiam derogatoriarum derogatarijs, & num 48.*
49 *Clausula, quorum tenores, tollit decreta irritantia. & nu. 74.*
50 *Concessioni subreptitiæ, & extortæ contra concedentis intentionem non est parendum.*
51 *Iuspatronatus, vt acquiratur, necessaria sunt, vel dotatio, vel fundatio, vel constructio.*
52 *Iurispatronatus impetratio acquisiti ex præscriptione, consuetudine, vel priuilegio, valet non facta mentione illius.*
54 *Iuspatronatus cõprehenditur sub reseruationibus, etiamsi ex priuilegio spectet ad Duces, Marchiones, &c.*
55 *Et hoc procedit etiam stante regul. 42.*
56 *Iuspatronatus non acquiritur ex dotatione, si illud acquiratur de iure Ecclesiæ, ex cuius bonis, vel redditibus fuit fundatum beneficium.*
57 *Et hoc procedit etiam si alius fuerit auctor dotationis.*
58 *Patroni, quando dicantur benefactores, & non fũdatores iurispatronatus nu. 66. & 72.*
59 *Ecclesia libera ex solo augumento dotis non debet in seruitutem redigi.*
60 *Ecclesia libera ad hoc vt in seruitutem redigatur propter augumentum dotis, requiritur, quod sit pœnitus indotata.*

Dos

61 *Dos modica non facit patronum.*

62 *Forma, quando est inducta respectu modi, ab illa non potest recedi.*

63 *Concessio data sub forma, si non seruetur, corruit concessio.*

65 *Iuspatronatus non acquiritur, nisi concurrat vnus ex modis, ex quo de iure iuspatronatus acquiritur.*

67 *Gratia ad supplicationem partis non suffragatur, nisi sit iustificata.*

68 *Iuspatronatus, si fuerit concessum sub conditione augumenti, ista conditio inducit formam.*

69 *Augumentum fructuum iurispatronatus, ad hoc, vt probetur, quid prius sit necessarium.*

70 *Decis. 534. par. 1. diuers. declaratur.*

71 *Conditionis implementum est plenè probandum. amplia nu. 72.*

73 *Contradictio, ne sequatur, capienda omnis interpretatio.*

75 *Literæ concessionis non sunt habendæ in consideratione, si non iustificentur.*

76 *Concessionum forma est attendenda.*

77 *Sedes Apostolica successit in Ducatu Ferrariæ.*

80 *Iurispatronatus vsurpationis præsumptio cadit in familia potenti, & ideo ad illud probandum, requiritur immemorabilis.*

81 *Iurispatronatus vsurpationis præsumptio in familia potenti, multo magis præsumitur in Italia, cum per recessum Curiæ ab ea, omnes Domini, & populi iura Ecclesiæ modo suo tractare cœperunt.*

82 *Iurispatronatus fundatio, & dotatio qualiter de iure communi probari potest. & 88.*

83 *Ordinarij institutio non suffragatur ad hoc, vt ipse dicatur cognouisse super iurepatronatus potentum, & nu. 84.*

85 *Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. de reform. declaratur. & num. 86.*

87 *Verba generalia recipiunt restrictionem secundum subiectam materiam.*

89 *Agendum est, quod causa desiderat.*

DECISIO DCXXX.

INNOCENTIVS Octauus erexit Præpositurã sæcularem in Ecclesia Abbatiæ Pomposæ, quam dotauit ex quampluribus bonis eiusdem Abbatiæ, ac illius iuspatronatus concessit claræ mem. Herculi Estensi Ferrarię Ducibus pro tempore existentibus. Postmodum Leo X. concessit iuspatronatus Archipresbyteratus Ecclesiæ S. Mariæ Bondeni recol. mem. Alphonso Ferrariæ Duci pro se, suisque filijs descendentibus hæredibus, & successoribus, & easdem concessiones idem Leo de anno 1520. confirmauit, & de nouo cõcessit prædicto Alphonso, suisq; descendentibus, ac hæredibus, & successoribus Ferrariæ Ducibus, & tãdem fel. rec. Sixtus V. assignatis 300. scutis auri in auro Archipresbyteratui erexit beneficium simplex, eiq; pro dote assignauit reliquos fructus dicti Archipresbyteratus, concessitque iuspatronatus prædicto Alphonso Duci, ac eius filijs descendentibus, hæredibus, & successoribus in perpetuum, cùmque bo. mem. Cardinalis Estensis obtineret prædictam Præposituram, ac beneficium simplex à primæua illius erectione, quæ per illius obitum vacarunt apud Sedem, S. D. N. de eis prouidit cum derogatione iurispatronatus attenta vacatione apud sedem. Quare dubitaui, præsupposito, sine veri præiudicio, quod constaret de iurepatronatus Serenissimi Ducis Mutinę, An illi fuerit in hac prouisione sufficienter derogatum, quod dubium tres habet inspectiones. Prima cum concernat potestatem S. D. N. modici momenti est. Secunda, An constet de tali solito nõ derogandi similibus patronatibus; quod suffragetur Serenissimo Duci. Tertia, An per clausulas appositas in prouisione S. D. N. fuerit sufficienter derogatum huic patronatui.

Diximus primam inspectionem esse modicæ dif-
1 ficultatis, ex quo plus iuris habet † Papa in con-
cessione iurispatronatus, quàm in ipsa præsentatio-
ne patronus, & quamuis Prælatus inferior non pos-
2 sit derogare, † secus est tamen, quando Summus
Pontifex derogat *cap. dilectus 6. vbi glos. in verb.*
in concessione ibi *quia solus Princeps de off. leg.* quod
procedit inuitis etiam, & contradicentibus patro-
nis. *Archid. in c. piæ mentis in fin. 16. quæst. 7. & in*
cap. hortamur in fin. 71. distinct. Fel. in tract. quand.
lit. apost. col. 1. vers. solutio. Alphons. Soto glos. antiq.
sub reg. 40. num. 5. vbi quòd hoc est certum. *Cabed.*
de patron. reg. coron. cap. 35. num. 4. in fin. Mandos.
cons. 7. num. 7. & in prax. signat grat. tit. de derogat.
burisp. in princip. Et ista conclusio procedit etiam,
3 quòd iuspatronatus † spectet ad Reges, Duces, Mar-
chiones, vel alios Principes, si de hoc fuerit ex-
4 pressè dictum, expressio enim requiritur † ex dispo-
sitione regulæ hodie 42. quæ alias tollit mentem in
Principe derogante, *Glossat. antiq. in eadem reg.*
quam ponit sub nu. 40. post princ. vers. si tamen Pa-
pa derogat, & idem repetit *num. 11. & 12.* & super
eadem regula, quæ est 43. in ordine, *Rebuff. col. 2.*
vers. item per derogationem, Lup. de benefic. in cur.
vac. §. 11. col. 3. Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 3. q. 9.
art. 11. per tot. Felin. in d. tract. quando lit. apostol.
num. 8. ampliat. 8. Io. à Kochier. super dict. reg. n. 17.
5 quorum aliqui licet dicant, quod in † Regum iure-
patronatus Papa non soleat derogare, tamen om-
nes concludunt, quod possit; facit *Io. And. in addit.*
margin. ad glos. in verb. collatio. in c. 2. de præb. in 6.
6 vbi quod si Papa vellet, † posset comprehendere
beneficia iurispatronatus sub reseruatione, *d. cap. 2.*
quæ omnia si procedunt in iurepatronatus ex dota-
tione, & fundatione, tanto magis militant in hoc,
quod est ex priuilegio, cum esset potissima ratio, ne
7 fideles † retrahantur à fundatione, vt statim dice-
tur.

Parum releuat quod in secundis literis Leonis disponatur quoad Præposituram, & Archipresbyteratum Plebis Bondeni patronatui derogari minimè posse, etiamsi illa essent litigiosa, aut vacarent in Curia, seú etiam cessantibus commendis, etiam per obitum S. R. E. Cardinalium ita, vt prouisiones aliter factæ, quam ad præsentationem sint nullius roboris, & momenti, cum decreto irritanti, idemque fuerit dispositum quoad beneficium simplex in literis Sixti, ibi *aliàs, quam ad præsentationẽ Alphonsi Ducis, ac pro tempore existentium patronorum, etiam cum speciali, & expressa derogatione iurispatronatus pro tempore facta, processusque, &c. nulla, & inualida, nulliusque roboris, & momenti fore, & esse, &c.* Nam fuit responsum per huiusmodi disposi-
tionem non ligari manus Papæ concedentis, neq;
8 successorum, non † enim censetur tantum concessis-
se, quin

se, quin maiorem authoritatem sibi, & successoribus reseruauerit, *c. dudum*, *& c. quamuis il secondo de præb. in 6. Alphons. Sot. super reg. 24. num. 3. Aym. cons. 126 nu. 4. vers. itaque si Papa. Cephal. cons. 155. num. 14. & cons. 168. num. 28.* & quamuis Papa cō-
9 cedens † videatur posse sibi legem imponere per verba derogatoria *Io. Monach. in c. 1. numer. 3. de constit. quem sequitur Bald. in prælud. feud. num. 32. vers. dicit Io. Monach. & in c. 1. in fi. de his qui feud. dar. poss.* non tamen dicendum est illum ex certa scientia derogare non posse *Prob. ad Monach. in d. c. 1. num. 11.* Et ita esse intelligendum vtrumq; dicit *Alph. Sot. in reg. 40. num. 4. & in reg. 24. numer. 4.*
10 subdit, quod † *si Bald. & Monach.* essent intelligendi, vt dicerent Papam concedentem non posse derogare, videretur dolus expressus, & miraretur ipse tantos Doctores in illa verba fuisse prolapsos. Hoc dictum Soti sequitur *Prob. ad Monachum loco mox allg. num. 11. vers. & adde reg. & vers. tu tamen*
11 *attende*. Verum quia Papa † per clausulas derogatorias non potest legem imponere successoribus, vt dicunt prædicti Doctores; ideo non est opus, vt
12 successor deroget dispositioni antecedenti, *Prob. in puncto loc. cit. num. 10. vers. posset istud dictum, & num. 11. vers. tu tamen attende*, quod procedit de plano in his, quæ de sui natura possunt reuocari, *Castr. cons. 229. in fin. vers. item non obstat, lib. 1.*
13 *Cephal. d. cons. 168. num. 44.* Prout Papa † potest derogare iuripatronatus, etiam quod sit ex dotatione, & fundatione, vt patet ex prædictis, vltra quam huic clausulæ videtur etiam sufficienter derogatum in prouisione S. D. N. vt statim videbitur.

Quantum attinet ad secundam inspectionem. An constet de tali solito non derogandi similibus patronatibus, ita vt suffragetur Serenissimo Duci, negatiuè fuit dictum, quia hoc solitum in specie circa Præposituram non potest allegari, cum ipse Leo X. qui 8. Maij 1520. confirmauerat Iuspatronatus cōcessum per Innoc. VIII. vacantem eodem anno Præposituram nonis Septembris contulerit, cum derogatione Iurispatronatus, cuius exemplum sequutus contulit ex vacatione per resignationem Clementis VII. id. Augusti 1521. cum eadem derogatione. Neque aliquod solitum in genere potest ab ipso, aut ab alio supremo Principe allegari, cum
14 sit † in facultate Summi Pontificis derogare velle, vel non, *Bald. cons. 241. in fin vers. contrarium lib. 2. Aym. de antiq. temp. parte 4. § fin. num. 39. & seqq. vers. limitatur etiam Card. cons. 38. n. 4. vers. Tertio quia.* Et ad hunc effectum non suffragatur actus negatiuus, scilicet non fuisse derogatum, quia ex hoc
15 non † sequitur actus contrarius impotentiæ derogandi, cum actus sit facultatiuus. *Abb. cons. 101. nu. 7. vers. quinimmò possit lib. 1.* & remouetur omnis difficultas, quia Doctores asserentes Summum
16 † Pontificem non solere patronatibus derogare, loquuntur de Patronatibus Regum *Stafil. de lit grat. tit. de iurisp. prærogat. nu. 8. & 9. fol. 102. secundum paru. impress. Mandos. in prax. signat. gra. tit. derogationes Iurisp. in ver. Regum iusp. Gonzal. super reg. 8. glos. 24. numer. 157. Gomez. in tract. mand. de prouid. in secūda forma n. 126. et 127. Rebuf. super d. reg. 42. in fin. vers. item per derogationem in fin.* Vnde cum ista qualitas Regum non conueniat Serenissimo D. Duci, non potest hoc solitum allegare,
17 cui enim non † conuenit qualitas, nec dictum solitum potest conuenire *ad l. 4. § toties, ff. de damn. infect. l. quod constitutum ff. de milit. testam.*

18 Neque verum est quod ait † *Couarr. pp. qq. c. 36. num. 6. vers. secundum dicit*, vbi quod Iuspatronatus Regum, & Ducum, Marchionum, & Comitum quoad derogationem pari passu procedant in regula prædicta Cancellariæ; Fuit namque responsum aliud esse, quod Papa non censeatur derogare patronatibus Regum, Ducum, & Marchionum, &c. nisi de eis faciat specialem mentionem, aliud verò quod de stylo non soleat, etiam quod vacent apud Sedem. Et quamuis in *d. reg. 42.* Iuspatronatus Regum, &
19 Principum inferiorum æquiparentur in eo, vt † scilicet de his habeat fieri specialis mentio in prouisionibus, non inde sequitur æquiparatio in eo, quod nō soleat derogari, quia adest diuersitatis ratio propter prærogatiuam dignitatis Regiæ. *Rom. cons. 120. num. 5. vers. vlt. neque enim, & cons. 179. numer. 12. vers. secundo quia.* Ad effectum autem, quod dictū
20 *Couarr.* † procederet, requireretur æquiparatio in omnibus, quæ hic non adest. *Ang. Aret. consil. 23. numer. 19. vers ex hoc etiam.* Vnde non immeritò *Paris. de resign at. lib. 2. quæst. 4. num. 98. in fin.* reijcit illam opinionem.

Nec aduersatur, quod prouisio S. D. N. fuerit facta attenta vacatione in curia, & tamen beneficia
21 iurispatronatus † laicorum etiam in Curia vacantia non comprehenduntur sub derogatione, *c. 2. de præben. in 6. vt dicit glos. ibid. in verb. collatio, & addit. margin. Ioan. Monach. num. 2. & 3. Gemin. num. 11.*

Quia obiectum procederet si prouisio esset facta tamquam de reseruato ex vacatione apud Sedem.
22 Verum Sanctiss. D. N. solum ob † dictam vacationem apud Sedem derogauit patronatui, vt eo casu Summi Pontifices solent derogare, etiam in totum,
23 & ratio videtur esse, quia licet plenaria † dispositio beneficiorum spectet ad Summum Pontificem, tamen collationem beneficiorum apud eandem Sedem vacantium specialius cæteris antiqua consue-
24 tudo † Romanis Pontificibus reseruauit, vt ad literam dicit *text. in d. cap. 2. & cap. præsenti de præb. in 6. Extrauag. Io 22. incip. ex debito de elect. Mandos. de signat grat. tit. de derogat. Iur. spatronatus, vers. dum vacant.* Et propterea quamuis benefi-
25 cia apud Sedem † non sint reseruata, nihilominus semper remanet illa suprema auctoritas, qua Summus Pontifex potest conferre, ea tamen magis vtitur quando beneficia vacant apud Sedem, quam alibi.

Resolutio tertiæ inspectionis, quæ est, An ex clausulis appositis in prouisione S. D. N. fuerit sufficienter derogatum huic patronatui ex duobus pendet. Primo, vt videatur, An ex capitulis factis in restitutione Ferrariæ fuerit acquisitum tale Ius Serenissimo Domino Duci Mutinæ, ita, vt egeret speciali mentione. Secundo. An per clausulas dictæ prouisionis fuerit sufficienter derogatum clausulis contentis in priuilegijs Innocentij, Leonis, & Sixti. Quantum ad primum; in septimo capite continetur. *Remanghino ancora à lui* (scilicet Serenissimo Domino Duci) *& à suoi heredi, & successori, cosi vniuersali, come singolari solamente il giuspatronato della Prepositura di Pomposa, & quello della Pieue di Bondeno con tutte le loro pertinenze.* Quapropter primo firmandum est sub hisce capitulis

26 lis non comprehendi beneficium † simplex, cum non veniat, nec appellatione Præpositurae, nec l lebis, de quibus solis fuit facta mentio, quare cum dd. nomina ei non conueniant, ideò sub illis non continentur. *Bald. in l. 1. num. 4. C. si quis omiss. caus. testam.* Neque etiam venit appellatione pertinen-
27 tiarum, cum sub Ecclesiæ † pertinentijs comprehendantur ea, quæ ad illam spectant de iure, vel cõsuetudine, aut statuto, vt sunt dos, iura parochialia, & similia, *Innoc. in cap. cum ad Sedem nu. 2. & 3. in fin. de rest. spol.* vel cura populi, *Calder. cons. 6. de verb. sign.* & hoc casu appellatione pertinentiarum inspecto iurepatronatus, veniunt illa, quæ attenta habilitate patroni veniunt in consequentiam iurispatronatus, vtrius alimentorum præeminentia
28 in Ecclesia, & similia, non autem venit hoc † beneficium simplex, licet in eadem Ecclesia erectum, quia constituit corpus separatum ab ipsa Præpositura, & plebe *cap. fin. vbi Abb. in 1. not. de præb. et in cap. fin. de concess. præb. glos. in clem. 1. in v. inserta vers. et sit eadem ratio, de præb. Calder. cons. 18. in princ. eod. tit.*

Sed ista capitula neque respectu beneficij simplicis, quatenus sub illis comprehenderetur, neque Præpositurae, neque Archipresbyteratus Plebis Bõdeni, si de illis ageretur, aliquid possent operari. Li-
29 cet enim verum sit, quod vbi aliquid † per viam contractus conceditur, illi non censeatur derogatũ per clausulas generales, nisi adsit specialis derogatio, quæ hic non adest respectu istorum capitulorum *cap. ex multiplici vbi Abb. num. 5. de decim. Put. dec. 45. num. 1. lib. 1. in nou.* & fuit dictum in causa *Leodien. canonicatus 21. Maij 1607. coram Reuerendissimo Lugdunen. & in Virdunen. canonicatus 13. Februarij 1617. coram bo. mem. Andrea.* Attamen potest responderi, quod obiectum posset considerari, si ageretur de tollendo iurepatronatus, quo casu quidquid dicendum esset, hodie agitur solum. An remanserit penes Serenissimum D. Ducem ex priuilegio, & derogabili, & cum in capitulis dicatur, vt
30 supra relatum est, † *Rimanghino anco à lui*, quod verbum potest esse directum, & obliquum, vt per *Bart. in l. prætor num. 2. ff. de collat. bonor. Oddus de substit. par. 4. vers. remaneat*, in hoc casu est directũ quantum attinet ad Abbatiam Pomposæ, & Archipresbyteratum plebis Bondeni, quia quoad ista Serenissimus D. Dux non erat comprehensus, quo vero ad beneficium simplex, si admittamus comprehendi in dd. capitulis, verba erunt obliqua, quia Serenissimus D. Dux erat comprehensus in concessionibus, vt latius infra suo loco dicetur. Et propterea cum ista verba, *Rimanghino*, importent pro parte concessionem directam & pro parte obliquã, non adest difficultas, quod concessio directa, cum nihil aliud fuerit dictum, censetur facta secundum naturam prioris concessionis, vt scilicet sit ex priuilegio, & derogabili, ita vt omnia, quæ continentur
31 † in prima concessione, censeantur repetita in hac renouatione, vt in simili de renouatione feudi, & emphyteusis, post lineam finitam *est tex. in cap. 1. de vassal. decrep. ætat. Bart. in l. si mihi, & Titio 110. in princ. num. 7. ff. de verb. obl. Ias numer. 12. col. fin. ante fin. vers. tertio quærit Bart. & in vers. sed debuit allegare*, dicit, quod cum *Bart.* transeunt alij Doctores *Alex. num. 17 & latè Scraderius de feudis 1. quæst. 2. part. sect. 6. num. 26. & seqq.* vbi ponit
32 regulam quod prorogatio censetur facta † cum omnibus qualitatibus prorogati, & idem dicendum est quoad concessionem obliquam benefici simpli-
33 cis, cum sit renouatio, quæ tendit † ad confirmationem antiquæ concessionis, illam autem non immutat, vt per *Dec. in cons. 53. col. 2. per tot.* maximè cum capitula vtantur, verbo (remaneant) cuius
34 † natura est importare continuationem, & perseuerantiam iuris, & dispositionis præcedentis, *l. & si manente ff. de precar. l. sed hoc ita ff. de ne iudic. l. amissione in fin ff de cap. diminut. cap. si ex bono de pænit. & remiss. Rebuff. in l. alienatio vers. manet, & vers. remanere, ff. de verb. sign. Brix. eod. tract. lib. 11. vers. manere, & lib. 16. vers. remanere.* Et pro-
35 pterea cum antiquæ concessiones † sint ex priuilegio, & ex eis non possit impediri derogatio, vt statim demonstrabitur, concessio ista non alterat naturam iurispatronatus.

Quoad secundum principale membrum huius tertiæ inspectionis, An scilicet per clausulas prouisionis S. D. N. fuerit sufficienter derogatum clausulis contentis in prædictis literis Inn. Leon. & Sixt. affirmatiuè fuit responsum, cum derogatio sit amplissima, nec adsit aliquis defectus ex præsumpta mente contraria propter clausulas appositas in literis Innocentii, Leonis, & Sixti, & nullum penitus adesse fuit firmatum.

Siuè enim attendamus concessionem Innocentij illa concedit Herculi Ferrariæ Duci, suisque successoribus eiusdem Ferrariæ Ducibus iuspatronatus, & præsentandi, decernendo ex nunc irritum, & inane, si secus super his à quocumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, &c. In prædicta enim derogatione S. D. N. adest derogatio plenissima, etiam quod contrariæ dispositiones habeant decretum irritans,
36 quæ derogatio etiam quod esset † generalis suffragaretur, tamquam facta motu proprio. *Rom. cons. 326. num. 8. & 9. Castr. cons. 3. num. 5. lib. 1. Felin. in c. nonnulli, sub num. 4. ad fin. vers. similiter de rescript & in c. accedentes sub num. 5. vers. tertius casus de præscript.* Imò quod plus est ista videtur derogatio specialis, cum in ea habeatur expressa men-
37 tio priuilegij Innocentij, cum clausula, † *quorum tenores*, quæ sine dubitatione quoad illud importat specialem derogationem, *Butr. cons. 2. num. 5. Felin. in d. cap. nonnulli, sub num. 6 vers. addatis, 1. de rescript. Gemin. cons. 65. num. 22. Cassad decis. 10. n. 3. & decis. 38. num. 3. super regulis*, & operatur vt cé-
38 seatur facta mentio clausulæ, *sublata*, secundum opinionem, quam Rota seruat, vt apparet ex pluribus decisionibus allegatis in clausulario, in clausula, *quorum tenores*, quidquid dixerit in contrarium *Gamb. de off. leg. lib. 8. tit. de pot. legat. in leg. condem. nu. 33. vsque ad 41. Modern. Glossat. reg. 8. glos. 36. num. 36.* Neque in hoc casu est consideranda alia clausula, *non obstantibus constitutionibus Apostolicis, etiam de fratrum nostrorum consilio editis, aut quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs fortioribus, & insolitis, & si de eis, eorumque tenore specialis, & expressa etiam de verbo ad verbum mentio habenda, foret, &c.* quia hæc clausula non respicit futuras dispositiones, sed præteritas, quæ possent obstare gratiæ concessionis iurispatronatus, vt patet ex toto tenore clausulæ, & quatenus
pro

pro validitate prouisionis apostolicæ, de qua agitur hæc clausula derogatione egeret, satis ei fuit derogatum, vt patet ex clausulis derogationis S.D.N. vt ex mox dicendis de alijs concessionibus Leonis, & Sixti abundè apparebit.

Siue attendamus concessionem Leonis ad eodem confirmatam per secundas literas, & concessionem Sixti V. adhuc illis fuit sufficienter derogatum; Nã, etsi non esset facienda vis in dd. literis Leonis, quia sunt primæ literæ, quæ continent concessionem iurispatronatus Plebis, de qua hodie non agitur, nihilominus, quatenus prædictæ literæ possent obstare eius clausulis, prout clausulis contentis in literis Sixti, fuit satis derogatum, vt apparet ex tenore derogationis; Et quamuis non fuerit facta mentio priuilegiorum de verbo, ad verbum, nihil omisso, cũ eorum data, satis tamen est, quod in prouisione
39 S.D.N. fuerit † derogatũ priuilegijs contrarijs, & presertim Innocẽtij, Leonis, & Sixti, etiã quod illorũ tenor esset de verbo ad verbum inserendus, *l. omnes, C. de præscript. 30. vel 40 ann. vbi Bald. nu. 2. Salic. num. 1. Ang. num. 2. & facit text. in cap. 2. de præb. in 6. & in c. fin. ad fin. de sent. excom. in 6. & in terminis nostris Federic. de Sen. sibi contrarius cons. 47. Io. de Anan. cons. 56. Alberic. in l. 1. C. quand. Imper. int. pup. & vid sub num. 2. versic. vltimo allegatur. Rip. post alios à se cumulatos in c. 1. num. 55. de rescript. Alex. cons. 226. num. 26. vol. 2. Aym. cons. 126. num. 6. & 7. & cons. 241. num. 20. vers. 2. potest responderi Tiraq. de ll. connub. 2. part. glos. 7. num. 202. Gambar. de pot. leg. lib. 8. tit. de pot. leg. in leg. & stat. conden. num. 35. & 39.* Eoque magis hæc procedũt, quia derogatio ista non est generalis, sed specialis
40 † ad priuilegia Innocentij, Leonis, & Sixti, vt supra recensuimus, & habet clausulam, *quorum tenores*, quæ quamuis non operetur, quando requiritur certa scientia Papæ, quæ per hanc clausulam nõ inducitur, *Ferrett. cons. 38. nu. 2. & seq. lib. 1. Garz. de benef. par. 3. cap. 2. numer. 234.* Hoc tamen casu operatur, cum in derogatione, de qua agitur adsit
41 certa scientia, cum fuerit † narrata substantia contentorum in prædictis priuilegijs, *glos. in c. pastoralis §. præterea in verb. ex certa scientia, de offic. deleg. Felin. in c. vt inter col. 1. & 2. de except. Dec. in c. porrecta sub nu. 15. de confirmat. vt. vel inut. Rom. cons. 327. num. 7. in fin. Gabr. cons. 183. nu. 14. lib. 2. & fuit resolutum in Abulen. iurisdictionis 25. Ianuarij 1588. coram Orano, & in Toletana administrationis 17. Iunij 1609. coram* R. P. D. *meo Fam-*
42 *philio*; Et ideo cum derogatio † fuerit facta ex certa scientia, clausula, *quorum tenores*, operatur, *Ruin. cons. 30. num. 5. in fin. num. 6. vol. 1.* Et in fortioribus quod sufficiat in vltima dispositione adesse clausulam generalem derogatoriam quorumcumq;
43 priuilegiorum, etiam si talia essent, † vt de verbo ad verbum mentio de illis fieri deberet, cũ clausula, *quorum tenores*, tenent, *Cassad. decis. 38. num. 3. super reg. Felin. in c. accedentes num. 4. post princ. de præscript. Put. decis. 104. lib. 1. & decis. 85. eod. lib. & 503. lib. 2. in correct. Rot. decis. 213. num. 1. part. 1. et decis. 161. num. 1. part. 2. et decis. 88. sub numer. 4.*
44 *lib. 2. par. 3. diuers.* Quibus locis dicitur, † ideo fuisse adinuentam clausulam, *quorum tenores*, &c. vt inueniretur via, qua Papa posset deregare gratijs præcedentibus, de quibus notitiam non habet, aliàs enim nimis arctaretur, si propter ignorantiam illas reuocare nequiret, & optimè *Gregor. XV. decis. 109. num. 10. vbi Beltr. numer. 14.* qui dicit Curiam ser-
45 uare, † quod huiusmodi derogatio sufficiat. Vnde facilius ista procedunt in hoc casu, in quo nominatim fuit derogatum prædictis priuilegijs, cum clausulis prædictis, & alia, *quorum tenores, vt per Ruin.*
46 *supra citatum*, ex qua censetur † facta mentio, etiam de clausula, *sublata*, vt dictum est.

Et quamuis in d. priuilegio Sixti requiratur consensus patronorum, dum dicitur, quod derogationes alias factæ non suffragentur, quod etiam fuit dictum in secundo priuilegio Leonis, & quod nomina patronorum exprimantur, prout in literis Sixti. His tamẽ omnibus, atque alijs fuit satis, superque derogatum in prouisione S. D. N. per clausulam *sub quibusuis tenoribus, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & clausulis insolitis, irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & de plenitudine potestatis etiam consistorialiter, &c.* Quamobrem
47 clarè patet, † non solum derogari derogatorijs, sed etiam derogatoriarum derogatorijs. *Bart. in l. si quis in principio testamenti ff. de leg. 3. Put. decis. 104. lib. 1. in correct. Paris. cons. 42. num. 15. & 16. lib. 4. Gozad. cons. 9. num. 24. Couar. de testam. 2. part. sub num. 20. vers. hinc scribit Paulus*; & propterea per istam clausulam censetur etiam derogatum dispositioni, quod huic patronatui derogari non possit, cum hæc dispositio adimat tãtum potestatem derogandi, cui propterea censetur derogatum per dictã
48 clausulam † derogatoriam derogatoriarum, maximè iuncta alia clausula, *alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibusq. & alijs decretis*, quæ verba continent derogationem amplissimam, & perindè est, ac si specifica derogatio facta esset, concurrente præsertim clausula, *quorum tenores*, *Rot. decis. 468. in fin. part. 1. diuers. & decis. 666. num. 2. par. 2. recent.* vbi aliæ doctrinæ, & decisiones allegantur, & tollit decreta irritantia † in contra-
49 rium, & alia decreta, prout si in primo priuilegio esset expressum, quod eo ipso censeatur primum priuilegium de nouo pro tutiori cautela concessum, confirmatum, & corroboratum, vel quod toties, quoties d. derogationem emanare contigerit, præsentes literas, & omnia, & singula in eis contenta in pristinum, & validissimum statum restitutas, & repositas plenariè, & sub posteriori data esse intelligatur, vel quod secundæ concessioni nullatenus esset parẽ-
50 dum, tanquam subreptitiæ, & extortæ contra concedentis intentionem, vel quid simile, vt explicat *Gonz. super reg. 8. glos. 36. in fin.*

Ex quibus negari non potest, quin fuerit satis derogatum huic patronatui, etiam quod fuisset ex dotatione, & fundatione concessum. Ideò d. derogatio debet potissimum procedere in casu isto, in quo agitur de iurepatronatus ex priuilegio, cum non adsit,
51 vel dotatio, † vel fundatio, vel constructio, quæ sunt necessaria ad acquirendum iuspatronatus *c. 3. de iurepatronatus gl. in c. piæ mẽtis 16. q. 7. Innoc. in rub. de iurepatronatus num. 2. Abb. nu. 6. & cons. 54. n. 1.*
52 *lib. 1.* Regulariter † enim loquendo valet impetratio iurispatronatus acquisiti ex præscriptione, consuetudine, aut priuilegio, non facta mentione illius.
53 Quia cessat ratio, ne† patroni retrahantur à fundatione. *Felin. in tract. quand. lit. apost. limit. 11. Staphil. de lit. grat. tit. de modo, & forma impet. §. 4. prin-*

cipaliter nu.4 Verall.dec.132.part.2.Couarr pract.
cap.36.num.6.cum alijs per Garz.de benef.part.5.
c.1.num.573. vbi firmat etiam quod Iuspatronatus
54 † comprehendatur sub reseruationibus, vt videre
est sub nu. 574. etiam quod ex priuilegio spectet ad
Duces, Marchiones, Comites, vel alios Principes
per dec.Put.307.nu.2.lib 3.Rot.decis.304.p.2. quod
55 procedit etiam † non obstante regula Cancellariæ
42. vt probat idem *Garz.ibid.num.575.* Quod vero
hoc iuspatronatus sit ex priuilegio, nõ potest ambi-
gi, si enim inspicimus illius concessionem super Præ-
positura factã per Innocentium, certum est illi dotẽ
fuisse assignatam ex bonis ad Abbatiam spectãtibus
vt clarè legitur in priuilegio Leonis, vnde Duci nõ
56 potuit acquiri iuspatronatus † ex dotatione, cum
illud acquiratur de iure Ecclesiæ, ex cuius bonis, vel
redditibus fuit fundatum beneficium *gl.in c.apost.*
v.construxisse 12.q.2.Felin.in c.cũ venerabilis nu.
37.post med.vers.& adde quod ædificans de except.
& fuit resolutum in causa *Toletana iurispatronatus*,
18.Martij 1602.corã bo.me.Episcopo Pacen. etiam
57 † quod alius fuerit auctor dotationis, *Fel.loc.cit.nu.*
32.& 33.de excep. Lamb.de iurep.lib.1.part.1.q.8.
art.7.num.1.& 2.per tot. Roch. de iurepatr v. Ec-
clesiam fundauit, nu.8.& v.dotauit num.26.

Neque officit, quod Papa concesserit iuspatro-
natus attendens merita Prædecessorũ Ducis Her-
culis, qui monasterium, illiusq; possessiones, & bona
ab inundationibus Padi seruauerunt, & ipsemet Her-
cules redditus, & prouentus Præpositura ad reddi-
tus annuos 60 ducat. augere destinauerat, & subda-
tur etiam, *Inducti ex nonnullis legitimis causis, &*
præsertim pro securitate, & conseruatione tranquilli
status tui, tuorumq; successorum, &c. Nam fuit re-
sponsum, quod cum non constet ab antecessoribus
Ducis Herculis fuisse factas illas reparationes inũ-
dationibus, pro constituenda dote Præpositura, imo
potius contrarium appareat, quia tunc non erat ere-
cta, vnico enim contextu Præpositura erecta, & cõ-
58 cessum fuit iuspatronatus Duci Herculi, † dicẽdum
est, dictos antecessores fuisse tantum benefactores,
non autem dotatores *In.And.in c.1.sub nu.8.vers.*
alius autem de iurepatr. Abb.in c.3.nu.10.& Bero.
num.89. vbi de magis communi *eod.tit. idem Abb.*
cons.59.nu.2.vers. vnde si quis.& cons.106.sub n.2.
vers.1.enim.p.2.Roch.de iurep.v.& dotauit,q.6.n.9.
Lambert.lib.1.p.1.q.6.art.1.num.9.cum plurib.&
nu.29. Rot.dec.167.nu 3.par.2. vbi de magis com-
muni, *Seraph dec.1103.nu.1.* & fuit dictum *in causa*
Lucana maiusculatus, 4.Decemb 1587.corã Orano,
& in causa Nolana beneficij 19. Ianuarij 1594.co-
ram bo.me.Card.Arigonio.

Quantum attinet ad augmentum dotis ducat. 60.
cum ex bonis Abbatiæ Præpositura esset abũdè do-
tata, vt patet ex lectura dismembrationis factæ per
Innoc. VIII. expeditę in forma rationi congruit per
Alex.6. ista potius fuit ditatio, quam dotatio, nec
59 videtur æquum, Ecclesiam † liberam ex solo au-
gmento dotis in seruitutem redigere *glos. in cap piæ*
mentis, vers. patronum, 16.q.7 sed ad effectum præ-
60 dictum opus esset, Ecclesiam † fuisse penitus indo-
tatam *Roch.in v. construxerit vers dotauit quæst.3.*
Bero.cons.4.nu.16.vol.1. & fuit dictum in causa *Lu-*
nen. Sarzanen. beneficij 5 Iulij 1599. coram Illu-
striss. Merlino, et in Compsana iurispatr.23. Ianua-
rij 1603.coram bo.m. Litta, & dos debuisset esse cõ-
grua ad alios redditus ex dismembratione bonorum
Abbatiæ assignationis Præpositura, modica enim
61 dos non † facit patronum, *Roch. in v.dotauit, q 9.*
Remouet demum omnem perplexitatem, clausula
Volumus autem quod infrà vnũ annum à data præ-
sentium computan. redditus 60. ducat. huiusmodi d.
Præpositura realiter, et cum effectu assignare omni-
nò tenearis, quæ quidem clausula importat formam
62 † in hoc fuisse mandatam respectu modi, & ideo ab
illa non potuit recedi, *l.si quis mihi §.si coram ff. de*
acq. hered. cum enim non fuerit adimpletum fuit
mutata substantia facti *Bar.post Oldrad.in l.1.si plu-*
res, nu.13 ff.de exerc.act. & dixit Rota in causa *Com-*
postellana canonicatus 10. *Iun.* 1601. *coram bo. me.*
Pacen. & in terminis huius clausulæ, *volumus autẽ*
in valentina Baronia 10. *Martij* 1603. *coram bo.m.*
63 *Attrebaten.* & ideo cum † non fuerit seruata forma
corruit concessio, *l.hoc ius porrectum C. de Sacros.*
Eccl. s.l.cum hi ff.de transact. l. hac consultissima in
princ.C.de test. & in puncto fuit dictum *in prædicta*
Valentina Baroniæ. Hic autem non constat de tali
assignatione, neque deduci potest ex obseruantia,
quia quatenus obseruantia suffragaretur, ad hunc ef-
fectum requiritur simul cum illa tempus 30. annorũ
quod non adest, cum literæ Innocentij fuerint datæ
sub 6. Non. Maij 1492. & Leo X. conualidauit hanc
concessionem Innocentij 8. Martij 1520. etiamsi
Hercules Dux redditus 60. ducat. Præpositura spe-
cialiter forsan non assignauerit. Vnde obseruantia
30. annorum ex literis Innocentij non potest dari
vsque ad literas Leonis, & obseruantia inde citra nõ
suffragatur, cum possit adaptari ad probandũ, quod
64 redditus 60. ducat. fuerint assignati, & † superueue-
rit titulus contrarius, disponens, quod concessio
suffragaretur, etiam quod dicti redditus forsan non
fuerint assignati, *Cresc.decis. 5. num. 3. de rest spol.*
Et cessat omnis difficultas, quia nec obseruãtia hoc
casu potest suffragari vt infra dicetur. Quod autem
concessio fuerit facta ex alijs iustis causis, & præci-
puè ob conseruationem tranquilli status Ducis, nihil
facit ad casum, cum vt dictum est: non concurrat
65 † aliquis modus, ex quo de iure iuspatronatus pos-
sit acquiri.

Rursus priuilegium cõtinent literæ Sixti V. quia
beneficium simplex fuit erectũ ex fructibus ab Ar-
chipresbyteratu Plebis Bondeni dismembratis, &
quamuis Leo X. concesserit 4. Kal. Iunij 1516. ius-
patronatus Archipresbyteratus d. plebis, cum nar-
ratiua partis, quod aliàs Alphonsi Ducis, & primo-
genitorum suorum Ferrariæ ducum opera, & indu-
stria tum pro communi, tum etiam pro Archipre-
sbyteratus Ecclesiæ Bũdeni vtilitate, nonnullæ pos-
sessiones, terrę, & loca circumuicina, dictæ Eccle-
siæ in dominio suo consistentia olim paludibus &
aquis plena, & in quibus nulli, seu pauci fructus ex-
crescebant ad talem culturam redactæ fuerint, quod
fructus, & prouentus Archipresbyteratus, qui nulli,
vel modici existebãt quamplurimum etiam ad me-
dietatem adaucti fuerint, tamen adhuc possessiones
terræ, & loca ipsa pro parte sunt aquis plena, & cõ-
tinua reparatione indigẽt, præsertim aduersus aquas
Padi vicinas, & subiũgitur eisdẽ in litteris *Caputq;*
d.Alphonsus si iuspatronatus, et præsentandi personã
idoneam, ad Archipresbyteratum huiusmodi, & c. si-
bi suisq. descendentibus, hæredibus, & successoribus
perpetuo reseruetur, possessiones, terras, et loca ipsa
ad

ad maiorem culturam, et vtilitatem reduci facere, et deinde illa à dictis aquis defendere, et manutenere, quod nõ sine maximo sumptu, et impensa etiam plurium millium ducatorum fieri posset, ex quo Archipresbyteratus huiusmodi etiã suscipiat incrementũ, &c. Attamen huic fundamento tripliciter fuit respõsum. Primo, quod circa bonificamẽta facta per Ducem Alphõsum ante concessionem iurispatronatus non potest fieri fundamentum pro dotatione; cum
66 censeatur † *Benefactor* tantum ex supra deductis. Circa vero quæ gesta sunt post concessionem Iurispatronatus ea non iustificantur, & certum est, gra-
67 tiam † ad supplicationem partis non suffragari, nisi sit iustificata, maximè cum iuspatronatus fuerit cõ-
68 cessum sub conditione d. augumenti, † quæ inducit formam. *Bald. in auth. matri, et auiæ nu. 8. C. quand. mul. tut. off. fung. potest. Dec. cons. 77. in princ. Neuiz. cons. 50. nu. 13.* quod nec etiam hodie probari potest
69 nisi prius iustificaretur status † de tempore concessionis iurispatronatus prout deberet probari, *Veral. decis. 330. p. 3. & in puncto Card Seraph. dec. 952. nu. 1. et 2.* Neq; suffragatur præsumptio quæ posset oriri ex obseruantia ex deductis *in dec. 534. part. 1.*
70 † quia ibi non agebatur de implemento, de quo ibi expressè constabat, sed tantum agebatur de iustifi-
71 catione gratiæ, et hic agitur de † implemento conditionis, quod est plenè probandum *Felin. in c. fin. num. 33. de præsumpt.* Immo ratione potentiæ Ducum intrat in contrarium præsumptio *Seraph. d. dec. 952.* & nulla potest dari obseruantia vigore harum literarum, vt statim dicetur. Tertio fuit responsũ quod, vt dictum est, non est habenda ratio meliorationum factarum ante literas Leonis, & ex contextu narratiuæ apparet, quod augmentum dotis ex dictis bonificationibus non excedebat medietatem valoris redditũum. Vnde intrat sub regula reuocatoria Adriani VI. *Rota coram S. M. Gregorio XV. decis. 397. num. 2. vbi Adden. nu. 5.*

Nihil releuat, quod Leo X. in secũdis literis sub dat. 8. Martij 1520. confirmauerit, & de nouo concesserit primam gratiam, cum narratiua his verbis concepta; *cum nobis plenissimè innotuerit, fructus redditus, et prouentus, tàm parochialis, quàm Præpositurae prædictorum, admodum tenues extitisse, et studio, industria, opera, et impensa non modica, tam tui* (scilicet Alphonsi) *quam Herculis genitoris tui plurimum adauctos, et ad eum ferè statum, in quo sunt, reductos fuisse augmentum redditũum, fructuum, et prouentuum huiusmodi veram Parochialis, et Præpositurae prædictarum dotationem fuisse, et esse auctoritate nostra, ex certa scientia, et de plenitudine potestatis declaramus, et ad huiusmodi scientiam nostram plenè probandam præsentes literas plenè sufficere, etc.* Quoniam fuit responsum, narratiuam harum literarum esse intelligendam de bonificationibus factis ante concessionem iurispatronatus, alias namque literæ, dum dicunt, *fructus adeo tenues extitisse*, contradicerent literis Innocẽtij, & primis ipsius Leonis; Innocentij quidem, quia dotatio Præpositurae fuit facta ex bonis Abbatiæ dismembratis, vt supra relatum est, quæ licet narretur fuisse bonificata ante concessionem iurispatronatus
72 vtique ex supra etiam adductis, † Dux Hercules benefactoris potius nomen, quam dotatoris meretur. Et in literis Leonis narratur Alphõsum fecisse impensas, ante quas nulli, vel modici fructus existebant, &

propter illas, vsque ad medietatem fructus adauctos esse, cumq; in secundis literis dicatur, *fructus Præpositurae, et Archipresbyteratus admodum tenues ex-*
73 *titisse*, certè, ne sequatur contradictio, † verba sunt intelligenda de fructibus, nedum ante factas bonificationes, sed etiam ante concessionem iurispatronatus, quæ bonificationes, vt sæpè dictum est, tãquam eæ, quæ ob causam dotis factæ non sunt, suffragari minimè possunt. Verum licet in secundis literis Leonis dicatur *nullas probationes esse faciendas super bonificationibus*, cum tamen ista clausula stet consecutiuè ad dispositionem Papæ, si illa est intelligenda de bonificationibus ante concessionem iurispatronatus, quæ non suffragantur ad effectum dotationis, vtique hæc dispositio non officit, & per consequens, neque clausula, *sicque per quoscumque Iudices iudicari debere*, cum clausula *sublata*, & de-
74 creto irritanti, quibus † per clausulam, *quorum tenores*, derogatum censetur ex supradictis.

Secundo principaliter fuit responsum, iuspatronatus huiusmodi beneficij simplicis esse ex mero priuilegio, fundamentum est, quia licèt Leo in primis literis de anno 1516. concesserit iuspatronatus Duci Alphonso pro se, suisque filijs, & descendentibus, ac hæredibus, & successoribus, tamen huiusmodi
75 literæ † non sunt habendæ in consideratione, cum non sint, nec possint iustificari, quoad bonificationes factas post concessionem Iurispatronatus, potest tantum haberi ratio secundarum literarum, in quibus liberãtur Duces ab omni iustificatione, & Papa his verbis vtitur. *Decernentes huiusmodi supplicationibus inclinati singulas literas prædictas* (scilicet Innocentij, & primas ipsius Leonis) *& in eis contenta quæcunque, ac Iuspatronatus, & præsentandi personas idoneas ad Præposituram, et Parochialẽ Ecclesiã huiusmodi, dũ illas pro tẽpore vacare cõtigerit, tibi, tuisq; descendentibus, ac hæredibus Ferrariæ Ducibus pro tẽpore existentibus, etc. approbamus, et innouamus, etc. iuspatronatus, et præsentãdi, etc. de nouo perpetuo reseruamus, concedimus, et assignamus*, & sic restrinxit Iuspatronatus ad Ferrariæ Duces, vnde cõfirmatio, & innouatio censetur facta cũ ista restrictiua, quæ magis etiam importat nouam
76 cõcessionẽ, cũ sit † attendenda forma cõcessionis, *vt per Seraph. dec. 1379. per tot.* Quãobrẽ cũ Sixt. V. ex fructibus huius Archipresbyteratus Plebis, erexerit beneficiũ simplex, & reseruauerit Iuspatronatus Duci Alphonso, eiusq; natis, & descendentibus, & successoribus, ex hac concessione fuit auctus numerus Patronorũ, quia ex secunda concessione Leonis Iuspatronatus erat restrictũ ad Ducem Alphõsũ, ad descẽdentes hæredes, & successores Ferrariæ Duces, quare, circumscriptis capitulis factis in restitutione Ferrariæ, Iuspatr. Archipresbyteratus Plebis Bondeni non remaneret penès Serenis. Ducẽ Mutinę, sed penes Sedem Apost. cũ fuerit concessum per literas secũdas Leonis pro Alphonso, eius descẽdẽtibus, ac hęredibus, & successoribus Ferrariæ Ducib.
77 cũ ipsa S. Sedes successerit in Ducatu Ferrariæ *c. ex literis de Iurepatr. Rot. decis. 1. eod. tit. in nou. Ægid. dec. 701.* Ideo cũ Sixtus V. dismẽbrauerit fructus, erexerit beneficium simplex, & concesserit Iuspatronatus Alphonso Duci, & eius filijs descendentibus, hæredibus, & successoribus, non restringendo vacationem ad Duces Ferrariæ, vtiq; dicendum est respectu Serenis. Ducis Mutinæ, nõ posse cõtrouerti hoc Ius-

Iuspatronatus beneficij simplicis esse ex priuilegio, cum fuerit dotatum ex fructibus beneficij iurispatronatus Archipresbyteratus Plebis Bondeni, ad quod erant vocati tantum Ferrariæ Duces, & sic respectu Serenissimi Ducis Mutinæ, istud beneficium
78 fuit † submissum, & libertatem amisit, *vt benè per Gemin. in c. laici nu. 2. & seqq. de reb eccl. non alien. in 6. et optimè etiam Dec. cons. 149. numer. 4.* Vt fuit dictum in causa *Pampilonen. Parochialis 28. Iunij 1595. coram bo. me. Iusto.*

Denique non obstat, quod Serenissimus D. Dux non produxerit dicta Iura, & propterea possit iuua-
79 ri possibilitate alterius titulis, stante † cursu temporis cum obseruantia, quia quoad beneficium ista est prima vacatio, sed quidquid sit de obseruantia, aut Serenissimus D. Dux nititur istis titulis, & intrant prædicta, aut non nititur, & cum agatur de
80 familia † potenti præsumitur ex vsurpatione, & ideò ad illud probandum requiritur immemorabilis *Butrius in c. dilectus num. 12. de off. leg. Roch. de iurep. in v. ipse, vel is à quo. numer. 83. ad fin. vers. pro hac etiam opinione. Caput. deis. 228. num. 1. par. 2. Achil. decis. 4. num. 9. de iurep Put. dec. 55. nu. 2. quæ loquitur de iurepatr. Infantis Hispaniarum lib. 1. in correctis et dec. 199. nu. 1. eod. lib. 1. Mohed. decis. 2. nu. 1. et 2. et decis. 10. nu. 4. de iurepatronatus quæ loquitur de iurepatr. Regis Aragonum. Card. Mãtica dec. 257. num. 5. vers. multò magis latè Gonzales super reg. 8. gl. 18. nu. 63. Garz. de benef. par. 5. c. 9. nu. 98. et seqq. Rot. decis. 421. num. 1. et decis. 756. num. 3. part. 2. in recent. S. M. Gregorius decis. 222. num. 1. vbi Adden.*
81 *in annot.* 10. & prædicta eo magis † procedunt in Italia *Specul. in tit. de Iurepatr. ad fin. Rocchus vbi supra Put. in decis. 199. numer. 1.* vbi in additione marginali reddit rationem, quia per recessum Curiæ ab Italia, omnes Domini, & populi iura Ecclesiæ modo suo tractare cœperunt.

Neque in hoc casu suffragaretur possessio præsentandi, quia etiam de iure communi non suffragatur,
82 nisi probetur simul immemorabilis, † cuius vigore potest probari secundum dispositionem iuris titulus fundationis, & dotationis, *Butr. in d. cap. dilectus num. 12. Put. d. decis. 199. in princ. Rocch. d. v. ipse, vel is à quo num. 83. in fin. Achil. decis. 4. numer. de iurep. Caput. d. decis. 128. num. 5. part. 2.* vbi quod nec sufficit præscriptio, nisi probetur titulus, vel immemorabilis, propter præsumptionem, quam Princeps habet contra se. Nec dicatur ex eo suffragari, ex quo ordinarius in institutionibus cognouerit super iurepatronatus. Quia de hoc non constat, &
83 sola institutio non sufficit, † sed requiritur, quod ordinarius adhibeat causæ cognitionem, vel cognoscendo super immemorabili, vel priuilegio Apostolico *Butr. in d. c. dilectus num. 12. in fin.* Neque hoc casu suffragaretur, quod fuisset cognitum super priuilegio, cum, vt patet ex prædictis, satis illi fuerit derogatum, & Cong. Illustriss. Interpretum, & Rota ipsa agnouit veritatem huius conclusionis in terminis Conc. dum voluerunt non sufficere quamlibet
84 † causæ cognitionem, nisi fuerit adhibita, ac seruata forma. Conc. vt in declarationibus, quas refert *Gonzal. super reg. 8 glos. 18. num. 27.* & dixit Rota in *Romana de Publicolis 31. Ianuarij 1600. coram bo. me. Pacen. vers. nec obstant assertiones Vicarij.*
85 Neque obstat, quod Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 9. de reform.* postquam disponit, iuspatronatus esse ex fũdatione, & dotatione, & det modum probandi iuspatronatus subdat, *Reliqui Patronatus omnes in beneficijs, tã sæcularib. quã Regularib. seu Parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscumq; alijs beneficijs, in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia, seù facultates, & priuilegia concessa, tàm in vim patronatus, quàm in alio quocumque iure, nominandi, eligendi, præsentandi, ad ea cum vacant exceptis iuribuspatronatus super cathedralibus Ecclesijs competentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, seù Regna possidentes, aliosq; sublimes, ac supremos Principes iura Imperij in dominijs suis habentes pertinent, &c.* in totum promissus abrogata cum possessione indè secuta intelligã-
86 tur, nam fuit responsum † Concilium excipere iurapatronatus, quæ pertinent ad prædictos Principes, & propterea cum vtatur v. *pertinent*, & cum v. *pertinent* sit generale *c. verbum illud 181. de ver-*
87 *bo signif.* debet † accipi secundum subiectam materiam, vt per *Bald. in c. bonæ num. 1. de appell.* ita vt sensus Concilij sit, pertinent siue de iure communi, siue speciali, *c. fin. vbi glos. in v. pertinet de elect. in 6. c. constitutus de relig. dom.* & propterea cum non doceretur de titulo, deberet probari im-
88 memorabilis, † cum illa de iure communi requiratur, nec sufficiat quasi possessio, vt supra dictum est, & ideò deberet probari titulus, ex immemorabili, cum natura causæ hoc desideret iuxtà illam
89 regulam, † *agat quod causa desiderat*, de qua in *l. quisquis, C. de post.* quem text. literis aureis esse scribendum dicit *Bald. in d. cap. bonæ. numer. 1. de appellat.*

Et ità conclusum altera tantum parte informante, licèt fuerint datæ nonnullæ informationes de partibus transmissæ pro parte Serenissimi Ducis, &c.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Ariminen. Legatorum.

Lunæ 12. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Ad declaratoriæ relaxationem, quando, & quibus de stylo seruatis, deueniatur. De inobedientia, quando constat, tunc paritio necesse est, vt doceatur. Ex contumacia in non parendo literis executorialibus Rotæ, quid inde sequatur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoriæ, quando dicatur factus locus.*
2 *ad Declaratoriæ relaxationem tunc est deueniendum, quando executoriales in partibus fuerunt principaliter intimatæ.*
Ac deinde reproductæ in Rota, seruatis quatuor terminis seruari solitis, si recusetur paritio, tunc relaxatur declaratoria.
3 *de Inobedientia, quando constat, tunc debet doceri de paritione.*
4 *de Contumacia, quando dicatur satis constare.*
5 *ex Contumacia in non parendo literis executorialibus à Rota relaxatis, sequitur, vt iustè possit proferri sententia excommunicationis in eis fulminata.*

DE-

DECISIO DCXXXI.

DOMINI dixerunt dandam esse declaratoriã contra Equitem Ioannem Franciscũ, & Com. Pandulphum, & Iulium Cæsarem de Ricciardellis, quia cum eisdem fuerint exequutoriales in parti-
1 bus † personaliter intimatæ, & deinde reproductæ in Rota seruatis quatuor terminis seruari solitis, & parere recusauerint, debet sine dubio contra ipsos
2 dari declaratoria iuxta receptum stylum Rotæ de quo per *Felin. in cap. ad probandum num. 6. de sent. & re iud. Cassad. decis. 6. numer. 10. de caus. poss. & propr. Acchill. decis. 5. de sent. excom. Rota decis. 445. num. 4. par. 2. rec. & in Corduben. alimentorum 17. Iunij 1622. coram me, & alias sæpius.*

Quod ea ratione fundatur, quia stante inobedien-
3 tia, † & non constito de paritione, de qua pars do-
4 cere tenetur, satis probatur † contumacia *ad text. in cap. 1. cum ibi not. de sent. excom. in 6. Abb. in cap. reprehensibilis num. 2. de appell. Seraph. decis. 1113. num. 3. Rota decis. 478. par. 2. recent.* Ex qua contu-
5 macia in non parendo litteris † exequutorialibus à Rota relaxatis sequitur, quod iustè possit proferri sententia excommunicationis in litteris comminata iuxta textum *in cap. absit 11. quæst. 3. Abb. in c. 1. num. 11. de Iudic. Mar. Socc. in cap. nulli num. 7. de sent. excomm. Cassad. decis. 3. num. 7. de Constit.*

Et ita resolutum &c.

Plures decisiones in hac causa emanarunt quas supra posui, & annotaui in præcedenti Tomo ad decisionem 318. quæ est in eadem causa.

REVERENDISS. COCCINO.

Fulginaten. Fideicommissi.

Veneris 23. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta in casu quo hæres decesserit sine filijs, euanescit eis relictis, in quibus terminis intrat celebre consil. 21. Oldrad. quod procedit etiã si adsit perpetuitas substitutionis, & simul quoque prohibitio alienationis, quia quando non constat de contraria mente testatoris, constituendi absolutum fideicommissum, tunc quidquid disposuerit, intelligitur quatenus venerit casus substitutionis, idest si hæres, vel eius substituti decedant sine liberis.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio si sit facta in euentum, in quem aliquis ex substitutis sine filijs moreretur illa euanescit, dum ex eis aliquis moritur sine filijs.*
2 *Oldrad. consil. 21. est celebre, ac magis communiter receptum, & à Rota sæpe canonizatum.*
3 *ab Oldrad. consil. 21. receditur ex coniecturis.*
Coniecturæ per quas receditur à consil. Oldrad. 21. debent esse concludentes, & necessariæ, nu. 3.
4 *Substitutio facta in euentum, si aliquis ex hæredibus decedat sine filijs, dato, vt aliquis decedat cum eis, illa euanescit, quamuis facta fuerit perpetuitas substitutionum.*
5 *Quod verum intellige, quando constat de mente testatoris, quo voluerit etiam vocare substitutos.*
6 *Testator, quamuis in substitutione vulgari apposuerit verbum in infinitum, & aliud verbum in stirpes, non ex hoc extenditur fideicommissum, si aliquis substitutus decedat cum filijs.*
7 *Verba, quæ supponunt, non disponunt.*
8 *ad Trebellianicæ prohibitionem inferunt verba pleno iure, & sine diminutione.*
Dispositio conditionalis nihil operatur nisi venerit casus dispositionis, nu. 8.
9 *Prohibitio alienationis facta hæredibus, et eorum filijs in infinitum quando non operatur nouum fideicommissum.*
10 *Prohibitio alienationis, si sit restricta ad terminos fideicommissi antecedentis, & sic non stet per se, non extenditur vltra illud.*
11 *Substitutionis casus dum non venit, tunc omnia eius contemplatione gesta euanescunt.*
12 *Fideicommissum, quando est reale non intrat consil. 21. Oldrad.*
13 *Fideicommissum, quando est consecutiuum, tunc non extenditur nisi ad casus, & personas expressas.*
14 *Fideicommissum conditionale, vt habeat locum debet doceri de purificatione conditionis.*

DECISIO DCXXXII.

VINCENTIVS testator instituit Iacobam Raymundinam filiam, necnon Bellinũ ex alia filia prædefuncta nepotem, qui decessit relicto Petro Paulo filio, qui etiam obijt instituta Iacoba Amita. Vnde dubitaui, an constaret de fideicommisso Vincentij, quod suffragetur Raymundinæ, & Domini negatiuè responderunt, quia
1 † substitutio est facta in euentum, in quem aliquis ex prædictis institutis, sine filijs moreretur, Quare
2 cum Bellinus obierit † relicto Petro Paulo filio fideicommissum expirauit *iuxt. vulg. cons. Oldrad. 21.* quod magis communiter recipitur, & passim canonizat. *à Rota, vt in decisione 486. num. 1. par. 1. in recent. & fuit latè deductum in causa Meleuitana fideicommissi 14. Martij 1618. & 13. Nouembris 1619. coram Illustriss. D. meo Cardinale Sancti Eusebij.*

A Neque obstat quod à consilio *Oldrad.* receditur
3 A. ex † coniecturis, vt patet ex *d. decis. 486. nu. 2.* Quia hoc verum quando coniecturæ sunt necessariæ, & concludentes, & quæ ex verbis testamenti deducantur ex *alleg. in d. decis. num. 2. vers. attamen vnum est certum, & fuit ponderatum in causa Tudertina fideicommissi 13. Aprilis 1587. coram Giptio, & in causa fideicommissi de Gallis 16. Nouembris 1587. coram bon. mem. Card. Pamphilio & in prædicta Meleuitana fideicommissi.* Hic autem possunt ponderari duæ coniecturæ. Prima ex perpetuitate substitutionis. Secunda ex prohibitione alienationis, quæ in hoc casu non suffragatur.

Non suffragatur prima, quia, & Testator substi-
4 tuerit † superuiuentes, ac filios, & filiorum filios in infinitum, nihilominus cum non esset certus quando posset verificari conditio ex vocatione, eo modo facta, non potest per necesse inferri, quod vo-
5 luerit † vocare prædictos etiam quod instituti obierint cum filijs, vt bene per *Oldrad. dicto consil.* qui consuluit in casu, quo erant vocati descendentes & Rota *resoluit in puncto in dicta Meleuitana fideicommissi vers. minus obstare videtur & prius in prædicta Tudertina fideicommissi vers. nec dicatur,*

Rota

Rot.d.decis.486.num.6.in fin.& numer.8. & 9. vbi
6 *latè*. Nec potest etiam fieri vis † quod vltra verbum, in infinitum, fuerit appositum aliud verbum, in stirpes, quia eadem responsio militat, cum testator ignoraret tempus, quo posset conditio purificari, & tunc esse potuisset quod adessent filij ex duobus filijs, & quod propriè esset discutien. an
7 successio † spectaret in stirpes, vel in capita, vt respondit *Rota in d. Tudertina vers. nec successio*, & ad prohibitionem detractationis Trebellianicæ
8 infertur ex verbis illis pleno iure, † & sine diminutione, quia hoc quoque intelligitur si euenerit casus, in quo substitutio deberet sortiri effectum, vt si instituti decederent sine filijs, vt in eadem *decis.Tudertina in vers. non obstat quod consideratur*.

Non suffragatur Secunda coniectura deducta ex prohibitione alienationis, quæ licet fuerit facta non
9 solum hæredibus, sed etiam eorum filijs in infinitũ, & ordinatum, quod portio non obseruantis reuertatur ipso facto ad alios obseruantes pleno iure, & sine aliqua diminutione. Tamen ista prohibitio est
10 restricta † ad terminos fideicommissi antecedentis, & sic vti accessoria, & consecutiua, fideicommissum alterius non extendit. *Dec cons.636.num.7.& seq. Alex.cons.59.col.fin.vers.non obstat quod illa verba col.3 Surd cons.96 num 10.& 11. Verall.decis.123. par.2.in 5.incip. Comes. Guido, & fuit dictum in causa Perusina de Pumaiolis 5.Decembris 1597. & 21.Aprilis 1598. coram Litta, & Firmana fideicommissi de Fulchis 2.Aprilis & 10.Decembris 1601. coram bon. memor. Card.Pamphilio, & alias sæpissime*.

Et prædicta debent intelligi eueniente casu per eũ
11 † in substitutione expresso, qui cum non euenerit sequentia cessant *Rot.d.decis.476.* vbi infinitos congerit *num.6.& 7.* Nec potest dici hoc fideicommis-
12 sum esse reale, & † propterea non intrare *cons. Oldr.* vt admissum videtur in *dicta causa Romana fideicommissi de Gallis, & in d.decis.486.numer.13.* Quia cum sit consecutiuum, vt probatum est non
13 extenditur nisi ad casus, & personas expressas, & necesse est, vt habeat locum, & purificetur condi-
14 tio si sine liberis, ita declarauit Rota *in dicta Meleuitana fideicom.missi 13.Nouembris 1619. coram Illustrissimo D meo Card.S.Eusebio &c.*

Et ita vna parte informante conclusum &c.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS AD DECISIONEM DCXXXII.

1 *Oldrad.consil.21. omnibus est notum, ab omnibus generali applausu est canonizatum, & communiter, & magis communiter receptum in Scholis, & in Palatijs.*

2 *Testantium voluntates Iura non parum vigilant, vt plenariam sortiantur executionem.*

3 *Voluntas testatoris, quæ tacitè ex coniecturis est desumpta Iura etiam iubent, vt obseruetur.*

4 *Taciti, et expressi eadem est virtus.*

Expressum dicitur, quod constat ex coniecturis, & præsumptionibus, nu.4.

5 *Expressum satis dicitur, quod ex mente proferentis colligitur.*

6 *Expressum in Iure, etiam id dicitur, quod venit ex mente legis.*

7 *Expressum, vel subintellectum à lege æquiparantur.*

8 *Fideicommissorum materia taliter est fundata in voluntate defuncti, vt qualitercunque appareat de ea, sufficit ad inducendum fideicommissum.*

9 *Voluntas testatoris in testamentis, & fideicommissis est totum fac, ac totum regit, & dominatur,*

Et hoc nihil eo est antiquius, plenaque sunt volumina omnium scribentium, & consulentium responsa. num.9.

10 *Verba non sunt consideranda, sed voluntas & intentio proferentis.*

Intentio non verbis, sed verba intentioni deseruire debent.

11 *Euangelium non est in verbis scripturarum, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermonum folijs, sed in radice rationis.*

12 *Fideicommissi verba licet deficiant, non tamen dicendum est, non adesse fideicommissum, cum medulla testamenti sit attendenda.*

13 *Fideicommissum inducitur ex coniecturis etiam ad fauorem extraneorum.*

14 *Substitutio vulgaris directa inducitur etiam ex coniecturis depromptis ex verbis testamenti.*

15 *Voluntas testatoris, etiam coniecturis sedulò expiscata prosternit vires conclusionis firmatæ in consil.21. Oldrad.*

16 *Et ista est tritissima opinio, quidquid nonnulli minus ritè contradicendi studio, scriptitauerint.*

17 *Ac ea est verissima, et communis opinio, nec in consulendo, vel in iudicando ab ea est recedendũ.*

18 *Et sic fuit decisum in diuersis Orbis Tribunalibus, & præsertim*

In Senatu Grationopolitano.

In Senatu Pedemontano.

In Senatu Cathaloniæ.

In Consilio Neapolitano.

In Tribunali Rotæ Romanæ, num.19.

20 *Coniecturæ, ex quibus receditur à consil.21. Oldr. non debent esse fragiles, debiles, leues, diuinatiuæ, vel ex capite Interpretum excogitatæ,*

21 *Sed debent esse præpotentes, vrgentes, ac ex ipso testamento depromptæ.*

22 *à Consil.21.Oldrad. si facile propter omnes coniecturas recederetur, adesset periculum totalis euersionis voluntatis testatoris.*

23 *Fideicommissum, vt inducatur ad fauorem descendentium, cum hoc casu et naturæ, et parentum commune votum concurrat, non procedendum est admodum rigorosè.*

24 *Fideicommissum intuitu descendentium, vt intret non est mordicè in coniecturis per omnia concludentibus insistendum, sed mitiori interpretatione, nimia acrimonia exulata, in hac materia aliquid equo animo tolerandum est.*

25 *Agnationi semper in dubio fauendum est, & pro ea, & pro substinendo gentilitio fideicommisso iudicandum est.*

26 *Agnationi non minus deferendum est, quàm piæ causæ, cum vtrobique versetur publica vtilitas.*

27 *Vtilitas publica expostulat, vt in singulis familijs conseruentur propria bona.*

28 *Virtus absque pecunijs non æstimatur, aliaque vt hic.*

29 *Leuia spernenda sunt.*

Agna-

30 *Agnationi conseruandæ fauori non tantùm tribuendum est, vt alijs iniustitiam faciamus.*
Agnationis fauor tantus esse non debet, vt à tramite iuris recedatur. num. 30.
31 *Cæsar magnus est, sed eo maior est veritas.*
32 *Agnatio non est adeo fauorabilis, vt eius intuitu leuia, & insulsa quæpiam admittantur.*
33 *ab Oldraa consil. 21. vt recedatur, sola mens tacita, quæ ab expressis non colligitur, non sufficit, collecta tamen ab expressis, & dispositis sufficit.*
34 *Doctores in inquirenda voluntate testantium non parum desudant, & veluti anxij, & diligentes venatores tanquam leporem, eam insequuntur.*
35 *Testator, quando progressus est ad plures gradus substitutionum, eo casu censetur repetitum onus fideicommissi, de primo, in secundum hæredem, & in alios successiuè.*
36 *Oldrad. consil. 21 destruitur, dum testator progreditur ad plures gradus substitutionum,*
37 *Et huius opinionis pro antesignano recognoscitur Anchar. in consil. 74. qui ad hoc communiter allegatur, & à magna DD. cateruasequitur, ac est communis sententia. num. 38.*
39 *Anchar. opinio, de qua in consil. 74. à nonnullis DD. dirè insequitur, asserendo nulla ratione eam esse munitam, sed solum ipsius auctoritate suffultam,*
40 *Et solum esse eius fantasiam, & ab omnibus reprobatam.*
41 *Oldrad consil. 21. vtrum euanescat, ex digressu ad plures gradus substitutionum est anceps quæstio, ita vt à tergo habeat lupos, & à fronte præcipitiũ.*
42 *Doctorum opiniones, vbi sunt variæ, & contrariæ, ita vt difficilè sit cernere veritatem, tunc melius est litem concordia terminare.*
Litem melius est concordia finire, dum controuersia aliqua à varijs Doctorum ventis agitatur, quam res, & facultates suas incertæ opinionis arbitrio committere.
43 *Digressus ad plures gradus substitutionum, quando stat de per se, absque alia coniectura, tunc est parum valens, vt recedatur à consil. 21. Oldrad.*
44 *Sed quando ista coniectura est cum alijs associata, tunc secus venit dicendum.*
45 *Et sic diuersa Orbis Tribunalia iudicarunt, & præsertim*
Rota Lucensis
Senatus Pisanus.
Audientia Bareñ.
Senatus Pedemontanus.
Consilium Neapolitanum, &
Oraculum Rotæ Romanæ. num. 46.
46 *Digressus ad plures gradus substitutionum plurimum attenditur, si agatur de inducendo fideicommisso agnatitio.*
47 *Descendentes, vt censeantur vocati ad fideicommissum sufficit sola coniectura digressus ad plures gradus substitutionum.*
49 *Digressus ad plures gradus substitutionum, quando silere faciat consil. 21. Oldrad. traditur alia distinctio.*
50 *Digressus ad plures gradus substitutionum ex parte actiuè vocatorum non sufficit ad inducendum fideicommissum,*
51 *Secus verò, si facta sit ex parte passiuè vocatorum, & sic grauatorum. num. 52.*
53 *Testator, dum respexit ad conseruationem perpetuam suæ familiæ, probibendo alienationem cessat consil. 21. Oldrad. & num. 55.*
54 *Fideicommissum, quando est inductum, tunc onus restitutionis bonorum omnibus censetur iniunctum.*
56 *Testator, dum disponit, vt bona perpetuò remaneant in familia, & agnatione, id non sequeretur, si filij, & descendentes primorum hæredum ad restituendum grauati non essent. num. 57.*
58 *Familiæ perpetuitas, quando per Testatorem est considerata, consil. Oldrad. 21. perdit vires, & sic plura Mundi Tribunalia sanxerunt, & potissimum*
Rota Auenionensis
Audientia Regni Lusitaniæ.
Rota Patauina, & Veneta.
Senatus Pedemontanus.
Curia Parlamenti Delphinatus.
Rota Marchiæ. &
Palatium Apostolicum. num. 60.
59 *Voluntates defunctorum, quando sunt obscuræ, debent interpretari, & non subuerti.*
Voluntates defunctorum subuertere, id semper debet esse alienum à Iudice, sicuti, & ipsis Legislatoribus fuit semper inimicum. num. 59.
61 *Agnationis perpetuitatem, quando testator respexit, id est valens inducere fideicommissum successiuum.*
62 *Agnationem perpetuandi, etiam artificialem, quando constat de voluntate defuncti, tunc id fieri non potest, nisi recedendo à consil. 21. Oldrad. & inducendo perpetuum fideicommissum.*
63 *Agnationis conseruandæ sola ratio in fine testamenti posita sufficit ad constituendum perpetuũ, absolutum, et reciprocum fideicommissum inter illos de agnatione secundnm veriorem.*
65 *Testator, quando disposuit, vt bona remaneant in familia, dicitur inductum perpetuum fideicommissum.*
Verbum permanere significat actum successiuũ, & permanentem. num. 65.
66 *Bona non possunt permanere in familia, nisi simpliciter ad omnes eiusdem familiæ deferantur.*
67 *Fideicommissum gradatim inter omnes de familia censetur absolutè inductum, dum testator voluit, vt bona semper permaneant in familia.*
68 *Fideicommissum tunc indubitatè inducitur, quãdo si illud non induceretur, voluntas testatoris non sortiretur suum effectum.*
69 *Fideicommissa sunt odiosa, vnde strictè sunt interpretanda.*
70 *Fideicommissa inducunt votum captandæ mortis. contra Fideicommissum in dubio iudicandum est, num. 70.*
Iura non parum obuiant votis de captanda morte.
71 *in Fideicommissis nullatenus admittitur extensio de persona ad personam, vel de gradu ad gradum.*
72 *Superfluitas potius est tolleranda, quam, vt inducatur nouum fideicommissum, cum & in his terminis amarè insistendum est in verbis testamenti.*
73 *pro Fideicommissi extensione, quando concurrit verisimilis mens testatoris ex probabilibus coniecturis deducta, non dicitur extensio, sed benè com-*

comprehensio, & mentalis interpretatio.
74 Oldrad.consil.21. intrat, quamuis testator habuit rationem conseruandæ agnationis, & quidem perpetuò, & semper,
75 Et ea de causa, quia ea ratio debet restringi in casu à testatore expresso, scilicet si hæres decesserit sine filijs.
Filo succiso, reciditur tela, & corrupta radice folia ex ea nata corrumpuntur pariter. nu. 75.
76 Gabr. de fideicomm.conclus.11.num.11. 12. & 13. reijcitur.
77 Fideicommissum iniunctum sub conditione, si sine filijs, expirat mortuo grauato cum filijs, & nihil operatur ratio expressa conseruationis agnationis in perpetuum,
Quia id debet intelligi eueniente casu dispositio à testatore.
78 Agnationis conseruandæ ratio non sufficit ad extensionem fideicommissi de persona ad personam, nec de gradu ad gradum.
79 Fideicommissum nouum non censetur inductum, etiamsi testator habuerit rationem conseruandæ agnationis.
80 Testator censetur habere animum conseruandi agnationem in casu tantum ab eo dispositum.
81 Agnationis conseruandæ ratio, quando deducitur ex vocatione masculorum, seu ex alijs similibus verbis, aut clausulis testamenti,
82 Itaque non apparet illum non respexisse ad vniuersam agnationem, & tunc fideicommissum non extenditur vltra casum expressum,
83 Quod procedit quamuis aliæ quoque personæ sub eadem ratione possent comprehendi.
84 Testator, quando apparet principaliter habuisse animum conseruandi agnationem, & vt bona perpetuò permaneant in familia, & ista generalis ratio valens est inducere fideicommissum absolutum, & perpetuum.
85 Fideicommissi ratio, quando est generalior dicto, tunc ratio dictum ampliat, & extendit fideicommissum ad limites rationis,
86 Ac comprehendit omnes casus, quos comprehendit ratio ipsa, quare silet consil.21. Oldrad.
87 ex Testamenti tenore, quando colligitur, testatorem voluisse inducere perpetuum, & absolutum fideicommissum, & sic vnusquisque vir sensatus responderet, tunc non est curandum de consil.21. Oldrad.
88 Testatoris dispositio porrigitur ad casum ab eo nō cogitatum, quando est verisimile, si de eo cogitasset, idem quoque disposuisset.
89 Substitutio facta in vno casu, porrigitur ad aliū, si de eo fuisset interrogatus verisimiliter sic respondisset,
90 Et ista est vna de præcipuis, & primis vltimarum voluntatum coniecturis.
91 Testator præsumitur credere, quod post mortem suam id faciat suus hæres, quod ipse esset facturus si viueret.
92 Testator, dum voluit, vt eius bona continuò persisterent in agnatione, censetur voluisse inducere fideicommissum, tàm in casu existentiæ filiorum quàm non existentiæ.
93 Consequens qui vult, intelligitur quoque velle omne necessarium antededens,
Quod intellige de antecedenti iuris ratione præsumpto, non autem fortuito. num.96.
94 ad Fideicommissum arguendum non parum deseruit illa regula, consequens qui vult &c. & num. 96.
97 in Substitutionibus non est inconueniens, vt extensio fiat ad personam comprehensam sub mente testatoris.
98 Testatoris voluntas adiuuanda est ne pereat interpretatione, & extensione.
99 Fideicommissa cauendum est, ne extinguantur contra mentem Testatoris.
100 Fideicommissum absolutum, & perpetuum, quādo constat testatorem voluisse inducere, tunc fit extensio vltra personas nominatas,
101 Quod procedit, quando non solùm expressè apparet de voluntate testatoris, sed etiam si ex coniecturis id perpendatur. num.103.
102 Fideicommissum dicitur inductum sine dubio, quando testator dixit, se velle conseruare bona in agnatione.
104 Legis ratio, quando est vnica, eius virtus est, vt vbi locum habet, ibi, & legis dispositio quoque intret.
105 Testator dum disposuit, vt bona conseruarentur in familia, tunc admittitur extensio de persona ad personam, quamuis substitutio fuerit facta per verba, tunc, & eo casu.
106 Peregr. in tract. de fideicommiss. artic.13. num.65. reijcitur.
107 Dictiones, tunc, & eo casu, non impediunt extensionem in fideicōmissis, et substitutionibus, quādo constat de voluntate testatoris. & nu. 108.
109 Dec. & Anchar. reprobantur.
110 Dictiones tunc, & eo casu, si simpliciter considerentur, non sunt taxatiuæ, sed potius demonstratiuæ. & num.121.
Dictiones, tunc, & eo casu, tunc sunt taxatiuæ, quando sunt coniunctæ cum alijs dictionibus taxatiuis, tantùm, solùm, dumtaxat, non aliàs &c.
Et sic in diuersis Curijs, in terminis, vt quando sunt simpliciter positæ, non impediant extensionem fideicommissi, fuit iudicatum, & præsertim
In Rota Florentina. num.112.
In Rota Lucensi. num.114.
In Regio Consilio Neapolitano. 116.
In Senatu Mantuano. 118.
In Romano Areopago. 120.
113 Dictio, tunc, & similes perdūt suum officium, quando constat de contraria mente disponentis. & num.115.
117 de Voluntate testatoris, quando apparet noluisse restringere fideicommissum, tunc parum est curandum de natura dictionum taxatiuarum.
122 de Voluntate defuncti interpretanda, quando agitur, non est res facilis.
Defuncti voluntatem dubiam scrutari laboriosum est, cum eius mens non videatur, & difficile est scire, quid ipse tacendo voluerit. num.122.
123 Testatorem, qui interpretantur, aliquid tacitè voluisse, videntur esse cordium scrutatores, & plerumque diuinatores.
124 Hominum voluntates variæ sunt.
125 in Voluntate alicuius interpretanda facilè est errare, quum eius animus non possit cerni.
126 de Hominis mente nullum potest esse certum, & dire-

directum testimonium, quippe ea soli DEO nota est.

127 *Iudices, & Aduocati in perscrutanda voluntate defuncti, oportet agere prophetas, cum sit res difficillima eam assequi.*

128 *Voluntas tacita testatoris dum inquiritur, plerumque fit more Andabatarum, qui clausis oculis certa solent.*

Vates is est optimus, qui bene coniectat. nu.128.

129 *Veritatem ass. qui eius, quod ignoramus, & non cernimus, difficile admodum est.*

130 *Ignorantes sunt similes illis, qui à longe aliquid speculantur.*

131 *Legis rationem dum credimus assecutos esse per coniecturas, plerumque fallimur.*

132 *Leges sunt difficiles, vt intelligantur, & in eorum intellectu sæpe decipiuntur scholares, & magistri, & quare.*

133 *Testatoris mens, dum interpretatur, quantum fieri potest, dummodo etiam menti satisfaciamus, inhærendum est verbis ab eo prolatis.*

134 *à Verbis testatoris non est recedendum, nisi manifestissimè constet de eius contraria mente.*

135 *Verba representant hominis intentionem, & mentem, sicuti speculum faciem.*

136 *In ore, & in mente præsumitur vnum, & idem.*

137 *Verba, quod non sonant, nec loquens sentit, quia virtus sermonis se non porrigit ad aliud.*

138 *Cor datum est homini ad significandum DEO, lingua verò ad significandum hominibus,*

139 *Verba sunt nota eorum, quæ sunt in anima passionum.*

140 *Testatoris dubia mens dum interpretatur, non est ex proprio capite ea diuinanda, & dicere hæc est voluntas testatoris, ideo recedendum à verbis.*

141 *Consulentes nonnulli in interpretanda incerta mente testatoris quandoque verbis, quandoque menti inhærent, prout pecuniæ eos impellunt.*

142 *Doctores nonnulli mouentur ad instar arundinis, vento pecuniæ agitati,*

143 *Et aliquando eodem vento impellente consulerent asinos volare.*

144 *Interesse, seu cupiditas humana quot malorum sit causa: & vide num.145.*

146 *ad Iudices spectat interpretare dubiam mentem testatoris, & quid prudenter debent attendere. num.148.*

147 *Iudex dum interpretatur testamentum, quod clarum non est, debet totum illud considerare, non autem totam aliquam particulam.*

149 *Iudex, quantum in se est, debet curare, vt obscura testantium elogia ad lucem deducantur, vt perfectè deinde obseruentur.*

150 *Voluntate testatoris nihil debet potentius apud nos, & nihil animo nostro sacratius.*

151 *Viui, si neglexerint imperia mortuorum, interit omne ius, omnisque potestas.*

ANNOTATIO AD DECISIONEM DCXXXII.

A

RATIO, quare ex coniecturis absque scrupulo recedatur à conclusione firmata *in prædicto consil.21.n.1.* omnibus noto, ab omnibus generali applausu canonizato, & communiter, & magis communiter recepto in scholis, ac in omnibus Tribunalibus Orbis illius Magni Iuris Consulti Laudensi, ac in Romana Curia Aulæ Conciftorialis Aduocati celeberrimi, ea, inquam, est, quoniam non tantùm
2 Iura inuigilant, vt suprema testantium vota † expressa, plenariam sortiantur executionem, *ad text. in l. verbis legis, ff. de verb. signif. & in §. disponat. auth. de nupt.* Sed etiam ea, quæ tacitè ex ipsis con-
3 iecturis colligūtur, † quoque seruanda iubent. *l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonstr. l. cum proponebatur, l. qui solidum §. 1. ff. de legat. 2. l. pater filium §. penult. eodem titul. l. 2. C. cōmun. de legat. l. fideicommissa. §. si hæc verba. ff. de le-*
4 *gat. 3. l. mulier in princ. ff. ad Trebell.* nam taciti, † & expressi eadem est virtus. *l. 3. ff. de legat. 1. l. cum quid. ff. si cert. petat.* imo expressum dicitur, quod constat ex coniecturis, & præsumptionibus, *l. licet Imperator. & ibi Bart. num. 2. ff. de legat. 2.* & satis
5 expressum † dicitur, quod ex mente proferentis colligitur, *l. tale pactum, §. fin. vbi gloss. ff. de pact. l. Gallus. §. sed & quid. ff. de liber. & posthum. l. si pactum. ff. de probat. l. ex nomine. §. verbum. ff. de verb. signif. cap. cum olim, ibi, patebit expressè, vbi Butr. & Abb. in vltim. notab. de censib.* sicuti in Iure etiam ex-
6 pressum † dicimus, quod venit ex mente legis *Bart. in l. prætor in princip. ff. de nou. oper. nunc. Menoch. consil. 235. num. 51.* & expressum, vel subintelle-
7 ctum † à lege æquiparantur. *Osasch. dec. 142. nu. 11. Gaill. obseruat. Imperial. lib. 1. obseruat. 33. num. 3. Giurb. decis. 45. num. 3.*

Fideicommissorum enim materia taliter est fun-
8 data in voluntate defuncti, † vt quibuscumque verbis coniecturis, seu præsumptionibus apparere possit, ad inducendum fideicommissum sufficit, & meritò, quia in testamentis, & fideicommissis volun-
9 tas † testatoris est totum fac, ac totum regit, nec nō dominatur. *l. hæredes mei. §. item si quis ff. de leg. 3. l. cum virum, ff. de fideicommiss.* plenaque sunt omnium volumina Scribentium, & Consulentium responsa, & nihil eo antiquius est, quod procedit, tamen si voluntas, vt dixi, tacitè ex coniecturis, & verbis colligatur. *l. nutu. ff. de legat. 3. l. & in epistola, ff. de fideicommiss.* Et facit dictum *S. Gregor. Pa-*
10 *pæ lib. 26. moral.* Non † debet quis verba considerare, sed voluntatem, & intentionem, quia non intentio verbis, sed verba intentioni deseruire debent. Hinc *S. Hieronym. in epistol. ad Galat. scripsit*, Non in verbis scripturarum esse Euangelium, sed in
11 sensu, non in superficie, † sed in medulla, non in sermonum folijs, sed in radice rationis, &c. & in terminis nostris videatur textus in *l. ex facto, ff. de hæred. instituend. l. cum quæstio. C. de legat.* considerauitq. *Rota in causa Ianuen. fideicommissi de Pallauicinis 24. Nouemb. 1586. coram clar. me. Card. Hieronymo Pamphilio, post princ. vers. fideicōmissi materia est adeo fundata in volūtate defuncti &c.* valde etiā notanda sunt verba egregij *text. in l. vnum ex familia, § final. ibi, Et idem Princeps prouidentissimus, ac vir religiosissimus, cum fideicommissi ver-*
12 *ba † cessare animaduerteret, eum sermonem pro fideicommisso rescripsit accipiendum &c. ff. de legat. 2.* sensitque Rota *in Bononien. fideicommissi coram bo. mem. Card. Marquemont. est supra decisio 266. n. 6. par. 1. recent.* vbi dicitur fideicommissum inductū
13 † ex coniecturis etiam ad fauorem extraneorum, & *in Recanaten. hæreditatis 16. Ianuarij 1609. & 11 Decem-*

Decembris 1611.*coram bo. me. Penia*, vbi abundè
plura cumulantur,& maturè articulo discusso resol-
14 uitur † secundum magis communem opinionem
substitutionem vulgarem directam induci ex conie-
cturis depromptis ex verbis testamenti.

Non mirum ergo, si voluntas testatoris etiam ex
coniecturis expiscata, valens sit prosternere vires
labefactare conclusionem firmatam in *d. consil.* 21.
15 *Oldrad.* itaque fideicommissum † censetur inductũ,
tam in casu quo primi instituti sine filijs decedant,
quàm in casu, quo eorum filij sine filijs moriantur.

Quod enim ex coniecturis recedatur à *d. consil.*
16 *Oldrad.* est † tritissima opinio (quidquid nonnulli
minus rectè, ac contradicendi studio senserint) &
non solum ea est verior sententia, sed verissima, ac
communi ferè omnium consensu recepta, itaque
17 tenenda est, nec ab ea in iudicando, † & in consu-
lendo recedendum, vt post plures Doctores te-
statur *Michael Cruss.in §.Fideicommissum quæst.*8.
*num.*2. & latissime defendit *Achill. Personal. in*
*tract.de adipiscend.possess.num.*203.*& seq.*
18 Sic quoque in diuersis Orbis † Tribunalibus fuit
decisum, *& præsertim* in Senatu Grationopolitano
*apud Guidopap.decis.*531. In Senatu Pedemontano
*teste Thesauro decis.*96.*num.* 4. vbi asserit, cum
prædicta opinione semper transire Senatum, vt ex
coniecturis recedatur à *d.consil.Oldrad.*&c. In Se-
natu Cathaloniæ, *vt refert Fontanella decis.* 151.
*num.*11.*vers.recedimus à consil.*21.*Oldrad. ex præ-
sumptionibus*, *& coniecturis*, *&c.* Et in Consilio
Neapolitano, *teste Ruit.consil* 80.*num.*3. *lib.*2. vbi
affirmat secundum prędictam opinionem,vt ex con-
iecturis recedatur à *d.consil.* 21. *Oldrad.* semper fuit
iudicatum tam per exteros,quàm per sacrum Con-
silium Neapolitanum, *& refert. Capyc. decis.* 105.
& nouissime *Egregius Iurisconsultus Dominus meus
Hector Capyc.Latr Regius Consiliarius decis Nea-*
19 *polit.*108.*num.*63. in eadem opinione pariter † resi-
det Rota Romana, vt videre est *apud* Buratt. *decis.*
897.*num.*3. *& apud* Card.Seraph. *decis.*1373.*nu.*1.
apud Coccin *decis* 463.*num* 6.*& habetur in recen.
decis.*231.*num.*4.*coram bo.mem.* Card. Caualer. *est
inter eius impressas decis.* 34 *num.* 9. *idemque re-
sponsum fuit in Viterbien. Fideicommissi* 10. *Maij*
1613.*coram bo.me.Reuerendiss.* Manzanedo, *in Bo-
nonien.Fideicommissi* 26.*Ianuarij* 1618. *coram bo.
me.* Remboldo, *in Bononien. fideicommissi* 11. *De-
cemb.*1623.*coram clar.me.* Merlino, *in Romana fi-
deicommissi de Guidis* 29.*Maij* 1628.*coram Eminē-
tiss.D.Card.* Verospio *iuniori, est decis.* 180. *num.* 5.
*par.*5.*recent.*

Et quod Rota ita passim firmet, vt ex coniecturis
recedatur, a d. consil. 21. Oldrad. habetur in *d. decis.*
194.*num.*79.*eadem par.*5. *& in causa Bononien. fi-
deicommissi* 14. *Decemb.* 1636. *coram bo. me.* Mot-
manno, vbi quoque dicitur, Rotam passim eam
opinionem approbare, *& in Bononien fideicomm.de
Barzellinis* 7.*Iunij* 1634 *coram R.P D. meo Ghisi-
lerio, est infra decis.*283.*num.*2.*par.*6. *recent. & in
Romana fideicomm. de Cæsareis* 21. *Aprilis* 1636.
coram eodem Motmanno, *lateq. id etiam fuit fir-
matum in Auximana fideicomm.* 4 *Martij* 1630. *co-
ram* Merlino, *& in Bononien.fideicomm.de Desider-
ijs* 26.*Iunij* 1626.*coram* eodem, *& in Florentina
fideicomm.de Cambijs* 26. *Febr.* 1627. *coram Reue-
rediss.P.D meo* Dunozetto *Decano*, *& nuper in*
Bononien. fideicom. de Bologninis 29. *Febr.* 1644.
coram R.P.D.meo Carillo *§.Præterea*, *vers.ex vi
rationis,& coniecturis, &c.* & tandem hanc esse re-
ceptissimam apud omnes conclusionem ampla te-
statur Rota *in causa Viterbien.Castrorum* 23.*Maij*
1635.*coram* Coccino, *& in Romana fideicomm. de
Alicornis* 16. *Maij* 1639. *coram Eminentiss. Card.*
Panzirolo, *§ Non visum.* vers.*præterea à d.cons.*21.
*Oldrad.passim receditur, quando constat &c. & in
Bononien.fideicomm.de N. scentorijs* 13.Maij 1639.
coram R.P.D.Ghisilerio. *§.Nec facit*, vers.*præterea
recedendum sit à consil.* 21. *Oldrad. suadentibus
coniecturis &c. & in eadem causa sub die* 23. *Iunij*
1642.*coram R.P.D.meo* Carillo. *§. Tertio ex pluri-
bus*, vers.*coniecturis stantibus passim receditur à d.
consil.Oldrad.*21.

Verumenimuero ad hunc effectum sat minimè
erunt coniecturæ, seu præsumptiones fragiles, debi-
20 les,leues, † diuinatiuæ, ac tandem ex capite, & in-
genio nonnullorum interpretum, non legis aucto-
ritate suffultæ, excogitatæ.

Sed necesse est, vt sint præpotentes, vrgentes, ex
21 ipso testamento desumptæ, ac concludentes † men-
tem testatoris fuisse, vt eius hæreditas ad sequentes
gradus deueniret, aliàs si propter simplices conie-
cturas, & subtiles sensus recederetur à conclusione
22 *Oldrad.in d.consil.* 21. adesset † magnum pericu-
lum euersionis, & totalis contrauentionis mentis
testatoris, ad text. in *l.si quis hæredem. C.de inoffic.
testamento*, & in terminis non facilè recedendi à
*d.consil.*21. multa exaggerant *Sfort.Odd.in cons* 67.
*num.*30.*& seq. Menoch.cons.*85.*nu.*46. *Surd. con-
sil.*448.*num.*13.*Fusar.consil.* 17. *num.* 4. pondera-
uitque Rota *in decis.*486.*num.*2.*vers.attamen illud
est certum, quod illæ coniecturæ debent esse necessa-
riæ, concludentes, & quæ ex verbis testamenti de-
ducantur &c. par.*1.*recent. & decis.* 538. *num.* 2.
*par.*2.*& in Bononien. bonorum de Barzellinis* 12.
Decembris 1633.*coram* R.P.D *meo Ghisilerio, est
decisio* 249 *num.* 9. ibi, *vt recedatur à consil.*21. *Ol-
drad.coniecturæ debent esse valde vrgentes, & con-
cludentes, &c. aliàs par.* 6. *recent.* vbi etiam af-
firmatur, ità pluries Rotam censuisse, & addo de-
cisionem in causa Tudertina asserti fideicommissi
4.*Iunij* 1640.*coram* R.P.D. *meo* Rojas. *§. Vlterius
non concurrunt*, ibi, *coniecturæ debent esse effica-
ces solidæ, vehementes, & vrgentes &c. & in Roma-
na fideicommissi de* Spiritibus 12. *Ianuar* 1643. *co-
ram* R. P. *D.meo* Bicho. *§. secundo quia fideicom-
missum, vers.non adsunt coniecturæ in contrarium,
quæ tamen deberent esse vrgentes, & necessaria, &c.*

Recedendum tamen est, à supradicto rigore, quā-
do sumus in descendentibus ipsius testatoris fidei-
23 committentis, † quo casu, cum naturæ, & paren-
tum commune votum concurrat *l. scripto, ff. vnde
liber.l.cum acutissimi C. de fideicomm. l generaliter.
§.cum autem. C.de institut.& substit.* Vnde descē-
dentium fauore tolerari æquo animo poterit, vt
24 mordicè non insistamus in coniecturis † per omnia
concludentibus, sed mitiori interpretatione nimia
acrimonia exulata, in hac materia procedatur. *Aym.
in consil.*367.*num.*9.*vers.leuis coniectura &c.lib.*3.
& de veriori testatur Gratian. discept. forens. cap.
352.*num.*23.*&* 26.*cum alijs relatis à Rota coram bo.me.
fel.re.Gregor.XV. decis.*329.*num* 3. *ac coram* bo.me.
Card.Mantic. *decis.*319. *num.*2. Rota *in recent. de-
cis.*33.

cis.133.num.7.& decis.146.num.4.in fin. & decis.266.num.6.par.2.& in causa Senogallien.fideicommissi 11.Maij 1626.coram bo.me. Remboldo, & in eadem causa 19.Aprilis 1627.coram bo.me. Cardin. Virili, & in Auximana fideicommissi 22. Martij 1638.coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano, & in Spoletana fideicommissi 10. Iunij 1639. coram R.P.D.meo Rojas. §. Quia placuerunt Dominis. vers.& præsertim, quando agitur inter descendentes ipsius Testatoris fideicommittentis, quo casu leuiores etiam coniecturæ suffragantur &c. Hancq. pariter esse opinionem communiter receptam, affirmatũ habetur in causa Veliterna fideicommissi 28. Iunij 1632. coram Eminentiss. D. Card. Verospio, §. Aderant præterea, vers. cum ageretur inter descendentes ipsius testatoris communiter admittunt DD. leuiores sufficere coniecturas. de communi sententia quoque antea attestata fuit in causa Ciuitatis Castelli fideicommissi 9.Maij 1622. coram eodem Remboldo, ibique allegatur decisio in causa Melenitana hæreditatis 24.Maij 1619.coram bo.me. Reuerendiss. Seleucieñ, idemq. fuit responsum in Bononien.fideicommissi 26. Nouemb. 1638. coram Reuerendiss. Dunozetto Decano. §. Præsertim cum versemur in descendentibus à Testatore, quo casu leuiores etiam coniecturæ sufficiunt &c.

25 Et in dubio semper ipsi † agnationi fauendum est, ac pro ea, & pro substinendo agnatitio fideicommisso semper est iudicandum. Capyc.decis.108.nu.5. Zuccar.decis.76.num.120.& 186.Mantic.de coniectur. lib.7. titul. 1. num.44. Quia non minus defe-
26 rendum † est agnationi, quam piæ causæ, cum vtrobique versetur publica vtilitas, quæ expostulat
27 facultates suas singulis agnationibus † conseruari, vt earum conseruetur dignitas, quæ absque diuitijs conseruari nequit, iuxta notata in l.1.ff.de ventr.inspiciend.cum alijs latè allegatis per Socin. consil.26. nu.8.& cons.90.nu.2.lib.1. Optimeq.dixit Monost.

28 *Absque re, virtus, genusque vilior spuma Maris*
Et genus, virtusq. res si desit, alga est vilior,
Nobilis nunc est, qui diues, qui potens, non qui bonus.
Nobilis sine auro egenorũ inserendus ordini est,
Nobiles nulli magis sũt, quàm, qui sũt, & diuites.

Redeundo modo ad nos, animaduertendũ existimo in admittendis in his terminis prædictas conie-
29 cturas, ne leuitas tanta adsit, vt in illud, † quod sæpe dici assolet, incidamus, leuia spernenda esse,
30 non enim tantum fauori conseruandæ † agnationis tribuere debemus, vt alijs iniustitiam faciamus, nec eius fauor tantus esse debet, vt à trami-
31 te iuris discedamus, & facit illud dictum, MAGNVS EST CÆSAR, SED EO MAIOR EST VERITAS, &c. Quippe non tanta debet esse descendentium potentia, vt quascumque leues coniecturas leuiter, & insulsè admitta-
32 mus, sed illas quidem, † quæ iuri innitantur, & vti viribus consistentes, composito, moderatoq. Iudicis arbitrio, æquitate admixta, quæ descendentibus benignè respiciat, comprobari valeant. Corn. in consil. 97. num.2. et 3. vers. est enim tam vrgens &c. lib.1. Ioseph de Rustic.in tract. an, & quando liber. in condit.posit.censeantur vocat.lib 2 cap.1. nu.11. & seq. Card.Mantic.de coniectur.vlt.volunt.lib.11. titul.2.num.2.vers.sed ego considero &c.

Verum generaliter loquendo quamuis sola mens
33 tacita, quæ ab expressis † non colligitur, non sufficiat pro recessu à supradicto consil.21. Oldrad. collecta tamen ab expressis & dispositis sufficit, Bald.in l.cum virum.num.20.C.de fideicom. Socin. sen. in l. hæredes mei. §.cum ita.num.10.vbi Rip. num.34.& Zanch. par.3.num.72.ff.ad Trebell.Ruin.cons.108. num.15.vol.2.Menoch.præsumpt.67.num.15.lib.4. Card.Mantic.de coniectur.vltim.volunt.lib.8. tit.1. num.18.20.& 23.Gabr.consil. 121. num.39. vol.1. Decian.latè respons.44.num.10.& 11.vol.3. Casanat.consil.4. num. 269. responditq. Rota in causa Viterbien.Castror. 23. Martij 1635. coram bo. me. Coccino, num.mihi 122.vers. Quamuis enim sola mens tacita &c.

Et quamuis plures coniecturæ per acutissimos
34 † Iurium Professores, ex quibus veluti anxij, & studiosi venatores, voluntates testantium, tamquam leporem insequentes, in medium afferantur, quarum intuitu spernere solemus d.cõs.Oldrad tamen in hac annotatione, duas tantùm referam, quæ, & hic in præsenti decisione fuerunt deductæ (sed non receptæ, quia minimè constabat de voluntate testatoris, velle inducere absolutum fideicommissum &c.) Prima ergo erit digressus ad plures gradus substitutionum, secunda verò ex voluntate testatoris velle conseruare bona in agnatione prohibendo bonorum alienationem. Et quo ad primam,

Testator namque, quando progressus est ad plu-
35 res gradus † substitutionum, eo casu censetur repetitum onus fideicommissi, de primo in secundum hæredem, & alios successiuè quare totaliter destruitur, tunc prædictum consilium 21. Oldrad. Hæc cõ-
36 iectura secundum aliquos, pro antesignano † recognoscit subtilissimũ Petrum de Anchar.in consil. 74. qui ad hoc solet continuò allegari, vt dicit Rip. in l. Centurio.num.165.ff.de vulgar.& pupill.substitut.
37 quem sequuntur 23. † Doctores allegati per Alexand.Trentacinq.in tract.de substitut.cap.11.n.27. quibus addi possunt Paris.Crot.Coras.Ioann. Bolognet.Non.Cephal. Hieronym. Gabriel. Hippolit. Riminald.Cels.Vgo.Bero. Guidopap. Decian. Mantic. Natt. Roland. Simon. de Præt. Antonius Cioffius. Petr. Surdus, quos suis locis refert Rustic.in suo tractat.An, & quando fil.in condit. &c. lib.3. cap.1. nu.1.& magis in terminis in eius cons.3.nu.40. post dictum tract.Menoch. cons. 117. num. 31. & consil.
38 220. num.15. & consil.310.num 14. † & de communi opinione testatur Viu.in Syl. commun.opin. in verb.substitutus. opin.855.num.4. Grauett. in cons. 878.num.10.vol.5. vbi fatetur huic opinioni se subscribere non rarò solere.

Non desunt tamen multi Doctores, qui opinionem hanc dirè impugnarunt, & præsertim Socin.sen. in l.cum auus, num.114.ff. de condit. & consil. 62. num.10.& consil.69. num. 7. inquiens ibi, se numquam sequutum prædictam Ancharani opinionem
39 fuisse, verum etiam † potius impugnare, tamquam non munitam, imo sola ipsius Ancharani authoritate suffultam. Idem Socin.in cons.104.post num.9.& cons.116.sub num.8.vol.3. Mantua.cons.515. num. 19.& cons.194.num.13.& cons.92. num.22. Curt. senior cons.64. num. 18. vbi testatus est opinionem contra Anchar esse communem. Alciat. cons. 117. num.12.lib.9.& cons.89.num.5.eodem lib.& contra Ancharani doctrinam acriter insurgunt Clar. Alben. Bursatt.

Burfatt.Cephal.Celf.Vgo,Eman. à Cost. Bero. qui
40 proferunt hanc esse fantasiam Anchar. † ac ab om-
nibus reprobatam. Item contra Anchar. tenet *Si-
mon.de Prat. quos omnes refert Rustic.d. lib.3.c.1.
num.5.* Addo istis *Osasch. cons.35. num. 16. in fin.
Petran tract.de fideicom. quæst.9. num.* 199. Rimi-
nald.iun.*cons.464.num.60.& seq. lib. 4.* Peregr. *de
fideicomm.art.29. num.27. cum seqq. & consil.47.
num. 10. lib.1. & cons.33. num.48. lib. 3.* Honded.
cons.60.num.82.lib.1 Surd.*cons.448. num.21.* Casa-
nat.*cons.4. num.* 235. & quod ab hac opinione vti
veriori in iudicando, & in consulendo non sit rece-
dendum monent,& firmant *Fusar.in tract.de fideic.
quæst. 480 sub num. 56.* Fab. Capyc. Galeott. *con-
trouerf.25.num.45. verf. etiam si testator diuertis-
set ad plures gradus substitutionum &c.lib.2.*

Dubia quidem est hæc opinio, & talis vt à tergo
41 habeat lupos, † & à fronte præcipitium, itaque di-
xerit *Antonin.Tessaur.in decis.96.num.17.* ibi, Mi-
hi re vera in isto opinionum concursu, in quo vide-
42 mus Doctores varia, † & contraria scripsisse, diffi-
cillimum semper esse visum fuit aliquid deliberare,
meliusq. esset,& in hoc passu rem concordia termi-
nare,& ita laudatem,potius, quàm res, & facultates
suas incertæ opinionis arbitrio committere, &c.

Fœdere tamen distinctionis non difficili negotio,
posset concludi concordia in tam magno Doctorum
schismate.

Aut enim coniectura digressus ad plures gradus
43 substitutionum, † est sola, & vnica, & hoc casu non
est valens ad protrahendum fideicommissum, & sic
intrabit supradictum *consil.21. Oldrad.* vt determi-
nauit *Rota in causa Viterbien fideicommissi 10.Maij
1613.coram bo.me. Reuerendiss. Manzaned. est de-
cis.486.num.9. par.1. recent.* ibique aliæ decisiones
adducuntur. & num. 10. declarantur illæ, quæ con-
trarium firmare videntur.

Aut verò prædicta coniectura non est sola, sed as-
44 sociata † cum alijs,& tunc est valde vrgens,eiusque
absolutam potentiam ostendit, iuxta illud, virtus
vnita fortior. Hinc illud vulgatum Ouidij lib.2. de
remed. amor.

Et quæ non prosunt singula, multa iuuant
Et quæ non lædunt singula, multa nocent.

Ac in terminis videatur *Thob.Non. cons.51. nu.16.
cum alijs copiosè relatis per Cæphal. cons.476.in fin.
lib.4. & per Riminald.iun. consil.21. num.41.* alios
etiam congerit *Fusar. in tractat. de fideicommiss.
quæst.437.num.95.*

Sic quoque diuersa Orbis Tribunalia senserunt,
45 & præsertim † Rota Lucens. *apud Octauian. Zuc-
car.decis.76.num.95. verf. ista coniectura sine diffi-
cultate recipitur,quando non est sola, sed coniuncta
cum alijs &c.* Senatus Pisanus *penes Raudens.decis.
27.num. 88.* Audientia Baren. *teste Francisc. Viu.
decis.262.num.15.verf.tamen sine controuersia ali-
qua, atque de plano &c.lib.2.* Senatus Pedemonta-
nus, *vt refert Tessaur.d.decis.96.num.15.20.& seq.*
Consil. Neapolitan. *apud D. Hector. Capyc. Latr.
decis.1. num.21.verf.quando concurrunt aliæ con-
iecturæ &c.*

Idemque rescripsit in diuersis causis Oraculum
46 Rotæ † Romanæ, *& præsertim coram Gard. Man-
tic.decis.319.num.3.verf.concurrentibus alijs admi-
niculis multum valet &c. coram Card. Seraphin.
decis.1319.num.10.* verf. *hanc cum alijs &c. coram
Gregor.XV.decis.315. num.4. verf. quæ coniectura
quamuis sola pateretur aliquam difficultatem, iun-
cta tamen cum alijs plurimum operatur &c.* & ibi
Beltramin. *decisiones concordantes adducit,& qua-
tenus allegat nonnullas decisiones, quæ videntur cō-
trariari huic opinioni*; Est tamen aduertendum eas
loqui quando illa coniectura digressus est simplici-
ter adducta, vt patet *ex decisione Buratti per eum
allegata,quæ est inter eius impressas decis.385.nu.6.
ibiq. R.P.D. Ferentillus in litera A.verf.Tertia est,
&c.ibiq.in terminis nostris plures decis. cōcordantes
allegat*, ac vlterius addo *decisionē in causa. Romana
Fideicommissi de Gardellis 19.Decembris 1636. co-
ram bo.me.* Buccabella, *est infra decisio 186.nu.13.
verf.iuncta tamen cum alijs coniecturis.par.7.rec.*
idem deinde fuit decisum *in causa Auximana fidei-
commissi 22. Martij 1638. coram Reuerendiss. D.
meo* Dunozetto *Decano, §. Quinta depromitur ex
digressu ad plures gradus substitutionum &c. & in
causa Spoletana fideicommissi 10.Iunij 163?. coram*
R.P.D.*meo* Rojas. *§.Coniecturæ autem,* verf. *Ter-
tia desumpta fuit ex digressu ad plures gradus sub-
stitutionum &c.* & nuper in *Terracinen. fideicom-
missi 14.Decembris 1643.coram R. P. D. meo* Otto-
bono. *§ secunda resultabat ex progressu &c.* Item
aduerte, hanc coniecturam digressus ad plures gra-
47 dus substitutionum maxime † attendi debere, in de-
scendentibus Testatoris, *vt per Alex. in consil. 64.
lib.5. &* Soc.iun. *consil.110. num.18. lib.3. et alios
allegatos per Rustic.in d.tract. an, & quando fil. in
condit.posit &c. lib.3.cap.1.num.2. et per Fusar.in
d.tract.de fideicommiss.quæst.437.num.98.* Decian.
consil.59.num.10.lib.2. Petr. *de fideicomm. quæst.9.
num.* 199. respondítque Rota *in causa Bononien.
fideicommissi de Turri 14. Maij 1621. coram bo.
me. Card.* Verospio *sen. et in eadem causa 25. Fe-
bruar.1622.coram bo.me. Patriarcha Manzanedo,* & ibi
quæ decisiones loquuntur in descendentibus, & ibi
hæc sola ferè coniectura digressus ad plures gradus
48 substitutionum, visa † est sufficere pro vocatione,
quas decisiones deinde cum alijs secuta est Rota
in *causa Bononien.fideicomm.de Boatterijs 13.Maij
1641.coram clar.me.Merlino Decano. §. Adest di-
gressus &c.*

Et hic pro fine præsentis coniecturæ afferam aliā
non ingratam distinctionem in hac materia pro con-
49 stituenda maiori concordia inter DD. † qui viden-
tur in his terminis digressus substitutionum, inter se
contrarij. Aut enim Testator sic disponit; *Instituo
Caium hæredem,et si Caius decesserit sine liberis, ei
substituo* Meuium, *& si Meuius non extabit, vel
succedere noluerit substituo Sempronium,& si Sem-
pronius hæres non erit, vel esse nō potuerit, substi-
tuo Seium, & sic deinceps.* Hoc casu, citra dubium
si Caius reliquerit filios, conditio ipsa deficit, & sic
locus non est substitutionibus factis de Meuio, Sem-
pronio, Seio,& alijs. Ratio est, quia Testator solum
grauauit Caium illum,non autē grauauit filios Caij
qui tamquam positi in conditione excludunt Mæ-
uium, Sempronium substitutos. Sufficit enim, quod
defecerit ipsa conditio, sub qua substituti fuerunt
50 prædicti Mæuius, Sempronius, & Seius,& ita † di-
gressus ad plures gradus substitutionis ex parte acti-
uè vocatorum non sufficit. Et hoc in casu loquitur
Oldrad.in d.consil.21. & ita pariter intelligenda
est

est innumera planè caterua Doctorum, qui eum sequuntur.

51 Aut verò Testator ita substitutionem † composuit. *Instituo Caium hæredem, et si Caius decesserit sine filijs Mæuium substituo, vel eius descendentes, si ipse non extabit, si verò decesserit relictis liberis, illos instituo, quibus sine filijs descendentibus substituo prædictum Mæuium, et si ipse non extabit eius descendentes; si verò prædicti filij Caij decesserint, relictis liberis eos substituo, quibus sine filijs descendentibus, substituo prædictum Caium, vel eius descendentes.* In isto enim casu digressus ad plures gradus substitutionum factus fuit ex parte passiuè vocatorum, sic grauatorum. Et hoc † in casu eneruatur vis doctrinæ *Oldrad. in d. cons. 21. et sequacium*, ac benè id declarant *Soc. sen. consil. 250. num 4. et num. 10. vers. quare istis lib. 2.* Cur. iun. *consil. 121. num. 15.* Crauett. *cons. 98. num. 3. et cons. 878. nu. 10.* qui eiusdem sententiæ alios plures commemorat, & idem manifestè sensit *Paris. cons. 18. num. 38. lib. 2.* qui dixit duas esse substitutiones, & ideo vna deficiente altera non defecit, & optimè *Menoch. consil. 348. num. 19. lib. 4.* *Riminald. iun. consil 464 nu 23. lib. 4* & vide *Fusar. in tract. de substit. quæst. 480. num. 56. et seq.*

52

Deuenio modo ad alteram coniecturam, de qua dixi supra, cuius vigore opinionem *Oldrad. in dicto consil. 21.* agnoscere non solemus, quæ desumitur ex 53 eo, quia Testator respexit ad † conseruationem suæ agnationis, disponendo, vt omnia bona perpetuò in familia, & agnatione permaneant prohibendo illorum alienationem, ista quippe coniectura est efficacissima in his terminis, itaque tali casu, non sufficit, vt hæres institutus, vel substitutus decedat relictis liberis, atque ita, quod semel fuerit satisfactū menti 54 Testatoris, & conditioni per eum appositæ; † sed perseuerantiam requirit, & propterea onus restitutionis primo iniunctum intelligitur repetitum in secundum, & in tertium, & in vlteriores prout cōcludunt *Castr. cons. 343. Quia ex allegat. col. 2. n. 2. lib. 1.* Paris. *consil. 92. num. 40. lib. 2.* Grat. *consil. 5. num. 15. lib. 2.* Aym. *cons. 98. num. 1. vers. vbi idem. lib. 1.* Ruin. *cons. 153. num. 5. lib. 2.* Tiber. Decian. *cons. 31. nu. 172. lib. 1.* Socin. sen. *cons 250. in 2. dub. num. 4. lib. 2.* cum alijs, quos ad nauseam vsque adducere possem, & ita in his terminis recedendi à doctrina Oldradi ratiocinati sunt *Menoch. consil 117. num. 23.* vbi in fine dicit hanc esse admodum vrgen-55 tem coniecturam, pro fideicommisso, † quod repetit *lib. 4. præsumpt. 69. num. 19.* idem tenet Ripa in *l. centurio. num. 164. vers. qua ratione ff. de vulgar. et pupill. substit. et in l. 1. num. 10.* Peregrin. *cons. 65. num. 17. lib. 2.* vbi de magis communi in iudicando, *& cons. 49. per tot. lib. 1.* vbi considerat, quod effe-56 ctus consideratus à Testatore, quod bona † perpetuò remaneant in familia, & agnatione, non sequeretur, si filij, & descendentes primorum hæredum ad restituendum grauati non essent, commodo quo erant grauati eorum patres, *& cons. 47. à num. 5. vsque ad finem lib. 5.* vbi dicit, quod ista opinio est 57 hodie indubitata, & secundum eam fuit pluries † iudicatum à varijs Rotis, & Tribunalibus, *idem in tractat. de fideicommiss. art. 29. num. 30.* Riminald. iun. *consil. 456. num. 32. & 33. Surd. cons. 67. nu. 16. 36. 37. et 38. et cons. 96. num. 34. 35. et 36. lib. 1. & cons. 344. num. 11. et cons. 443. num. 47. lib. 3.* Rusticus *in suo consil. vnic. post suum tractat. an. et quando fil. in condit. posit. cens. vocat. num. 39. et seq.* Pedroccus *cons. 22. num. 3. vbi pariter de communi testatur* Achilles Personalis *de adipiscend. num. 223.* plenè *Facchineus consil. 45. num. 33. et 34. lib. 1.* Card Mantic. *de coniectur. vltim. voluntat. lib. 2. titul. 3. num. 14. et 15. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 6. num. 29.* Marzarius *cons. 4. num. 11. et cons. 7. num. 9. et 10. vbi plures cumulat*, ac de communi, & apud omnes recepta opinione testatur.

Et ita denique pro hac opinione diuersa Orbis 58 Tribunalia sanxerunt, & præsertim Rota † Auenionen. *penes Hieron. à Laurent. decis. 214. num. 14.* Audientia Regni Lusitaniæ, *vt testatur Gamma decis. 224. à num. 9.* sic quoque fuit decisum Paduæ, & Venetis, affirmante *Peregr in locis supracitatis.* Et per Senatum Pedemontanum, *vt videre est apud Tessaur decis. 96. num. 30.* vbi testatur de receptissi-59 ma Doctorum opinione, subditque aliàs † velle asserere, subuerterentur, & non interpretarentur testatorum voluntates, quod à bono Iudice alienum esse debet, sicut fuit semper ipsis Legislatoribus inimicum, *sic quoque fuit responsum* in Curia Parlamenti Delphinatus, *vt per Guidopap. decis. 531. et* in Prouincia Marchiæ, *vt per Marescott. variar. resolut. resolut. 59. num. 5. lib. 2.*

60 Ita denique fuit firmatum in pluribus casibus † in Rota Romana, *& potissimum in causa Romana de Fulchis 2. Aprilis 1601. coram clar. me. Card.* Pamphilio *in Vrbeuetana fideicommissi 3. Aprilis 1609. coram bon. mem.* Coccino, *est dec. 463. num. 8. in Bononien. fideicommissi de Pannolinis 10. Decembris 1611. coram bo. me. Card.* Marquemont. *est decisio 266. num. 19. vers. Ratio conseruationis agnationis, est vrgens vocationis coniectura. & vers. principalissimum vocat &c. par. 1. recen. quæ decisio fuit confirmata sub die 9. Maij 1611. coram eodem* Manzanedo, *est in eadem par. 1. decisio 319. num. 4. & in causa Tusculana fideicommissi 22. Maij 1620. coram bo. me.* Coccino, *& in Florentina fideicommissi de Cambijs 26. Februarij 1627. coram Reuerendiss. P. D. meo* Dunozetto Decano, & recentius fuit decisum in causa *Viterbien. Castrorum 23. Maij 1635. coram eodem Coccino. §. Nec dici potest*, vbi asseritur à d. consil. 21. Oldrad. quandocunque recedi, si constet consideratam fuisse perpetuitatem familiæ, 61 & attestatur † de receptissima opinione, & in omnibus Tribunalibus obseruata, ibique plura cumulantur. Ac deinde sic quoque fuit decisum in *causa Bononien. fideicommissi 14. Decemb. 1636. coram. bo. me. Motmanno. §. Dictus enim Testator. 62 vers. constat de voluntate perpetuandi † agnationem, etiam artificialem, & bona in familia, quod fieri non potest, nisi recedendo à doctrina Oldrad. inducatur perpetuum fideicommissum &c. & in Bononien. fideicommissi de* Nascentorijs *15. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo* Rojas. *§. 1. vers. Vnde de-63 sumitur dictum Testatorem † voluisse constituere perpetuum, & absolutum fideicommissum, non restrictum ad mortem hæredis, cum filijs, iuxta terminos consil. Oldrad. 21. sed certè habere tractum successiui & perpetui temporis, quoad vtrumque casum existentiæ, & non existentiæ filiorum, & descendentium in infinitum, &c. & in Romana fideicommissi de Incoronatis 5. Nouemb. 1639. coram bo. me. Pirouano. §. si vero attenta*, vers. *Sola ratio* con-

64 *conseruandæ agnationis † in fine posita sufficit ad
constituendum perpetuum, absolutum, & reciprocũ
fideicommissum inter illos de familia secundum
veriorem &c.*

Supradicta absque pugna procedunt, quando te-
65 stator vsus est verbo illo, permanere, de cuius † na-
tura est inducere perpetuum fideicommissum, cum
significet actum successiuum, & permanentem, vt
tenuit expresse *Cuman. in l. vnum ex familia. §. sed
si fundum. col. 2. vers. nota etiam singulariter nu. 3.
ff. de legat. 2.* quod dictum sequitur, & commendat
*Socin. in l. si cognatis. num. 16. ff. de reb. dub. & in
l. Gallus, §. quidem rectè num. 9. in fin. ff. de liber. &
posthum. Bart. in l. prætor ff. de collat. Bon.* cum
alijs pluribus in puncto allegatis per *Tiber. Decian.
consil. 33. num. 98.* vers. *natura enim illius verbi,
remaneant, est vt perpetuo restet &c. lib. 1.* Si qui-
66 dem non possent bona semper permanere † in fa-
milia, nisi simpliciter ad omnes eiusdem familiæ d.
bona deferantur; vnde necessariò est dicendum esse
67 inductum † absolutũ fideicommissum gradatim in-
ter illos de familia. *l. cum ita. §. in fideicommisso,
l. peto. §. fratre ff de legat. 2.* Paris. *cons. 37. num. 31.
& consil. 90. num. 33. vers. præterea. lib. 2.* Dec. *con-
sil. 43. num. 3.* vers. *& ex prædictis, & num. 4.* Fusar.
de substitut. quæst. 277. num. 6. & 288. num. 55.
Petra *de fideicommiss. q. 5. num. 2. & seq. Surd. cons.
247. num. 25.* considerauitque Rota *in causa Foro-
liuien. fideicomm. 19. Martij 1576. coram fel. record.
Clement. VIII. est decisio 568. nu. 5. vers. cum enim
non possint bona &c. par. 1. & decis. 121. nu. 2. par. 2.
diuers. & in recent. dec. 10. num. 1. & seqq. et dec. 35.
num. 13. & dec. 193. num. 2. part. 1. dec. 282. num. 8.
& dec. 681. num. 1. par. 2. et coram bo. me. Card.* Se-
raph. *decis. 874. nu. 1. et coram bo. me.* Coccino, *in
causa Sabinen. Castri Montis Rotundi 2.* Martij
1622. & 29. Maij. 1623.

Et est indubitatum, tunc fideicommissum indu-
68 ci † quando apparet testatorem disposuisse, non ad
alium finem, quamuis id verbis non expressit, nisi
inducendi fideicommissum, & quando illud non in-
duceretur voluntas disponentis nõ sequeretur suum
effectum, *ex relatis in causa Perusina fideicommissi
de Baptistis 27. Martij 1626. coram bo. me. Pirouano,
& in* Romana *fideicommissi 7. Iunij 1634. coram
bo me. Coccino.*

Nec quippiam iuuaret, si hic adducerentur illæ
satis decantatæ iuris conclusiones, nempe fideicom-
69 missa † esse odiosa, & strictè interpretanda *l. num-
mus. ff. de legat. 3. l. apud Iulianum. §. scio. & l. si
ita scriptum in fin. ff. de legat.* 1. nam, & inducunt
70 † votum captandæ mortis, *l. fideicommisso C. de
transact.* quare remissio, & interpretatio in dubio
contra fideicommissum videtur facienda, cum tollat
votum captandæ mortis, quod iura non parum
abhorrent *l. vltima. C. de pact. cap. detestanda, & cap.
ne captandæ, de concess. præbend. in 6.* Vtique nulla-
71 tenus admittenda est † extensio de persona ad per-
sonam, vel de gradu ad gradum, sed amarè in ver-
72 bis testamenti est insistendum, & † potius est tolle-
randa superfluitas, cum vt noua fideicommissa in-
ducantur, cum alijs pluribus, quæ in hac materia
adducere possem, de quibus latè *per Card. Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. titul. 1. num. 1. &
seq. & per Fusar. de substitut. quæst. 290. num. 1.
& seq.* ac sæpius ponderauit Rota, & præsertim in
*causa Florentina, seu Bononien. de Barbadoris co-
ram bon. mem. Coccino, et coram* R.P. *D. Carillo in-
fra allegandæ.*

Quia supradictis respondeo, quando pro exten-
sione fideicommissi concurrit verisimilis mens, &
73 † voluntas testatoris, ex probabilibus coniecturis
deducta, tunc enim non dicitur extensio, sed benè
comprehensio quædam, & mentalis interpretatio,
ad *text. in l. bis solis,* C *de reuocand. donat. l. illud. C.
de Sacrosanct. Eccles. et in puncto post Curt., Gabr.
et Surd. aduertit* Rota *decis. 427. num. 32. infra in
seq. par. tom. 2.* & sic non sumus in casu simplicis
extensionis.

Sed iam iterum susurrare sentio d. consil. 21. Ol-
74 drad. procedere, † non obstante, quod à testatore
habita fuerit ratio conseruandæ agnationis, & qui-
dem perpetuò, ac semper ex quo huiusmodi ratio
debet restringi ad casum à testatore expressum,
nempe euenientis vel purificatæ conditionis, hæ-
redis decedentis sine filijs, & sic decedente cum fi-
lijs omnia euanescunt tamquam succiso filo recidi-
75 tur † tela, & corrupta radice folia ex ea nascentia
corrumpuntur *ad Alex. cons. 59. num. 21. vers. nec
obstat, quod intentio lib. 3. & cons. 139. nu. 3. lib. 6.*
Ias. *cons. 66. lib. 3.* Dec. *cons. 636. col. vltim.* in hoc
ab omnibus mirum in modum elato, *Bologn. consil.*
15. Bertazzol. *cons. ciuil. 69. num. 7.* Menoch. *consil.
85. num. 46. & 82. cons. 152. num. 50. & cons. 764.
per totum & cons. 972. num. 9* plenissime *Odd. cons.
67. num. 30. & 31.* qui asserit sic in trepidè dicendũ
esse *Cephal. cons. 17. per totum.* Surd. *cons. 448. n. 21.*
Riminald. *Sen. cons. 26. & 27. lib. 1.* Ruin. *cons. 153.
num. 5. & seqq. lib. 2. Collegium Ticinens. apud* Curt.
Senior. cons. 45. latè Rouit. *cons. 34. ex nu. 1.* Capijc.
Galeot. controuers. 25. per tot. lib. 2. & num. 45. re-
76 *prebendit* Gabr. † *de fideicomm. conclus. 11. nu. 12.
& 13. quia perperam contrarium senserit, cum
alijs pluribus relatis per Peregr. in tractat. de fidei-
comm. art. 29. num. 27. 29. & 39. & adde* Berrettam
cons. 75. à num. 6. vol. 1. Fusar. *in tractat. de substi-
tut. quæst. 475 num. 21.* Bellon. *Iun. cons. 12. nu. 31.*
Ger. Spin. *cons. 12. num. 36.* Cephal. *cons. 478. n. 12.*
Honded. *cons. 78. num. 36. & 45. lib. 1. & cons. 45.
num. 36. & seq. lib. 2.* Decian. *cons. 77. num. 36. &
seq. lib. 4. Petr. de fideicommiss. quæst. 9. num. 182.*
Molin. *de primogenit. Hispan. cap. 5. nu. 37. Card.*
Mantic. *de coniectur. lib. 6. titul. 15. num. 6.* Hancq;
opinionem sæpe secuta est Rota & signanter *in cau-
sa Romana fideicommissi de Maximis 30. Aprilis
1574. coram bon. mem.* Robuster. *est decis. 230. nu. 1.
vers. & cum illa defecerit, deficiunt vices istarum
clausularum est &c. part. 2. diuers. & in Fauentina
Fideicommissi de Paschijs 20. Maij 1588. coram
clar. me. Card. Hieron. Pamphil. & decis. 473. nu. 2.
& 3. par. 4. diuers.* & latissimè *in d. decis. 486. nu. 6.
& 7. part. 1. recent. & in Romana Fideicommissi de
Guidaccis 28. Ianuarij 1630. coram* Reuerendissi-
mo D. *meo Dunozetto Decano, §. Nam respondetur*
vers. contrarium esse verius, nempe fidecommissum
iniunctum sub conditione si sine filijs, expirare
mortuo grauato cum filijs, & nihil operari ratio-
77 nem agnationis expresã in † perpetuum in substi-
tutione, quia debet intelligi eueniente casu dispo-
sitio à testatore &c *& in Terracinen. fideicommis-
si 3.* Martij *1637. coram* R.P.D. *meo Ghisilerio, §.
Nec obstat,* vers. *ratio conseruationis agnationis nõ
exten-*

extendit, & in causa Florentina, seu Bononien. de
Barbadoris 25. Iunij 1640. coram bon. me. Coccino
§. Hinc non obstat, vers. ratio conseruandæ non
78 sufficit † ad extensionem fideicommissi de persona
ad personam, aut de gradu in gradum &c. & rursus
in eadem causa sub die 28. Iunij 1641. coram
R.P.D. meo Carillo §. Cum igitur, vers. fideicom-
missum nouum non censetur inductum etiam si
79 † Testator habuerit rationem conseruandæ agna-
tionis &c. ac recentius in causa Romana fideicom-
missi de Spiritibus 22. Maij 1643. coram R. P. D.
meo Bicho, §. Item pariter ratio conseruandæ agna-
tionis, vers. quia fideicommittens censetur habuisse
80 † animum conseruandi agnationem in casu disposi-
to tantum &c.
Non nego conclusionem predictam esse commu-
nem, & verissimam, dico tamen eam non procede-
re in casu, de quo supra dixi, Ideo non puto ingra-
tum expendere aliquam distinctionem; nam aut
81 ratio conseruandæ † agnationis deducitur ex voca-
tione masculorum; seu ex alijs similibus verbis,
aut clausulis testamenti, ita vt non appareat illum
respexisse ad vniuersam agnationem conseruandam,
82 & tunc procedit opinio affirmatiua, † nempe vt nõ
obstante ratione conseruationis agnationis sit locus
cons. 21. Oldrad. ac in his terminis procedunt, &
sunt intelligendi DD. & Decisiones determinan-
tes substitutiones debere regulari, & restringi ad
limites primæ substitutionis ac retentis terminis
eiusdem fideicommissi & super hoc plura fuerunt
deducta in causa Romana Fideicommissi de Donatis
23. Iunij 1634. coram Eminentiss. D. Card. Panzi-
rolo & in Tiburtina Fideicommissi 16. Martij &
27. Iunij 1640. coram eodem Eminentiss. Panziro-
83 lo quod procedit, † quamuis aliæ quoque personæ
sub eadem ratione possint comprehendi Bart. in l.
qua liberis, §. Hæc verba, in fine ff. de vulg. & pu-
pill. substit. Rota in Bononien. Bonorum de Sanctis
15. Martij 1641. coram R.P.D. meo Bicho & in
Spoletana Fideicommissi 19. Aprilis 1641. coram
R.P.D. Peutingero.
Aut vero constat Testatorem animum habuisse
conseruandi agnationem, & non ex vocatione ma-
84 sculorum, † aut ex clausulis testamenti, sed dispo-
suit vt omnia bona perpetuò in agnatione, & fa-
milia permaneant, & hoc casu omnes Doctores
fatentur ex hac generali ratione conseruandi agna-
tionem resultare necessariam voluntatis testatoris
coniecturam, pro inducendo fideicommisso ad fauo-
85 rem † ipsius agnationis, quia cum hoc casu ratio
sit generaliter dicto, est dicendum, quod ratio di-
ctum ampliet, & fideicommissum ad limites ratio-
86 nis extendat, & comprehendat † omnes casus,
quos comprehendit ratio ipsa, & sic silebit prædi-
ctum cons. 21. Oldrad. & in his terminis concludũt
Paris. cons. 92. num. 49. & seq. par. 2. vbi dicit hanc
esse communem, & solidam conclusionem, & cons.
53. num. 21. part. 3. Curt. Iun. cons. 111. num. 11. in
fin. Card. Mant. de coniectur. vltim. volunt. lib. 7.
tit. 14. nu. 21. cum alijs allegatis per Riminald. Iun.
cons. 21. numer. 59. circa finem lib. 1. & per Bottam
consil. 28. num. 18. Menoch. præsumpt. 69. num. 16.
lib. 4. & cons. 1088. num. 8. Peregr. de fideicommiss.
art. 11. num. 56. Fusarius relatis etiam quam pluri-
bus de substitut. quæst. 480. nu. 20. & 23. & sequent.
respondetque Rota decis. 193. num. 6. & 300. nu. 22.
vers. vltra quod par. 1. recent. in causa Perusina bo-
norum de Herculanis 22. Aprilis, & 30. Maij 1580.
coram bon. mem. Brauo, & altera Perusina Fidei-
commissi de Bigarzinis 14. Nouembris 1605. coram
bon. mem. Litta, & in Nucerina Fideicommissi 14.
Aprilis 1595. coram bon. mem. Card. Mant. est de-
cis. 319. num. 6. inter eius impressas, & in Romana
Fideicommissi de Guidis 29. Maij 1628. coram Emi-
nentiss. D. Card. Verospio, est decisio 180. nu. 8. & 9.
infra in seq. par.
Itaque proculdubio cessabit prædictum consil.
21. Oldrad. quando ex contextu, & tenore totius
87 testamenti colligitur nullam aliam † fuisse inten-
tionem testatoris, nisi inducendi perpetuum, & ab-
solutum fideicommissum ad effectum, vt bona con-
seruentur in familia, & sic vnusquisque sensatus vir
diceret pro certo ita testatorem fuisse responsum
si fuisset interrogatus quasi minus scriptum, quàm
dictum l. Titius, §. Lucius Titius, & ibi in specie
Bart. Castr. Alex. num. 2. ff. de liber. & posthum. vbi
etiam Ias. numer. 1. inquit in vltimis voluntatibus
nullam esse regulam vtiliorem, quæ etiam habetur
ex l. vltim. ff. de posthum. hæred. instit. & l. quoniã,
ff. de natur. liber. l. qui graui, ff. de iur. codicill. & l.
cum pater, §. cum existimaret, ff. de legat. 2. & est
celebris glos. in l. tale pactum, §. vltim. vers. item
88 nota, ff. de pact. Vnde dispositio testatoris † porri-
gitur ad casum ab eo non cogitatum, quando est
verisimile quod si de eo cogitasset, idem quoque
disposuisset d. l. Titius §. Lucius, ff. de liber. & post-
hum. Aym. cons. 98. num. 2. vers. si de tali casu fuisset
interrogatus testator, verisimiliter sic disposuisset,
ergo pro expresso haberi debet &c. Gerard. de Petr.
Sancta singul. 7. num. 11. vers. dispositio Testatoris
facta in vno casu extenditur ad alium casum, ad
quem testator veresimiliter extendisset &c. Curt.
Sen. cons. 51. num. 28. & cons. 75. num. 4. qui dicit il-
lum textum in §. Lucius, aureum esse, quod & re-
fert Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3.
titul. 19. sub num. 4. vbi plures alios Doctores cumu-
lat. & adde Guidopap. decis. 531. sub num. 2. vers. sub-
89 stitutio facta in † vno casu porrigitur ad alium in
quo Testator verisimiliter prouidisset, si cogitas-
set &c. Francisc. Merlin. decis. Lucens. 97. num. 17.
vers. Quid verisimilius excogitari potest, quam si
euenisset casus iste, testator fuisset, interrogatus
certe nihil aliud dici posset &c. Hieronym. à Lau-
rent. decis. Auenionen. 214. num. 8. vers. si de isto ca-
su fuisset interrogatus testator ita respondisset, &
90 ibi etiam asserit hanc vnam † esse de præcipuis, &
primis vltimatum voluntatum coniecturis, & ad
hoc allegat. Bart. Oldrad. Paul. Castrens. Ias. Imol.
Signorol. Alexand. Dec. Grauett. Afflict. Curt. Sen.
Grat. Clar. &c. & latius per Card. Mantic. de co-
niectur. vltim. volunt. lib. 3. titul. 19. numer. 4. Ita
quoque sæpius sensit Rota & præsertim in causa
Romana Fideicommissi de Formicinis 13. Iunij
1636. coram bon. mem. Buccabella, est decisio 149.
sub numer. 2. vers. si id cogitasset, sic verisimiliter
Testator disposuisset, & respondisset &c. infra
par. 7. recent. & in Bononien. Fideicommissi de Na-
scentorijs 23. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Ca-
rillo §. Quibus non repugnant, vers. idque suadet ra-
tio naturalis, quandoquidem si Testator fuisset in-
terrogatus verisimiliter idem esset responsurus &c.
Et succedit quoque regula alia non minus nota,

91 † nempe testatorem credere, quod post mortem suam id suus hæres faciat, quod ipse esset facturus, si viueret *l. item legato* §. 1 *ibi* (*assignaturus si vixisset*) *ff. de legat. 3. l. cum seruus*, §. *nam & si viuus* ibi, quod ipse viuus facturus sit ab hæredibus fieri voluisse intelligitur. *ff. de condit. & demonstr. Castr. cons. 180. in primo dubio lib. 2. Simon de Pret. de interpretat. vlt. volunt. lib. 1. interpret. 1. dub. 3. solut. 5. num. 59. Surd. decis. 62. num. 11.*

Quare in terminis nostris loquendo, dum testator respexit ad conseruationem agnationis, voluitq;
92 vt bona ibi continuò † persisterent voluit etiam fideicommissum esse absolutum; & generale tam in casu mortis hæredis sine filijs, quam in casu mortis eorum filiorum sine filijs, non est enim ambigua illa iuris peruulgata conclusio, qui vult consequens,
93 † intelligitur velle quoque omne necessarium antecedens *l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procurat. l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. & illud l. nec si, §. 1. ff. de acquir. hæredit. l. veteres, & ibi notat. ff. de itin. actuq. priuat. l. si iter legatum, ff. de seruit.* & ita
94 † ad probandum esse inductum fideicommissum argumentatur *Bart. in l. Centurio, num. 37. vers. nam ex quo, ff. de vulgar. & pupill. substitut. per l. denique*
95 §. *interdum, ff. de pecul. legat.* & similiter † argumentatur *Dec. in cons. 23. num. 3. in fin. & cons. 481. num. 4. & cons. 584 num. 8. & cons. 637. numer. 8. & Soccin. Iun. cons. 1. num. 13. vol. 3.* & hanc coniecturam pro ratione decidendi ad inducendum fideicōmissum adducit *Pic. in l. Titia, §. cum Titio pubertet, ff. de legat. 2.* Et hæc regula, & coniectura intelligitur de antecedenti iuris ratione præsumpto, non autem fortuito. *Zas. in l. Centurio num. 56. ff. de vulgar. & pupill. & hoc argumento ad inducendum, & producendum fideicommissum vsus est quoque Tiber. Decian. decis. 34. num. 54. & 55. vol. 3. et in cons. 44. num. 51. eod. volum. et arbitrata est Rota in causa Romana Retentionis Domorum 23. Maij 1642. coram R. P. D. meo Ghisilerio, §. Quod autem domus vers. sequitur quod ex illa sit inductum grauamen etiam positis in conditione ex regula. qui vult consequens, vult etiam necessarium antecedens etc.*

Ac punctualiter in casu, & terminis nostris hāc
96 † coniecturam optimè probant *Menoch. cons. 117. num. 16. vers. quinto moueor. lib. 2. & cons. 220. num. 24. vers. quarto accedit lib. 3. & cons. 1023. num. 8. lib. 11. Paris. cons. 1. num. 30. & 31 lib. 1. & cons. 92. nu. 38. lib. 2. Ioseph. de Rustic. cons. 3. num. 45.* vers. *onus restitutionis fideicommissi esse repetitum in quolibet gradu substitutionis tot attentis coniecturis verisimiliter affirmatiuè respondisset vtique pro disposito censendum est &c.* & optimè *Ottauian. Zuccar. decis. Lucens. 66. num. 23. vers. qui enim vult consequens &c.* sensitq. *Rota in causa Ianuen. fideicommissi de Pallauicinis 24. Nouembris 1586. coram clar. mem. Card. Hieronym. Pamph. vers. & sic fatendum est in necessariū antecedēs inductum fuisse absolutum fideicommissum &c.* & sic deinde sæpius respondit, vt in *decis. 121. nu. 2. & seq. par. 2. diuers. & decis. 1373. n. 2. & 3. coram bon. mem. Cardin. Seraph. & decis. 167. num. 1. & decis. 481. num. 4. coram bon. mem. Card. Caualer. & decis. 44. nu. 2. par. 1. & decis. 580. numer. 5. part. 4. recent. & fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Seccadenarijs 11. Decembris 1623 & in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 26. Iunij 1626. coram bon. mem. Merlino, & in Romana fideicommissi de Cardellis 19. Decembris 1636. coram bon. mem. Buccabella, est decisio 185. nu. 6. infra par. 7. recent. & in causa Romana fideicommissi de Maximis 5. Martij 1638. coram bon. mem. Pirouano. §. ex verbis autem. vers. propter necessitatem implendi voluntatem testatoris, cui alias locus esse non posset, nisi vnus post alterum grauatus esset restituere &c in Romana fideicōmissi de Incoronatis 19. Maij 1638. corā Eminent. D. Card. Panziról §. tertiò quia. vers. mens testatoris nō aliter impleri posse videtur, quam si priùs omnes alij superius vocati fuissent inuicē grauati &c. & in causa Narnien fideicommissi 1. Martij 1638. corā Eminentiss. Card. Verospio. §. confirmari hæc poterant. vers. aliàs posset dici inutilis vocatio agnationis, si illa continere debebat solos descendentes comprehensos in prima vocatione &c.*

Quare non erit inconueniens, vt etiam in substi-
97 tutionibus fiat extensio de persona ad † personam, de qua verisimiliter credendum est testatorem sic dispo suisse, quasi satis sit, illam personam comprehendi sub mente disponentis; dum constituit successiuum fideicommissum ad fauorem suæ agnatio-
98 nis cuius † voluntas ne pereat est adiouanda interpretatione, & extensione, ita per hanc, & similes rationes concludit *Castr. in cons. 343. incip. quia in allegationibus iuris num. 1. vers. præterea posito lib. 1. per text. in auth. sed & si quis. vbi Cyn ante fin. vers. vltimo colligitur hic argumentum. C. de secund. nupt. idemq. responderunt Curt. sen. consil. 51. col. 2. & per tot. Curt. iun. cons. 121. num. 14. & 15. Ruin. cons. 119. num. 14. ad fin. lib. 2. Dec. cons. 477. Viso consilio. num. 1. & 2. Paris. cons. 63. numer. 28. lib. 2. & cons. 75. nu. 40. vsque ad 65. eod. lib. 2. Riminald. iun. consil. 20 num. 36. lib. 1. & consil. 464. nu. 20. cum seq. lib. 4.* Guidopap. *decis. 531. circa med.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 69. nu. 9. & 10.* Vbi etiam adducit rationem, quia nisi onus restitutionis fideicommissi censeretur repetitum bona ipsa non possint dici conseruari per-
99 petuò in familia, & agnatione, & sic † voluntas testatoris eluderetur, quæ tamen semper seruanda est in fideicommissis, ne extinguantur contra mentem illa constituentis, *l. penult. ff. de legat. 1. l. fideicommissa. §. item si quis. ff de legat. 3.*

Nec esset nouū asserere, vt supra tetigi, ex hac con-
100 iectura † conseruādi bona in familia censeri inductum perpetuum fideicommissum in omnibus de familia, & quod censeantur rogati vnus post alium restituere bona, & sic ex hac ratione extendi dispositionē testatoris vltra personas nominatas, quod
101 non solum † procedit, quando expresè apparet de voluntate testatoris, vt tenet Bart. *in l. pater. §. fundum ff. de legat. 3.* Soccin. *in l qui Romæ. §. coharedes. num. 18. ff. de verb. obligat.* vbi ait, quod fideicōmissum oritur ex eo solo, quod testator dixit, velle suam agnationem conseruare, & idem voluit *in consil. 12. num. 18. vol. 3.* idem voluit Dec. licet de Socino non faciat mentionem *in cons. 23 num. 4. Curt. iun. in cons. 22. nu. 19.* vbi subdit hoc fundamentum semper se fortissimum, & ineuitabile reputasse, idem tenuit in *cons. 43. circa finem, in cons. 112. & 114. num. 18.* dicens esse sine dubio, Crott. *in cons. 48. nu. 29.* vbi inquit illa verba prolata

102 lata † à testatore velle conseruare bona in agna-
tione inducere fideicommissum sine dubio, Paris.
cons. 90. num. 22. vol. 2. Alban. in cons. 54. nu. 2. vbi
dicit ea verba inducere fideicommissum siue ponā-
tur principaliter per se, siue per modum causæ, Ro-
ta decis. 568. num. 2. & per tot. par. 1. diuers. & de-
cis. 10. & 11. par. 1. recent. & dictum fuit in dicta
Romana fideicommissi de Donatis 23. Iunij 1623. co-
ram Eminentiss. Card. Fanzirolo.
Sed etiam, quando ex coniecturis, vel aliter ta-
103 citè † constat, quod testator voluit, vt bona con-
seruarentur in familia, quia etiam tunc ea bona
censentur fideicommisso subiecta, & agnati admit-
tuntur ad illorum successionem gradatim. Bald. in
l. quoties, num. 8. C. de fideicomm. Fulgos. cons. 15.
104 col. 2. dicens quod sicuti † rationis vnicæ legis ea
est virtus, vt vbi locum habet, ibi, & legis disposi-
tio intret, sic pariter in testamentis, voluntatem
testatoris, atque eius rationem etiam tacitam in-
ducere fideicommissum cum alijs in puncto copio-
sè adductis per Riminald. Iun. cons. 23. num. 93. &
plenius per Surd. cons. 96. nu. 16. & cons. 443. n. 20.
vbi dicit, quod conditio tacita, subintellecta suffi-
cit in his terminis & alios refert Francisc. Merlin.
decis. Lucens. 97. num. 36. & facit decisio in illa Ia-
nuen. Fidecommissi 24. Nouembr. 1586. coram clar.
me. Card. Hieron. Pamphil.
Nec illud relinquendum puto in casu nostro.
quando testator apparet voluisse, vt bona conser-
105 uarentur in † familia, tunc admittitur extensio de
persona ad personam, quamuis substitutio fuerit
facta per illa verba, tunc, & eo casu, quia secundum
veriorem ac frequentiorem resolutionem scriben-
106 tium (quidquid celebris I.C. † Marcus Antonius
Peregrinus in tractat. de fideicommiss. art. 13. n. 65.
senserit & quotquot in eadem opinione sunt vt sci-
licet hæ dictiones extensionem fieri in fideicommis-
107 sis, † & substitutionibus non impediant, si de
mente testatoris extendendi constiterit, pro vt est
textus in l. Gallus in princip. iuncto §. et quid si in
tantum, ff. de liber. et posthum. vbi in princip. poni-
tur dictio, tunc, relata in casu mortis, & nihilomi-
nus in §. quid si tantum, determinatur verificari in
108 casu simili, † & habent eandem rationem, videli-
cet in casu interdictionis aquæ, & ignis, emanci-
pationis, aut similibus, non quidem vigore verbo-
rum, sed vigore mentis, aut sententiæ legis, et in
eadem l. scripserunt Emanuel. Cost. in 5. part. numer.
10. et Galliaula in 4. notab. num. 14. vbi reprobat,
109 † Decium, et Anchar. qui contrariam sententiam
probant. Rip in l. 1. num. 169. ff. de vulgar. et pupill.
Ias. in l. nam hoc iure ff. eod. Alciat. in l. 3. numer. 19.
ff. de verb. signif. Hieronym. Zanch. in repetit. l. hære-
des mei, §. cum ita, par. 8. num. 207. ff. ad Trebellian.
Curt. Sen. cons. 75. D. Ludouicus, num. 14. Dec. sibi
contrarius cons. 227. in casu, num. 6. prope fin. vers.
Non obstat illa dictio, tunc, Paris. cons. 92. Prima du-
bitatio, num. 60. cum seq. lib. 2. et insignius cons. 50.
Ex testamento, num. 52. et 53. lib. 3. citans Bart. in
d. l. Gallus §. et quid si tantum quem, vt ipse inquit
omnes sequuntur et cons. 66. Nobilis Syluester, nu.
63. lib. eod. Gozad. cons. 64. Testator. in fin. Natt.
cons. 675. Habito sæpius colloquio numer. 13. lib. 3.
Alex. cons. 130. in causa num. 6. lib. 3. Io. Cephal.
cons. 478. Nobilibus, num. 52. lib. 4. Roland. de Val-
le cons. 70. Quoniam, num. 49. lib. 3. Crauett. cons. 3.
de anno. nu. 57. vers. quartum denique inter consil.
Marzaris. Carol. Ruin. consil. 97. primo per ordi-
nem. num. 14. in fin. lib. 2. Iacob. Mandel. consil. 51.
Decessit. num. 19. & 20. Riminald. Iun. consil. 291.
D. Thomas. nu. 65. lib. 3. Menoch. consil. 220. Per-
plexa, & difficilis. num. 38. lib. 3. & consil. 432. nu-
mer. 32. vers. respondeo primo lib. 5. rursus Cranet.
consil. 878. sub anno. num. 11. lib. 5. & cons. 924.
verba testamenti, num. 10. eod. lib. Barbat. consil. 21.
col. 5. lib. 2. Grat. consil. 106. num. 27. lib. 2. Cæsar. de
Barz. in consil. vnic. num. 183. post suas decisiones
Bononiens. Peregr. consil. 47. nu. 5. lib. 5. plenè Rota
consil. 7. num. 2. Bertazzol. consil. ciuil. 6. nu. 39. to. 2.
Paul. Leon. consil. 27. num. 128. & seq. inter consil.
vltim. volunt. Ioseph Rustic. consil. 3. num. 47. post
suum tractat. an & quando fil. in condit. posit. cens.
vocat. Decian. consil. 1. num. 148. cum sequent lib. 1.
Alciat. consil. 91. num. 9. vers. præterea. lib. 9. Surd.
consil. 236. nu. 46. vol. 2. & consil. 344. nu. 19. vol. 3.
Dilect. de art. testand. referens auctoritatem Ro-
tæ. titul. de substit. caut. 5. nu. 5. Francisc. Mazar.
in epitom. de fideicomm. quæst. 24. allegans Nicol.
Bellon. supput. lib. 1. cap. 17. Fusar. de substitut.
quæst. 460. num. 11. Card. Mantic. de coniectur. vl-
tim. volunt. lib. 3. titul. 5. num. 1. & sequent. & ti-
tul. 14. num. 10. in fin. Gratian. discept. forens. cap.
847. num. 17. Qui Doctores ferè omnes vnanimi
consensu in ea resident opinione, vt substitutiones
110 factæ, † cum dictionibus illis, tunc, & eo casu, si
simpliciter considerentur nō sunt taxatiuæ, sed po-
tius demonstratiuæ, nisi sint coniunctæ, cum alijs
111 dictionibus † taxatiuis, tantum, dumtaxat, non
alias, aliter, vel alio modo, & similes.
Et sic in diuersis Orbis Tribunalibus pronuncia-
112 tum reperio, & præsertim † in Rota Florentina
apud Hieronym. Mangonium decis. 37. num. 41. vbi
dicitur, quod vbi non constat de verisimili mente
113 testatoris, dictio, † tunc, & aliæ taxatiuæ perdunt
officium suum, & extenduntur ad casus similes di-
uersitatem rationis non habentes, idemq. habetur
114 determinatum in Rota † Lucensi teste Octauiano
Zuccaro decis. 76. num. 118. vbi habetur verba illa,
tunc, & in dictum casum, non impedire extensio-
115 nem, & ampliationem fideicommissi, quando † ex
coniecturis apparet de verisimili mente testatoris
illud extendendi ad alios casus non expressos. Et
116 in Sacro Regio Consilio † Neapolitano, attestan-
te Vincent. de Franch. decis. 299. num. 5. par. 2. vbi
dicitur, quando constat de mente testatoris exten-
dendi fideicommissū, illa dictio, tunc, & eo casu, ni-
hil operatur, idemq. affirmat D. Capyc. Latr. decis.
eiusdem Consil. Neapolit. 108. num. 68. qui pariter
117 asserit; quando ex coniecturata mente † testatoris
apparet, quod noluit se ad certum casum restrin-
gere, non curamus de dictis dictionibus, tunc, & eo
casu &c. Idem responsum habetur in Sacro Man-
118 tuano † Senatu, apud Surd. decis. 37. num. 32. vbi
habetur extensionem, quæ fit ex coniecturata men-
te testatoris ad casum similem expresso, non impe-
119 diri, licet substitutio sit † restricta ad certum casū,
& tempus per dictionem, tunc, & eo casu &c. sed
relictis alijs Tribunalibus.
120 Sic in Romano † Areopago pluries fuit decisum,
vt per Cassador. decis. 1. num. 6. de testam. vbi dici-
citur, quod dictio, tunc, non apponitur necessariò,
121 nec inducit iuris ministerium, † sed stat plerum-
que

que demonſtratiuè, & declaratiuè, & longè differ-
re ab alijs dictionibus taxatiuis, veluti tantum, ſo-
lum &c. idemq. fuit dictum *in cauſa Romana vi-
neæ coram bon. mem. Cantucc. eſt deciſio* 140. *n.*5.
*par.*2. *diuerſ. & in cauſa Romana hæreditatis de*
Aquilonis 18. *Iunij* 1600. *coram bon. mem. Epiſco-
po* Pacen. *in Ariminen. bonorum* 30. *Aprilis* 1610.
coram Sanctiſſ. D.N. Innocentio *Decimo in Roma-
na fideicommiſſi* 17. *Nouemb.* 1617. *coram bon. me.*
Remboldo, in Romana *fideicommiſſi de Surdis* 11.
Maij 1618. *coram bon. mem. Franciſco* Vbaldo, *in*
Ferrarien. fideicommiſſi 24 *Maij* 1621. *coram bo.
mem. Card. Fabritio* Veroſpio, *& rurſus in eadem
cauſa* 25. *Februarij* 1622. *coram recol. mem.* Mer-
lino, *in Fanen. fideicommiſſi* 4. *Decembris* 1624.
coram eodem Remboldo *in Viterbien. castrorum*
23. *Maij* 1635. *coram bon. mem.* Coccino, *vbi latè*
in §. *quo verò ad clauſulam illam, &c. & in Bo-
nonien. fideicōmiſſi de Naſcentorijs* 13. *Maij* 1639.
coram R.P.D. Ghiſilerio. §. *Nec facit. verſ. ideoq.*
ſtante veriſimili mente teſtatoris, dictiones, tunc,
& tunc, & eo caſu, minimè reſtringunt &c.

Tandem notanter ſubiungam quamuis citra
dubitationem ſit, vt ex coniecturis poſſit induci no-
uum fideicommiſſum illudq. extendi de perſona ad
perſonam, & de gradu in gradum, vt iam abunde
probaui, tamen in hoc non parum cautè proceden-
122 dum eſt. Conſideremus † enim, quod agitur
non de re facili, ſed de laborioſa materia interpre-
tandi mentem hominis mortui, difficile eſt enim
123 ſcire, quid ipſe tacendo voluerit, & qui † dicunt
teſtatorem aliquid voluiſſe, videntur eſſe cordium
ſcrutatores, & plerumq. diuinatores, variç enim
124 † ſunt hominum voluntates, *l. quia poterat.* §.
non enim. ff. de Trebell.

Animus enim alicuius dum quis interpretatur,
125 illum non † cernit, quàm ergo facile erit in hoc
errare, vt ait *Bald. in l. precibus. num.*23. *ff. de im-
pube. & alijs ſubſtit. Rub. Alexand. conſ.*49. *nu.*2.
in fin. quia de hominis mente nullum poteſt eſſe
126 certum teſtimonium, quippe ea ſoli DEO † nota
eſt, *& Grauet. in conſ.*155. *in fine,* benè dixit quod
materia interpretationis voluntatis defunctorum
127 difficillima eſt, quia circa eam † ſcrutādam opor-
tet Iudices, & Aduocatos prophetas agere.

Vnde plerumque Andabatarum more, clauſis
128 † oculis, certamus. Hinc dicitur, qui bene con-
iectat, vates is optimus eſto, vt per *Marc. Tull.*
*lib.*2. *de diuini. & tractat Cornell. Agripp. de vanit.
ſcient. titul. de ſomnil.* ſi enim ignoramus id, quod
129 interpretamus, ſcilicet, † vt dixi, mentem teſtato-
ris, quomodo poſſumus veritatem aſſequi, multa
enim, quæ nos latent, poſſunt mouere teſtatorem,
nam vt dicit *Ariſtotel. in Ethic.* Ignorantes ſunt ſi-
130 miles illis, qui à longè aliquid † ſpeculantur, & te-
ſte *Alciat. in l. nominis.* §. *verbum. ff de verb. ſignif.*
plerumq. fallimur, dum legis rationem per conie-
131 cturas nos † aſſecutos credimus. Nā vt poſt *Bal-
dum conſ.*122. *in fin. lib.*1. *dixit Rota in cauſa Vi-
terbien. caſtrorum* 12. *Iunij* 1623. *coram bon. mem.
Coccino,* leges ſunt difficiles, vt intelligantur quia
132 plerumq. † aliud videntur velle, quàm velint, &
ſæpè decipiuntur magiſtri, & ſcholares &c.

Illud ergo ex ſupradictis inferre intendo, vt dum
tractatur de interpretanda mente teſtatoris,
133 † quantum fieri poteſt, dummodo etiam eius
menti ſatisfaciamus, verbis ab eo prolatis inhæ-
rendum eſt, hinc dicit *text. in l. generali.* §. *duabus.*
134 *ff. de vſufruct. legat.* non eſſe recedendum à † ver-
bis, niſi manifeſtiſſimè probetur, teſtatorem aliud
ſenſiſſe, hoc idem dicit *text. in l. non aliter. ff. de
legat.*3. *& in l. ille, aut ille.* §. *cum in verbis. ff. eod.*
cum alijs relatis per *Card.* Mantic. *de coniectur. vl-
tim. volunt. lib.*3. *cap.*19. *ſub num.*5. addo nonnul-
la præclara verba *Bald.* quæ in hac materia non
parum conſonant, nempe *in conſ.*102. *nu.*6. *vol.*3.
135 vbi ait, verba repræſentare † hominis intentionē,
& voluntatem, ſicuti ſpeculum faciem, & *in conſ.*
136 472. *col.*1. *vol.*2. inquit, in ore, & † in mente præ-
ſumitur vnum, & idem, atque *in conſ.*490. *poſt
princip. vol.*1. notabiliter dixit, quod verba non ſo-
137 nant, nec loquens † ſentit, quia virtus ſermonis
ſe non porrigit ad illud, & ad hæc eſt ſingularis
text in l. in ambiguo, ibi, *itaque qui aliud dicit,
quam vult, neque id dicit, quod vox ſignificat, quia
non vult, neque id, quod vult, quia id non loqui-
tur &c. ff. de reb. dub.* Quare idem Bald. *in cap.
tranſmiſſa. de reſtit. ſpoliat.* aduertit, quod cor da-
138 tum eſt † omni ad ſignificandum DEO, lingua
vero ad ſignificandum hominibus, *& ſecundùm*
139 *Ariſtotelem.* Verba ſunt notæ eorum, † quæ ſunt
in anima paſſionum.

Ex quibus apparet, quod non debemus ex capi-
tis noſtri ſententia, mentem teſtatoris diuinare, &
140 † & dicere hæc eſt volūtas teſtatoris, ideoq. re-
cedamus à verbis, nam videndum eſt qua ratione
reuelatur iſta mens teſtatoris. Sed proh dolor! &
vtinam verum non eſſet, id quod refert *Curt. Iun.
in conſ.*121. multi conſulentes in interpretanda vo-
141 luntate † teſtatoris quandoque adhærent verbis,
quandoq. menti, prout pecuniæ eos impellunt, &
vt non minus eleganter dixit C*rauett. conſ.*294. *ſub*
142 *num.*8. Doctores mouentur † ad inſtar arundinis
vento pecuniæ agitati, ac *Ruin. in l.*1. *poſt nu.*107.
ff. ſolut. matr. inquit aliquando auiditate pecuniæ,
143 quis conſuleret † aſinos volare. Hinc *Ioſeph. Lu-
douic. in deciſ. Lucen. deciſ.*52. *num.* 13. admonet
DD. vt dum conſulunt, caueant ne ſint abſtracti
lucro, auaritiaq. *& vide Theſaur. deciſ. Pedemont.*
141. *ſub num.*9. ibi Doctores hanc opinionem li-
cet in conſcientia æquiorem tenuerint, tamen for-
taſſe cupiditate lucri contrarium conſuluerunt &c.
Sed, O ſtultas hominum mentes! O pectora cœca!
O intereſſe indomitum, & maledictum. O ignis in-
144 extinguibilis, O cupiditas † humana inſatiabilis,
tu es omnium malorum radix, tranſgreſſionis ma-
ter, magiſtra nocendi, primipilaria iniquitatis, au-
riga malitiæ, ſicaria, & ſanguiſuga virtutum, ſedi-
tionis origo, fouea ſcandalorum, & ſi quis ab ea
non moderetur, is quaſi equis raptus indomitis vo-
luitur, laniatur, affligitur &c. Notanter quidem
aduertit Senec. in epiſtol. 13. ibi. *Vidiſti aliquando
canem, miſſa fruſta panis aperto ore captātem quid-
145 quid † accipit, protinus integrū deuorat, & ſem-
per ad ſpem futuri biat. Idem euenit nobis, quid-
quid expectantibus fortuna proiecit, id ſine vlla vo-
luntate recipimus, ſtatim ad rapinam alterius ere-
cti, et attoniti in Epicureum illud chaos incidimus,
inane ſine termino eſt &c.* ac benè contra prædi-
ctos, qui auaritia, cupiditateq. habendi rapiuntur
ideoq. eorum bonis non fruuntur, cecinit ſic ex no-
ſtris *vir eruditus Andræas Alciat. Problem.*84.

Heu

Heu miser in medijs sitiens stat Tantalus vndis.
Et poma esuriens proxima habere nequit
Nomine mutato de te id dicetur auare,
Qui quasi non habeas, non frueris, quod habes.

Et hæc pauca sufficiant circa hanc amplam materiam anxietatis semper plus habendi & lucrandi quæ quasi Mundum totum occupat, nam teste Plaut. in Rudent.

Omnes ad vnum currimus cursim lucrum
Lucro studemus omnes, viles, nobiles.

Concludam modo in terminis nostris, de quibus supra, rogando Iudices, vt prudenter se gerant, dũ tractatur de interpretandis dubijs testatorum su-
146 premis elogijs, cum id ad eos spectet *l. non aliter. §. 1. & l. stichus. ff. de legat. 3. l. voluntatis. C. de fideicommiss.* Vnde vigili oculo, & summo studio considerent totum testamentum, non totam aliquã
147 † particulam, vt aduertit *Angel. in l. cum ex filio. in princip. ff de vulgar.* & hoc maximè si tractetur de inducẽdo nouum fideicõmissum, vel de illius extensione, prout dixi supra, considerent enim dubitationes ex eo contingentes, prout diuersimodè possunt euenire, pariter diuersis modis posse dissol-
148 ui in partem † negatiuam, vel affirmatiuam, inspiciendo ipsius testamenti, ordinem, contextum, præfationem, præcedentia, media, sequentia, partem aliam ab alia parte, copulata, alternatiuam, aut disiunctiuam, à sufficienti partiũ enumeratione, negatiuas illatas, testator non dixit, non expressit, non apparet, omisit, similiaq. & sic curare, quan-
149 tum in eis est, vt omnino † defunctorum voluntates obscuræ deueniant ad lucem, vt perfectè sicuti omnia iura iubent plenariæ executioni demandentur. Vnde præclarè dixit egregius ille Orator. Quintilian. declamation. 311. ibi, *Libet scrutari*
150 *etiam defuncti voluntatem, qua † nihil potentius apud nos, nihil nostro animo sacratius esse debet.* & Senec. controuers. 3. inquit, *Interit omne ius,*
151 † *omnisq. potestas, si viui neglexerint imperia mortuorum &c.*

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. COCCINO.

Asculana Plebaniæ.

Veneris 23. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Immissio, vt obtineatur vigore subrogationis gratiosæ, probanda est, vel reseruatio, vel lis. Beneficij qualitas ex quo iudicetur. Et nonnullæ probationes reijciuntur, ex quibus prætendebatur, sed perperam doctum, Ecclesiam, de qua hic, fuisse Collegiatam: cum in omnem euentum debeat probari, Canonicos facere Capitulum, & quod habeant archam, & massam communem, & sint soliti congregari capitulariter, & habeant sigillum, aliaque &c. Enunciatiuæ, quando nullatenus probent.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore subrogationis gratiosæ tota difficultas à quo pendeat.*
Immissio vigore subrogationis gratiosæ non conceditur, si non doceatur de reseruatione, vel lite. num 1.
2 *Dignitas prima in Collegiata est reseruata, iuxta regul 3. Cancellariæ.*
3 *in Beneficij qualitate iudicanda attenditur erectio.*
4 *in Beneficij qualitate iudicanda, quando sumus in dubio, attenditur vltimus status.*
5 *Beneficij status non mutatur per prouisiones Apostolicas, prout nec per prouisiones Ordinarij.*
6 *Prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij, quod verum est, quando constat de contrario statu anteriori, secus vero si de eo non constat.*
7 *Status vltimus beneficij attenditur, & præsumitur continuatus.*
8 *Beneficium an sit parochiale, id benè colligitur ex prouisionibus factis tamquam de tali.*
9 *Probatio non inducitur, dum de aliquo fit mentio sub nomine, asserti,*
10 *Collegialitas ex quibus arguatur.*
11 *de Canonicis alicuius Ecclesiæ, quando fit mentio, ex hoc potest desumi aliquod signum collegialitatis d. Ecclesiæ.*
12 *Probatio non inducitur, dum aliquid asseritur, sub verbo, vt dicitur,*
13 *Dictio, prædicta, est repetitiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus.*
14 *Ecclesia, si appelletur matrix, ex hoc pernecessè non infertur, vt ea sit Collegiata.*
15 *Capituli sola determinatio non sufficit ad probationem Collegij.*
16 *Canonici, vt constituant Collegium, non sufficit sola denominatio, sed nonnulla alia quoque debent concurrere.*
17 *Enunciatiua dum est moderna, ac maximè si plura obstent, in nihilo releuat.*
18 *Enunciatiua regulariter non probat, quando principalitèr agitur de enunciato.*
19 *Enunciatiua dum non est antiqua, non attenditur contra tertium.*
20 *Enunciatiua dum est vnica, & moderna minus probat.*
21 *Enunciatiua, vt dicatur antiqua, requiritur tempus centum annorum.*
22 *Enunciatiuæ, vt probent, debent esse de duobus instrumentis, quæ originem habeant à diuersis personis non suspectis.*
23 *Testes, qui æquiuocant super re, de qua deponunt, non veniunt attendendi.*
24 *Ecclesia, vt sit Collegiata, nullatenus infertur ex eo, quia habet Rectorem.*

DECISIO DCXXXIII.

1 DIONISIVS petebat immissionem vigore subrogationis gratiosæ, † & tota difficultas pendebat ex eo, an ipse doceret de reseruatione, sine qua, aut lite non conceditur immissio vigore subrogationis gratiosæ, vt in decisionibus cumulatis per *Garz. de benef. par. 6. cap. 4. num. 21. cum seqq.* hic autem cum prætendatur reseruatio, ex quo Ple-
2 bania sit prima dignitas † in Collegiata, & sic reseruata iuxta regulam tertiam Cancellariæ, hoc nõ probatur, immo constat de contrario, quia etsi in- indi-

3 iudican. qualitate † beneficij attendatur erectio *cap.*
porrò de priuil. Caput. dec. 233. *Clem.* 7. *lib.* 1. *in ma-*
nuscript. & fuit dictum in *causa Ripana Oratorij*
4 10. *Maij* 1591. *coram Giptio*. Tamen in dubio † in
probanda eius qualitate attenditur vltimus sta-
tus iuxta *not. in cap. cum de benef. de præben. in* 6.
Dec. cons. 126. *num.* 1. *Rota decis.* 2. *de præbend. in*
nou. & fuit dictum *in causa Regien. Prioratus* 5.
Maij 1586. *coram bo. me. Card. Pamphilio, & in*
alia Ciuitatis Castelli Iurisp. 28. *Maij* 1593. *coram*
eodem, et in causa Aretina Cappellaniæ 10. *Martij*
1595. *coram bo. me. Card. Seraphino*, & alias sæpis-
sime. Hic autem adest prouisio Apostolica, vti
de simplici Parrochiali facta de anno 1577. cui, &
5 si respondetur, quod † prouisiones Apostolicæ non
mutant statum beneficij, prout nec prouisiones Or-
dinarij. *Dec. d. cons.* 176. *in fin. Achill dec* 13 *de iure-*
patron cum alijs. Hoc tamen est verum, quando
6 constat de contrario anteriori † statu, secus autem
quando de eo non constat, nam vltimus status, &
7 quasi possessio † attenditur, & præsumitur continua-
tus. *cap. cum de beneficio de præben. in* 6. *Dec. d. cons.*
126. *num.* 1. *cum seqq. Feder. de sen. cons.* 240. *nu.* 1.
& fuit resolutum *in causa Tudertina Prioratus*
5. *Maij* 1595. *coram Orano, et in Parmen. Prioratus*
1. *Decembris eiusdem anni coram eodem*, hic autem
tantum abest, quod constet de contrario statu ante-
8 riori, quod immo constat de eodem † statu Parro-
chialis ex prouisionibus factis de annis 1560. 1558.
& 1529.

Non obstant probationes in contrarium addu-
ctæ pro Collegiata, quæ consistunt in scripturis, &
testibus, non enim releuant, non primum scripturæ,
quia Visitatio Apostolica de anno 1573. non enun-
9 ciat † simpliciter Ecclesiam Collegiatam, sed dici-
tur Collegiata asserta, & sic non probat Collegiali-
tatem iuxta Not. *per Rot. in dec.* 60. & 77. *de rescript.*
in antiq. et per Dec. in c. curauit num. 1. *de probat.* &
dum subditur in eadem visitatione, cui dicuntur an-
nexæ rurales Ecclesiæ Sancti Fortunati, Sancti Pe-
tri, & Sancti Laurentij dicitur habere tres præben-
datus Canonicatus, quorum duo inseruiunt dua-
10 bus † ex prædictis Ecclesijs ibidem personaliter in-
seruiendo, nec aliter prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ
inseruiunt, & sunt quodammodo coadiutores par-
ticipantes insimul cum Plebano concurrente pro
duabus tertijs partibus fructuum dd. Ecclesiarum
de quo non aliter constat, quam per inueteratam
consuetudinem. Est aduertendum quod nihil firma-
tur, quia dum visitatio loquitur de canonicatibus,
11 ex quibus licet posset † desumi aliquod signum
collegialitatis, tamen, vltra responsiones, de qui-
12 bus mox dicetur loquitur † per verba, *vt dicitur*,
& ideo nihil firmat per superius allegata, & deinde
subditur, nec aliter prædictæ Ecclesiæ Collegiatæ
inseruiunt, non enunciat simpliciter Ecclesiam
Collegiatam, sed stante dictione, prædictæ, verba
non sunt intelligen. collegiatæ assertæ, quia sic, su-
13 pra fuerat nuncupata, † dictio enim, prædictæ, est
repetitiua præcedentium, cum omnibus qualitati-
bus suis.

Neque etiam litteræ Congregationis de Anno
1579. aliquid releuant, quia in illis solum dicitur, *Se*
bene li Canonici dell'Amatrice deueuano conten-
tarsi d'andare senz'altra replica à seruire le Chiese
loro curate; questi Signori hanno risoluto li tre
Canonici risedino ciaschéduno in quella, che V. S.
gl'assignarà con hauer cura di quell'anime, & infe-
rius ordinatur, quod Canonici *in recognitione della*
superiorità che deuono alla Chiesa Matrice, doue-
ranno in certe feste solenni dopo che haueranno offi-
tiato le proprie Chiese aiutare anco il Piouano capo
loro, come soleuano per l'adietro. Ex his litteris po-
tius constat de non collegialitate, quia isti Canonici
nuncupati tenentur residere in proprijs Ecclesiis nõ
potest deduci argumentum collegialitatis, ex quo
14 Ecclesia appellatur † Matrix, quia ex quo sit Ma-
trix non resultat pernecesse, quod sit collegiata; &
ex eo quod Rectores aliarum Ecclesiarum appellã-
tur Canonici, non ideo sequitur, quod tales sint, vt
15 constituant collegiatam, cum † nec sola determina-
tio Capituli, sufficiat ad probationem Collegij *Ac-*
chill. dec. 10. *de præbend. glos. in pragmat. sanction.*
tit de elect. in verbo Collegiatis, & in omnem euen-
16 tum deberet probari, quod † isti Canonici facerent
Capitulum, & haberent archam, & massam com-
munem, & quod sunt soliti congregari capitulariter,
& quod habeant sigillum, & alia signa Ecclesiæ Col-
legiatæ, de quibus per *Abb. in cap. nobis num.* 8. *de*
Iurep. Felin. in cap. accedentes num. 2. *de præscript.*
Feder. de sen cons. 61. *Alex. cons.* 75. *num.* 2. *lib.* 4. *Ro-*
ta in causa Romana census 2. *Decembris* 1609. *corã*
Reuerendiss. D. meo Patriarcha Hierosolymitano,
quæ est decisio 201. *par.* 1. *in recent.* quæ optimè facit
ad punctum prout etiam facit alia *decisio in causa*
Asculana Parrochialis S. Laurentij 20. *Maij* 1585.
coram Orano, & eodem modo respondetur ad se-
cundas litteras eiusdem Sac. Congregationis sub
dat. 29. Nouembris 1579.

Non etiam aliquid releuat enunciatiua in litteris
Vicarij Episcopi Asculani de anno 1578. quia ista
17 est † enunciatiua moderna, cui resistunt tot supra
ponderata, vltra quod enunciatiua regulariter non
18 probat quando principaliter quæritur † super enun-
ciato *Butr. in cap. illud num.* 3. *vers. nota* 4. *de præ-*
sumpt. Alex. cons. 136. *num.* 11. *lib.* 1. *Aym. cons.* 29.
19 *num* 3. *vers sic respondeo*. Vltra quod cum illa † non
sit enunciatiua antiqua non probat contra tertium
l. non nudus l. non epistolis C. de probat. Rot. dec. 31.
de probat. in antiq. Nec in litteris Maioris Pœnité-
tiarij potest fieri vis, quia licet in ipsis Ecclesia ista
20 enuncietur Collegiata tamen ista † enunciatiua est
vnica; & non est antiqua cum emanauerit annò 7.
21 Pontificatus Pauli Tertij, & ad hunc effectum † de-
beret esse centum annorum. *Ias. in l. cum aliquis n.* 7.
vers. limitatur. Alex. num 6. *C. de iur. deliber.* & sal-
tim deberent esse in duobus instrumentis, quæ origi-
22 nem haberent à diuersis † personis non suspectis.
Felin. in cap. cum causam, vbi Aretin. num. 2. *de*
probat. Aym. de antiq. temp. par. 1. *sect.* 4. *nu.* 14. 19.
& seqq. quæ hic non concurrunt.

Nec secundo principaliter releuant testes exami-
nati, quia quidquid deponunt de hac Ecclesia S. For-
23 tunati de Amatrice, sed S. Fortunati de Pinaco, † quæ
est Ecclesia diuersa, & ideo in eis nullum potest fieri
fundamentum. Ac tandem non potest fieri vis super
vnione istarum Ecclesiarum ad effectum, de quo agi-
24 tur, quia quicquid docendum † sit circa istam vnio-
nem satis est, quod omnes Ecclesiæ habeant suum
Rectorem particularem, neque ex hoc potest infer-
ri, quod Ecclesia Sancti Fortunati de Amatrice sit
Collegiata.

Et

Et sic fuit conclusum vtraque parte informante non constare Ecclesiam S. Fortunati Amatricis esse Collegiatam, & propterea standum in vltimo loco decisis.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano

Romana Pensionis Domus.

Lunæ 26. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Conductor, quando non possit deducere melioramenta facta in domo. Pro dotis repetitione frustra agitur dum adhuc non venit casus restitutionis, vel assecurationis. Inhibitio dotalis, vt suas habeat vires, debet esse emanata cum causæ cognitione,& sic vt cõstet prius de credito dotali, de quo non dicitur constare ex instrumento confessionis de recepto. Citandus, quando quis est personaliter, si non reperiatur, sufficit, vt domi dimissa copia, vel per edictum citetur.

SVMMARIVM.

1 *Conductor non potest prætendere deductionem melioramentorum, stante pacto, vt ea facere non possit sine licentia Domini, alias remaneant domui.*

2 *Conductor, vt possit prætendere melioramenta, dum adest conuentio, vt ea non fiant sine licentia Domini, tunc docere debet talem licentiam præcessisse.*

3 *Pro Dote agi non potest, si non venerit casus eius repetitionis.*

4 *Inhibitio Rotalis non iuuat, si emanauerit non constito de credito dotis.*

5 *Dotis creditum non probatur per instrumentum confessionis de recepto.*

Instrumentum confessionis receptionis dotis præsumitur fraudulentum in præiudicium creditorum, dum nulla præcessit promissio dotis, num. 5.

6 *Probationes, quæ non sunt de actis, non iuuant.*

7 *Testes examinati sine citatione partis, & absque interrogatorijs non probant.*

8 *Mandatum, quando relaxatur contra aliquem, debet personaliter citari.*

9 *Citari, quando quis debet personaliter si non reperiatur, & super hoc factæ sunt diligentiæ, tunc validè citatur domi, vel per edicta, seu loca publica.*

10 *Cursori, seu Nuncio dicenti se non inuenisse aliquem, creditur tamquam de respectanti ad suum officium.*

DECISIO DCXXXIV.

DOMINI dixerunt esse procedendum ad vlteriora in exequutionem mandati Rotalis relaxati contra Peregrinum pro pẽsionibus domus iuxta decisionem factam sub die 17. Nouembris prætetiti,* nec obstare, quæ hodie ad impediendam exequutionem pro eius parte de nouo opponebantur. Et primò quod mandatum esset excessiuum rationе diuersarum pecuniarum per ipsum solutarum, quæ veniebant excomputanda, quia visum fuit DD. excepta partita scutorum 20. pro canone dictæ domus reliquas partitas nullo modo esse admittendas, cum ex eis non appareat. An Peregrinus soluerit proprium, vel alterius debitum,& quoad hanc partitam scutorum 20. mandatum posse reformari.

Nec placuit alia prętensa excõputatio expẽsarum
1 factarum pro conseruatione dictæ domus, quia † stãte pacto expresso, quod illa nullo modo possent fieri absque licentia locatoris, & quod alias cederent ad commodum, & vtilitatem ipsius non est locus re-
2 petitioni, † dato quod essent factæ, nisi doceatur præcessisse licentiam iuxta pactum conuentum.

Secundo, nec obstat inhibitio dotalis, cum qua vxor Peregrini hodie prætendit se defendere aduersus exequutionem, & retinere istas pensiones pro
3 sua dote, quia vltra quod hodie † non venit casus restitutionis dotis, vel quod illa debeat collocari in tuto pro oneribus matrimonij, quo casu posset ex
4 ea iuuari, nec etiam suffragatur † cum emanauerit non constito de credito dotali, nisi per instrumen-
5 tum confessionis de recepto, quod sine dubio † non probat creditum, sed potius præsumitur fraudolentum ad præiudicandum creditoribus nulla alia præcedente promissione dotis. *Alex. cons. 142. num. 3. lib. 5. Gozad. cons. 28. num. 22. Roland. cons. 74. nu. 3. lib. 4. Mohed. decis. 2. num. 1. de confess. Rota decis. 67. num. 2. coram S. M. Gregor. XV.* & in alijs, nec potest dici probata solutio dictæ dotis per duos testes examinatos à Peregrino, de quibus in eius Sum. n. 6.
6 quia cum non sint de actis, † & alter deponat de auditu, ac fuerint examinati sine partis citatione, &
7 absque interrogatorijs † non probant. *l. si quando. C. de testib. cap. 2. & cap per tuas eodem tit.*

Tertio. Non obstat quod in relaxatione mandat
8 Peregrinus † non fuerit personaliter citatus, prout debebat citari, cum esset præsens in Vrbe, quia stan-
9 tibus diligentijs factis per † Cursorem de illum reperiendo, cum non fuerit repertus, potuit valide citari domi, vel per edictum, seu loca publica. *Socc. sen. cons. 56. num. 8. lib. 4. Marant. in prax. par. 6. tit. rectè accipiatur citatio num. 150. Vant. de nullit. ex defectu citationis num. 90. Seraphin. decis. 1123.*
10 *num. 1.* & in hoc est † credendum Cursori, seu Nũtio dicenti se non inuenisse tanquam de re spectanti ad suum officium, *gloss. verb. suus Nuncius in cap. cum parati, & ibi Dec. num. 47. & seqq. de appellat. Alex. cons. 2. num. 7. lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 26. num. 3. & numero sequenti.*

Et ita resolutum &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 17. Nouembris præcedentis anni 1625. est supra in hoc Tomo decisio 624.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Fructuum Dotis.

Veneris 30. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Bona alicuius, si propter eius delictum confiscanda erant, dato, quod Princeps gratiosè illum reintegret ad famam, honores, & bona, dicuntur actiones in eum à fisco retrotranslatæ, & tenetur ad bona, pro vt antea obligatus erat, non obstante, licet ali-

aliquid sit solutum pro redemptione vexationum. Bona fideicommissaria non possunt confiscari, stante prohibitione testatoris, & an possit prohibere confiscationem legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Restitutus à Principe postquam omnia eius bona fuerunt confiscata, recuperat omnia iura actiuè, & passiuè, & quid si in totum non fuerit restitutus.*

2 *Bona recuperans per viam quotæ tenetur creditoribus pro rata.*

3 *Restitutus, quando quis gratiosè fuit ad famam, honores, & bona, dicuntur actiones à fisco in restitutum retrotranslatæ.*

4 *Bona, vt dicantur confiscata, debet probari actualis possessio, & apprehensio.*

5 *Confiscatio bonorum non potest fieri, quando testator in casu delicti hæredis, alium vocauit, ad excludendum fiscum.*

6 *Testator potest prohibere, in euentum, quod filius committat aliquod delictum, ex quo bona sint cōfiscanda, nec etiam legitima confiscetur; sed vadat ad vocatum.*

Et ista prohibitio tenet, cum respiciat commodum filij.

7 *Actus, qui fiunt ad redimendas vexationes non præiudicant veritati.*

8 *Gratis ea, quæ dicuntur, non iuuant.*

DECISIO DCXXXV.

IN hac tertia * propositione difficultas fuit restricta ad id, quod restitutio bonorum fuit facta præterquam quoad bona fisco incorporata. Vnde
1 cum frater Pauli soluerit scuta 800. fisco † videtur dicendum quod Paulus pro illa rata scut. 800. minime teneatur, *ex l.3.C.de sent. pass.* vbi quod recu-
2 perans bona per viam † quotæ tenetur creditoribus pro rata, quare cum non recuperauerit dicta scuta 800. non tenetur pro illa rata.

Contrarium fuit resolutum, quia vt fuit firmatum in vltima decisione Paulus gratiosè fuit restitutus
3 ad † famam, honores, & bona quarè actiones à fisco in ipsum fuerunt retrotranslatæ. *l.2. & 3. C. de senten. pass.* nec probatur aliqua incorporatio facta
4 fisco † cum debeat probari mediante actuali possessione, & apprehensione, quæ non probatur, immo
5 nec confiscatio poterat fieri † stante vocatione facta in euentum delicti, vt eadem decisione dictum.

Nec placuit replicatio, quod illa solutio scut. 800. potuit fieri pro legitima Pauli, quia etiam in euen-
6 tum delicti erat † prohibita legitima, & debebat restitui vocato, quod grauamen tenet, cum respiciat fauorem filij, ex cumulatis per *Surd. cons. 570. n. 9. lib. 4. & per Farin. cons. 173. num. 7. & 8. lib. 2.*
7 Vnde si frater † Pauli aliquid voluit soluere ad redimen vexationem, non ideo requiritur, quod bona fuerint fisco incorporata, & quod Paulus minimè omnia bona recuperauerit.
8 Neque probatur, † quod Paulus haberet alia bona pro quibus dicta solutio fuit facta, quia hoc gratis dicitur.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

* *Primò fuit proposita sub die 12. Maij 1625. & deinde sub die 30. Ianuarij 1626. coram eodem bo. me. Coccino, sunt supra in hoc Tomo decis. 607. & 627.*

REVERENDISS. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Ferrarien. Legati.

Mercurij 4. Februarij 1626.

ARGVMENTVM.

Vxori si per maritum fuerit relictus vsusfructus omnium bonorum, & quidem plenus, ac integer, adiecta tamen conditione cohabitandi cum hærede proprietario, dubitatur his stantibus, an mortuo d. hærede proprietario, dicatur expirasse legatum vsusfructus, quasi defecerit conditio, cum qua fuit relictum legatum, & resolutio est negatiua, & quare vide latè in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, si reliquerit vsumfructū bonorum vxori, cum conditione, vt inhabitet cum hærede, si moriatur hæres, nō dicitur extinctus vsusfructus.*

2 *Quia illa conditio habitandi cum hærede censetur adiecta donec potest impleri, & sic in vita hæredis.*

3 *Legatum alimentorum quando est factum contemplatione hæredis potius quam legatarij,*

4 *Tunc, & eo casu per mortem hæredis extinguitur tale legatum.*

5 *Legatum ex iuris præsumptione censetur relictum contemplatione ipsius legatarij, non autem hæredis.*

6 *Testator relinquendo vxori vsumfructum omnium bonorum, censetur reliquisse illum contemplatione ipsius vxoris, non autem hæredis, quamuis cum eo cohabitare deberet.*

7 *Ruin. in consil. 46. in fin. lib. 2. reprehenditur à Menoch. in consil. 146. num. 12.*

8 *Testator relinquendo vsumfructum vxori si prius apposuerit conditionem seruandi viduitatem, & deinde conditionem cohabitandi cum hærede, quid ex hoc sequatur,*

9 *Et quid si prius apposuerit conditionem habitandi cum hærede, quam conditionem seruandi viduitatem.*

10 *Conditio prius apposita in testamento, prius est attendenda.*

11 *Testator, quando præsumatur vsumfructum bonorum reliquisse vxori eius contemplatione, non autem hæredis, licet cum eo cohabitare deberet.*

12 *Maritus si reliquerit vsumfructum omnium bonorum vxori toto tempore vitæ suæ, nihil operatur si hæres ante eam prædecedat.*

13 *Testator relinquendo vxori relictæ vsufructuariæ domum instructam, & cum conditione, vt viueret cum hærede, tunc ipsa non tenetur ire ad domum hæredis, sed potius hæres ad domum legatariæ.*

14 *Testator dum aliquid voluisset, facilè id sciuisset exprimere, quare diuinare non debemus, num. 15. & 16.*

17 *Testator, quamuis reliquerit vxori alimenta, seu vsumfructum omnium bonorum, cum conditione vt cohabitaret cum hærede, ea non tenetur cū illo cohabitare, si habeat iustam causam id recusandi.*

DE-

DECISIO DCXXXVI.

ANNIBAL Constabilis in suo vltimo, cum quo decessit Testamento reliquit D. Eleonoræ Cananæ eius vxori plenum, ac integrum vsumfructum totius suæ hęreditatis, itaut non importaret tantum alimenta donec tamen viueret, vitamque vidualem castam, & honestam seruaret, & casu, quo ipsa non posset, aut nollet cohabitare cum Antonio de Agolantibus eiusdem Testatoris ex sorore nepote, & hærede in proprietate instituto, tunc voluit quod dicta eius vxor posset propria auctoritate, & sine consensu dicti hęredis, ac licentia alterius iudicis percipere quolibet anno durante dicto vsufructu tot ex fructibus suæ hęreditatis vbicumque existentibus, & magis eidem videretur; & placeret, quot sufficerent pro consequendis scutis 300. annuis, vt in copia testamenti Sum. ambarum partium num.1.

Defuncto Annibale Testatore, & hęrede Antonio post aliquos annos occiso, orta fuit controuersia inter hęredes Antonij, & D. Eleonoram super pertinentia dicti vsusfructus, vel scutorum 300. vt supra relictorum, & lite introducta in partibus coram Locumtenente causarum ciuilium Ferrariæ, fuit ab eo lata sententia ad fauorem Ioannis Agolantis nempè, quod vsusfructus esset extinctus per mortem Antonij, & sic quod Eleonoræ deberentur solum dicta scuta 300. à qua sententia fuit pro parte D. Eleonoræ appellatum, & obtentum à Prętore Rotæ Ferrariæ illam reuocari, deindè causa in tertia instantia ad eandem Rotam delata, fuit confirmata prima sententia Locumtenentis, & reuocata secunda, lata ad fauorem dictæ D. Eleonoræ, vnde causa tandem ad Curiam deuoluta, & commissa R.P.D. Andosillæ cum clausula, quod cõstito de duabus conformibus, & quod alias esset locus Statuto Ferrariæ de duabus conformibus exequeretur, sin minus causam appellationis, & restitutionis in integrum, prout de iure cognosceret, idem D. Andosilla reuocauit duas sententias pro Ioanne latas, & confirmauit aliam in secunda instantia ad fauorem D. Eleonoræ, qua transacta in iudicatum, & obtentis executorialibus fuit interim pro parte Ioannis prętendentis habere quoque duas conformes vigore eiusdem Statuti Ferrariæ exequendas adita Signatura Iustitiæ, & obtentum rescribi D. Guicciardino cum facultate exequendi rem iudicatam, hinc indè quatenus altera earum de iure esset exequibilis, qui iudex pronunciauit pro re iudicata D. Eleonoræ, & illi concessit mandatum de manutenendo in possessione percipiendi totum, ac integrum vsumfructuum pręfatæ hęreditatis post cuius mandati actualem executionem, iterum pars aduersa reclamauit, & habito recursu ad Signaturam Sanctissimi obtinuit causam in gradu restitutionis in integrum mihi committi cum facultate pariter exequendi rem iudicatam hinc inde, vnde dato dubio, An constaret de re iudicata, quæ esset exequenda, & ad cuius fauorem illud hodiè proposui, & Rota vtraque parte informante censuit constare de re iudicata ad fauorem D. Eleonoræ, quæ veniet exequenda, & fundamentum resolutionis fuit iustitia sententiarum latarum ad eius fauorem, quod scilicet vsus-
1 fructus † eidem relictus per maritum non esset extinctus ex eo, quia legatum fuerat factum sub cõditione cohabitandi cum hęrede, quo deinde mortuo non dicebatur per hoc legatum expirasse, iuxta *textum in l.1. vbi etiam glos. & DD. notant C. de legat. Benintend. decis. vlt. num.2. & seqq. Coler. de alimentis lib.2. cap.12. num. 94. Surd. de aliment. tit.8. priuil.23. nu.7.* & in his terminis legati vsusfructus ita consuluit *Purpuratus cons. 416. per tot.* Conditio enim prędicta cohabitandi cum hærede
2 debet censeri adiecta donec potest impleri, † & sic in vita hæredis, ad quam debet ex sui natura restringi, & limitari, vt per *Dec. cons. 601. num.7. Socc. cons.68. num.5. lib.1. Purpur. d. cons. 416. nu.3.*

Non obstat, quod conclusio prędicta non habeat
3 locum quoties legatum † est factum contemplatione hęredis potius, quàm legatarij, vt per *Coler. vbi supra num.95. & Surd. d. priuil.23. num. 8.* & quod
4 hoc casu † legatum per mortem ipsius hæredis extinguatur. *Dec. cons. 485. num.10. post princ. vers. ex quorum dictis, & cons. 601. & seqq.* qui visum fuit Dominis id cessare in nostro casu, tum ex iuris prę-
5 sumptione, † quæ est vt legatum censeatur factum fauore legatarij, etiam quod habeat adiunctum onus habitandi cum hęrede, iuxta *Benintend. & Purpur. in locis supra relatis, & notant Dec. d. cons. 601. num.8. Socc. dicto cons.68. num.3. vers.2. probatur lib.1. Menoch. cons.146. num.9. & num. 24. & præsumptione 123. num.2. lib. 4.* tum etiam ex clara, & manifesta voluntate testantis, qui relinquen-
6 do † vxorem vsufructuariam totius hæreditatis, donec viueret, & sic pro toto tempore vitæ suæ dicitur sine dubio fecisse legatum contemplatione, & intuitu vxoris, potius quam heredis, cum quo ipsa commorari debebat. *Dec. d. cons. 601. num 5. & seqq. Menoch. d. præsumptione 123. num. 11. &*
7 *cons.146. num.12.* vbi † reprehendit *Ruin. quia in eius cons.46. in fine lib. 2. videtur contrarium*
A *tenuisse.* A

Quæ coadiuuantur etiam ex eo, quod Testator in dicto legato vsusfructus facto vxori apposuit
8 prius conditionem † seruandi viduitatem, quam conditionem cohabitandi cum hęrede, ex quo sequitur, quod sicut in legato facto vxori adiecta prius conditione cohabitandi cum hærede, quàm conditione seruandi viduitatem diceretur potius
9 † contemplata per Testatorem persona hæredis, cum qua vxor morari debebat, vt argumentatur in puncto *Decius in allegato cons. 485. num.8.* per re-
10 gulam, quod conditio prius † expressa in Testamento illa debet in primis attendi, *argumento text. in l. quoties ff. de vsufruct. & l. generaliter §. quid ergo ff. de fideicom. libert.* ita etiam è conuerso debet dici legatum fuisse factum contemplatione
11 † vxoris, non autem hæredis vbi conditio seruandæ viduitatis est prius expressa quam conditio co-
12 habitandi, prout in nostro casu, † in quo vlterius est legatus vsusfructus pro toto tempore vitæ ipsius vxoris, vt notat *idem Dec.* ex eadem ratione motus *d. cons. 601. num. 5. vers. & cum respectu vxoris.*

Non obstat quod pro parte Dominorum de Agolantibus fuerint examinati Testes, qui dantur in eorum Summ. num.5. deponentes D. Eleonoram non continuasse habitare cum Antonio hærede post mortem Annibalis eius mariti, sed conduxisse aliam domum, quia considerabant Domini,

13 ni,† quod ex quo Testator reliquerat domum instructam, non cogebatur mulier ire ad domum hæredis, sed potius hæres ad domum legatarij, nec refragari, quod primo loco iuerit ad habitan. cum hærede & postea conduxerit aliam domum, quia ex tali conductione non potest dici probatum,
14 † quod noluerit cohabitare cum hærede, cum non reperitur cautum in Testamento, quod ipsa teneretur habitare domum heredis, B quod si Testator
15 voluisset facile illi fuisset hoc † exprimere, vt per *Bart. in alios notat Menoch. de arbitr. cas. 170. n. 19.* vltra quod ex Testibus examinatis pro parte D. Eleonoræ constat, quod Antonius habebat aditũ, & mansionem in domo ipsius Eleonoræ, licet aliquando etiam extra inhabitaret, & quamuis testes etiam deponant, quod D. Eleonora non recipiebat libenter in domo Antonium, sed potius illum
16 verbis iniuriosis male tractabat, attamen cũ † hoc potuerit facere ex legitima, & iusta causa, non est inferendum, quod noluerit cohabitare cum ipso, maximè quia idem Antonius poterat prouidere rebus suis, & illam interpellare, quod nunquam fecit.

Vlterius aduertebatur, quod D. Eleonora ha-
16 buerat iustam † causam discedendi à domo Antonij, ex quo aliquando mulierem impudicam penes se retinebat, vnde parum conueniens videbatur, quod D. Eleonora vidua, & summæ pudicitiæ, ac nobilitatis cum dicta fœmina in dicta domo permaneret, iuxta latè tradita per *Crauet. cons. 268. num. 1. & seqq.*

Et ita fuit per Dominos conclusum &c.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS AD DECISIONEM DCXXXVI.

1 *Testator, quando alicui reliquit vsumfructum omnium bonorum, tunc hæres institutus in proprietate non concurrit cum eo in vsufructu, & ista est communis opinio, eamque sequitur Rota, num. 3.*

2 *Hæreditas consistit in iure abstracto ab omni corpore.*

4 *Filius quando est vniuersaliter institutus in bonis omnibus testatoris, & matri relictus est vsusfructus eorumdem bonorum, tunc filius concurrit cum matre in vsufructu.*

5 *Sed hæc opinio Bald. & sequacium apparet minus vera, & quare.*

6 *Hæres, quando est institutus in bonis omnibus pleno iure, & alteri fuerit relictus vsusfructus dd. bonorum, tunc hæres concurrit cum legatario in vsufructu.*

7 *Et ista fuit originalis, mirabilis, & aurea doctrina Alex. in consil. 56. num. 1. lib. 3. quæ à pluribus DD. sequitur.*

8 *Verba pleno iure, posita in dispositionibus important non solum dominium, sed etiã vsumfructũ. Et super hoc est textus melior de Mundo in l. fœminæ §. illud. C. de secund. nupt. vt ibi dicit Bald. aitque super hoc fuisse interrogatum à Papa.*

9 *Verba, pleno iure, important translationem proprietatis, cum vsufructu.*

10 *Hæredis institutio, quando fuit facta cum clausula, pleno iure, non solum censetur facta in proprietate sed etiam in vsufructu.*

11 *Verba, pleno iure, expressa à Testatore in institutione hæredis, ostendunt eius enixam voluntatem, & ideo cum possint, debent aliquid plus operari, & quid, vide hic.*

12 *Subintellecta ea quæ sunt tacitè, non ostendunt enixam voluntatem disponentis, sicuti faciunt expressa.*

13 *Verba, pleno iure, in dubio important dominium, cui nihil desit.*

14 *in Substitutione si posita sint verba illa iure censetur directa, per quam, quis à se ipso capit hæreditatem.*

15 *Notarij admonentur adnotare cautelam, de qua hic, quia suo loco, & tempore, si habebunt ingenium poterunt sibi implere bursam.*

16 *Additur tamen, vt tamquam ab igne caueant, practicare d. cautelam, & licet esset pulcherrima tamen quantum ad animam esset perniciosa, quando scilicet non cõstat de voluntate defuncti.*

17 *Cautelæ malæ traduntur, non vt quis eis vtatur, & sic malum committatur, sed vt malitijs hominum obuietur.*

18 *Notarij recordari debent, præferendã esse animam cautelis, cum ea sit preciosior cunctis rebus.*

19 *Cautela, de qua hic, ducit ad impietatem, & damnationem.*

Notarij tenentur ad resarciendum damnum, si cum eorum cautelis, bona alicui abstulerint, vt alijs rem gratam facerent. num. 19.

20 *Homini, quid prodest, si vniuersum Mundum lucretur anima verò suæ detrimentum patiatur.*

21 *Mortis tempus, quando venerit, quid proderit, si quis habuisset fortunam Alexandri, potentiam Augusti, pulchritudinem Absalonis, fortitudinem Sansonis, & alia, vt hic, & quare.*

22 *Adam, si adhuc viueret, & hodie moreretur, quid ei longitudo vitæ profuisset.*

23 *in Legatis particularibus, proprietarius cum vsufructuario simul concurrunt in vsufructu. & quare.*

Quæ conclusio est menti tenenda secundum Bart.

24 *Testator, si relinquat prædia pluribus, & postea asserat lego vsumfructum bonorum vxori, tunc omnes concurrunt in vsufructu.*

25 *Quod procedit siue adiectum sit signum vniuersale, siue non. & num. 29.*

26 *Bald. Alex. Aretin. & Dec. notantur de inconstantia.*

27 *à Bart. opinione, de qua in l. quæsitum. §. fin. ff. de fund. instr. non est recedendum, cum sit communis, vera, & singularis, & satis placet. & nu. 28. vbi quod durum esset ab ea recedere in iudicãdo.*

30 *in opinione eorum DD. non est faciendum fundamentum, si in ea fluctuarunt, cum sibi ipsis contradicant, & fidem auferant.*

31 *Opinio eorum DD. non est tenenda, si contra eos adsit communis opinio, & ipsi reprehendantur ab alijs DD. cum protestatione, vt caueatur ab eis.*

32 *Generi per speciem derogatur.*

33 *Generi tunc per speciem derogatur, quando inter vtrumque apposita est aliqua dictio expositiua, & modificatiua.*

34 *Species, quando est apposita post genus simpliciter stat declaratiuè ad tollendas ambiguitates, & non taxatiuè.*

35 Generi per speciem derogatur, quando genus, & species concurrunt simul in eodem subiecto.
36 Genus, & species, quando simul non concurrunt in eodem subiecto, tunc generi non derogatur. & num. 37.
38 Fundus non est genus, sed subiectum materiale duarum rerum, scilicet proprietatis, & vsusfructus, quæ non sunt eiusdem prædicamenti.
39 in Re vna, eademque dari possunt plura iura diuersa, & separata à dominio directo, & vtili.
40 Vsufructuarius, & non hæres proprietarius debet soluere debita defuncti, & ipse, & non hæres est conueniendus, cum possideat bona.
41 Sed ista est opinio Bart. in l. fin. ff. de vsufruct. legat. quæ est communi omnium DD. consensu damnata, & nullatenus practicatur.
42 Et insuper ea Bart. conclusio appellatur pharisaica, & si Iudex eam sequeretur in iudicando, teneretur in syndicatu.
43 Hæres proprietarius, & non vsufructuarius, vt potè, quia in illum transeunt omnia iura actiuè, & passiuè defuncti, & ideo ipse est cōueniendus à legatarijs, & creditoribus defuncti pro solutione.
44 Et est communis vera, & sana doctrina, & contraria Bart. falsa.
45 Hæres institutus in proprietate, & non in vsufructu est conueniendus pro ære alieno defuncti, vt ex ipsis rebus hæreditarijs satisfaciat creditoribus.
46 Vsufructuarius bonorum defuncti si teneretur soluere æs alienum hæreditarium plura absurda sequerentur.
Quæ non fuerunt considerata per Bart. auctorem d. opinionis, & si ad ea animaduertisset forsitan mutasset sententiam.
47 Vsufructuarius hæreditatis, si teneretur soluere æs alienum defuncti, & debitum esset in magna summa, cogeretur debitor aliquando per plures annos expectare solutionem, & quare.
Vsusfructus singulis annis percipitur. num. 47.
48 Tempus dicitur pars summæ.
49 Solutio accelerata est prætio æstimabilis.
50 Dilatio solutionis non solum affert incommodum, sed etiam facit, vt res minus valeat.
51 Creditoribus hæreditarijs solui debet de venditione rerum hæreditariarum, & non de vsufructu.
52 Vsufructuarius hæreditatis si cogeretur ex ipso vsufructu soluere æs alienum testatoris, aliquando inane redderetur tale legatum, & quare.
Bart. opinio, de qua in l. fin. ff. de vsufruct. legat. vt vsufructuarius teneatur ad æs alienum testatoris damnata fuit in pluribus Orbis Tribunalibus. num. 54.
Et præsertim in Camera Imperiali habita fuit pro ridicula.
53 Vsusfructuarius hæreditatis neque à creditoribus, nec à legatarijs potest conueniri pro satisfactione, sed vtrisque consulendum est per hæredem proprietarium.
54 Hæres vsufructuarius tenetur ad solutionem legati annui. & num. 60.
55 L. fin. §. sin autem. C. de bon. quæ liber. licet loquatur in patre vsufructuario, & legitimo administratore, tamen extenditur ad quemcumque vsufructuarium.
56 Legata annua, ideo sunt soluenda per vsufructuarium, quia recipiunt dilationem de anno in annum, sicuti vsusfructus.
58 Cephal. consil. 376. arguitur, cum inaduertenter locutus sit.
59 per Legatum annuum censetur iniunctum reale onus super redditibus bonorum testatoris.
61 Vsufructuarius, & non hæres, tenetur ad onera, & collectas fundi, in quo testator ei reliquit vsumfructum.
62 Limita tamen hoc, nisi solutio onerum tanta esset, vt æquiualeret perceptioni fructuum.
63 Et ista fuit opinio in l. concubinam. §. qui hortos. ff. de legat. 3. quæ secundum Roman. in singul. 157. est vnica in Mundo, & ipse sic obtinuit per eam Florentiæ in causa magni ponderis.
64 Dispositiones ne corruant, receditur à regulis iuris.
65 Testatoris dilectio erga personam, cui aliquid relinquit, facit, vt contra regulas iuris legata latè interpretentur.
66 Maritus, dum aliquid legat vxori, id latè debet interpretari, cum præsumatur illam non parum diligere. & num. 68. & 72.
67 Legatarius, quando nullam, vel modicam consequitur vtilitatem ex legato, tunc onus super eo impositum non ad eum, sed ad hæredem spectat.
69 Amor omnis est magnus, sed aperte in coniuge est maior.
70 Hæredes duo, dum à testatore fuerunt instituti, tunc si vnus ex eis sit creditor testatoris, non poterit experiri contra cohæredem, nisi pro rata ipsum tangente, & quare.
71 Aditio hæreditatis cū beneficio legis, & inuentarij non tollit confusionem, quatenus bona supersint.
73 Testator relinquendo alicui alimenta simpliciter, sunt ea præstanda in ipsius legatarij domo. & num. 76. & 104.
74 Glos. non intellexit textum in l. 4. §. fin. ff. de aliment. & cib. legat. dum in eo, verbū illud agant, exposuit pro petant,
Verbum agere etiam absolutè prolatum, pro viuere accipitur. num. 74.
75 Verbum, agere, significat petere, vel viuere secūdum subiectam materiam.
77 Testator relinquendo vxori alimenta potest eligere habitationem vbi vult, atque ibi petere alimenta.
78 Alimentarius, cui simpliciter sunt relicta alimēta, non tenetur in domo hæredis morari, vt ea consequi possit, & hoc est vtile pro vxoribus, & filijs naturalibus, quibus consuetum est alimenta relinqui.
79 Et prædicta est communis opinio, & ita practicatur, & senserunt diuersa Tribunalia. & num. 80. & 81.
82 Alimenta dum testator alicui simpliciter reliquit censetur spectasse ipsius legatarij, & non hæredis commodum.
83 Habitare cum aliquo testator in dubio non censetur quem voluisse cogere, cum id esset species seruitutis.
84 Libertatis fauore semper in dubio iudicandū est;
85 Alex. opinio in cons. 178. in fin. lib. 6. est reiecta, dum sentit, simpliciter legatis alimentis, esse præstanda in domo hæredis.
86 Menoch. de arb. iud. cas. 170. nu. 9. & Bursat. in consil. 86. num. 29. vol. 1. refelluntur.

87 *Habitationis legatum, quando testator alicui reliquit, tunc illa est præstanda in domo testatoris, non in aliena.*
Et si testator domum non habet, legatum est nullum.
88 *Alexand. allegationibus non est tantum, & absolutè confidendum, quamuis aliud sentiat Afflict. in decis. 100. num. 2.*
89 *Alex. in cons. 178. in fin. lib. 6. pungitur à Crauett. tamquam dormitans; & à Simon. de Præt. quia loquitur contra textus, & communem Doctorum opinionem.*
90 *Veritas post DEVM est vnicè colenda, imo & ipse DEVS est veritas, quare super omnia colenda.*
91 *Alex. non est mirum, si aliquando errauerit.*
92 *in Errores inciderunt summi etiam viri, & diuersarum scientiarum Coriphei, & præsertim Marc. Tull. Romanæ eloquentiæ flumen, Hippocrates Medicorum Princeps, Papinianus Iurisconsultorum Phœnix, &c.*
93 *in Errores aliquando etiam inciderunt Magni Patres, & Ecclesia DEI sydera fulgentissima, & præsertim S. Augustinus, S. Hieronymus, ab eisdem postea se retractando.*
94 *Memoriam omnium habere, & nihilo penitus errare diuinitatis magis, quàm humanitatis est.*
95 *Alex. Tartag. I. C. fuit incomparabilis doctrinæ lucerna ardens Cathedris Iuris Ciuilis, ac nouũ luminare extitit, secundum Felin.*
96 *Alex. à pluribus insignibus I. C. appellatur Doctor veritatis.*
97 *Alex. doctrina à quamplurimis admiratur, & ad cælestes vsque plagas extollitur.*
Alex. non erat de illis Doctoribus, qui tanquam arundines à vento pecuniæ agitantur.
98 *Alex. solitus erat referre illud dicterium, legibus vacaui, vt eas scirem, non vt eas venderem.*
99 *Alex. proprium erat inuestigare veritatem, & pecuniarum gratia nihil agebat.*
100 *Veritatem inuestigabit ille Doctor, qui pecunijs non mouetur, nec spe, aut præmio allicitur, nec gratia, aut auctoritate frangitur.*
101 *Alex. I. C. plus gloriari debet de cognomine veridici, quam Alexander Macedo, de cognomine, Magni,*
102 *Alexander Magnus derisus fuit à Seneca, quia falsum gerebat cognomen, cum nemo magnus in pusillo esse possit.*
103 *Terra respectu Cœli est minutissimus punctus.*
105 *Gratian. discept. forens. cap. 522. num. 42. reijcitur, & lapsus est in eadem fouea cum Menoch. de arbitr. cas. 170. num. 9.*
107 *Menoch. de arbitr. cas. 170. num. 9. communiter solet refutari per Doctores, & in specie à Stracc. Surd. Petr. Barbos. &c.*
108 *Menoch. de arbitr. cas. 170. num. 9. allegat plures DD. & omnes ferè contrarium tenent.*
109 *Decis. 678. num. 4. par. 4. diuers. qualiter intelligatur.*
110 *Alimenta præstanda alicui ex præcepto Testatoris an sint danda in domo hæredis, vel legatarij, id pendet à verisimili mente testatoris.*
111 *Et si de ea constat seruanda venit, sin minus legando d. alimenta simpliciter sunt præstanda in domo legatarij. num. 112.*
112 *Testator, si aliquid voluisset, id exprimere sciuisset.*
113 *Alimenta dum testator alicui reliquit in domo, vel sub conditione manendi in domo, vel cum hærede, tunc nisi adimpleat istam conditionem, frustra ea petit. & num. 118. 122.*
114 *Emolumentum sibi relictum, qui vult, debet acceptare onus sibi iniunctum.*
115 *Alimenta relicta in domo hæredis, si legatarius extra eam petit, dicitur plus petere. & nu. 123.*
116 *Alimenta in domo hæredis relicta præstanda alicui, id censetur testator reliquisse fauore, & intuitu hæredis.*
Cum minus graue sit præstare alimenta in domo propria, quam extra. num. 116.
117 *Alimentarius si ex præcepto testatoris, manere debebat in domo hæredis, si ibi non permansit, in vanum petit alimenta præterita.*
119 *Alimenta dum testator alicui relinquit in domo hæredis, non sufficit, vt ea consequatur, licet habitet in eadem domo, si non comedat cum eo, & sit commensalis.*
120 *Legatarius tunc dicitur habitare cum hærede quando est commensalis, non si partem domus inhabitet.*
121 *Morari cum aliquo, qui tenetur, ita esse debet vt simul alantur.*
124 *Testator, licet voluerit, vt aliquis aleretur in domo hæredis, intelligitur quatenus hæres velit, cum id in eius fauorem censeatur testator ordinasse, ideoque ei potest renunciare. & nu. 125.*
126 *in Fauorem alicuius ea, quæ sunt inducta, non debent in eius odium retorqueri.*
127 *Hæres volens, etiam inuito legatario, poterit ei alimenta extra domum præstare.*
128 *Angel. Aret. in tract. de testam. glos. 45. num. 1. reijcitur à Barbos. sed minus rectè.*
129 *Mulieri, testator relinquendo in domo hæredum alimenta, extra eam consequitur, si saluo eius honore, ac absque ipsius famæ denigratione ibi non possit morari. & num. 145.*
130 *Veluti, si ipsa esset iuuenis, & hæredes iuuenes, & luxuriosi.*
131 *Honestè, quod facere non possumus, non dicitur possibile.*
132 *Conditio turpis pro non scripta habetur.*
133 *Nomen malum, & malam famam habere turpe est.*
134 *Fama bona est omnium rerum preciosissima, & inæstimabilis.*
135 *Fama bona est plus custodienda, quàm oculi.*
136 *de Nomine bono cura est habenda, cum plus permaneat, quàm mille thesauri preciosi, & magni, secundum Salamonem.*
137 *Nomen bonum melius est, quàm vnguenta preciosa.*
138 *Famam bonam, si quis sibi seruet, sat erit diues.*
139 *Opinio bona hominum tutior est pecunia, & quamuis bonum aliquando supponatur, nunquam extinguitur.*
140 *Fama bona in tenebris retinet proprium splendorem.*
Rumor honestus est alter patrimonium. nu. 141.
141 *Honor, & vita æquiparantur.*
142 *Honor omni vtilitati, & commodo est præferendus.*

143 Ti-

143 *Timor amissionis omnium bonorum est iusta causa metus in quacumque persona, cuiuscumque gradus, ætatis, & sexus sit.*
144 *de Honoris amissione, quando agitur, dicitur inducere iustum metum, cum honor diuitijs quibuscumque præferendus sit.*
146 *Testator, si alimenta reliquerit alicui iuueni in domo hæredis, dato, vt ibi non possit permanere sine periculo impudicitiæ, tunc extra eam sunt subministranda illa.*
147 *Alimenta relicta alicui à testatore in domo hæredis, ea extra domum consequitur, dum hæres esset valde rixosus, vel iracundus, vel si haberet personas similes in domo. num.149.*
148 *Vir iracundus prouocat rixas.*
150 *Alimentarius consequitur alimenta extra domũ hæredis, non obstante præcepto de illis ibi præstandis, dum inter eum, & hæredem vigeret aliquod odium.*
151 *Nouerca non cogitur habitare cum priuigno, nec è contra propter odium inter eos præsumptum.*
152 *inter Nouercam, & priuignum licet aliter non probetur odium, poterit quisque ipsorum seorsum habitando consequi alimenta, quamuis cohabitationem inter eos iusserit testator. & num.158.*
153 *Odium inter nouercam, & priuignum semper de iure præsumitur, itaque alia probatio non requiritur.*
154 *ad Nouercæ tumulum lacrymare, solet dici hoc adagium, quando aliquid simulatè fit.*
155 *Consuetum, quod est, releuat ab onere probandi.*
156 *Ruin. in consil. 34. num. 1. vol. 2. reijcitur, cum minus rectè sentiat, vt odium inter nouercam, & priuignum sit probandum, cum odium inter eos semper præsumatur. & num. 157.*
157 *Nouerca cum priuignis ita quietè, & pacificè habitare poterit, sicuti nurus cum socru, vel canis cum gatti.*
158 *Cornix tunc dicitur albescere, quando sancta nouerca quiescit.*
159 *Matres licet soleant confortare filios, ac patris beneuolentiam in eos prouocare, è contra tamen nouercæ solent priuignos terrere, & in odium patris ponere.*
160 *Filios aliquando pater odio prosequitur ob blandinamenta nouercalia.*
161 *Nouerca dicitur, quasi nocens arcus.*
162 *Legatarius consequitur alimenta extra domum hæredis, licet aliud senserit testator, quando inter vtrumque agitatur aliqua lis.*
163 *Lis est iusta causa recedendi à domo eius, qui ex præcepto testatoris ibi alere tenebatur.*
164 *ex Lite solet oriri liuor, rancor, & odium capitale inter litigantes.*
165 *Lites vocantur cruentæ, funestæ, rabiosæ, tetricæ, tristes, horrore plenæ &c.*
166 *Lites inter sanguine coniunctos solent esse magis rabiosæ, & crudeles.*
Lites inter sanguine coniunctos quãto citius terminare, æquitas suadet. num. 166.
167 *à Lite recessus maximè reputatur fauorabilis, si fiat inter sanguine coniunctos.*
168 *inter Consanguineos summo iure in iudicio agẽdum non est.*
169 *Romani totius Philosophiæ, & Iustitiæ Principes fuerunt,*
170 *Romani constituerunt magistratus quos Irenarchas appellarunt, & horum præcipua cura erat sedare discordias, maximè inter coniunctos.*
171 *Irenarchæ dicuntur quasi iras arcentes.*
172 *Alimenta in domo hæredis relicta, ex quibus causis legatarius possit extra eam prætendere, id remissum est in prudentia, discretione, & arbitrio Iudicis, à iure tamen regulato.*
173 *Alimenta in domo hæredis alicui à testatore relicta, Iudex potest ex causa cogere ad præstanda extra domum.*
174 *Legatarij si ex aliqua causa prætendant obtinere alimenta extra domum hæredis, quamuis testator in ea illis reliquerit, veniant bene instructi ad iudicium, quia facilè est in eo succumbere in his terminis, & quare.*
175 *Intentionis suæ fundamentum, si quis concludenter iustificauerit, aliud nisi ventum reportabit.*
176 *Lis ad hoc vt præstet iustam causam consequendi alimenta extra domũ, non sufficit omnis lis.*
177 *Quia aliàs esset in facultate hæredis mouere litem etiam iniustam, & sic defraudare intentionem defuncti, & grauare hæredem.*
178 *Alimenta licet quis consequatur contra mentem testatoris extra domum hæredis, & hoc ex iusta causa, non tamen ea inde in pecunia, & non in speciebus est soluenda ab hærede, & quomodo. num. 179.*
180 *Alimenta si testator alicui reliquerit, non potest ea in pecunia ab hærede prætendere, cum legatum in sua specie sit soluendum.*
Solui aliud pro alio inuito creditore non potest. num. 180.
181 *Debitor ad soluendum aliud pro alio cogi non debet.*
Creditor, & debitor sunt correlatiua, quorum eadem est dispositio. num. 181.

ANNOTATIO AD DECISIONEM DCXXXVI.

A 1 IMMO aduertendum venit, quando testator alicui omnium bonorum † vsumfructum legauit, vt est casus noster, tunc nec ipse hæres institutus in proprietate, concurrit in vsufructu cum legatario, sed integer tantùm debetur d. legatario. *§. 1. Institut. de vsufruct. l. vxori meæ vbi glos. 1. & 2. & Bart. num. 2. ff. de vsufruct. legat.* Castr. *consil.* 218. *num. 2. lib. 1. Paris. consil. 94. num. 3. qui testatur de communi, & seqq. & consil. 97. num 26. lib. 2. Alex. cons. 25. num. 15. lib. 2.* Ruin. *cons. 190. nu 11. lib. 2.* Gozad. *cons. 97. num. 12.* Socin. *cons. 1. num. 14.* Paulus Pic. *in l. Titia. §. Titia cum nuberet nu. 82. ff. de legat. 2.* Grass. *de success. §. Legatum quæst. 23.*
2 *num. 3.* & ratio est, quia † hæreditas consistit in iure abstracto ab omni corpore *l. hæreditas. ff. de petit. hæred. verificaturq. institutio sine vsufructu,* Castr. *in d. cons. 218. num. 2.* qui recedit à Bald. qui aliud voluit *in l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend.* id etiam defendit Natta *in cons 297. sub num. 2. vers. hæres habet nudam proprietatem, & legatarius vsumfructum, &c.* Gabr. *cons. 102. sub num. 3. vers. non concurrit in vsufructu hæres institutus, sed integer*

teger debetur legatario &c. vbi alios plures congerit, quibus addo *Menoch.cons.97. num.4.* vers. *vsufructuarius omnium bonorum in totum habet vsufructum in omnibus bonis, hæres verò solam proprietatem lib.7.&c.* Stephan.Gratian.*discept.foren. cap.350. num. 29.* vers. *talis hæres non concurret neque habebit partem vsusfructus cum legataria, & sic solum habebit proprietatem &c. tom.2.* huicq.
3 opinioni † adhæret Rota, *vt videre est in causa Bononien. vsusfructus 16. Iunij 1597. coram clar. mem. Card. Hieronym. Pamphil. est decisio 30. sub num.1.* vers. *cessat concursus in vsufructu inter vsufructuarium, & hæredem vniuersalem, qui non datur vbi alicui relinquitur vsusfructus omnium bonorum, altero vero hærede vniuersaliter instituto, &c. supra par.3. recent.*

Et quamuis secundum aliquos prędicta opinio
4 conquiescat, quando in testamento † filij sunt vniuersaliter instituti in omnibus bonis testatoris, & matri relictus est vsusfructus eorumdem bonorum, quia tunc filij debent habere partem matri coequalem in vsufructu, iuxta doctrinam *Bald. in l.fin. num.9. vers. sed caue tibi. C.de indict. viduit. tollend.* Ruin.*cons.35. ad fin. lib.2.* Riminald.*iun. cons. 633. num.63. & seq.* & rationem expediunt *Riminald.d. cons.633. num.20. & seq.* Mart.*de success. par.4. q.19. art.3. num.10. & seqq.* Tamen quidquid sit de hac
5 opinione ea minus † vera apparet, cum etiam in his terminis procedat conclusio supra in principio firmata, & hoc propter textum satis expressum in *d.l. vxori meæ ff. de vsufruct. legat.* & probat *Castil. in tract. de vsufruct. cap.47. num.19. & seqq.* vbi refellit *Riminald. & alios*, contrarium sentientes, & hoc idem videtur sensisse Rota post *Merlin. decis. 89. sub num.3.* & deinde apertè hanc opinionem professa est in his puris terminis reiecta prędicta limitatione post *Bart. Paris. Natt. Menoch. Gabr. Mantic. & alios in causa Romana vsusfructus 18. Iunij 1635. coram Eminentiss. D. Card.* Panzirolo, *est decis.579. num.8.* vers. *quoniam hæc opinio apparet minus vera, &c. infra in seq. part. tom.2.*

Notabiliter tamen animaduertendum est, in ca-
6 su quo hæres proprietarius in † omnibus bonis, mobilibus, immobilibus, iuribus, & actionibus pleno iure est institutus, isto casu, per dicta verba posita in institutione, hęres concurret ad ipsum vsumfructum legatum simul cum legatario, & sic habebit dimidium, atque ista fu t originalis, mira-
7 bilis, † & aurea doctrina *Alexand. in d.cons.56. incip. Perlectis verbis testamenti. vers. videretur prima consideratione dicendum. num.1. & vers. cum in testamento, vol.3.* quamplures DD. secuti sunt, & prȩsertim *Natta in cons.297. sub num.2.* vers. *nisi hæredes fuissent instituti pleno iure, quia hæc verba faciunt, vt in proprietate, & vsufructu dicantur instituti &c.* cũ ibi allegatis. Et ratio huius singula-
8 ris decisionis est, quia verba, pleno iure, posita † in dispositionibus important non solùm dominiũ, sed etiam vsumfructum. *text. est in l. fœminæ. §. illud. C. de secund. nupt.* quem ad hoc dixit meliorem de Mundo Bald. ibi, & subdens, quod super hoc fuit interrogatus à Papa, est etiam *text. in l.fin. §. simili modo. C. de bon. quæ lib. & in auth. hæc vsus præstatio C. de sacrosanct. Eccles. & in l. mater, & ibi Bald. C. ad Tertull. & ponit Aretin. in cons.156. incip. Diligenter visis, vers. sed quando substitutus*, & aduertit Rota *in causa Bononien. Molendini 28. Maij 1618. coram bo.me. Card. Verospio sen. §. Ac-*
9 *cedente præsertim*, vbi dicitur clausulam, † pleno iure, importare translationem proprietatis cum vsufructu *Socin. cons.90. num.34. lib.1.* Paris. *consil. 45. num.1. lib.3.* Gozad. *cons.47. num.10.* Ant. de Butr. *cons.13. num.2.* Alex. *cons.162. nu.4. & 5. lib.6.* & adde *Card. Mantic. de coniectur. vlt. volun. lib.9. titul.6. num.19.* vbi hanc opinionem tuetur, quæ quoque arrisit *Rotæ in d. Bononien. vsusfructus coram clar. me. Card. Hieronym. Pamphil. est supra decis.30. num.6. par.3 recent.* vbi dicitur, quando institutio fuit facta cum clausula, pleno iure, non
10 † solum censetur facta in proprietate, sed etiam in vsufructu, & sit locus concursui, & allegatur antesignanus huius opinionis nempe *Alex. in d. consil.56.*

Considerare insuper attentè debemus, quod
11 hæc verba, pleno iure, à testatore expressa, † ostendunt magis enixam eius voluntatem, & ideo cum possint, debent aliquid operari, vt ex eo saltem colligatur coniectura voluntatis, quod per concursum faciat partem in vsufructu, & aduerte dicta verba, pleno iure, vt id operentur debent, vt dixi, esse ex-
12 pressa, non autem † tacitè subintellecta virtute alicuius clausulæ, & in puncto clausulæ, omni meliori modo &c. quæ idem importat, quàm pleno iure, vt tunc talis effectus eorum verborum pleno iure, non intret, respondit, *Rota in d. decis.30. nu.6. vers. Non obstat, quod per clausulam omni meliori modo &c. par.3. recent.*

Vlterius in dubio dicta verba, pleno iure, impor-
13 tant dominium † cui nihil desit, *vt est text. & ibi notat glos. in l. Iulia la 1. ff. de rei vindicat.* est etiam text. *in l.1. C. de reuoc. donat.* Hinc est, si ea verba
14 posita sint † in substitutione facit censeri ipsam esse directam, per quam, quis à se ipso capit hæreditatem, prout aduertit *Bald. in d. auth. hæc vsus præstatio. C. de sacr. Eccles. & Angel. in d. l. Iulia. ff. de rei vindic. & in suo cons. 125. vbi eleganter loquitur. incip. Hoc est testamentum Petri.* Supradictamque decisionem Alex. refert, & tamquam singularem doctrinam sequitur *Paulus de Monte Pico in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet in 21. quæst. ff. de legat. 2.* Hancque cautelam tamquã peregrinam, & admirandam ponit *Brederod. in suo tract. Cautel. cautel.31. fol. mihi 158.* vbi in fine ad-
15 monet Notarios, † vt prędictam cautelam multum menti teneant, quia suo loco, & tempore, si habebunt ingenium, poterunt sibi implere bursam. Vlterius etiam addit (& hoc est magis notandum) quod licet ista quo ad Mundum sint pulcherrima, tamen quantum ad animam essent perniciosa, si
16 † si quis prędicta cautela vteretur voluntate testatoris in contrarium extante, & ideo tamquam ab
17 igne in practicando cauendũ est ab vsu dictę † cautelæ, & tandem se excusat, & protestatur dictam cautelam tradidisse, non vt malum committatur, sed vt quis malitijs hominum sciat obuiare, *& videatur ibi litiera A. pia additio*, sic asserendo, sed
18 memento Notarie, † quod pręferenda est anima cautelis, quia est pretiosior cunctis alijs rebus, *vulgata l. sancimus. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi etiã subiungit prędictam cautelam ducere ad impietatem, & ad damnationem, dum Notarius sciebat
19 hanc non † esse mentem testatoris, & apposuit illa

la verba, vt rem vtilem faceret alicui pro aliquali
pręmio, & ipse Notarius tenetur ad resarciēdum
damnum,& exaggerat dictum illud Saluatoris No-
20 stri. *Quid prodest homini,† si vniuersum Mundum
lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?
Matth.* 16. *Luc.*9. transumptiuè habemus in *cap.
Mattheus in fin. de simon. & alia, vt in d. Apostil-
la,& reliqua vide ibi*, pluraque etiam ponit pius,
& eruditus vir *Francisc. Viu. in syl. comm. opin.
lib.*3.*opin.*142.*num.*11. ibi. Considera, quando ve-
21 niet tempus mortis, quid tunc proderit, † si ha-
buisses fortunam Alexandri, potentiam Augusti,
pulchritudinem Absalonis,fortitudinem Sansonis,
longitudinem vitæ Adæ, & sapientiam Salamo-
nis,cum ex his omnibus his nihil tecum feras,nisi
dumtaxat bona,& mala, quæ egisti, & S. Augustin.
22 in serm. Adam, inquit, si adhuc † viueret,& hodie
moreretur,quod ei longitudo vitæ profuisset, &c.

Sed persistendo in terminis nostris, aduerte, li-
cet verum sit, vt dixi in principio, quando vsusfru-
ctus omnium bonorum alicui est relictus, & alius
vniuersaliter est institutus hæres, iste hæres non
currat in vsufructu cum proprietario &c. notabi-
23 liter tamen ista opinio limitatur, quando † sumus
in legatis particularibus, veluti si alicui legetur
fundus, & alteri relinquatur eius fundi vsusfru-
ctus, nam cum fundus non possit verificari sine
vsufructu. *l.Mæuius* §.*fundi. ff.de legat* 1. non mi-
rum si postea legando alteri vsumfructum eiusdem
fundi detur concursus, quia eadem res duobus re-
linquitur. *l.si pluribus. ff.de legat.* aliàs testator vi-
deretur se incontinenti correxisse, quod non est
dicendum, & in puncto est text.apertus in *l.si alij.
ff de vsufruct.legat. textus est etiam celebris in
l.Sempronio ff. de vsufruct. legat.* & ita per illum
text.tenet in his terminis *Bar.in l.quæsitũ.*§.*fin.ff.
de fund.instruct.& in d.l.Sempronio. in fin.* vbi in-
24 quit hoc esse menti tenendũ,quia† quotidie relin-
quũtur prædia pluribus,& postea dicit testator, le-
go vsumfructũ bonorũ vxori,quia in vsufructu om-
nes concurrunt, *& ita tenet ibi Lancellott. & Dec.*
25 & licet *Bart.in d.l.Sempronio*, † loquatur, quan-
do testator reliquit vxori vsumfructum bonorum
non adiecto signo vniuersali omnium bonorum,
tamen *in d. l fin.* idem tenet si adiectum fuerit si-
26 gnum vniuersale. Idemque asserit *Bald.* †sibi con-
trarius *in consil.* 19. *lib.* 2. *& in cons.*31. *eodem lib.
Alex.* etiam sibi aduersus *in consil.*56. *num.*2. vers.
*accedit vol.*3.*Angel. Aretin.* pariter sibi inconstans
*in tract.de testam.glos.*24. vers.*Item reliquit D.B.
eius vxorem num.* 7.*Dec.* etiam sibi contrarius in
l.in toto. & ibi Cagnol.ff. de regul. iur. vbi ambo
testantur de communi, & idem *Dec. in cons.* 489.
27 *sub num.* 6. inquit † non esse recedendum ab opi-
nione Bart. quæ est communis. *Paris. consil.* 97.
*nu.*12.*&* 30.*lib.*2. vbi fidem facit de vera,& com-
muni opinione. *Roman. in singular.* 586. vbi affir-
mat hunc esse casum singularem, *& ibi in addit.
Nicol.Pig.& Gabr.Sarat.* ambo asserunt hanc es-
se communem opinionem. *Pic.in l.Titia* §.*Titia.
num.*69.*ff.de legat.*2. dicens, quod opinio Bart. sa-
28 tis placet, à † qua durum esset in iudicando rece-
dere. *Couarr.variar.resolut.lib.*2.*cap.*2.*num.*7. vbi
pariter inquit hanc opinionem esse communiter
receptam,sicuti etiam amplè testatur *Roland. con-
sil.* 8.*num.*36.*lib.*2. & addo *Borgn.Caualc.in tract.
de vsufruct.mulier.relict sub num.*45. vbi de verio-
29 ri siue simus in vsufructuario † particulari, & vni-
uersali, *& ita etiam sensit bo.me. Card. Mant. de
coniectur.vltim.volunt.lib.*9.*tit.*6.*sub nu.*22. vers.
Aliam vero opinionem tenet Bart. &c. aduertitq.
*Rota coram clar.me.Card.Hieronym.Pamphil. d.
decis.*30.*num.*4.*par.*3.*recent.* & recentius *coram
Eminentiss.Card.Panzirolo d.decis.*579 *sub nu.*10.
*infra in seq.part.tom.*2.

30 Nec in aliquo mouere nos debet † auctoritas
*Bald in l.quoties. ad finem.C.famil.erciscũ.& Ias.in
l.cum quæstio.col.*3.*C.de legat.Dec.in cons.*607.*Viso
puncto num.*7.*Angel.Aretin.in* §. 1. *circa princip.
Instit.de vsufruct.* quia in eis nullum est faciendũ
fundamentum, tamquam in hac opinione fluctuã-
tes, & sibimet ipsis contrarij, vt constat ex locis
eorumdem supra relatis, & tantò magis cum con-
31 tra eos adsit vera,& communis opinio,†& in spe-
cie à pluribus Doctoribus, Bald.& sequaces repre-
henduntur, & plures alij DD. admonent nullo
modo retinendam esse in praxi eorum opinionem.

32 Nec obstat ratio Bald. quod generi † per spe-
ciem derogatur, text.est in *l.in toto iure* 81.*ff.de re-
gul. iur.& in l.sanctio* 41.*ff.de pœn.cap.*1.*& cap.pa-
storalis.* §.*quoniam, de rescript.cap.generi* 24. *ext.
de regul.iur.in* 6.

Quia prędicta conclusio procedit, quando inter
33 † vtrumque adiecta est aliqua dictio expositiua,
& modificatiua, alias secus,quia tunc species cen-
setur apposita maioris declarationis gratia, & ad
tollendas ambiguitates. *l.regula* §. *& licet ff. de
iur.& fact.ignor.Cephal.cons.*372. *num.*15. *Rota
decis.*261.*num.*2.*par.*2. *diuers.* Nam specierum ex-
34 pressio † genus declarat, non autem restringit, &
sic censetur stare demonstratiuè, non autem taxa-
tiuè. *Rota coram sa. me. Gregor. XV. decis.*256.
in fine.

Sed loquendo magis in his terminis, tunc vera
est dicta regula quando genus, & species concur-
35 runt † simul in eodem subiecto. *iuxta text in l.
quæsitum* 12.§.*vltimo,& ibi Bart.ff de fundo instr.
& in l.legata* 9.*ff.de supplect.leg.* & latè *Paris.con-
sil* 92.*num.*36. *lib.*1. sed secus est dicendum in casu
36 nostro,quando scilicet genus,& species † non ca-
dunt simul in eodem subiecto, & sic referuntur ad
diuersum, veluti ad vsumfructum, & ad plenam
proprietatem, quia tunc legatarij per concursum
37 faciunt partes, *vt in d.l.si alij,& in d.l.Sempronio.*
nam vt inquit *Bald.in l.vltim,*§.1.*num.*10.*C.Cõm.
de legat.& in cap.consuetudinem num.*23. *&* 24.*de
38 rescript.* fundus non est † genus, sed subiectum
materiale duarum rerum, scilicet proprietatis,
& vsusfructus, quæ non sunt eiusdem predicamen-
ti, & facit decisio *in causa Albanen.diuisionis* 2.*De-
cemb.*1620.*coram bo.me.Pirouano*, vbi post *Bald.
in l.proprietatis num.*1.*ff. de probat.* dicitur in vna,
39 eademque re † posse dari plura iura diuersa, & se-
parata à dominio directo, & vtili, tamquam diuer-
sæ species dominij.

Non iniucundum puto, si hic discutiamus vtrũ
in his terminis vsufructuarius, vel hæres teneatur
soluere debita defuncti, & possit in iudicium vo-
cari in primis. *Bart.enim tenuit in l.fin. ff. de vsu-
40 fruct.legat.* quod vsufructuarius † omnium bono-
rum debeat soluere debita defuncti, & ipse, & non
hæres sit conueniendus, postquam possedit bona,
& col-

& colligit vsumfructum. *l.fin.§.sin autem bona. C.*
de bon. quæ lib. Sed opinio ista Bart. est com-
41 muniter damnata, & contra eum est communis
opinio, *vt inquit Alex. in l.si filio §.si vir in quin-*
quennium.col.3.ff.solut.matr.& in l.vsufructu. ff.
ad leg.falcid. Dec.*conf.* 437. *In causa quæ agitatur*
*num.*13. *& conf.* 490. *per tot.* Bald. *conf.*87. *in fin.*
*vol.*5. Angel. *in §. constituitur in fin. de vsufruct.*
Io.Dilect.*de art. testand. cautel.*42. Ruin.*conf.* 41.
*col.penult.vol.*2.*& consil.* 51. *num.* 14. *&* 206. *col.*
penult. eod. vol. cum alijs innumeris allegatis à
*Roland.à Valle conf.8.num.13.tom.*2. dicit ita pra-
42 cticari, & prędictam † opinionem Bart. pharisai-
cam appellat. *Caualcan.in tract.de vsufruct. mul.*
*relict.sub num.*211. vbi etiam subdit si Iudex secũ-
dum eam iudicaret teneretur in syndicatu.

Nam vera, & sana doctrina est, vt hęres, & non
vsufructuarius teneatur ad soluendum æs alienum,
43 & legata, & ipse conueniendus † sit, vt pote, quia
iura, actiones, &c. actiuè, & passiuè transeunt in
hæredem vniuersaliter institutum, & non in vsu-
fructuarium, & in puncto videtur *text.in l.* 1. ibi,
Hæreditaria onera ad scriptos hæredes pro portio-
nibus hæreditarijs, non pro modo emolumenti per-
tinere,&c. ff.si cert.petat.& in l.quoties. C. de hæ-
44 *red.institut.* & quod prędicta sit † communis, &
recepta opinio,& cõtraria Bart. sit falsa post *Alex.*
Barb.Dec. Crauett. & Gualdens. &c. testatur *Co-*
*uarr.variar.resolut.lib.*2.*cap.*2. *num.*4. vers. *Quin-*
ta conclusio, & adde *Matthes.singul.*4. *Nota, quod*
*si testator sub num.*1. vbi quoque asserit Bart. opi-
nionem esse communiter damnatam, & ibi latè
Gabr.Sar.in addit. vbi plura allegantur, & adde
text.in l.fin.§.æs alienum, vers. *secundum autem*
legata.C.de bon. quæ lib. quam legem contra Bart.
expedit *Paul.de Castr. ibi, & in consil.* 294. *num.*2.
*lib.*2. *latè Dec.conf.*589.*sub num.*3.vbi contra Bart.
testatur de commun. opinione, à qua in iudicando
non est recedendum. & *Bursat. in conf.* 123. latè *à*
*num.*10 *& seqq. lib.* 1.adduci etiam potest text. in
l.fin. ibi æs alienum ex bonis deducitur. *ff. de vsu-*
fruct.legat. quem textum ad hoc adducit,& allegat
Paul.de Menтepico in l.Titia cum testamento.§.Ti-
*tia cum nuberet num.*150.*ff. de legat.* 2. facit etiam
text.*in l.vsufructu bonorum* 69.*ff.ad l.falcid.* quem
ad hoc post alios expendit *Alex. ibi num.* 2. *&* 3.
*Niger.in l.*1.*num.*64.*ff.de legat.* 1. *& Menoch. de*
*præsumpt.lib.*4.*præsumpt.*143.*sub num.*13.

Itaque ex supradictis iuribus apparet, quod non
vsufructuarius, sed hæres scriptus ad quem spectat
proprietas bonorum conueniendus est pro ære
45 alieno testatoris, † vt ex ipsis rebus hæreditarijs
satisfaciat creditoribus. & ista opinio eò facilius
est admittenda, quia si daretur locus opinioni cõ-
46 trariæ *Bart.in d. l. fin.* † plura absurda sequeren-
tur, quæ à Bart. nullatenus fuerunt cogitata, &
potissimum illud, nam si essent plures creditores,
& magna summa, vel in mediocri quantitate, qui
de præsenti habere deberent, inuitis dentibus eo-
47 rum, opus esset, vt expectarent † solutionem per
multos annos sicuti singulis annis percipitur vsus-
48 fructus, quod esset ei valde damnosum, quia† tem-
pus dicitur pars summæ. *l.prima.§. diem.ff.de eden.*
& minus dicitur soluere, qui tardius soluit. *§.plus*
autem. Institut.de action. Vnde & dicimus accele-
49 ratam solutionem esse prętio†æstimabilem. *Crass.*
*de success.§.legatum.quæst.*42. *num.*1. *&* 2. *Salzed.*
*de represent.lib.*1.*cap.*2.*num.*1.*&* 2. *Castill. quotid.*
controuers. part. 3. *cap.* 19. *num.*4. *Laderch. Imol.*
*conf.*127.*num.*12.*Bellon.conf.*23.*num.*1. *Surd. con-*
50 *sil.*113.*num.* 25. Et dilatio non solum affert † in-
commodum, sed etiam facit, vt res minus valeat,
d.§.plus autem. Instit.de action. cum alijs copiosè
ponderatis in *causa Romana Legati scutor.*50.*mil.*
26.*Iunij* 1641. *&* 1. *Iulij* 1644. *coram R.P.D. meo*
Cerro. Ergo ne istud absurdum sequatur debemus
51 dicere, quod creditoribus † solui debet de vendi-
tione rerum hæreditariarum, & non de vsufructu,
quo valido argumento vtitur. *Ias. in l.* 1. *in princ.*
in 2.*lectura ff.ad Trebell.*vbi intrepidè inquit quod
per istud argumentum reale contra Bartol. consu-
leret, nec non iudicaret. Ex prædicto etiam absur-
52 do aliud inconueniens sequeretur, quoniam†mul-
toties legatum vsusfructus inane, & elusoriũ red-
deretur, quia ferè in totum euacuaretur in soluen-
do tali ære alieno testatoris. *l.fin.§.sin autem. C. de*
bon.quæ liber. & appositè considerauit *Gozad. in*
*conf.*94.*num.*26. *vers. quando legatum posset esse*
vacuum, aduertitq. *Bursatt. in conf.* 123. *num.*12.
*lib.*1. & adde *Gaspar Thessaur.quæst.forens.cap.*32.
num 3. *lib.*2.

Quod enim supradicta opinio sit verior, contra-
ria Bartol. damnata, præter iam relata, sic contra
eundem iudicauit *Cam.Imperial.penes Andr.Gail.*
obseruat. 146. *lib.*1. *num.* 1. vers. *opinio verior est*
contra Bart. &c. ibique vlterius opinio pro ridi-
cula habita fuit, & absolutè dicitur, veram, & fir-
mam esse conclusionem vsufructuarium omnium
53 bonorum, neque à creditoribus † hæreditarijs ra-
tione æris alieni, neque à legatarijs ad solutionem
legatorum conueniri posse, sed hæredem institutũ
vtrisque obligatum esse, vel actione personali, vel
ex testamento &c. *ita pariter fuit pronunciatum*
54 in Consil. Neapolit. *apud Vincent.* † *de Franch.*
*decis.*483.*num.*1.*vers. communiter reijcitur doctri-*
na Bartol. &c. & sic etiam fuit sententiatum in
Consistor. Regn. Siciliæ *penes Mastrill.decis.*3.*nu.*3.
vers. *sed dictum fuit in contrarium esse communem*
*opinionem lib.*1. vbi copiosè plura allegantur.

Conclusio tamen prædicta cessat, quando sumus
55 in legato annuo, quia illud †non ab hærede, sed ab
vsufructuario præstandum venit. *l.fin.§.sin autem.*
C.de bon.quæ liber. qui text. licet loquatur in patre
56 vsufructuario,& legitimo administratore,†tamen
illum Doctores extendunt ad quemcumque vsu-
fructuarium, *vt per Bald. Fulgos. Castr. Salicet.*
Corn.& alios. ibi, & ita tenent *Borgnin. Caualc.*
*de vsufruct.num.*221.*cum seqq.* Bellon. *conf.* 7. *sub*
*num.*6. Menoch. *de præsumpt. lib.*4.*præsumpt.*143.
*num.*18. Matthæsil.*singul.*5. Ias.*in l.*1. *num.*1.*ff.ad*
Trebell. vbi dicit rationem esse, quia huiusmodi
57 legata recipiunt dilationem de † anno in annum,
sicut vsusfructus. *Pic.in l.Titia.§.Titia. num.*158.
*q.*60.*ff.de legat.*2. Gozad.*in consil.*94. *nu.*22.*&* 27.
Ruin.*in conf.*206. *num.*30. *vol.* 2. vbi reprehendit
Alexand. contrarium tenentem. *Soccin. in consil.*
115.*num.*10.*vol.*1.Bellon. *in conf.*7.*num.*6. Couar.
*variar.resol.lib.*2.*cap.*2.*num.*7. *vers. tertio conside-*
randum. Rube. Alexand.*in consil.*158. *num.*2. Ro-
land.*in conf.*8.*num.*27.*vol.*2. Bursat.*in consil.* 123.
*num.*1.*lib.*1. Surd.*decis. Mantuan.*193. *num.* 1. *&*
58 *num.*8. arguit † *Cephal.in consil.* 376. quia ibi
inad-

inaduertenter tenuit contrarium. *Thomat. decis. Maceraten. 196. num. 7.*

Et ratio supradictæ opinionis est, quia per legatum annuum censetur iniunctum † reale onus super redditibus bonorum testatoris, *iuxta text. in* 59 *l. peto § fratre. ff. de legat. 2. Rub. Alexand. d. consil. 158. num. 2.* & secundum prædictam conclusionem fuit iudicatum in *Camer. Imperial. penes Gayl. d. lib. 2. obseruat. 146. num. 8.* & ita etiam fuit conclusum in *Rota in causa Romana annui legati 4. Iunij 1614. coram bo. me. Buratt. est decisio 153. num. 1. par. 2. recent. & inter eius impress. est decisio 73. num. 1.* vbi R. P. D meus Ferentill. *in littera A.* ad hanc limitationem dat duas sublimitationes, &

60 quod vsufructuarius teneatur † ad legata annua nuper arbitrata est Rota *in causa Recanaten. Manutentionis 27. Iunij 1632. coram R. P. D. meo Cerro. §. Minusque refragatur*, vers. *vsufructuaria vniuersalis legata annua soluere debet, &c.*

61 Nec illud prætermittendum venit, † quamuis apertum sit, vsufructuarium, & non hæredem proprietarium teneri ad collectam, & onera fundi. *l. quaro, ff. de vsufruct. l. apud Iulianum. §. hæres. ff. de legat. 1. l. si pendentes, & l. si hactenus. §. si quid cloacarum. ff. de vsufruct.* Limita tamen id, nisi tanta

62 esset solutio collectarum, † vt æquiualeret perceptioni fructuum, tunc enim tenetur proprietarius, *gloss. est singularis in l. concubinam. §. qui hortos. ff. de legat. 3. allegat. l. si res obligata ff. de leg. 1.* & illam glosam extollunt *Dyn. & Bart. in l. his verbis, §. idem testator. ff. de legat. 3. Alex. Aretin. & Ias. in l. quod seruus. & in d. l. si res obligata. ff. de legat. 1.* idem *Alex. in l. 1. §. fin. col. 2. ff. de nou. oper. nunc. Aretin. & Ias. in l. fructus. col. fin. ff. solut. matrim. Matth. de Afflict. in cap. Imperialem. §. Præterea. num. 57. de prohib. alien. feud. per Federic. & in decis. 252. Magnificus. num. 2. Ludouic. Roman. singul. 157. incip. Tu scis,* vbi inquit *glos. in d. § qui*

63 *hortos,* esse vnicam † in Mundo, & sic ipse obtinuit de facto Florentiæ in causa magni ponderis, idemq. ipse respondit in *consil. 230. num. 2. Præsupponitur.*

64 Receditur enim à regulis † iuris, vt dispositio valeat, ita per *textum in dicta l. concubinam. §. qui hortos. & ibi glos. ff. de legat. 3.* in puncto alijs relatis firmat *Petr. Gerard. de Petra sancta singular. 35. incip. Dictum est vulgatissimum. num. 3. vers. hæres tenetur soluere pro vsufructuario expensas pro tributis, &c.* atque amplia hanc conclusionem multo magis procedere quando persona, cui fuit relictum tale legatum vsufructum erat admodum cara ipsi testatori.

65 Nam dilectio testatoris † erga personam cui aliquid relinquitur, facit, vt contra regulas, legatum latè debeat interpretari. *Grauett. consil. 297 nu. 1. Natta consil. 226. per tot. Corn. consil. 192. num. 2. Menoch. consil. 140. num. 12. & præsumpt. 126. num. 7. lib. 4. & de arbitr. Iud. lib. 1. quæst. 99. numer. 15. Grattian. decis. Marcb. 96. num. 1 & seq.* & dixit *Rota coram bo. mem. Francisco V baldo in Firmana fideicommissi 20. Nouembris 1620. & coram Reuerendissimo P. D. meo Dunozetto Decano in causa Romana legati 50. mill. 16. Ianuarij 1640. §. Verum etiam ex maxima dilectione, &c. & coram eodem in eadem causa 11. Maij eiusdem anni. §. vltim. vers. ex magna dilectione, &c. & coram R. P. D. meo Rojas in causa Romana legati 24. Ianuarij 1642. §. Prima desumpta. vers. versamur in legato facto coniunctæ personæ dilectæ testatori inde latè debet interpretari &c.* & in terminis

66 quando † aliquid relictum est vxori, pro vt est casus noster, *fuit dictum coram bon. mem. Cardin. Seraph. decis. 138. num. 1. par. 1. diuers. & inter eius impress. est decisio 240. num. 1. vers. quia factum est vxori, &c. & coram bo. mem. Reuerendiss. Dunozetto Archiepiscopo Seleucien. in Romana vsusfructus 22. Aprilis 1624.* vbi dicitur, quando legatarius nullam, vel modicam consequitur vti-

67 litatem ex legato, † tunc onus super illo impositum non ad eum, sed ad hæredem spectat, vt probat *tex. in l. qui concubinam, §. qui hortos. ff. de legat. 3. & ibi glos. Bart. Dyn. Roman. Alex. & alij Surd. consil. 493. sub num. 6. & decis. 28. num. 2. Menoch. cons. 997. num. 22. & de præsumpt. lib. 4 præsump. 106. num. 14. Riminald. iun. consil. 71. num. 22. & seq.* In quam sententiam Rota ibi eò libentius

68 deuenit, quia † tale legatum fuit relictum vxori, quam testator præsumitur dilexisse, etiam considerau t *Surd. d. consil. 493. num. 6. in fin.* & bene facit vulgatum illud dictum Propertianum lib. 4.

69 *Omnis amor magnus, sed aperte in coniuge maior.*

& in puncto quando vxor est relicta vsufructuaria omnium bonorum, & altero hærede instituto in proprietate *fuit animaduersum in causa Mutinen. Dotis 16. Ianuarij 1641. coram Eminentissimo D. Card. Panzirolo,* vbi vir decedens duos sibi scripsit hæredes, nimirum vxorem in vsufructu vltra dotem, & quartum dotale, alterum vero hæredem instituit in proprietate, & licet iste hæres multa prætende-

70 ret contra vsufructuariam, & præsertim † quod cum etiam ipsa fuerit hæres instituta, non poterat vti creditrix dotis, & quarti dotalis experiri contra cohæredem nisi pro sua rata ipsum tangente, iuxta *text. in l. si ex facto, §. vnde scio. ff. de hæred. instit.* ex quo alia medietas fuit per confusionem extincta *Alex. in l. quæ dotis. num. 3. & 15. ff. solut. matrim.*

71 quamuis fuerit hæres cum beneficio leg. & † inuentarij, cum talis aditio non tollat confusionem quatenus bona supersint. *Gabr. consil. 125. nu. 12. lib. 1. Vrsill. ad Afflict. decis. 237. num. 5.*

Attamen contrarium ibi fuit decisum, nempe vxori deberi integram dotem, & quartum; ex pluribus causis ibi adductis, quas breuitatis causa non refero, illa tamen loquendo in terminis nostris allegatur, *vt fuit dictum in eadem causa coram eodem Eminentissimo Panzirolo, sub die 15. Nouem-*

72 *bris 1641.* ibi, *quæ † eo facilius veniunt admittenda in casu, de quo agitur, stante maxima affectione testatoris erga vxorem, nedum expressa per verbum, Dilectissimam, sub quo illam nominauit, sed re ipsa, eo, quia instituit eam hæredem, &c.*

B Alimenta, quando alicui sunt præstanda ex præcepto testatoris, an legatarius necesse sit, vt ad eorum consecutionem inhabitet vna cum hærede

73 necne, distinguendi sunt duo casus. Aut † enim testator simpliciter alimẽta reliquit absque alia adiectione, & hoc casu legatarius potest habitare vbi vult, & hæres tenetur ei alimenta subministrare, vt est textus apertus *l. libertis 4. §. fin. ff. de aliment. & cibar. legat.* quem textum, salua eius pace, nullate-

74 nus intellexit † *Accursius*, dum in eo illud verbum, *agant*, exponit pro *petant*, est enim sciendum, quod verbum

verbum agere etiam absolutè prolatum pro viuere
accipitur apud Tacitum, vnde illa verba textus, *si*
sine patroni liberis liberti agant, idest, *viuant*, iun-
ctis ergo præcedentibus verbis, quæ proponebantur,
75 cibaria, vestiaria, †nulla conditione addita præstari,
clarè probant istam sententiam, & hanc Accursij
inaduertentiam accusauit *Beneuent.Stracc.in addit.*
ad Grauett.consf.205.sub num.6.

Corroborari quoque potest supradicta opinio, vt
legatarius minimè teneatur habitare cum hærede,
76 † sed indistinctè consequatur alimenta, ex *text.in*
l.cum hi.§.vult igitur.ff.de transact. qui ad hoc cō-
muniter solet quoque citari, aduertitq. *Bart. in d.l.*
4.§.fin. vbi infert ad vxorem cui vir alimenta reli-
77 quit, & vult, quod possit † habitationem eligere vbi
placet, atque ibi petere alimenta, *Bald. in l.in an-*
nalibus num.4. C.de legat. Angel. in d. l. cum hi. §.
vult igitur. col.2. vers.sequitur, vbi inquit esse ibi
casum apertum, & quod alimentarius non tenetur
78 morari in domo † hæredis, & hoc esse vtile pro vxo-
ribus, & filijs naturalibus, quibus consueuerunt re-
linqui alimenta, atque ita de facto pluries vidisse ob-
seruare testatur, ita quoque generaliter loquendo te-
net *Bart. in tractat. de aliment. num. 24.* cum alijs
pluribus relatis per *Surd.in eod.tractat. de aliment.*
titul.4.quæst.14.num.16. & quod ista sit communis
79 †opinio post *Ias. in l. diuortio. nu.24. in princip.* te-
stantur *Michael Gruß. recep. sentent. in §.legatum.*
nu.3.Cuma. in d.l.cum hi. §. fin. ff. de transact. vbi
80 inquit ita† semper vidisse practicari, *Petr. Barbosa*
in l.2. par.1.num.28. ff. solut.matrim. vbi alios hāc
81 opinionem tuentes, & sic † sensit *Consil. Neapolit.*
apud Anton. Capyc.decis.24. num.8. vbi inquit hanc
esse communem opinionem, *& in Senatu Delphina-*
tus teste Francisc.Marc. decis.323. num.5. vers.nec
tenetur quis accipere alimenta in domo hæredis &c.
part.1.

Ratio quippe ea in his terminis communiter so-
let assignari, atque quoque consideratur in præsenti
82 decisione, quia † hoc casu legatum fauore ipsius le-
gatarij, non autem hæredis censetur à testatore fa-
ctum, ideoq. ipsius legatarij commodum spectandum
venit. Absurdum esset enim asserere, dum testator
83 id non sensit, †cogere quem habitare cum hærede in
vita, cum esset inducere quamdam speciem seruitu-
84 tis, quæ nullo modo induci nequit, † cum semper in
dubio fauore libertatis iudicandum sit, *l.inter pares.*
ff.de re iudic. l.in obscura. l.quoties. l.libertas ff.de
regul.iur. & l.lege Iulia. ff.de manumiss.

Nec aliquis titubet, licet *Alexand.in consil.178.*
in fin. lib.6. teneat totum oppositum, nempe si testa-
85 tor simpliciter alicui reliquerit alimenta, †interpre-
tanda veniat voluntas testatoris voluisse, vt ea præ-
starentur in domo hæreditaria, cumq. inaduertenter
86 † sequutus est *Menoch.in tractat.de arbitr.Iud lib.2*
cas.170. num.9.& Menoch. minus cautè amplexus
fuit *Bursat. in consil.86.num.29.* vbi allucinatus ex
illius dicto inquit legata alimenta in domo hæredis
esse præstanda ex communi Doctorum doctrina. Sed
loquendo de Alexandro ipse tenendo eam opinio-
nem in non paruum errorem lapsus est, & dum ad
hoc allegat *Bald. in l. in annalibus, C. de legat.* ibi
Bald. dicit totum contrariū, similiter allegat *Bald.*
in l. si domus in princip.ff. de legat.1. ibi Bald. non
loquitur in legato alimentorum, sed in legato habi-
87 tationis, † quo casu clarum est, quod debetur habi-
tatio in domo sua, non in aliena, patet, quia si testa-
tor domum non habet legatū est nullum, vt ibi di-
cit. Ex quo apparet non esse tantum, & absolutè
88 concredendum †allegationibus Alexandri, quamuis
aliud nobis suadeat Matth.de *Afflict. decis.100. sub*
num.2. ibi, *Nec miretur aliquis, quod vt plurimum*
allegantur Alexandri consilia, & non iura quæ lo-
quuntur de materia, quia dictus Doctor est copiosis-
simus, & gratia breuitatis elegi eum allegare solum,
quia ipse semper allegat ad propositum copiosè &c.
Alex. quoque propter dictam eius opinionem tan-
89 quam dormitans † pungitur *ab Aym. Grauett. in*
cons 205. sub nu.2. vers. *quidquid male dixerit A-*
lex. & potest asseri in Domino. Alex. quandoq. bo-
nus dormitat Homerus &c. damnatur quoq; *Alex.*
in hoc *à Simon.de Prat.de interpretat. vltim.volūt.*
lib.4. dubitat.11.sub num. 101. vers. *dicendum est*
ita simpliciter loquendo Alex. malè loqui, & sic con-
tra text. & contra communem opinionem Docto-
rum &c. Ab alijs etiam Doctoribus ex eadem cau-
sa acriter reprehenditur Alex. sed quod retuli suffi-
ciat, cum id solo zelo veritatis ductus asseruerim, &
non animo contradicendi, liberè est enim philoso-
90 phandum, nam veritas† post DEVM vnicè colen-
da venit, immò ipse DEVS est veritas, & vita, ergo
amanda super omnia.

91 Nec est mirandum † si Alexander aliquando erra-
uerit, quia summi etiam viri prout fuit Romanæ
eloquentiæ flumen Marc. Tull. Hippocrates Medi-
92 corum facilè†Princeps. Papinianus Iuris Consul-
torum Phœnix &c. & Magni Patres, sanctitateque
insignes, ac in Ecclesia DEI Sydera fulgentissima,
& inter alios S. Hieronymus, S. Augustinus &c.
93 aliquando in errores inciderunt, † ab eisdem postea
recesserunt se retractando, inde egregiè aduertit Im-
perator noster Iustinianus *in l.2. §. si quid autem,*
C.de veter. iur. enucleand. Omnium habere memo-
94 riam, & in nihilo penitus errare, diuinitatis † magis
quàm humanitatis est, *& vide quæ dixi in discurs.*
ad Vtriusque Iuris DD. infra in princip. par.7. re-
cent. sub num.87. vers. videmus etiam &c. Et hæc
dixi pro defensione Alexand. Tartagn. cum, & in
magno honore apud nos esse debeat. Nam *Felin in*
cap.Rodulphus nu.32.de rescript. memoriæ prodidit
95 Alexandrum † fuisse incomparabilis doctrinæ Iuris
consultum Lucernam ardētem Cathedris Iuris Ci-
uilis, nouumq. luminare extitisse, *& post Galiacc.*
96 *Dec. Ias. Curt. Cagnol. aliosq.* Doctorem † veritatis
eum appellat, Neuiz. *in sylu.nupt. lib.5. titul.quo-*
modo iudicandum. sub num.26. longum quidem es-
set, si omnes eos, qui Alexandri doctrinam admira-
ti sunt, atque illum ad cælestes extulere plagas, re-
97 ferre vellem, † & ne fastidiū afferam, idcirco silentio
eos percurrere duxi. Et solum dicam Alexandrum
non fuisse de illis Doctoribus, de quibus (heu mise-
ri) locutus sum *supra in annotatione ad decis.632. d*
98 *num.141.* qui ad instar arundinis † à vento pecuniæ
agitantur. Nam, vt refert Nicol. *Anton. Grauat. in*
eius vita, peculiare erat ei illud dicterium, certè in-
genui animi dignum *Legibus vacaui, vt scirem, non*
vt eas venderem, ac subiungit, proprium fuisse Ale-
99 xandri veritatem quærere, †& omnium etiam erit
tanti viri vestigia sequentium, si nihil pecuniarum
gratia egerint, si non spe, aut prǽmio alliciantur, si
100 non gratia † flectantur, auctoritateq. frangantur,
sed rectum animum habentes æqua † lance iustitiæ
sta-

fraterum gestando prout faciebat d. Alexan. & ipse magis gloriari poterit de isto cognomine Veridici,
101 † quam Alexander Macedo ille de cognomine Magni. Redeo modo de cognomine, vltra quod super eo vsurpato cognomine Magni, rectè fuit derisus à prudenti illo Stoico Romano Seneca in epist. cum his
102 verbis: *Infelix † ob hoc, quod intelligere debebat falsum se gerere cognomen: quis enim posse magnus in pusillo potest.* Cælum enim sublunare, respectu ip-
103 sius † Cæli, est minutissimus punctus, *aliaq. in his terminis adduxi in annotat. supra part. 3. recent. ad decis. 1. in 2. part. annotat. à num. 92.*

Redeo modo in viam, & sic firma stat atque inconcussa iuribus, & rationibus vallata præfata con-
104 clusio, † vt dum testator alicui simpliciter reliquit alimenta, ea etiam extra domum hæredis possit petere, sicut demonstratū est. Nec ab hac opinione discordat Rota, quamuis Gratian. *discept. forens. cap. 522. num. 42.* vbi prius firmat generale esse, vt ali-
105 menta † sint præstanda in domo præstare debentis & allegat *Menoch de arbitr. d. cas. 170. num. 9.* nam
106 & ipse Gratian. incidit † in eadem fouea cum Menoch. nam ipse Menoch. est in hoc reprobatus
107 vt dixi supra num. 81. & adde in specie eū † reprobarunt *Beneuent. Stracc. in annotat. ad dictum consil. 205. Crauett. sub num. 6. vers. in eumdem errorem lapsus videtur. Menoch d. cas. 170. nu 9. dum simpliciter inquit &c.* refutatus etiam fuit *Menoch. per Surd. in d. tractat. de aliment. titul. 4. qu. 14.*
108 *num. 7.* vbi etiam ait, quod † Menoch. allegat plures, & omnes ferè contrarium tenent, *& num. 19.* generaliter reprobat omnes DD. qui contrarium tenuerunt *vers. præterea non est curandum de DD. qui contrariam partem tenuerunt &c. Menoch. à* Petr. Barbos. *in l. 2. par. 1. num. 28. vers. quidquid resoluat Menoch. de solut. matr.*

Deinde postea, vt dicebam, Gratian. in d. loco ad probandam illam reiectam opinionem, subiungit, ita Rotam seruare, quod verum non puto, & dum al-
109 legat † decisionem in causa *Aretina pensionis 20. Februarij* 1598. *coram bon. me. Litta est decisio* 678. *num. 4. par. 4. diuers.* vbi dicitur, Rotam sequi eam sententiam, quod alimenta debeant præstari in domicilio hæredis, quam conclusionem intellexit ve-
110 ram, quando de † voluntate testatoris super hoc constat, cū ad id expendatur deducta *in causa Fulginaten. alimentorum* 18. *Aprilis* 1597. *coram eodem Litta,* vbi in *§. Quantum autem ad alimenta &c.* ad dubium propositum ubi alimenta erant præstanda, responderur id regulandum esse secundùm mentem,
111 †. & uoluntatem disponentis, sicuti intelligenda omnis dispositio est, quare dum constat testatorem uoluisse, ut ea præstarentur in domo hæredis, & tūc ibi sunt præstanda, sic in confesso est apud omnes, & mox dicam, aut uerò non constat de tali mente, &
112 tunc † determinatio huius quæstionis non est in dubio ponenda, cum iura in hoc sint plena, de quibus *supra dixi à num. 73.* nam si testator aliter voluisset, id exprimere sciuisset, & benè hic in præsenti decisione in puncto cōsideratur num... Venio modò ad aliud caput distinctionis.

Aut verò testator relinquit alicui alimēta in do-
113 mo, vel sub conditione, vel cum onere † morandi, vel habitandi in domo, vel cum hæredibus, vel per aliud æquipollens constet de voluntate defuncti, tūc enim si legatarius desiderat assequi tale legatum, non aliter intentum suum obtinebit, nisi testatoris voluntatem, quæ altera lex est *§. disponat. auth. de nupt. obseruet.* & qui vult relictum sibi emolumen-
114 tum tenetur † acceptare onus sibi iniunctum *l. secundum naturam. ff. de regul. iur.* & in specie probat *textus in l. quod legatur. ff. de iudic. & in l. qui concubinas. §. vxori. ff. de leg. 3.* & aduertit *Bart. in l. Caio. §. Imperator. ff. de aliment. & cibar. legat. Paul. à Monte Pico in l. Titia. §. Titia. nu. 135. ff. de legat. 2. Castr. in l. diuortio. num. 9. ff. solut. matr. Ruin. in cons. 81. nu. 3. vol 2.* dicens, quod hoc casu
115 legatarius petens † alimenta extra domum, dicitur plus petere debito. Nam dum testator voluit vt alimenta præstarentur in domo, id demonstratiuè dici-
116 tur additum fauore hæredis, † minus enim graue est præstare alimenta in domo, quam extra, vt dicunt Doctores, & experientia rerū magistra docet. Qua-
117 re legatarius, qui non est moratus † in domo hæredis non poterit petere alimenta præterita, quia in
118 hoc casu extra domum non esse præstanda † receptum est, & plures Doctores in hanc eandem sententiam conspirantes adducit *Roland. à Valle cons. 22. num. 9. vol. 1.* & præsertim *Anch. Ang. Corn. Socin. Pic. Ias. Bertrand. & Ruin.* & alios etiam cumulat idem *Roland. in cons. 89. num. 10. & 11. lib. 3. Alex. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. titul de aliment. resolut. lib. 1. num. 26.* & copiosius *Surd. in tractat. de aliment. titul. 4. quæst. 15. à n. 3. & seq. vbi etiam nu. 6.* post *Bald. in l. 1. n. 8. C. de legat.* ait, quod nec hoc casu sufficit legatarium habitare in eadem do-
119 mo † si non comedat cum hærede, & ideo nisi sit commensalis nō dicitur morari cū hærede, & *Bald.* subdit hoc esse notandum, sequiturq. *Angel.* ibi di ēs
120 tunc habitare legatarium cum hærede, † quando est commensalis, non si partem domus inhabitet, & dicit *Imol. in l. si quis ita legauerit. in princip. vers. item nota, quod vbi. ff. de condit. & demonstr.* quod
121 qui tenetur morari cum aliquo, † ita esse debet, vt simul alantur, & id esse notandum admonet *Pic. in d. l. Titia. §. Titia. num. 163. Ruin. cons. 37. num. 2. vol. 2.* cum alijs plena manu relatis per *Simon. de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubitat. 11. num. 109. & seq. & per Borgn. in tract. de vsufruct. num. 128.* prædictamq. opinionem, vt alimenta reli-
122 cta domi † perperam petantur extra eam, pluries est amplexa Rota, & præsertim *in causa Spoletana alimentorum 24. Maij 1593. coram bon. mem. Gypsio,* vbi quoque aduertitur, id quod dixi supra, scilicet si
123 peterentur ea extra † domum plus peteretur, quia talis conditio seu modus fauore hęredis censetur appositus &c. *ac in causa Foroliuien. alimentorum 20. Nouembris 1630. coram Eminentiss.* D. Cardin. *Verospio Iun. §. verum vtraque. vers. alimenta denegātur, si illa petantur extra domum &c.* & magis in specie *in causa Romana legati cibi, & potus 13. Iunij 1635. coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto Decano. §. demum. vers. intrat regula, quod alimenta, vel cibaria relicta in domo, vel sub conditione habitandi in domo, non debentur extra domum &c.* ibique plura ad hoc allegantur.

Temperanda tamen venit prædicta regula, vt non intret, quando aliter visum fuerit hæredi, nam, vt
124 dictum est, † cum testator id præsumatur ordinasse in fauorem hæredis, ideo si ipse contrarium velit,
125 & aliud sentiat † indubitatum est posse tali fauori renunciare, *l. si quis in conscribendo C. de pact. l. pasci,*

l. pactum.

l.pactum inter hæredem,ff.de pact.l.1.ff.à quibus appelar. non lic,l.Iudex ff.de minor. cap. ad Apostolica de regul.cap.si terra, & cap. accedẽtibus de priuileg. Vnde cum id fuerit inductum à testatore in hæredis
126 fauorem † non debet in eius odium retorqueri, *vulgat. iur.* quare hæres volens, etiam inuito lega-
127 tario poterit † alio in loco ei alimenta præstare, *l.libertis.§ fin.cum ibi notatis per Dyn. Iacob. de Aren.Bart.& Paul.de Castr.ff.de alim. & cib. legat.* & in specie consulti responderunt idem *Castren. in cons.146.numer. 2.* vers. *quia possunt eorum fauori renunciare, nec debent ex hoc puniri &c. lib.1.* cum alijs relatis *per Surd.in tractat. de aliment. titul. 4. quæst.15.num.66.* & addo *Carol. Ruin. in consil.45. sub num.4.*vers. *hæres cogi non potest alimenta præstare in propria domo &c.vol.2.Petr.Barbos in l.2. part. 1.sub num.28.* vers. *hæres tamen volens inuito legatario poterit extra domum &c. ff solut. matr.* & quamuis ibi refutet *Angel. Aretin. in tractat. de*
128 † *testament.glos.45.nu. 1.* tamen vt patet *Aretin.* ibi super hoc nullam repugnantiam facit, & si tractatus ille Aretin. de testament. qui non minus practicus, quam theoricus est, ac suo pristino splendori restitutus, videri desideratur *est in magnis Tractatibus Vniuersi Iuris iuxta nouam impressionem Tom.8.par.1.fol.mihi 31.*

Conquiescit pariter supradicta conclusio, & sic etiam extra domum alimẽta ab hærede veniunt subministranda, quando mulieri fuerunt eã relicta in do-
129 mo hæredis, † & ibi illa mulier non commodè (prout etiam ratiocinatata est Rota in præcedenti decisione) saluo bono nomine honestatis, & absq;
130 ipsius famæ denigratione, † morari non posset, vt puta quia ipsa est iuuenis, & hæredes etiam iuuenes & luxuriosi,& verisimiliter cum ea luxuriarentur, nam ista est iusta causa è domo discedendi, & extra eam petere alimenta, cum possibile id non dicatur,
131 quod † honestè fieri nequit, sicque eo casu condi-
132 tio morandi cum hẹredibus,tamquam turpis † pro non scripta habetur, quia turpe est habere malum
133 nomen, & † malam famam, *l.facta, §. in danda ff.ad Trebell.* & bona fama omnium rerum præcio-
134 sissima, & † inæstimab lis res est, *l.si in duabus, ff. de reg.iur.l. ex hac lege ff. si quadrup. pauper. fecisse*
135 *dicatur.* Vnde merito fama ipsa † plus est custodienda, quam oculi, *l.infamia vers. etiam amissionis oculorum.C.de decurionib. lib. 10.* & admonuit paternè Rex Salamon in Ecclesiast. cap.41. ibi, *Curã*
136 *habe de bono nomine,† hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri preciosi, & magni, bonum nomen permanebit in æuum.* Idemque in Ecclesiastes cap.7.*Melius est,* inquit, *nomen bonum, quam*
137 *vnguenta prætiosa.* Quare Plautus in sua Mustelaria prudenter quidem concludebat.

138 *Ego si bonam famam mihi seruabo,† sat ero diues.*

Hinc more solito eruditus ille Philosophus, Seneca, in tractat. de remedijs fortuitorum sic sententiosè
139 loquitur *Bona † opinio hominum, tutior est pecunia, bonum,quod est supprimitur nequaquam extin-*
140 *guitur, bona fama in tenebris proprium † splendorem tenet.* Idemque in prouerbijs asseruit, quod *honestus rumor, est alterum patrimonium.* Hinc
141 honor, & vita † æquiparantur *can.nolo.12.quæst.1. l. iusta causa. ff. de manumiss. vind.* Quare multo
142 † fortius omni commodo, & vtilitati est præferẽdus, *l.reprehendenda.C.de instit.& substit. & l. Iulianus, & ibi gloss ff. si quis omiss. caus. testam.* meritoq; respondit Rota *in causa Meleuitana Antianitatis 1. Martij 1638. coram bon.mem. Pirouano,*
143 quod sicuti, iusta causa metus † iudicatur timor amissionis omnium bonorum in quacũque persona, cuiuscunque sexus,ætatis, & gradus sit *cap. 2. de his q.met.caus.Dec.cons 690.num. 8.Crauett.consil. 49. num 7. Menoch. de arbitr.cas.135.in fin. Medic. de cas. fortuit.par.1.q.7. Sanchez. de matrimon. lib. 4.*
144 *disputat.5.num.20.* Eodem modo † iustus metus cadit, quando agitur de amissione honoris,qui diuitijs quibuscunque præferendus est, *l. ego puto l. isti quidem.§.penult. ff quod met.caus. cum similib.*

In puncto vero, vt supra dixi, quando mulieri sunt
145 relicta alimenta in domo hæredis stante † probabili timore, ne cum eo saluo eius honore morari possit, vt tunc spreto præcepto testatoris, alimenta extra hæredis domũ mulier potest petere, est casus & ibi notat *Bart.in l.Caio.§.fin.ff.de aliment. & cib.legat. & idem voluit Bart. & Doctores in l. diuortio in princip.ff.solut.matrimon.* idemque senserunt *Bald. Ang. & Salicet.in l.1.C.de legat. & plures in puncto adducit Surd.in d. tractat. de aliment. titul. 4.*
146 *quæst.15.num 32. & seq.* vbi loquitur † in terminis de legatario iuuene,qui si non possit honestè habitare cum hæredibus sine periculo impudicitiæ, poterit extra domum consequi alimenta reliqua vidẽ ibi, & Adde *Angel. Aretin. in d.suo tractat. de testam glos.45. num.2.vers.si dicta mulier erat iuuenis, & hæredes iuuenes, & luxuriosi, itaque illa mulier non posset saluo eius bonore &c.* alios etiam Doctores id affirmantes refert, *M. Ant. Peregr. in tractat.de fideicommiss. art.16.sub num.138. vers. & non potest ibi honestè morari, quia sit iuuenis, & aliqui cum ea verisimiliter luxuriarentur potest recedere de domo, et petere extra eam alimenta, etc.* & annecte *Petr.Ioan.Anchar.quæst.familiar.lib.2. quæst.1.num.24.*vers. *quando vxor esset iuuenis, et pulchra, et non posset sine suspicione infamiæ etc.*

Limitatur tertiò prædicta conclusio, vt alimenta relicta in domo hæredis non possint peti extra, quã-
147 do hæredes essent personæ rixosæ, et admodum iracundæ, vel haberent vxores rixosas, iracundasq; et quod ista sit iusta causa consequendi alimenta extra domum, probat *Paul. de Castr. in consil. 167. sub num.2.vers.non dicitur posse habere commodè, et cum pace mentis, licet incommodè, et cum rixa posset etc. part. 1.* et adde dictum Sapientis Regis
148 Salamonis in prouerb. cap. 39. *Vir † iracundus prouocat rixas, et qui ad indignandum facilis est,* et in terminis, quando hæredes non sunt huius na-
149 turæ, sed † eorum vxores, vel alij cum eis manẽt in domo aduertit *Simon. de. Pret. de interpretat. vltim.volunt. lib.4.dubitat.11.sub num. 113. vers. non solum propter hæredum factum, sed etiam per factum eorum, qui stant cum illis, quia habent vxores rixosas, etc.*

Idemque intellige verum, quando legatarius nõ
150 habitat † cum hærede propter aliquod odium vigẽs inter eos, *l.si disceptetur ff. vbi pupill. educar. debe. Iacob.de Aren.* quem citat,et sequitur *Bald.in auth. hoc locum nu.3.C.si secundo nupser.* vbi infert, quod nouerca non cogitur habitare cum priuigno, nec
151 è contra † propter odium inter eos præsumptum etc. et fortius dicit idem *Bald. in l. si ea C. de cõdit. insert.*

insert. quod et si non probetur aliter odium inter
152 nouercam, et priuignum, poterit † quisque ipso-
rum seorsum habitando recipere alimenta, etiamsi
Testator reliquerit ea sub conditione si nouerca à
153 priuigno non discesserit, quia odium † inter eos
semper præsumitur, et ideo non est necessaria proba-
tio, et addo in hoc adesse vulgatum adagium, quan-
154 do quis † aliquid simulatè facit, solet asserere,
Lacrymat ad tumulum nouercæ, quod enim est cō-
155 suetum releuat allegantem ab onere † probandi,
*l. fin. in princip ff. quod met. caus. l. siue possidetis C.
de probat. l. nupturæ in fin. ff. de iur. dot.* Et Bald. in
supradicto loco sequutus fuit *ab Anchar. in d. quæst.
familiar.* 1. *num.* 27. *vbi reijcit* Ruin. *in consil.* 34.
156 *num.* 1. *vol.* 2. dum minus † rectè sentit, prædicta
procedere, dummodo probetur sinistram opinionem
ortam esse inter nouercam, et priuignum, quia eius
opinio posset procedere, quando hæres esset pri-
uignus, sed filius, vel extraneus, et mulier iussa es-
set cum illo habitare, tunc, vt dicam infra, est pro-
bandum odium. Sed secus est quando hæres est pri-
uignus, quia tunc non est adhærendum opinioni
Ruini, nam odium inter eos semper præsumitur, et
bene in puncto, vt nouerca possit consequi ali-
menta, vel vsusfructus, quamuis habitet seorsum à
principio ratiocinatur *Caual. Borgn. in tractat. de
vsufruct. mulier. relict. sub num.* 138. vbi illius dicti
reddit rationem, quia nouerca cum priuignis ita
157 quietè, et † pacificè posset habitare sicut nurus
cum socru, aut canis cum gatta, nam ipsa omninò
præsumitur inimica priuignorum, & ideo dicitur
158 tunc Cornix albescere, † cum sancta nouerca quie-
scit, alia etiam cumulat Boer. *decis.* 194 *sub num.* 6.
vbi inter alia ait, licet matres soleant confortare fi-
159 lios, ac beneuolentiā † patris in eos studiosè pro-
uocare, tamen è contra nouercæ solent priuignos
terrere, & in odium patris ponere, *facit text. in l.
non est enim ff. de inoffic. testam.* vbi dicitur; quod
pater aliquando solet odio prosequi filios suos
160 † blandinamentis nouercalibus. Hinc, *& secundū
glos. in §. socrum in verb.* Nouerca *instit. de nupt.*
161 Nouerca dicitur † quasi nocens arcus, *& refert.
Beltrand. consil.* 336. *in prima part. Cassan. in Con-
suetud.* Burg. *rub.* 6. *des infans de plusi. lie. in princip.*
Sed relicta hac odiosa materia procedamus ad reli-
qua.

Tandem tunc legatarius recipit alimenta extra
162 domum, non † obstante præcepto testatoris habi-
tandi in domo, vel cum hærede, quando inter vtrū-
que agitatur aliqua lis, quia tunc eo impedimento
stante extra domum consequitur alimenta *Ias. in
cons.* 44. *numer.* 3. *vers. circa aliud quæsitum, vol.* 2.
163 vbi inquit litem esse † iustam causam recedendi à
domo. *Roland. consil.* 22. *num.* 12 *vol.* 1. Menoch. *in
tractat. de arbitr. iud. cas.* 170. *num.* 16. *Anchar. d.
quæst.* 1. *num.* 3 *cum alijs allegatis per Surd. in tra-
ctat. de aliment. d. titul.* 4. *quæst.* 15. *num.* 28 *Ioseph.
Ludouic. decis. Perusin.* 46. *num.* 10. sentitque Rota
in Romana *Rescissionis contractus* 6. *Aprilis* 1612.
*coram bo. mem. Penia §. Nec præiudicabat. vers. cum
propter litem motam extra domum poterit consequi
alimenta, & in eadem causa coram bo. mem. Card.
Fabritio Verospio* 18. Decembris 1615. *est decisio*
199. *sub num.* 6. *vers. propter litem motam supra
par.* 4. *recent. in illa* Romana Legati Cibi, *& potus*
13. *Iunij* 5633. *coram* Reuerendiss. *P. D. Dunozetto*

*Decano. §. Non releuat vers. lis autem est iusta cau-
sa, vt dicatur recessum à domo, &c.*
164 Ex litigio namque solet † oriri liuor, rancor, &
odium, & quidem capitale inter colli tigantes, hinc
165 lites vocantur cruentæ, funestæ, rabiosæ, † tetricæ,
tristes, horroreque plenæ &c. vt latius iam iam de-
monstraui, & auctoritatibus comprobaui *in discur-
su ad iuris vtriusque DD. de quo in princip. part.* 7.
recent. à num. 115. *vsque ad* 210. Idque multo ma-
gis procedit, prout pluries accidere solet in casu
nostro, quando alimenta relinquuntur in domo al-
terius consanguinei, nam lites inter sanguine con-
166 iunctos magis rabiosæ, † & crudeles esse solent,
quare litem terminare inter coniunctos quanto ci-
tius æquitas suadet *ad l. congruentius ff. de patr. po-
test.* & considerauit Rota *coram bon. mem.* Remboldo,
decis. 418. *num.* 1. *in fine supra part.* 4. *recent.* quare
167 recessus † a lite reputatur maximè inter coniun-
ctos non parum fauorabilis, *vt aduertit Rota corā
Sa. me. Gregorio XV. decis.* 286. *num.* 11. hinc etiam
168 est inter † consanguineos, summo iure non esse
agendum. *Card. Seraph. decis.* 1059. *in fin.*

Scimus quoque antiquitus Romanos, qui totius
169 † philosophiæ, & iustitiæ Principes fuerunt, con-
stituisse magistratus, quos Irenarchas appellarunt,
170 quorum † præcipua erat cura, & onus in sedandis
discordijs maximè inter propinquos, quæ vel ex cō-
munione, vel ex litibus oriri possent scandala euita-
171 rentur, & ipsi pacis, & concordiæ authores † forēt
quasi iras arcentes, vt habetur *in l. fin. §. Irenar-
chæ ff. de muner. & honor. & in l.* 1. *Cod. de Irenar.
lib.* 11. *& glos. rub. eodem titul. &c.* in qua materia
amplius non prosequar.

Possem continuare ad referendas alias iustas cau-
sas, quibus mediantibus quis posset alimenta in do-
mo hæredis relicta, extra eam petere, tamen quia
plures sunt, longum esset singulas referre, & tantò
172 libentius desisto, quia qualis † in his terminis sit
iusta causa, ea committitur arbitrio, prudentię, ac de-
scretioni Iudicis, qui omnibus benè perpēsis, cōside-
ratis, ac circumspectis conformando se quoad dispo-
sita in iure, in hac materia iudicabit an sit iusta cau-
sa nec ne, *ita Bart. in l. Caio §. Imperator ff. de alim.
& cib. legat. Ias. in l. diuortio col.* 3. *ff. solut. matrim.
Pic. in l. Titia §. Titia quæst.* 63. *ff. de legat.* 2. *Boer.
decis.* 195. *nu.* 5 *Roland. cons.* 22. *num.* 11. *lib.* 1. *Me-
noch. de arbitr. iud. cas.* 170. *num.* 12. *Surd. de alimēt.
d titul.* 4. *quæst.* 15. *numer.* 44. *Molin. de primogenit.
Hispan. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 74. *Gratian. discept. forens.
cap.* 552. *num.* 46. *Boer. decis. Senatus Burdegal.* 195.
sub num. 5. *vers. relinquitur arbitrio iudicantis &c.
Magon. dec. Rotæ Florētinæ* 113. *in fin. Ioseph. Ludo-
uic. decis. Rotæ Perusinæ* 46. *num.* 10. & sæpius Re-
spondit Rota Romana, *& præsertim in causa* Roma-
na Legati 7. *Aprilis* 1617. *coram bon. mem. Vbaldo,
& causa Vrbeuetana educationis* 20. *Maij* 1628. *co-
ram bon. mem. Card. Vbaldo est decisio* 157. *nu.* 18.
supra par. 5. *recent.* vbi dicitur tritam esse regulam,
173 quod alimenta † domi relicta, Iudex potest ex cau-
sa cogere ad ea præstanda extra domum. Et adde
decisionem *in causa Romana Alimentorū* 14. *Apri-
lis* 1603. *coram bo. mem. Card. Millino, est impres-
sa apud Marches. de Commiss tom.* 1. *nu.* 2. *vers. cum
ista materia pendeat ab arbitrio Iudicis, &c.*

Prætereа caueant Legatarij, ne moueant iudiciū,
174 † & succumbant, ideo veniant bene instructi ad iu-

dicium, quia agitur de materia difficilis probationis, habent enim contra se votum testatoris, eorum probatio consistit in negatiua scilicet non posse habitare cum hærede, & quod plus est in ea stat fun-
175 damentum suæ † intentionis, quæ nisi concludēter probetur, aliud nisi ventum reportatur, vt satis notum est, & in puncto prudenter admonent *Anchar. cons. 254. nu. 1. & seq & cum alijs à Roland. in d. cons. 22. nu 18. vers. caueat legatarius, lib. 1.* ponderauitque *Rota in allegata Romana Legati cibi, & potus 13. Iunij 1635. coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto Decano, §. Nam causæ allegatæ non fuerunt concludenter iustificatæ, prout iustificari debebant &c.* In qua decisione aduertitur etiam in terminis litis vt ea præbeat iustam causam habendi
176 alimenta extra † domum, non sufficit, qualibet lis, nam alias esset in facultate legatarij, cui fuerunt relicta alimenta vel cibaria in domo hæredis, consequi extra eam, litem etiam iniustam mouendo contra hæredem pro legati præstatione.
177 † & sic ab iniuncto onere in habitandi domum se eximere in hæredis præiudicium, *vt in prop sito considerat Alexand. consil. 158. numer. 2. in fine lib. 7.*

Tandem notandum est, quamuis ex iusta causa aliquando veniant alimenta præstanda extra domũ, vt iam dixi, nihilominus ex hoc non sequitur quod
178 † in pecunia, & non in speciebus ea fiat soluenda & sic ista præstatio alimentorum danda erit per menses, respectu eorum, quæ recipiunt menstruam solutionem, vt vinum, frumentũ ligna, &c. respectu
179 verò † eorum, quæ non possunt diuidi per mensem, quæ si præstarentur in sua specie corrumperentur, vt carnes, pisces, & similia, & in locis debetur æstimatio, seu pecunia pro eis, *l. mella. §. quædam, ff. de alim. & cib. leg. Roland. cons. 22 num. 24. lib. 1. quem secutus est Rota in causa Spoletana alimentorum 24. Maij 1592. coram bo. me. Gyps. circa fine vers. ex hoc non sequitur, quod in pecunia &c.*

Atque prædicta multò magis procederent, quando reiecta esset causa habendi d. alimenta extra domum, nam testator legando alimenta sub quorum nomine, cum non veniat pecunia, vnde dictum
180 † legatum in specie debetur, nec hæres pecuniã pro eis soluere tenetur, nam sicut aliud pro alio inuito creditore solui nõ potest, *l. 2. §. mutui datio, ff. de verb. credit.* ita nec debitor ad soluendum aliud
181 pro alio † cogi debet, cum creditor & debitor sint correlatiua, quorum eadem est dispositio *l. fin. C. de acceptil. l. fin. C. de indict. vid. tollen. l. 1. C. de cupress. lib. 11.* vbi ementes, & vẽdentes pari pœna puniũtur, *quem text ad hoc meliorem de mundo dicit ibi Bart. & facit text. cap. 1. de temp. ordinand. in 6. Ias. cons. 11. num. 1. volum. 1. Osasc. decis. Pedemont. 115. num. 10.* plures alios copiosè adducit *Baptista de Sancto Blasio in suo tract. de correlatiuis cap. 1. n. 5.* vbi etiam ad supradictam regulam adducit centum & decem ampliationes & totidem limitationes & in puris terminis nostris *fuit resolutum in d. Romana Legati cibi, & potus 13. Iunij 1635. coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano, §. si quidem, vers. minime d. legatum debetur in pecunia &c.*

Paulus Rubeus.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Hæreditatis.

Veneris 6. Februarij 1626.

ARGVMENTVM.

Hæres scriptus in primo testamento si per subsequens fuerit reuocatus, perperam petit immissionem, & ex quibus procul dubio appareat habuisse notitiam subsequentis testamenti. Hæres dum habet notitiam diuersorum testamentorum vt acquirat hæreditatem, quid sufficiat ad doctrinam Angel. in consil. 203. inter consil. Anchar. Filius possidens, & administrans bona materna, iure familiaritatis præsumitur possidere, ideoque nihil in eis acquirit.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi scripto in testamento non abolito, non cancellato, vel aliter vitiato, non potest impediri immissio.*
2 *Immissio si petatur vigore testamenti reuocati, et annullati per posterius, est omnino deneganda.*
3 *Hæres, si habeat notitiam diuersorum testamentorum, vt acquirat hæreditatem quid sufficiat. Et vide in hoc doctrina Angel. inter cons. Anchar. cons. 203. quæ à pluribus sequitur, et à multis etiam reijcitur, num. 3. et 5.*
4 *ad Hæreditatem acquirendam sufficit quæcumque animi declaratio.*
6 *Aditio vigore testamenti reuocati non tenet.*
7 *L. cum qui, ff. de acquir. hæred. quando sit locus.*
8 *Hæres institutus in primo testamento ex quibus satis appareat habuisse notitiam de secundo.*
9 *Angel. cons. 203. inter consil. Anchar. cum quibus requisitis loquatur.*
10 *Immissio hæredi non denegatur pro detractione legitimæ filiorum testatoris, cum sit certa ratione quotæ.*
11 *Trebellianica detractio non competit ei, qui non fuit vniuersaliter institutus, vel aliquo vniuersali fideicommisso grauatus.*
12 *Testator, si reliquerit hæredi Trebellianicam, illa ei non debetur, dum de Iure non adest causa, quare illi sit debita.*
13 *Hæredi debet dari immissio in illis bonis, quæ probantur possessa à testatore vsque ad eius obitum.*
14 *Filius habitans in domo matris vel fundum matris possidens, et colens, nullum ius acquirere dicitur.*
15 *Filius possidens bona materna iure familiaritatis præsumitur possidere.*
16 *ex Productione oritur præiudicialis confessio contra confitentem, et acceptatio, et nu. 17.*
18 *Possessio quæ ex iure familiaritatis originem habuit est inefficax ad aliquid acquirendum manutenibile.*
19 *ad Hæredem spectat executio voluntatis testatoris, cui propterea nõ est deneganda ad hunc effectum immissio.*
20 *ab Hærede legatarius debet accipere legatum.*

DECISIO DCXXXVII.

DICTVM fuit Hieronymo dandam esse immissionem pro indiuiso in bonis de quibus agitur,

agitur, quia docet de testamento condito per Paulam eius matrem mense Septembris de anno 1624. neque abolitum aut cancellatum in quo hæres fuit
1 institutus, vnde visum fuit † non posse impediri immissionem ex remedio *l. fin C. de edict. D. Adr. toll. Menoch. de adipisc. rem. 4. num. 50. 56.* Honded. *cons. 64. num. 57. lib. 1. Rota decis. 237. numer. 1. part. 1. recent.*

Neque obstat quod Hieronymus aduertit hæreditatem Paulæ ex anteriori testamento per eandem Paulam condito vsque de anno 1605. per secundũ
2 † reuocato, & annullato pro quo immissio venit deneganda *ex Menoch. Mobed. & alijs supra allegatis.*

Quia vltra primam aditionem detecto vltimo testamento ad interrogationem Nicolai, & Augustini, declarauit se alias adiuisse hæreditatem Paulæ communis matris cum beneficio legis, & inuentarij 1605. & vigore alterius testamenti 1624. seu vigore cuiusuis alterius dispositionis dictæ Paulæ quomodolibet in eius fauorem factæ, & ita declarauit inhærendo dictæ aditioni, & declarationi alias factæ & hæc ipsa declaratio sustinet aditionem ex secundo non reuocato secundum veriorem, de qua *per Angel. inter cons. Anchar. cons. 203. in primo dubio*, di-
3 cens quando hæres habet † notitiam dictorum testamentorum, & in animo subgessit velle omninò esse hæres sufficit ad acquirendam hæreditatem
4 quæcumque animi declaratio, *et Angel. sequuti sunt Castr. in l. eum qui in fine, ff. de acquir. hæredit. Ias. in l. qui Romæ, §. duo fratres nu. 67. ff. de verb. oblig. Imol. in d. l. eum qui numer. 1. et in d. §. duo fratres col. pen. vers. similiter ille Alex. ibidem num. 55 et alijs comprobat Odd. de fideicomm. part. 2. quæst. 8. num. 42. 59. et 60.* & quamuis non defuerunt qui
5 contrarium † senserint aduersus Angelum, nempe *Cuman. in dicta l. eum qui in princ. vers. ex vtroque autem Aretin. num. 2. Imol. in dicta l. eum qui nu. 1. et dicto §. duo fratres col. pen. vers. Item non obstat l. eum qui duobus Alex. num. 55. Iason. nu. 67. Crot. num. 59. Roman. cons. 403. num. 20.* attamen si bene attendantur loquuntur in casu *dictæ l. eum qui*, quãdo secundum testamentum impugnatur, & ex pri-
6 mo, dum dubitatur † de reuocatione non tenet aditio, vel quando hæres non est certus de viribus secundi testamenti, & contentorum in eo, in quibus terminis, respondit *Roman. dicto cons. 403.* tum quia semper intrat vel impugnatio secundi, vel ta-
7 cita conditio quatenus † secundum valeat locus est dispositioni *l. eum qui duobus*, sed in præsenti Hieronymus habuit notitiam secundi, & contentorum in eo, quia fuit productum à Nicolao, & Augustino Aduersarijs ex dispositione interrogatus respondit
8 & declarauit † se adiuisse hæreditatem Paulæ vigore testamenti 1605. & vigore testamanti 1624. & vigore cuiusuis alterius dispositionis cum clausula omni meliori modo, vnde dubitari non potest quin certus fuerit de secundo testamento, & voluerit adire, ac responderit remota quacumque conditio-
9 ne, cum quibus requisitis respondit † *Angel. in dicto cons. 203. in primo dubio*, & eadem concurrunt in præsenti casu.

Secundo dictum fuit esse dandam Immissionem pro indiuiduo, quia cum Nicolaus, & Augustinus fuerint instituti in legitima, quæ per Hieronymum
10 † respectu quotæ, & sic tertiæ partis hæreditatis Paulæ non impugnatur, & detractio remanet certa pro alijs quotis, partibus, non denegatur immissio hæredi scripto secundum opinionem, quam in pluribus causis seruauit *Rota in decis. 162. par. 2. recent. in Ferrarien. de Tassonis 28. Nouembris 1618. corã D. meo Famphil. in Tusculana fideicommissi 4. Iulij 1618. coram D. meo Decano.*

Neque obstat quod eedem legitima, sed & Trebellianica eisdem fratribus fuerit relicta, & illa veniat detrahenda, quia dum Nicolaus, & Augu-
11 stinus † non fuerint vniuersaliter instituti, vel aliquo vniuersali fideicommisso grauati, ius aliquod in Trebellianica non competit *Gabr. cons. 93. nu. 8. lib. 1. Odd. cons. 65. num. 28. Peregrin. de fideic. art. 3. num. 5.* Vnde cum non detur sine causa præexistenti
12 † semper sumi debet interpretatio quatenus debeatur.

Demum eadem Immissio est danda in bonis de quibus agitur, quia ex testibus datis per Hieronymum probatur eadem fuisse possessa per Paulam
13 testatricem vsque in diem sui † obitus, rempe domum, in qua ipsa testatrix habitabat cum suis membris, & pertinentijs, domum de medio nuncupatam, & locatam, Constantino Marchetto, Hospitium fici, & domum in qua habitat idem Augustinus frater Hieronymi.

Non obstat, quod Domus, in qua Paula obijt, & habitabat, in ea pariter habitaret Nicolaus filius, & continuauerit habitare, vt deponunt testes dati summario Augustini, & Nicolai, vt ideo dicendum sit vel Paulam habitasse ex eadem domo; vel saltem domum fuisse communem cum matre ex filio, donec contrarium per Hieronymum probetur, quia
14 præsumptio retorquetur, filius † enim habitans in domo Matris, vel fundam matris possidens, & colens nullum ius acquirere dicitur, cum præsumatur
15 Iure familiaritatis † omnia fecisse *Bart. in l. qui Iure, ff. de acq. possess. Dec. cons. 400. nu. 4. Menoch. de arbitr. cas. 160 num. 12.* & quod magis est eadem testatrix in secundo testamento in legato facto Nicolao præsupposuit à se solam esse possessam, dum dedit illam pro confine ad aliam domum, cuius pẽsiones legauit Nicolao, & per productionem eiusdẽ testamenti per Nicolaum, & Augustinum oritur
16 † præiudicialis confessio contra producentes, & acceptatio *Abb. in cap. cum venerabilis num. 31. de except. Menoch. præsum. 45. num. 1. lib. 2.*

Similiter neque obstat quod domus de medio locata Constantino Marchetto non fuerit possessa per Paulam de tempore illius obitus, ex quo datur locatio vltima eiusdem domus facta per Augustinum filium nomine proprio cum exactionibus pensionũ, tàm in vita, quàm post mortem Paulæ, quia cum ex testamento vltimo producto ab eisdem Augusti-
17 no, † & Nicolao appareat hanc domum fuisse Paulæ, & clarius iustificatur ex locatione facta per eandem Paulam de anno 1621. cuidam Elisabettæ ex Instrumento dato in summario Hieronymi n. 6. ex solutionibus per Inquilinum factis, & nomine Paulæ per Augustinum receptis quæ dantur summario eiusdem num. 7. facile euitatur totum id, quod ab Augustino prætenditur factum nomine proprio;
18 † cum censeatur factum iure familiaritatis, & per consequens inefficax ad acquirendam possessionem: vt supra dictum fuit.

Et quod Hospicium nuncupatum del fico, super

super quo ade Census scutorum 300. & testatrix mandauit illum vendi, & residuum diuidi inter fratres, cum de dominio, & possessione Paulæ non
19 possit dubitari, ad hæredem † spectat exequutio voluntatis testatricis, cui propterea non est denegandа ad eum effectum immissio, & à quo postea residuum fratres accipere debent tanquam legatum in
20 in illa parte constitutum *cap. Raynaldus ubi gloss. in verb. petendo extra de testam. l. eam quam C. de fideic. Surd. decis. 127. num. 11.*

Et ita fuit resolutum &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Corduben. Liquidationis fructuum.

Veneris 6. Februarij 1626.

ARGVMENTVM.

Iudex dum ex iustis causis, ac antequam fuit consensum in iurisdictionem, & iuramento mediante fuit allegatus suspectus, ac etiam appellatum ab ulteriori processu, tunc quidquid gesserit d. Iudex nullitatis vitio subiacet. Mandatum speciale requiritur ad recusandum Iudicem suspectum. Processus compulsorialis est nullus, si non interuenerit citatio ad dicendum contra &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, quando fuit allegatus suspectus, & appellatum ab ulteriori processu, tunc quidquid agitur subiacet vitio nullitatis.*
2 *post Appellationem, aut recusationem omnia quæ geruntur, nulla sunt.*
3 *Iudicis recusatio debet fieri ante contestationem litis, & non postquam fuit consensum in iurisdictionem.*
4 *Iurisdictionem, quam quis agnouit, non potest amplius recusare.*
5 *in Iurisdictionem non dicitur consensum quando quis sumpsit tempus ad deliberandum.*
6 *Iudex, si ex quibusdam causis fuerit recusatus, licet illæ adhuc non sint probatæ, tamen id non excludit nullitatem actorum, si postea uti sufficientes fuerint probatæ.*
7 *Mandatum speciale requiritur ad recusandum Iudicem suspectum, & num. 8.*
9 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
10 *Procurator habens facultatem substituendi, dum indistinctè substituit, censetur substituere, quoad omnes facultates contentas in suo mandato.*
11 *Iudex si allegetur suspectus ex causis friuolis, non tenet talis allegatio, & rectè per Iudices reijciuntur.*
12 *Iudex bene, & ex iusta causa dicitur allegatus suspectus, ab eo, qui cum d. Iudice criminaliter litigat.*
13 *Iuramentum requiritur, quando Iudex allegatur suspectus.*
14 *Verba Notarij, testis iurauit &c. non inferunt legitimam delationem iuramenti.*
15 *Notarius, quando asserit, testem iurasse in forma, perinde est ac si diceret, testis iurauit tactis &c.*
16 *ad Processus compulsorialis validitatem, est necessaria citatio ad dicen. contra iura ad videndum extrahi, & collationari &c.*
17 *Iura, quando extrahuntur à Notario de eis rogato, non requiritur alia citatio ad dicendum contra &c.*
18 *Scripturarum recognitio est necessaria etiam in iuribus extractis ab eodē Notario rogato de eis.*

DECISIO DCXXXVIII.

CENSVERVNT Domini processum esse nullum ex duabus potissimum nullitatibus.

Prima est quia cum ab A.C. fuerint relaxatę litteræ compulsoriales directæ Priori S. Augustini, & Correctori Beatæ Mariæ ut coniunctim in negotio procederent, fuit ad instantiam Capituli recusatus tanquam suspectus dictus Prior S. Augustini, & allegatæ causæ suspicionis, & appellatum ab ulte-
1 riori † processu; qua recusatione, & appellatione non obstante Prior non abstinuit, sed in compulsatione processit, & consequenter nulliter gestum est
2 quidquid gestū est post † dictam appellationem, & recusationem, *c. quia suspecti 3. q. 5. legitima de appell. in 6. Franch. in rubr. de appell. Castr. cons. 121. nu. 2. lib. 2. Gabr. concl. 5. de iudic. Rot. decis. 2. numer. 7. par. 2. diuers.*

Nec obstat, quod recusatio non fuerit facta ante litem contestatam, sed post consensum in iurisdi-
3 ctionem, † quo casu recusatio non attenditur cum illa dilatoriarum exceptio prima dicatur, nec recu-
4 sare possit cuius iurisdictionem quis † iam agnouit *l. apertissimi. C. de iud. auth. offeratur. C. de lit. contest.* pulchrè *Couar. pract. qq. cap. 26. num. 2. Rot. d. dec. 2. num. 3.* Quoniam id iustificari in facto non videtur, post citationem enim sub die 18. Martij 1621. Ioannes Suarez procurator substitutus Capituli primo comparuit, & citra consensum, & iurisdictionem petijt sibi dari transumptum, & terminum competentem, & hoc fortasse ut se infor-
5 maret, & deliberaret quod, & quomodo agendum esset, & sic in isto actu non consensit in iurisdictionem, & deinde prima die Aprilis eiusdem anni prænem, & deinde prima die Aprilis eiusdem anni prædictum Priorem suspectum sub iuramento allegauit & causas significauit suspicionis, quæ causæ, licet
6 tunc non fuerint † probatæ, hoc tamen non excludit nullitatem actorum si postea probentur, & tales sint, quæ pro legitima recusatione sufficiant *Innoc. & Franch. in cap. cum speciali de appell. Rot. d. decis. 2. num. 14.*

Neq; obstat Ioannem Suarez non habuisse man-
7 datum sufficiens † ad recusandum prout requiritur & quidem speciale, *l. non solum. §. fin. & ibi gloss. in quinto nominatim. ff. de procur. Anchar. cons. 36. num. 5. vers. item etiam aduertendum*, quoniam Franciscus Guttierez fuit procurator constitutus à Capitulo, & nominatim ei data facultas sub iura-
8 mento † recusandi suspectos Iudices, necnon facultas substituendi, cuius vigore postea dictus Franciscus Guttierez absolutè substituit Ioannem Suarez cum insertione primi mandati, & consequenter
9 videtur in hac substitutione Ioannis † repetitæ omnes facultates datæ Francisco substituenti ex regula quod relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, & quia procurator indistinctè substi-
10 tuens censetur † substituere quoad omnes facultates contentas in suo mandato, *Oldrad. cons. 314. num. 1. & 5.*

Minus etiam obstat causas suspicionis allegatas
11 friuolas † fuisse, & ideo rectè reiectas à Iudicibus. Quo-

Quoniam immò, & legitimæ erant, & præcipuè il-
11 la, quod Prior S. Augustini litigaret, cum † eodem Capitulo, & inter eos ageretur causa criminalis, quod dicitur iustam causam Capitulo tribuisse allegandi suspectum eundem Priorem, *glos. in cap. cum super, & ibi Canonistæ. ff. de offic. deleg. Rot. d. decis. 2. num.* 9. & post alios tradit etiam *Mastrill. decis. 151. num. 58.*

Nec obstat quod iuramentum saltem ritè non fuerit adhibitum dum Guttierez. Procurator allegauit suspectum Priorem Sancti Augustini, quod
13 † iuramentum requiritur in huiusmodi suspicione, *vt per glos. & Doct. in d l. apertissimi. C. de iudic.*
14 & verba testis iurauit &c. non inferũt † legitimam delationem iuramenti iuxta relatos per *Farinac. in tract. de testibus q. 74. num. 73.* Rot. *decis. 633. num. 4. par. 2. recent.* quia in præsenti Notarius dixit, iurauit in forma &c. Et propterea perinde est
15 ac si † dixisset, iurauit tactis scripturis, vt de his verbis, iurauit in forma &c. respondit *Rota in Catanien. illegitimitatis* 29. *Maij* 1598. *coram Orano.*

Alia vero nullitas deducebatur, quia in processu compulsoriali deficiebant citationes ad dicen.
16 contra † iura ad videndum extrahi, & collationari &c. quæ tamen erant necessariæ ex *trad. per Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 14. &* Rot. *coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 71. num. 4. & coram* R.P.D. *meo Buratto in* Anconitana *Florum* 15. *Decembris* 1617. *& in dec. 22. num. 1. par. 2. recent.*

Neque obstat, quod iura compulsata fuerint ex-
17 tracta † ab eodem Notario, qui de ijs iuribus fuit rogatus. Quoniam vltra quod id non percipitur nisi ex attestatione Centurionis litigantis cum Capitulo, & non constat illum Notarium scripturas, de quibus agitur vti Notarium conscripsisse, vel
18 potius tanquã calculatorem, semper obstant † defectus recognitionis, quæ necessaria est etiam in iuribus extractis ab eodem Notario rogato, vt per *Vestr. vbi supra, & Put. dec. 359. num. 3. lib. 2. & Rot. dec. 271. num. 7. par. 1. recent. & in d. Anconitana florum coram* R.P.D. *meo Buratto.*

Et ita vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. MANZANEDO
Patriarcha Hierosolymitano.

Narnien. Terrarum.

Lunæ 9. Februarij 1625.

ARGVMENTVM.

Dos, si alicui fuerit promissa in pecunia, & interim tot bona immobilia æquipollentia fuerunt consignata, & pactum expressum fuit adiectum, vt quando dator dotis haberet commoditatem pecuniarũ possit maritus cogere eum ad exigendum ea bona, & loco illorum exbursare pretium, quæritur modo quando sit locus tali coactioni, & quidnam probandum veniat.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, quando, importat conditionem.*
2 *Fundans se in actu conditionali debet probare purificationem conditionis.*
3 *Obligationi, nec eius executioni dicitur factus locus, quando aliquid fuit promissum conditionaliter, & non docetur de purificatione conditionis.*
4 *Hæreditas, quod sit opulenta ex quibus probetur.*
5 *Hæreditas non dicitur admodum opulenta ad fauorem hæredis, licet adsint multa bona, si omnia fideicommisso subiecta sint.*
6 *Redimere dum quis est obligatus aliquid, quando potuerit, vt possit astringi, non sufficit probare habere bona, cum ad id pecunia requiratur.*
7 *pro Bonorum redemptione facienda ad libitum, quis cogi non potest res suas proprias vendere, & distrahere, & num. 9.*
8 *Redimere aliquid, quis non videtur posse, si commodè id non potest facere.*
10 *Dotis fauore verba non sunt rigorosè sumenda, sed potius benignè interpretanda.*
11 *Dotis promissio licet sit facta in pecunia, tamen dum obligatio soluendi est facta in bonis, tunc d. obligatio attendi debet.*
12 *Dotis pacta, quando dicantur inita potius fauore eius, qui dotem promisit, quàm eius, qui vxorem duxit.*
13 *ex Instrumento optimè colligitur qualis fuerit mens contrahentium.*
14 *Mens & intentio contrahentium principaliter, & ante omnia debet attendi.*

DECISIO DCXXXIX.

CONTRACTO matrimonio de anno 1613. inter D. Ioannem Paganum de Ciuitate Ducali, & D. Elisabettham Arcam de Narnia cum dote scutorũ 3. mill. quæ D. Fabius Arca eius germanus frater soluere promiserat Constantino Pagano, & dicto Ioanni eius filio fuerunt primo loco per eumdem Fabium exbursata scuta mille in pecunia numerata, & reliqua scuta bis mille assignata in tot terris existentibus in territorio Narniæ, cũ hoc tamen expresso pacto videlicet, & quando idem D. Fabius reperiret commoditatem pecuniarum possint & valeant prædicti DD. Constantinus, & Ioannes cogere ad exigendum easdem Terras, vel eosdem census pro eodemmet pretio, & valore, quo eisdem fuerint appretiatæ, & consignatæ, & sic è contra idem D. Fabius posset cogere illos ad restituendum easdem Terras vt sunt verba formalia Instrumenti dotalis obligatione Camerali vallati summ. Ioannis num. 1.

Dissoluto matrimonio per mortem D. Elisabetthæ superstitibus filijs D. Ioannes de anno 1623. egit vigore dicti pacti in Instrumento dotali appositi coram R.P.D. Bolognetto Iudice ab A.C. deputato, & præuia oblatione dd. Terrarum vt supra sibi consignatarum obtinuit relaxari mandatum pro dd. scutis duobus millibus à quo decreto relaxationis mandati cum D. Fabius appellasset, & obtinuisset causam in Rota mihi committi cum clausula si quid exequendum dedi dubium, an dictum mandatum esset exequendum, quo semel proposito sub die 20. Iunij præteriti, & non resoluto illud hodie repropusui, & Domini dixerunt non esse exequendum, moti ex eo quod dictum pactum cuius vigore fuit actum nempè, quando Fabius reperiret commoditatem pecuniarum erat cõditionale
1 † propter dictionem illam, quando, vt notatur in *textu l. cum vir. ff. de condit. & demon. & per Dec. cons. 421. num. 5. Crauett. cons. 15. nu. 3. Surd. consil. 298. num. 35.* & ideò Ioannes qui se fundabat in
2 illo † tenebatur probare aduentum conditionis, & sic

sic quod Fabius haberet commoditatem pecuniarum, ita ut posset soluere dd. scuta 2. mill. alias
3 † nō dicebatur factus locus obligationi, & executioni illius, *iuxta tex. in l. bouem. §. si sub conditione. ff. de edit. l. cedere diem. ff. de verb. signif. Dec. conf. 107. propè fin. vers. & ideo ista conditio, & dicto cons. 421. num. 6. Caputaq. decis. 338. num. 2. & 3. part. 1.*

Neque visum fuit ad hoc probandum posse suffragari, quod deducebatur pro parte Ioannis videlicet, quod Fabius habuisset hæreditatem Ludoui-
4 ci Arcæ eius patrui opulenta † prout dicitur apparere ex inuentario, quod datur summ. num. 3. in quo reperiuntur descripta, & inuentariata inter alia bona loca montium, societates officiorum, & pecuniæ numeratæ, quia aduertebant Domini vltra fideicommissum strictissimum, quod est vinculata dicta hæreditas ad æs alienum, onera hæreditaria
5 † quotannis implenda ex præcepto eiusdem Ludouici testatoris, necnon etiam ad numerum filiarum Fabij in ætate nubili existentium, ex quibus non videbatur posse dici probatam prætensam commoditatem Fabij de soluendo dicta scut. 2 mill. maximè quia ad hunc effectum deberet etiam proba-
6 ri, quod illa † essent penes Fabium in pecunia numerata ad hoc, vt posset redimere dicta bona cum alias non teneatur pro dicta redemptione facienda
7 † res suas proprias vendere, & distrahere *per textum in l. si seruus 22. §. is qui pignori. ff. de noxal. actio. vbi glos. in verb. seruum. dicit*, quod non vi-
8 detur quis posse redimere † si non potest commodè redimere, & alia *glossa in l. nepos Proculo 125. verbo alieno potero. ff. de verb. signif.* dicit, quod esse potest quod etiam ære alieno soluto non possit quis commodè soluere habito respectu ad sustentationem suæ familiæ, & dignitatis, nec propterea proti-
9 nus cogendus † est ad distractionem rerum suarum, & hoc idem tradit ibidem *Alciat. sub num. 10. & num. seq.* & notat *Bald. cons. 301. num. 3. lib. 2*

Non obstat, quod verba dicti pacti non debeant
10 ita rigorosè † accipi, sed potius benignè intepretari fauore dictæ dotis, quæ fuit promissa in pecunia, licet Ioannes fuerit contextus eam recipere in bonis cum dicto tamen pacto quia fuit considera-
11 tum, quod licèt promissio dotis esset † facta in pecunia, tamen obligatio soluendi, quæ debet attendi legitur facta in bonis pro rata scutorum 2. mill. & quamuis pactum prædictum videatur respicere fa-
12 uorem Ioannis † tamen potius fuit appositum fauore Fabij, vt scilicet ipse quādo reperiret commoditatem pecuniarum posset cogi ad redimendum dicta bona intelligendo dictam commoditatem, vt supra fuit dictum quod clarius videtur apparere ex Instrumento assignationis dictorum bonorum in quo Ioannes se obligauit retinere dicta bona, eaq. custodire ad effectum restituendi Fabio iuxta for-
13 mam instrumenti dotalis, & † sic ex dicto instrumento colligitur qualis fuerit mens partium ab initio præseruandi, scilicet facultatem Fabio redimendi dicta bona, quæ mens, & intentio contra-
14 hentium † debet principaliter, & ante omnia attendi *l. in conuentionalibus 52. ff. de verb. oblig. l. in conuentionibus 219. ff. de verb. signif. Aymon. cons. 15. num. 7. & cons. 33. num. 21. Natt. cons. 176. n. 6.* Et ita decisum &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Treueren. Parochialis.

Luna 16. Februarij 1626.

ARGVMENTVM.

Beneficium parochiale dum est iurispatronatus personæ Ecclesiasticæ, tunc in eius prouisione seruanda est forma præscripta à Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. scilicet vt prouideatur per concursum, & quid sit faciendum quando institutio ad iuspatronatus spectet ad Episcopum, & quid si ad alium.

SVMMARIVM.

1 *Citatio si non præcedat, cum indicatione illius ad quod pulsatur citatus, nulliter agitur.*
2 *Citatio, vt arctet citandum, debet esse legitimè facta.*
3 *Beneficium parochiale, dum est iurispatronatus Ecclesiastici, in eius prouisione debet seruari Concil. Trident. sess. 24. cap. 18.*
4 *in Parochialibus iurispatronatus Ecclesiastici instituendus est concursus, si institutio spectet ad Episcopum, & num. 5. & quid si ea institutio spectet ad alium, num. 6.*
7 *in Collatione beneficij parochialis iurispatronatus Ecclesiastici, est seruanda Bulla Pij V. in Bullar. constitut. 32. sub pœnâ nullitatis actus aliter gesti.*
8 *Cōcursus ad beneficium parochiale dicitur factus dum proposita fuerunt edicta, licet vnus tantum comparuerit.*
9 *Ius instituendi ad iuspatronatus Ecclesiastici parochiale, quamuis non spectet ad Episcopum, nihilominus ipse debet proponere edicta concursus. Et si secus factum fuerit collatio subiacebit vitio nullitatis*
10 *Prouisio iurispatronatus Ecclesiastici parochialis, quando dicatur nulliter facta.*
11 *Concursus beneficij Ecclesiastici parochialis, cuius institutio non spectat ad Episcopum quando fit, Episcopus tunc debet eligere digniorem, & hunc patronus debet præsentare ei, ad quem spectat institutio.*

DECISIO DCXL.

RESPONSVM fuit sententias de partibus esse informandas, pluribus enim nullitatibus visæ sunt laborare quod suspenso petitorio ad illius tamen resolutionem fuerit deuentum, quod citatio
1 † non processerit cum indicatione illius, ad quod pulsabatur citatus iuxta *glos. in clem. sæpè in verbo*
2 *ad id de verb. signif.* & quod personaliter, † vel legitimè ad valuas non fuerit dicta citatio executioni demandata. Verumtamen Domini vim præcipuam faciebat in iustitia, quæ dd. sententijs objiciebatur agebatur, namque de parochiali, quæ est de iurepatronatus Ecclesiastico, idq. partes admittūt, & Theodorus exposuit in positionibus datis in eius summ. num. 7. dum alias sub die 7. Nouembris præ-
3 dicti hæc causa præponeretur, vnde † seruari debebat forma præscripta à Sacro Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 18. si vero iurispatronatus Ecclesiastici,*
4 vbi cautum est, vt in parochialibus † iurispatronatus Ecclesiastici instituatur concursus, si quæ institutio ad Episcopum spectat, & non ad alium patronatus.

5 tronatus quem digniorem inter † approbatos ab examinatoribus iudicabit Episcopo præsẽtet vt ab eo instituatur; si vero institutio ab alio quã ab Episcopo sit facienda, qui est casus noster, quia institutio in hac parochiali iurispatronatus spectat ad Archidiaconum tunc Episcopus solus ex dignis eligat
6 † digniorem, & hunc patronus præsentet ei, ad quem institutio pertinet; & sanct. mem. Pius V. in sua constitutione incipien. In conferendis benefi-
7 cijs, quæ est 33. in nou. Bullar. §. 3. irritat, † & annullat omnes prouisiones aliter factas non seruata dicta forma Sac. Concilij Tridentini.

8 Nec obstare visum fuit, quod Archidiaconus ad quem ius instituendi † spectat proposuerit edicta, & solum comparuerit Theodorus, & idoneus repertus fuerit. Quoniam quoties etiam ius instituendi
9 spectat ad inferiores nihilominus † Episcopus Ordinarius debet proponere edicta concursus, etsi secus actum fuerit collatio est nulla quemadmodũ responderunt Illustriss. Interpretes Sac. Concilij teste *Garz. de benefic. cap. 2. par. 9. num 262.* & sic non ab Archidiacono, sed ab Episcopo erat exponendum edictum, quod & eo minus potest suffra-
10 gari, quia prius fuit facta præsentatio quam † intimatus concursus, & expositum edictum vt deprehendi videtur ex verbis ipsius edicti; & tamen iuxta Sacrum Concilium debet fieri concursus, &
11 Episcopus eligere digniorem, † & hunc patronus præsentare ei, ad quem institutio spectabat.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana, seu Nepsina Census.

Veneris 6. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Distinguntur non nulli casus, in quibus discutitur, quando census impositio dicatur simulata & in fraudem vsurarum, & quando non. Census impositio valida est, si pecunia realiter fuit numerata imponenti, licet postea fuerit restituta emptori census. Si ex hoc aliquod commodum imponens senserit.

SVMMARIVM.

1 *in Census impositione si non interuenerit pecunia, tunc impositio præsumitur simulata.*
2 *in Census impositione si interuenerit pecunia, sed ea non fuit numerata, & venditori tradita, sed solum deseruiuit, vt dicitur, per la mostra, tunc in censu præsumitur simulatio.*
3 *Pecunia si fuerit numerata in impositione census, & realiter tradita, sed statim post contractum restituta sine causa, & titulo, tunc etiam d. impositio præsumitur simulata.*
4 *Sed quando fuit restituta cum causa, ita vt attulerit aliquam vtilitatem impositori tunc census substinetur. & nu. 6 & 7.*
5 *Dominium pecuniarum sufficit, quod vere, & realiter in impositione census fuit translatum in impositorem, & hoc potest fieri etiam per momentaneam solutionem.*
8 *Testis vnicus non probat.*
9 *Pecunia in impositione census ex quibus præsumatur tradita animo earum dominium transferẽdi.*
10 *in Census constitutione requiritur vera numeratio pecuniæ.*
11 *Fraudis simulatio in impositione census ex pactis præcedentibus, quando cesset.*
12 *Pactum licitum, vel illicitum, si potuerit procedere in aliquo contractu, ad effectum, vt ille substineatur, præsumendum est præcessisse pactum licitum.*
13 *Soluens, vt solutum recipiat, non videtur soluere.*
14 *Sed hoc intellige verum, quando solutio nullum commodum attulit recipienti, secus verò è contra.*

DECISIO DCXLI.

FVIT dictum sententiam Rotalem esse confirmañ. quia illa bene iustificatur ex decisionibus factis coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Hierosolymitano, in quibus firmatur constare de valida impositione census, & prætensæ simulationis exceptionem non esse probatam.

Nec rationibus in d. ctis decisionibus deductis obstãt denuò allegata pro Cerbonio, & litis consortibus, quia in hac materia Impositionis census vi-
1 dentur plures casus posse distingui, Aut † enim in impositione census non interuenit pecunia, & tunc impositio præsumitur simulata in fraudem vsurarum.

Aut interuenit pecunia, sed ea non fuit numerata
2 & venditori † tradita, atque ita solum deseruijt pro ostensione, seu vt dicunt *per far la mostra*, & tunc pariter præsumitur simulatio, *vt fuit dictum in Assisien. pecuniaria 7. Maij 1610. & 28. maij 1611. coram eodem Reuerendiss. D. meo Patriarcha, relata per Modern. de Censib. decis. 129. & 130.*

Aut pecunia fuit numerata, & realiter tradita impositori seu venditori Census, sed statim, & incontinenti post conclusum † contractum restituta eadem pecunia emptori, à quo fuit numerata sine causa, & titulo, itaut nullam penitus vtilitatem attulerit recipienti, & tunc etiam venditio seu impositio d. Census præsumitur simulata.

Aut dicta pecunia venditori in impositione Census effectu aliter, & liberè tradita mox ab illo fuit
4 restituta emptori cum causa, ita vt † aliquam vtilitatem attulerit venditori, & tunc census substinetur etiam si non steterint pecuniæ penes venditorem suf-
5 ficit enim quod dominium pecuniarum fuerit † verè & realiter translatum in vẽditorem, quod potuit fieri etiam per solutionem momentaneam, *vt in puncto fuit firmatum in Bononien. Census 28. Aprilis 1600. coram bo. me. Cardinale Pamphilio relat. per eund. Modern. de Censib. decis. 123. & coram S. me. Gregorio XV. decis. 195. sub num. 9. vers. non obstat, & seqq. coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est decis. 468. nu 5. par. 1. recent.*

Vnde cum in casu de quo agitur pecunia fuerit numerata effectu impositoribus census per Ioannem emptorem etiamsi postea eadem pecunia fuerit ab
6 eisdem impositoribus d. Ioanni restituta tamẽ † substinetur census, quia dicta restitutio non fuit facta sine causa, sed quia idem Ioannes consignauit dictis impositoribus loco dictarum pecuniarum.

Instrumentum, & apocas crediti, quod ipse Ioannes habebat cum Communitate, & hominibus particularibus Castri Nazzan. & sic dici non potest,
7 † quod impositores census nullam ex dictis pecunijs vtilitatem perceperint, & per cõsequens cessat præsumptio simulationis ex supra allegatis.

Nec

Nec obstat quod pecuniæ non fuerunt liberè traditæ impositoribus seu venditoribus d. Census, nec eo animo, vt transiret dominium pecuniarum in dictos venditores, quia hoc non probatur, & testis, qui
8 ad id probañ inducitur, vltra quod est vnicus, & † sic nō probat *cap. veniens, & cap. in omni negocio de test. l. vbi numerus ff. eod. Gabr. cons. 44. n. 3. & consil. 146. num. 12. lib. 2.* & patitur plures exceptiones de quibus in facto, potius probat contrariū, dicit enim quod dictis impositoribus Census fuit effectualiter numerata pecunia, & quod posteaquam recesserunt e loco contractus illam penes se liberè retinuerunt per duas horas, & amplius vagantes per oppidum S. Edisti, & si voluissent potuissent cum ea, quodque ipse testis illos non retinuisset si voluissent abire, & quod non habebat in mandatis, vt eos retineret,
9 atque ita † apparet pecunias fuisse liberè traditas, & animo trāsferendi dominium in dictos impositores.

Non obstant quæ dicuntur de pacto, seu tractatu præcedenti inter venditores, & emptores census, quod scilicet emptor illius effectiuè daret ad Censum scuta 250. quæ postea emptori restituerent, qui in actu restitutionis illis consignaret.

Instrumentum, & apocas crediti, quod emptor habebat cum Communitate, & hominibus Castri Nazzani, quia neque huiusmodi contractus, vel pactum probatur per vnicū testem habentem plures exceptiones, vt supra, & pro magis clara responsione ad omnia in contrarium deducta aduertendum videtur, quod si præcessit aliquod pactum inter dictos contrahentes, illud esse potuit duplicis speciei, vel primo emptor loco pretij consignare deberet dictas apocas, & hoc casu census non substineretur,
10 quia deficeret vera numeratio pretij, † quæ requiritur ex constitutione Pij V. & hoc casu procedunt omnia deducta in contrarium vel secūdo quod fieret vera, & realis constitutio census, & emptor teneretur cum effectu numerare precium, illudque ita tradere venditoribus, vt re uera illius dominium trāsiret in dictos venditores atque hoc facto ijdem venditores tenerentur cum eadem vel alia pecunia emere à Ioanne creditum quod ipse habebat cum dicta Communitate, & hominibus Castri Nazzani, & tale pactum fuisset licitum, quia esset pactum super duo-
11 bus diuersis & separatis † contractibus ineundis per se licitis, neque in hoc casu posset subesse suspicio fraudis, *vt dicitur in dicta decisione 195. nu. 10. coram S. mem. Greg. XV. & in Romana Census 17. Maij 1619. coram Illustriss. D. Cardinale Mellino.* Propterea cum tale fuerit pactum, siue tractatus quē refert dictus testis etiam si ei fides adhibenda esset, nihilominus census substinetur, quinimo cum po-
12 tuerit præcedere † pactum licitum, & etiam pactum illicitum in dubio potius præsumi debet fuisse initum pactum licitum *ad tradita per Bald. in l. rogasti § si tibi in fine ff. si cert. pet. & cons. 154. numer. 2. & seq. lib. 2. & fuit dictum in Mediolanen. pecuniaria, seu cambiorum coram bo. me. Card. Lancellotto.*

Nec obstat text. *l. qui sic ff. de solut. cum alijs per Rimin. sen. cons. 407. num. 7. lib. 3. Honded. consil. 35.*
13 *num. 14. lib. 2.* vbi quod † soluens, vt solutum recipiat non videtur soluere, quia hoc procedit quando solutio nullum commodum attulit recipienti, secus si attulit solutio aliquam vtilitatem recipienti, quia tunc licet solutum restituat, tamen solutio tenet ex supra allegatis.

REVERENDISS. PIROVANO.

Niceñ. Prioratus.

Veneris 6. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Gratia Papæ, si sit fundata super vnione, qui eam obtinuit, debet dictam vnionem concludenter probare. Vnio cōcludenter probatur vel per immemorabilē, vel per quadragenariam cum titulo, & tunc est probanda per immemorabilem, quando est tituli extinctiua, aliàs secus, quia tunc probatur lenioribus probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio omnis perficitur spatio quadraginta annorum.*
2 *Narratiua ea, est concludenter probanda, in qua Papa fundauit suam gratiam.*
3 *Rector plurium beneficiorum, quis esse potest.*
4 *Vnio est concludenter probanda, vel per quadragenariam cum titulo, vel per immemorabilem.*
5 *Vnio probari potest per quadragenariam vna cum fama, quæ loco tituli deseruit.*
6 *in Probanda vnione communis reputatio deseruit loco tituli, & sæpe id admisit Rota.*
7 *Vnio tunc est probanda per immemorabilem, quādo sumus in vnione tituli extinctiua.*
Ecclesia vnita efficitur prædium alterius cum qua fuit facta vnio.
8 *ad Vnionem probandam tunc non requiritur immemorabilis, quando vnio non est tituli extinctiua.*
9 *Vnio, quando non est tituli extinctiua, tunc ea probatur lenioribus probationibus, quia tunc ius non resistat.*
10 *in Præscriptione bona fides præsumitur, dum contrarium non probatur.*
11 *Vacatio non datur in beneficio vnito.*
12 *ad Gratiæ iustificationem sufficit probare ea, de quibus in literis habetur.*

DECISIO DCXLII.

DICTVM fuit sententiam Rotalem esse confirmandam, vt cum multa pro illius iustitia fuerunt per particulares decisiones iam firmata, & primo Prioratum esse regularem. Secundo non obstare Regulam, de triennali. Tertio Gratiam Ioannis Baptistæ esse iustificatam. Quarto causam esse expediendam non obstantibus deductis. Quinto Capitulum esse audiendum pro suo interesse, sed nō posse impedire expeditionem causæ quoad alios. Sexto & vltimo Carolo esse denegan. remissoriam. Fuit insuper oppositum Gratiam eiusdem Io. Baptistæ non esse iustificatam quoad annexionem in eius literis narratam de loco, & Canonicali portione, & super hac noua exceptione mandarunt Domini sub die 10. Decembris 1625. vt strictè informaretur. Causa autem iterum posita exceptione prædicta non obstante fuerunt pro confirmatione sententiæ Rotalis.

Nam verba narratiuæ literarum Ioannis Baptistæ non controuertuntur, videlicet Prioratum prædictū, qui inibi dignitas existit, ac cuius & loci, & Canonicalis portionis eiusdem Ecclesiæ, nec non Parrochialis

chialis Ecclesia S. Michaelis loci de Gurbia, ac forsan aliorum illi annexorum tibi conferimus, & huiusmodi annexio de loco, & Canonicali portione narrata visa fuit sufficienter probata ex statu quadragenariæ possessionis ab anno 1546. per narratiuã Apostolicæ prouisionis Francisci de Berra, ibi, Cum itaque postmodum locus, & Canonicalis nuncupatus Ecclesiæ Niciẽn. Ordinis S. Augustini inuicem perpetuo vniti, & ex alia prouisione Apostolica de anno 1580. ad fauorem Dominici Careræ de Sacristia eiusdem Ecclesiæ, vbi narratur quod d. Dominicus obtinebat Prioratum Claustralem dictæ Ecclesiæ perpetuo vniri existunt, cui, & tertia accedit per obitum d. Dominici Careræ ad fauorem Ludouici Balduini de anno 1589. cum narratiua annexionis, quæ prouisiones simul iunctæ nulli dubium quin capiant tempus 40. annorum ab anno scilicet 1546. vsque ad annum 1589. & sufficientes
1 sunt † ad probandum statum narratæ annexionis cum tanti temporis spatio impleatur præscriptio *Card. in Clem. 1. q. 20 de supplem neglig. prælat. Felin. in cap. ex parte num. 2. de test. Ias. in l. qui aliena num. 39. ff. de acquir. hæred. Cuman. cons. 10. num. 10.*

Neque prædictæ narratiuæ de annexo aduersantur prouisiones datæ per Carolum Sum. eius nu. 4 & 5. in personam Primo Claudij Badati de anno 1565. & secundo Dominici Careræ de anno 1571. in quibus narratur prouisio huius Prioratus vna cum illius Canonicatu, & Præbenda absque dispositione Apostolica obtineri consueta, quæ verba videntur interre statum æque principalem in vtroque beneficio nõ autem annexum, & vnicum, quo casu dicebatur interruptum esse cursum quadragenariæ, & requiri
2 concludenter probationem, † ex quo Papa fundauit suam gratiam in ista annexione æque principaliter narrata *Rota decis. 268. numer. 4. part. 1. diuers. & decis. 444. nu. 2. par. 4. rec.*

Quia narratiua de solito obtineri absq; dispẽsatione Apostolica non repugnat probationi de annexo, &
3 vnito, vnione tamen tituli non extinctiua † cum simul esse possit, quod vtriusque beneficij vnus sit Rector, *cap. & temporis 16. q. 1. Caccialup. de Vnione art. 2. num. 2. Petrus de Perus. de Vnion. Eccles. cap. 1. num. 6.* vt propterea sine dispensatione obtineri soleant, & si dicatur data cõpatibilitate defuisse, nihilominus concludentem probationem, quæ
4 † in iustificatione vnionis desideratur per immemorabilem vel per quadragenariam cum titulo *Felin. cons. 2. num. 2. Cas. de Graff. decis. 13. num. 12. de præben. Caputaq. decis. 334. & 347. par. 3. & decis. 196. num. 2 coram Papa Gregor. XV.* facile etiam
5 euitatur obiectum quia posset sustineri † in præsenti cum ipsa quadragenaria loco tituli putatiui concurrere famam annexionis, & vnionis ex testibus Sum.
6 Ioannis Baptistæ datis, † qui illam concludunt, & sufficere hanc communem reputationem loco tituli admisit *Rota decis. 71. num. 2. par. 2. rec. & prius in Alexandrina S. Stephani coram bo. mem. Litta relata per Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 146.* sed concludentius fuit responsum, quod hæc probatio tituli vel vere, vel exhibitionem illius, vel im-
7 plicitè per immemorabilem † esset facienda, quando essemus in vnione tituli extinctiua, nam per eam Ecclesia vnita efficitur prædium alterius cum qua fit vnio *Cald. cons. vltimo de reb. Eccles. non alien.* merito ratione tanti præiudicij desideratur plenior, & fortior probatio. Secus verò quando versamur
8 in vnione † tituli non extinctiua, quia per eam Status Ecclesiæ, & essentia beneficiorum non alteratur & in suo statu, & honore remanet, & tunc leuiores
9 † admittuntur probationes, quia ius commune non resistit, & sufficit possessio quadragenaria cum bona
10 fide † quæ semper præsumitur, nisi contrarium probetur, quã distinctionem Rota recepit in *Tirasonen. Iuris præsentandi 15. Martij, & 16. Octobr. 1592. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, et in eadem 2. Octobris 1594 coram bon. mem. Litta, quæ registrantur per Garz. de benef. par. 12. cap. 2 num. 239. cum seq.* In præsenti autem non versamur in secundo capite distinctionis, quia Ioannes Baptista non narrauit annexionem tituli extinctiuam, sed æque
11 principaliter, dum præsupponit Papæ † vtrumque beneficium vacare, quæ vacatio non datur in beneficio vnito *Gonzal. super reg. 8 gloss. 5. §. 7. nu. 2. et 7. cum alijs per Garz. d. cap. 2 numer. 12. et sequen.* Et quamuis fecerit etiam mentionem annexionis eorumdem de ea est intelligen. quæ conuenit vacationi per æqualem vnionem tituli non extinctiuam,
12 † quæ sufficit ad iustificationem gratiæ, non autem de altera tituli extinctiua, de qua literæ mentionem non faciunt.

Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISS. COCCINO.

Cremonen. Canonicatus.

Mercurij 11. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Absolutoria, quamuis verum sit, vt non detur nisi reo, & possessori, & reus dicatur, qui causam iactationũ committit, & conuentus sit actor, tamen si iste actor possideat, & reus nihil cõtra eum probauerit, potest tamquam possessor petere, & obtinere absolutoriam & maxime stante commissione effecta communi, in qua adsit clausula, quam, & quas.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, perinde ac si, operatur, quoad effectum Iuris.*
2 *Absolutio solum solet dari reo, et possessori. Actor non potest absolui.*
3 *Iactationis causam committens, postquam ostendit iactationes dicitur reus, et non actor.*
4 *Possidens, in terminis iudicij iactationis, potest absolui, si ille, qui commissam commisit, nihil contra eum probauerit.*
5 *Possidens si non sit talis, non potest obtinere absolutionem.*
6 *Clausulæ, quam, et quas, beneficio, quando quis vti non possit.*
7 *Commissio quando fuit effecta communis, tunc quilibet ex partibus potest frui beneficio clausularũ in ea positarum.*
8 *Adiudicatoriam, vigore clausulæ, quam, et quas, petendo ex reo efficitur actor.*
9 *Clausula, quam, et quas, non immutat naturam iudicij.*
10 *Causam iactationis committens simpliciter loquẽdo dicitur reus, et si vult vti, clausula quam, et quas, efficitur actor.*
11 *Iactationis causam committens contra Titiam,* cum

cum clausula quam, et quas, post quam commissio effecta est communis, si Titius reus velit uti clausula illa reconueniendo, vel aliquid petendo in illo iudicio, tunc efficeretur actor.

12 *Beneficium petens sibi adiudicari, etiam quod fuerit contra eum commissa causa iactationum, efficitur actor.*

DECISIO DCXLIII.

IOANNES Paulus obtinuit commissionem iactationis & iactationum, hoc est intentauit remedium, *l. diffamari C. de ingen. & manum.* contra Io: Baptistam obtinuit aliam commissionem mihi directam, in qua fuit rescriptum vt procederem, perinde ac si Ioannes Paulus dicta commissione fuisset vsus, illaque esset effecta communis. Quare cum
1 dictio, perinde ac si operetur † quoad effectum Iuris vt Ioannes sit vsus dicta commissione, & illa sit effecta communis *l. 1. C. de error. aduoc. Decian. cons. 116 num. 19. lib. 1.* Ideo potest Io: Baptista ea vti.

Stante hac facti serie Dubitaui An Io. Baptistæ possessori dari possit absolutoria, & prima facie vi-
2 debatur dicen. quod non, † quia illa solet tantummodo dari reo, & possessori *l. qui accusare C. de eden.* & Io. Baptista non est reus, sed actor, cum Ioannes
3 Paulus commiserit causam † iactationis postquam ostenderit molestationes, sit reus, non actor, *Couarr. var. lib. 1. cap. 18. n. 2. vers. illud satis & nu. 3. & seqq.* & molestationes satis ostendit, ex quo Io. Baptista comparuerit in iudicio *Couar. ibidem.*

His tamen non obstantibus fuit resolutum Io. Baptistæ absolutoriam posse dari, quia cum ipse possi-
4 deat, † & Ioannes Paulus nihil probauerit, potest tanquam possessor petere absolutoriam etiam quod agatur de materia beneficiali, & gratiam non iustificauerit *Rot. decis. 7. de except. in antiq. Bisign. decis. eodem tit Rota decis. 6. de re iud. in antiq. & decis. 1. & 2. in nou. Gemin. cons. 38. in princ. & cons. 91. & 92. in princ. vbi de communi Anchar. consil. 233. in princ.*

Non obstat motiuum in contrarium adductum,
5 quia prædicta regulariter sunt vera, sed non † officiunt in casu, de quo agitur, in quo ipse Ioannes Paulus non potest obtinere absolutionem tanquam possessor, cum non sit talis, neque adiudicatoriam vten-
6 do beneficio † clausulæ, quam, & quas, cum non constet de illius iure, imo constet de non iure illius ex decisionibus in hac causa factis, vt bene in puncto *Rot. decis. 801. par. 1.* & propterea, cum commissio sit effecta communis vigore prædictæ clausulæ sicuti Ioannes Paulus cum ista clausula posset agere contra Io. Baptistam possessorem Ita Io. Baptista eadē
7 † potest se iuuare, & tanquam possessor petere absolutoriam *Rota decis. 254. num. 1 par. 1.* Nam si Ioan-
8 nes Paulus vellet vti hac clausula petendo † adiudicatoriam, censeretur actor, *vt fuit in puncto resolutum in causa Siracusana quartæ 16. Nouemb. 1588. coram bo. mem. Episcopo Perusino.*
9 Neque obstat quod clausula quam, † & quas non immutet naturam iudicij *Rota decis. 34. vbi, adden. de rescr.* sed non applicatur ad rem prædictam. Si
10 enim Ioannes Paulus vellet stare in puris † terminis iactationis, est reus, si vellet vti clausula quam, & quas efficeretur actor, sicuti si quis commisisset causam contra Titium cum clausula quam, & quas post-
11 quam commissio esset effecta † communis, si Titius reus vellet vti clausula illa reconueniendo, vel aliquid petendo in illo iudicio tunc efficeretur actor, *vt optimè per Seraph decis. 1327. num. 2.* & propterea sicuti si Ioānes Paulus vellet agere ex illa clausula contra possessorem petendo sibi beneficium
12 † adiudicari etiam quod fuerit commissa causa iactationum efficeretur actor, & Io. Baptista, reus ex prædictis. Ita Io. Baptista vtendo dicta clausula quā, & quas, & docendo de sua possessione potest petere absolutoriam *Rota decis. 254. nu. 1. par. 1. diuers.* Et ita vna parte informante conclusum, &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Castren. Pecuniaria.

Mercurij 11. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Mandatum executiuum est nulliter relaxatum, dum ad illius relaxationem fuit deuentum nullo præcedente decreto, explosa opinione eorum, qui sentiūt hunc defectum sanari per subscriptionem Iudicis. Procurator contrahendo nomine principalis, ipse ad nihil conueniri potest, & numquam præsumitur nomine proprio voluisse se obligare, & ad hoc verba etiam violenter sunt torquenda.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum executiuum est nulliter relaxatum si nullo præcedente decreto, fuerit expeditum.*
2 *Mandatum, dum Iudex subscribit, facit actum extraiudicialem, & sic non æquipollet decreto necessario ante mandati relaxationem.*
3 *Sententiæ, & mandata si ex actis non iustificentur, nulla sunt.*
4 *Mandatum relaxatum nulla præcedente certi debiti liquidatione, est nullum.*
5 *Procurator contrahendo nomine principalis ad nihil de proprio tenetur.*
6 *Procurator nomine principalis contrahendo solum obligatur, vel ad ostendendum mandatum, vel ad obtinendam ratificationem illius cuius nomine promisit.*
7 *Vnde ostenso mandato, vel obtenta ratificatione est conueniendus principalis & procurator liberatus euadit.*
8 *Procuratoris nomen, si fuerit appositum obligationi per eum initæ pro principali, an ipse pro eo teneatur.*
9 *ad Obligandum se, quis inuitus cogi non debet.*
10 *Procuratori non debet esse damnosum eius officium.*
11 *Procurator contrahendo nomine Domini, ex quibus ipse quoque remaneat obligatus de proprio.*
12 *Obligationis vinculum, qui suscepit frustra recusat eius onus.*
13 *Procurator dū se obligat nomine proprio pro principali, quando ille nollet ratificare gesta pro eo tunc si obtineatur ratificatio, procurator immunis euadit.*
14 *Singula singulis congruè referenda sunt.*
15 *in Obligationibus non admittitur extensio de casu ad casum, cum sint stricti iuris.*
16 *Procurator contrahendo nomine Domini, quando verba sunt dubia, an ipse voluerit quoque se obligare,*

ligare, qualiter verba sint interpretanda.
17 *Procurator, ne voluerit se obligare pro eius Domino, facienda est omnis interpretatio, quamuis verba violenter torquerentur.*
18 *Obligatio facta à procuratore intelligitur semper facta vigore antecedentis mandati.*
19 *Actus subsequens debet referri ad præambulum titulum, & obligationem.*

DECISIO DCXLIV.

DOMINI responderunt mãdatum relaxatum contra Felicianum pro scutis 2400. esse infirmandum tam ex capite nullitatis, quam iniustitiæ.

Nullitas autem deducebatur, quia d. mandatum fuit relaxatum nullo præcedente condemnationis
1 decreto, quod in processu non reperiatur, & tamen decretum huiusmodi erat necessarium *l. . Cod. de execut. rei iud. Alex. cons. 163. num. 3. lib. 6. Crescent. dec. 2. num. 3. tit. de arbitr. & Rot. in Romana de Pinellis 20. Februarij 1598. coram Orano quæ est decisio 2. post modern. de oblig. Camer.*

Nec visum fuit euitari posse hanc nullitatem ex eo quod Iudex se subscripserit mandato relaxato;
2 quia illa subscriptio, tanquam actus † extraiudicialis, qui & nulla præcedente causæ cognitione ad libitum fieri poterat, non æquipollet decreto, *vt in his terminis considerauit Rota in Albanen. spolij 8. Februarij 1610. coram bo. me. Penia.*

Iniustitia vero mãdati desumebatur, quia ex actis
3 dictum † mandatum non iustificatur nedum quoad quantitatem crediti, scilicet pro dictis scutis 2400. sed nec etiam quoad ipsam substantiam, & veritatẽ crediti.

Non iustificabatur quantitas, quia laudum in cuius executionem prætenditur relaxatum mandatũ, nullam Feliciano præfigit certam quantitatem de-
4 biti, & consequenter mandatum nulla † præcedente certi debiti liquidatione relaxatum non sustinetur, *l. hac autem §. 1. ff. ex quibus caus. in poss. eat. Bald. cons. 165. num. 1. lib. 4. Surd. cons. 186. num. 24. Rot. decis. 409. num. 6. par. 1. & decis. 365. num. 7. part. 2. recent.*

Substantia autem totius debiti, & veritas impugnabatur, quia Marcuccius pulsabat Felicianum vigore supradicti laudi, & compromissi, in quo tamen compromisso Felicianus egit non proprio nomine, sed procuratorio nempè pro Ranuccio Patre, pro quo etiam promisit de rato alias de proprio teneri voluit, vnde tota obligatio soluendi, quod per arbitros fuisset laudatum spectabat, & hærebat Ranuc-
5 cio, cuius nomine Felicianus compromisit, † non autem penes ipsum Felicianum Procuratorem, qui propterea ad nihilum de proprio tenetur *l. procurator, qui pro euictione ff. de procur. l. si pupilli §. item si procuratori ff. de negot. gest. & vtrobique Bart. Bald. Castren. Angel. & alij Interpretes Iacobin. de S. Gregorio in l. fin. num. 14. C. de furt. Ias. in l. ciuitas numer. 16. vers. item aduerte ff. si cert. pet. Paris. cons. 78. num. 37. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 641. nu. 12. Surd. cons. 19. num. 11. Card. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 11. numer. 1.* Et Felicianus tanquam procurator
6 contrahens solum † obligabatur, vel ad ostendendũ mandatum, vel ad obtinendam ratificationem illius cuius nomine compromisit vt notat *Bart. in d. l. procurator qui pro euictione num. 4.* Quo ostenso mandato vel sequuta ratificatione vt in præsenti sequuta fuit, & datur in Summario Feliciani num. 2. ipse
7 Ranuccius † est conueniendus, & procurator liberatus euasit *l. fin. ff. de Instit. act. Bart. in dicta l. procurator qui pro euictione num. 2. vers. 1. casu Castren. cons. 95. in princ. lib. 1. & cons. 248. in fin. lib. 5. Paris. cons. 78. num. 38. ad fin. vers. Et finitum fuit, & num. 41. lib. 1. Siluan. cons. 8. num. 1. & seqq.*

Neque hic ambigi posse videtur, quin Felicianus tanquam procurator patris se obligauerit, dum in verbis dispositiuis Instrumenti hoc ipse profitetur ibi, *Il Capitano Feliciano figliuolo agente, & procuratore come asserì di M. Ranuccio per il quale anco con giuramento promise de rato in forma &c. altrimente di suo proprio.* Et sic cum procuratoris
8 † nomen obligationi fuerit appositum procuratorio nomine obligationem susceptam fuisse dicendum est *Ias. & aly in l. 1. §. nunciatio ff. de nou. oper. nunc. Angel in l. si pupilli §. 1. num. 4. ff. de negot. gest. Mantic. de tacit. d. lib. 8. tit. 11. numer. 1. & seqq. egregiè Laderch. cons. 36. num. 8. & seqq.* Aliàs esset cogere
9 inuitum † in obligationem *contra l. 1. §. si conueniat ff. Deposit. l. contractus ff. de reg. iur.* Et procuratori
10 efficeretur officium damnosum † contra æquitatem Iuris de qua *in l. sed si quis ex signatoribus ff. Quemadmod. testam. aper.*

Nec visa sunt obstare verba illa in calce compromissi ibi, *E per osseruanza delle cose sudette detto Gio: Battista obligò se stesso, heredi, e successori, e detto Capitano Feliciano all'incontro M. Ranuccio suo padre principale, e se stesso, e loro hæredi, e successori, e beni*; Ex quibus videtur deprehendi Felicianum nedum excessisse terminos procuratoriæ
11 obligationis, quæ non † egreditur personam principalis, sed fidem suam astrinxisse, & consequenter etiam ipsum Felicianum, licet procuratorem, remansisse obligatum de proprio *ad d. l. procurator qui*
12 *pro euictione ibi,* Qui pro dominio vinculum † obligationis suscepit onus eius frustra recusat *ff. de procur. & tradunt Bart. & alibi ibidem Socin. sen. cons. 154. num. 7. lib. 2. & cons. 100. num. 2. vers. 2. astrinxit lib. 3. & post alios Menoch. cons. 58. nu. 56. & seqq. Card. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 10. num. 33. in fin. & lib. 8. tit. 11. num. 5.* Quoniam à principio, & verbis dispositiuis duæ inductæ sunt obligationes, prima est principalis, & hoc respectu Ranuccij, cuius nomine Felicianus filius compromisit; Altera accessoria, & quoadmodo subsidiaria, & hoc erat ip-
13 sius Feliciani, quatenus Ranuccius pater nollet † ratum habere, quia hoc casu Felicianus filius, & procurator voluit de proprio teneri; Vnde retento hoc
14 themate, & singula † singulis congruè referendo dicendum videtur, quod Felicianus in supra relatis verbis Instrumenti obligauerit patrem ad soluendũ quod per arbitros fuisset laudatum, & obligauerit se ipsum, bona, & hæredes, quatenus pater nollet ratificare, non autem se obligare etiam post sequutam ratificationem; Et huic interpretationi fauet, quod ea retenta non datur contrarietas in eodem instrumento sed postrema, & executiua verba congruè respondent primis dispositiuis nec inducitur exten-
15 sio de casu ad casum in † obligatione, quæ stricti est iuris; Et in hac materia vbi verba possunt trahi ad præambulam obligationem procuratoriam ad il-
16 lam † trahendam esse monent *Doct. vt per Bart. Alex. & alios in l. 1. §. Chrysogonus ff. de verb. oblig.*

eligan-

eleganter tradit Laderch. d. conf. 36. num 12. verf. At vero,& num.14. vbi in fin. idem repetit etiamsi
17 verba violenter † torquerentur ; Et conferunt tradita per *Parif.conf.110.num.54.& 61. lib.1.Gab. conf.131.nu.5.lib.2.* quos fequitur *Honded. conf 89.*
18 *num.30.lib.2.* Et obligationem † factam à Procuratore intelligi femper factam vigore antecedentis
19 mandati, & fubfequentem actum, vel † promiffionem referri ad præambulum titulum, & obligationem pluribus firmat *Surd. conf. 19. num. 18.19.& feqq. & Laderch. præallegato conf.36.numer. 11.& feqq. & num.14.& 18.*

Et ita, &c.

Infra in eadem caufa habetur altera decifio corā eodem bon.me. Merlino fub die 21. Aprilis 1627. in Appendice.

REVERENDISS. MERLINO.

Foroliuieñ Societatis Officij.
Lunæ 16. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Societas Officij, vt validè dicatur inita, inter alia principaliora requifita, illud non parum eft neceffarium, vt illa fiat fuper Officijs vacabilibus, alias fi reperiatur inita fuper officio non vacabili ex defectu fubiecti nullam habet fubfiftentiam, ita vt fructus inde percepti computandi veniunt in fortem, vel reftitēdi & quando dictus contractus non poffit tranfire in diuerfum contractum, vt fubftineatur.

SVMMARIVM.

1 *Societas officij, vt validè dicatur contracta, inter alia eft neceffarium, vt fiat fuper officio vacabili.*
2 *Societas officij initæ fuper officijs non vacabilibus inualidæ funt.*
3 *Societatis Officij factæ fuper officijs non vacabilibus ex defectu fubiecti nullam habent fubfiftentiam.*
4 *Societas Offioij initæ fuper officijs non vacabilibus quibus concurrentibus fubftineantur. & nu.4.*
Decif. 763. part.1. diuerf. in quibus terminis loquatur.
6 *Societas officij contracta fuper officio non vacabili, nulla eft, fi fuerit inita pro vt aliæ focietates officij contrahuntur.*
7 *Pactum illud appofitum in focietate offficij non vacabis, de lucrando pecuniam in cafu mortis, eft alienum à natura ipfius contractus.*
8 *Cum illud tantum conueniat, quando fumus in officijs vacabilibus, cum tunc compenfetur periculum cum periculo.*
9 *Conftitutiones Pontificiæ loquentis fuper modo cōtrahendi fociatates officiorum habent decretum irritans.*
10 *Officia non vacabilia non reddunt ad rationem duodecim pro centenario.*
11 *in Societate officij requiritur vt fructus fint vniformes officiali, & focio.*
12 *Societatis officij contractus quando non fubfiftit, tunc fructus exacti computantur in fortem, vel reftituendi.*
13 *Cenfus vitalitij natura eft, vt numquam poffit fors principalis repeti.*
14 *Societas officij, fi non fubfiftit, quando non poffit tranfire in contractum fponfionis.*
15 *Contrahens, quando apparet, voluiffe inire certam fpeciem contractus in vanum quæritur, vt fiat tranfufio in diuerfum contractum.*
16 *Contractus aliquis vt dicatur initus, neceffe effe, vt interueniant ea, quæ ad eiufdem validitatem requiruntur.*

DECISIO DCXLV.

PROPOSVI dubium referuatum An focietas effent nullæ, vel potius iniuftæ, & ad iuftitiam redueibiles. Et Domini cenfuerunt effe nullas, nā Conftitutiones Pontificiæ Leonis X.& Pij IV. fuper forma contragendi focietates officij loquuntur de
1 officijs vacabilibus Romanæ Curiæ, † & inter alias conditiones neceffarias ad intrinfecam rationem contractus, & ilius validitatem fupponere, ac requirere videntur, quod officium fuper quo focietas
2 contrahiter fit vacabile adeo vt † fuper officijs non vacabilibus pront eft officium Cancellariæ Ciuitatis Foroliuij focietates huiufmodi valide contrahi non poffint fed fuper illis initæ ex defectu fubiecti
3 † idonei, & tanquam habentes, & formam inducētes fint omnino nullæ, & inualidæ, *vt fuit refolutum in Romana focietatis 1. Iulij 1596. coram Corba, & in alia Foroliuieñ. focietatis 23. Februarij 1611. coram Cardinali Lancellotto, & in Romana Societatis officij 14. Ianuarij 1615. coram Reuerendiff. D.meo Pamphilio, & in hac caufa 13. Ianuarij, & 20.Februarij 1714.coram bo.mem.Sacrato.*

Deque obftat, quod alias Rota firmauerit focie-
4 tatem † initam fuper hoc eodem Cancellariæ officio fuiffe validam, *vt in decif. 763. part. 1. diuerf.* quia id fuerat communicatum dominium pro tertia parte, & expreffe conuentum, quod damnum & lucrum deberet effe commune, & contractus
6 ille implicitè continebat contractum † venditionis ipfius tertiæ partis officij, explicite vero contractū focietatis fuper eadem tertia parte, quod non negatur licitè ac valide fieri poffe *iuxta tradita per Corrad.de contract.tract.9. q. 97. in prima conclus. fumm.Siluestr. in Voto focietas il primo numer. 18. Summ.Armil.in eodem Voto nu.17.Corn.conf. 122. num.2.in fin.lib.1. & bene firmatur in d. dec. 763.* In propofito vero non fuit implicitè facta venditio nec tranflatum dominium officij pro aliqua certa quota cum participatione damni, & lucri, fed fuper
6 officio prædicto fimpliciter contracta † focietas; & conuentum, quod ea durante deberent folui fructus ad rationem duodecim pro centenario, diffoluta vero reftitui integra fors principalis cum pacto de lucrando in cafu moris; qui modus, & forma contractus non bene adaptatur officijs non vacabilibus, cū
7 illa nnn reddant duodecim pro centenario, † & propter defectum vacabilitatis pactum illud de lucrando in cafu mortis fit alienum à propria ipfius contractus natura, & cefſet compenfatio periculi cum
8 periculo fed † tantum conuenit focietatibus, quæ contrahuntur fuper officijs vacabilibus de quibus
9 loquuntur dd. Pontificiæ † Conftitutiones decretū irritans habentes, *vt refpondit Rota in d. Romana Societatis coram Reuerendiff. D.meo Pamphilio.*

Stante autem huiufmodi contractuum inualiditate licet Domini non dubitarent iniuftitiam effe
10 fatis † patentem, quia officia non vacabilia non reddunt

dunt ad rationem duodecim pro centenario, ad quã
fuit facta taxatio, & consequenter fructus non sunt
11 vniformes officiali, & socio, prout requiritur in so-
cietate *Tolet.in Sum.lib.5.cap. 40. num. 40. in fin.*
Castracan.de societ. offic.cap.10.num. 1. 18. *&* 19.
Ludouic.Carb.in tract.de restit.q.54.col.fin. vers.2.
vt non exigatur Visum tamen fuit de ea non esse
12 agendum, sed omnes fructus esse in sortem † com-
putandos, vel restituendos tanquam perceptos ex
contractu societatis inualidæ, ac minimè subsisten-
tis, qui in aliam speciem contractus, ex quo fructus
legitimè percipi possint resolui ac transire nequit.

Siquidem resolui non potest in contractum census
13 vitalitij, quia de illius natura † est, vt pecunia nun-
quam repeti valeat, vt fuit firmatum *in Romana*
societatum 29. *Ianuarij* 1601. *coram Illustrissimo*
Domino Cardinali Millino, & in dicta Romana *so-*
cietatis officij coram Reuerendissimo D. *meo Pam-*
philio, & in hac causa 13. *Ianuarij* 1614. *coram*
Cardinali Sacrato; Neque etiam in contractum
14 † sponsionis ex rationibus adductis *per Modern. de*
Commerc.§.1.q. prima num. 283. *& seq. &* Rota *in*
præallegatis decisionibus cum quibus Domini tran-
sierunt.

Vltra quod ex lectura instrumenti apparet con-
trahentes facere voluisse contractum societatis eo
15 † modo, & forma, quo hic in Vrbe super officijs va-
cabilibus Romanæ Curiæ iuxta Constitutiones prę-
dictas fieri consueuerunt non autem contractum
sponsionis, vel alium vnde cum tanquam contractus
16 ex † defectu subiecti idonei à dd. constitutionibus
exigito sustineri non possit, intrat regula. Quod po-
tui, nolui &c. *vt fuit dictum in supra allegata Ro-*
mana societatis officij coram Reuerẽdiss. Pamphilio,
& in d.Romana societatis coram Illustriss. Millino,
& in hac causa 20. *Iunij* 1614. *corã Card. Sacrato.*
Et ita decisum vtraque parte informante &c.

☞ *Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 26. Februarij 1627. coram eodem bon.mem. Merlino in Appendice.*

REVERENDISS. MERLINO.

Perusina Laudi.

Lunæ 16. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Alienare qui non potest, consequenter cum neque compromittere valeat, ideo minor qui sine debitis solemnitatibus perperam alienat, ita, & sine eisdem inuanum compromittit, vnde minor, quando compromittit, debet seruari Constitutio Aegidiana lib.5. cap.12. de solemnitatibus adhibendis in contractibus minorum, quæ ad totum Statum Ecclesiasticum fuit extensa.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum quando est nullum, eodem etiam nullitatis vitio laudum ipsum laborare censetur.*
2 *Minor compromittendo debet seruare solemnitates in eorum contractibus requisitas.*
3 *Constitutio Marchiæ Cardinalis Aegidij circa solemnitates contractuum minorum extensa fuit per totum Statum Ecclesiasticum per Paulum Tertium.*
4 *Compromissum est species alienationis, cum quod Arbitri dari iubent, alienari dicatur.*
5 *Alienare, qui non potest, consequenter nec compromittere potest.*
6 *Constitutio Aegidiana in contractibus minorum, requirit Iudicis decretum, interuentum consanguineorum, & insinuationem.*
7 *Solemnitates requisitæ in contractibus minorum, sunt quoq; necessariæ, quando ipsi compromittũt.*
8 *Decretum Iudicis præsertim requiritur quando minores compromittunt.*
9 *Statutum Perusinum mandat fieri compromissum inter coniunctos.*
10 *Minor quando necessario contrahit, non sunt necessariæ solemnitates requisitæ in eorum contractibus.*
11 *Compromissa inter consanguineos possunt esse etiã voluntaria, quamuis Statutum loci id iubeat.*
12 *Et quando dicta compromissa præsumantur voluntariè facta.*
13 *Statuta vt releuent, debet seruari eorum forma.*

DECISIO DCXLVI.

VISVM est Dominis, laudum inter Hierony-
mum, & Vincentiam filios q.Bernardini latum
vigore compromissi per eosdem facti sub die 23.
Augusti 1623. non esse exequendum ex capite nullita-
tis pro Hieronymo deductæ ob inualiditatem com-
1 promissi, à quo regulatur laudum. Et ideo si † com-
promissum fuit nullum, eodem etiam nullitatis vi-
tio laudum ipsum censetur laborare ex traditis per
Bald cons.309.num.3. lib.1. Alex. cons.84. num.3.
lib.5. Castren. cons 422. num.3. lib 1. Dec. cons.10.
num.2. vers. tertio principaliter Io. Bapt. Perus de
arbitr. lib.2. cap.4. nu.25. Nec inde executioni po-
test demandari *lib.4. §. condemnatum. ff. de re iud.*
l. si cum nulla. ff eodem tit. Rom.*cons.*141. *in princ.*

Inualiditas autem compromissi deducitur quia
Hieronymus alter ex compromittentibus tempore
compromissi erat minor 25. annis, nec in eo seruatæ
2 fuerunt solemnitates requisitæ † in alienationibus
faciendis per minores, vt cautum est in Constitutio-
ne Marchiæ Cardinalis Aegidij, quæ Constitutio ex-
3 tẽsa fuit ad totum Statum Ecclesiasticum † per Bul-
lam Pauli III. & aliorum, compromissum autem
4 est species alienationis, cum quod Arbitri dari † iu-
bent alienari dicatur *Paris.cons.*134. *num.*15. *lib.*4.
*Lap.allegat.*102.*num.*3.*vers.hinc est vbi etiam Man-*
dos. in verbo compromittere in fin. Ac inde, qui
5 non possunt alienare, † nec possunt consequenter
compromittere, *Abb.in cap.cum tempore num.3. de*
arbitr. Dec.cons.44. num.25. & seq. & per tot. Fer-
rett.cons.102. num.15. Caputaq. decis.165. per tot.
part.1. Eędemq. solemnitates, nempè Iudicis de-
6 cretum, interuentus † consanguineorum & insinua-
tio, quæ in dicta *Constitutione Aegidiana lib.5.c.12.*
7 requiruntur † adhibendæ erant in hoc compromisso,
Rom. cons.173.sub num.1. & cons.175.num 3. &
cons.369.sub num.18. & ibi Mandos. verbo com-
promittere. vers. quo fit Socin.sen. cons.18. nu.33.
& seqq. lib.1. cum alys per Io.*Bapt.Perus.de arbitr.*
lib.2. cap.4. n.3.4.5.& 7. Quæ solemnitates præter
8 decretum † Iudicis desiderantur in præsenti com-
promisso.

Non obstat, quod dicitur compromissum huius-
modi censeri factum ex causa necessaria, cum Sta-
tutum

9 tutum Perusin. † mandet fieri compromissa inter cō-
10 iunctos; qua cogente necessitate non est † opus so-
lemnitatibus iuris, *Lamberteng. de contract. sin. cert solemnit. glos. 1. num. 361. & 362. cum alleg.*
11 cessat enim obiectum, ex quo † huiusmodi compro-
missa possint etiam esse voluntaria; ac tale præsu-
mendum est compromissum, de quo agitur, quia in
12 eo nullum factum fuit verbum, † quod partes cō-
promiserint vigore Statuti Perusin. *iuxta doctr. Alciat in l. si quis maior. num. 26. & seqq. C. de transact. & Cæs. de Graff. decis. 11. num. 12. & 13. de*
13 *probat.* Nec dicti † statuti forma seruata fuit.
Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Brixień Thurificationis.

Lunæ 16. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Ceremoniale Romanum reformatum à san. mem. Clement. VIII. tanquam lex scripta, & ius commune inuiolabiliter seruari debet. Thurificatio cum sit honor, & obsequiū, quod præstatur thurificato, ideo absurdum esset vt superior thurificaret inferiorem, cum in Ecclesia DEI gradatim exhibeantur reuerentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Ceremoniale Romanum, quod san. mem. Clement. VIII. reformauit, sic reformatum mandauit perpetuò obseruari.*
2 *Ceremoniale Romanum circa thurificationem disponit, quod Episcopus solemniter celebrans Vesperas thurificari debeat ab Archipresbytero, qui postmodum det Thuribulum, in manibus Subdiaconi, vel alicuius Acolyti, quo thurificet reliquos de Choro.*
3 *Ceremoniale Romanum tanquam lex scripta, & ius commune inuiolabiliter seruari debet.*
4 *Inferior thurificari non debet à superiori.*
5 *Thurificatio est honor, & obsequium, quod præstatur thurificato.*
6 *Inferior, cum teneatur præstare obsequium superiori, ideo magnum absurdum esset, vt illud palam præstaretur à superiore inferiori.*
7 *Archipresbyter si thurificaretur ab Episcopo, hoc magnum esset inconueniens.*
8 *in Ecclesia Dei gradatim reuerentiæ sunt exhibendæ.*
9 *Consuetudo si sit abusus, & corruptela non est ferenda.*
10 *Dignus non debet præferri digniori.*
11 *Ceremoniale Romanū reformatum à Clem. VIII. derogauit quibuscumq; consuetudinibus contrarijs in d. Ceremoniale ordinatis.*
12 *Et solum fuit præseruata immemorabilis.*
13 *Consuetudo immemorabilis, quando in aliquo casu solum fuit præseruata tunc nulla alia consuetudo quantumuis longissima allegari non potest.*

DECISIO DCXLVII.

FVIT dubitatum An Archipresbyter teneatur per se ipsum thurificare Mansionarios, & Cappellanos in Vesperis cantatis per D. Episcopum, & Domini sæpius monitis dictis Mansionarijs, & Cappellanis diuq. expectatis, & recusantibus informare Archipresbytero tantum informante negatiuè
1 responderunt, quia † Ceremoniale Romanum quod san. mem. Clemens VIII. reformauit, illudq. sic reformatum perpetuo obseruari mandauit, expressè
2 disponit quod † Episcopus solemniter celebrās Vesperas thurificari debet à primo Presbytero assistente parato, qui postmodum det Thuribulum in manibus Subdiaconi, vel alicuius Acholyti, quo thuri-
3 ficet reliquos de Choro, vnde dicta dispositio † tanquam lex scripta, & ius commune inuiolabiliter seruari debet *Mohed. decis. 5. de fid. instrum.* & in puncto fuit firmatum in *Calaguritana iuris pulsandi Campanas 11. Martij 1619. coram Reuerendiss. Seleucien.*, quæ fuit confirmata *29. Aprilis 1624.* coram R.P.D. Merlino.
Nec propterea prætendere possunt dicti Mansionarij, & Cappellani ipsos thurificari debere ab Archipresbytero.
Et tanto minus quod cū esset inconueniens quod Mansionarij, & Cappellani thurificarentur ab eo-
4 dem à quo thurificatur Episcopus, † quodq. inferior
5 thurificatur à superiore, thurificatio enim est † honor, & obsequiū, quod præstatur thurificato, & valde
6 inconueniens esset, quod obsequium † quod inferior præstare tenetur superiori, palàm illud præstaretur à superiore inferiori, ita quod sicuti absurdum omni-
7 no esset quod † Archipresbyter thurificaretur ab Episcopo, ita nec conuenit quod Mansionarij aliique inferioris Classis thurificentur ab Archipresbytero, sed sicuti Episcopus thurificari debet ab Archipres-
8 bytero, ita Mansionarij ab æquali, † vel inferiore, vt in Ecclesia Dei gradatim reuerentiæ exhibeatur.
Nec obstat asserta consuetudo contraria in Ecclesia Brixien. quia quatenus illa probaretur potius
9 censeri † deberet abusus, & corruptela, neque illa esset ferenda, vt in simili de consuetudine, quæ minus dignum præfert digniori firmauit *Rot. coram*
10 *san. mem. Greg. XV.* † *decis. 310. num. 5.*
Et in casu isto cessat difficultas, quia Clemens O-
11 ctauus expressè derogauit quibuscumque † consuetudinibus contrarijs Ceremonijs in dicto Ceremoniali ordinatis, decernendo neminem aliter posse
12 debitis ceremonijs satisfacere, † nisi dicta forma seruata, & solum in dictis litteris Clementis VIII. immemorabilis præseruata, vt sensit *Rota in d. Calaguritana Iuris pulsandi coram Reuerendiss. Seleu-*
13 *cien.* & R.P.D. meo *Merlino.* Vnde nisi talis † immemorabilis probetur etiam vix videtur posse in casu isto allegari, ex latè traditis per *Ruin. cons. 154. num. 11. & 155. num. 11. & seqq. lib. 4.* nulla alia consuetudo quantumuis longissima poterit dictis Mansionarijs suffragari.

REVERENDISS. COCCINO.

Alerień Pensionis.

Veneris 20. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Pensionarius releuatur ab onere iustificationis reseruationis pensionis, quando illa ei fuit reseruata à Papa Motu proprio, vel exegit eam spatio 30. annorum. Pensio si fuerit translata in aliquem tanquam clericum coniugatum, si reperiatur illum esse bigamum cum sit denudatus omni priuilegio clericali, quid iuris,

iuris, & aliqua etiam habes super dispensatione in his terminis, quoad bigamiam.

S V M M A R I V M.

1 *Pensionis reseruatio, quando fuit facta à Papa Motu proprio, non eget alia iustificatione.*
2 *Pensionem exigens spatio 30. annorum liberatur ab onere iustificationis.*
3 *Bigamus exutus est omni priuilegio clericali.*
4 *Clericatus character non deletur per bigamiam.*
5 *Bigamia denudat quem omni priuilegio clericali, non autem delet characterem.*
6 *contra Concilia generalia quando disponitur, opus est vt eis derogetur.*
7 *Cap. 1. de bigam. in 6. continet Constitutionem conciliarem.*
8 *Abbatis distinctio de qua in cap. 1. num. 5. de sponsal. circa Constitutionem conciliarem, & Constitutionem Papæ, non admittitur per Rotam.*
9 *Gratia, quando dicatur continere derogationem ad Concilia generalia.*
10 *Papæ dispensatio ad effectum, vt quis possit obtinere pensiones tollit omne impedimentum ad effectum capacitatis pensionis.*
11 *Verbum, disponere, passim apud DD. pro, soluere, vsurpatur.*
12 *in Pensionis translatione non est facienda mentio de aliquo impedimento stante iam habilitate, & dispensatione.*
13 *Gratia secunda si nihil plus contineat quam prima, & sufficienter in illa fuit derogatum contrarijs, non vitiatur ex taciturnitate primæ.*
14 *Quod tamen secus esset, si plus contineret secunda, quam prima, & num. 16.*
15 *Gratia secunda si non valeat, non propterea tollitur prima, sed remanet in suo robore.*
17 *Pensionis translatio si fiat per viã extinctionis primæ, & creationis, seu renouationis secundæ nouæ pensionis, an sustineatur si non fuerit facta mentio primæ.*
18 *Pensionis translatio quidquid sit respectu titularis, tamen respectu translatarij dicitur noua pensio, & ideo comprehenditur sub dispensatione retinendi pensiones.*
19 *Subreptio non inducitur per taciturnitatem eorũ, quæ sunt diuersa à gratia obtenta.*
20 *super Pensionis retentione, si quis fuerit dispensatus, etiamsi contraxerit matrimonium, an ad hũc effectum requiratur specialis, si contraxerit illud cum affine, & num. 21.*
22 *in Gratia non est facienda mentio de re omnino diuersa.*

DECISIO DCXLVIII.

FEL. recor. Gregorius XIV. Motu proprio Cal. Augusti anni 1591. reseruauit pensionem scutorum mille super fructibus mensæ Episcopalis Alerien. ad fauorem bon. mem. Cardinalis Sauli, quam san. mem. Gregorius XV. Non. Martij anni 1621. ab Incarnatione qui est à Natiuitate annus 1622. Pontificatus sui anno secundo transtulit in Dominum Antonium familiarem eiusdem Cardinalis, qui quidem Cardinalis, præstitit consensum, quare dubitaui an constaret de valida translatione, & Domini affirmatiuè responderunt, cum constet de volũtate Papę, & Cardinalis, & de Clericatu D. Antonij ex litteris patentibus, † nec alia iustificatio reseruationis primæ pensionis est necessaria, tum quia fuit reseruata Motu proprio, tum † etiam quia per 30. annos fuit exacta. Vnde prædictus D. Antonius liberatur ab onere iustificandi, *Rota decis. 122 nu. 1. part. 1 in recent. sanct. mem. Greg. XV. decis. 57. vbi adden.*

Neque obstat, quod pẽsio fuit translata in D. Antonium tanquam Clericum, ibi, Dilecto filio &c. Clerico coniugato, & tamen cum esset bigamus † erat exutus omni priuilegio clericali *cap. 1. de bigam. in 6.* latè *Garz. de benefic. par. 1. cap. 6. num. 2. Paris. de resign. lib. 4. q. 4. num. 18.* quia hoc est verum, sed non facit, quia † cum Papa sciret ipsum esse bigamum, vt patet ex eadem translatione, illa verba stant demonstratiuè non limitatiuè, cum non obstante bigamia non esset deletus character Clericatus, sed solum † ipse D. Antonius denudatus omni priuilegio clericali, *Butr. in cap. cum Ioannes nu. 18. Imol. pariter num. 18. in fin. de Cleric. coniug. & fuit resolutum coram bon. mem. Card. Lancellotto in causa Veronen. pensionis 1. Iunij 1610. & postmodum in eadem coram san. mem. Gregorio, quæ est decis. 516. num. 8. & seqq.* quæ optimè declarat hunc punctum, & benè *Ioan. de Montaign. de bigam. eff. 3. num. 11.*

Non obstat, quod in ipsa translatione D. Antonius fuit † dispensatus super bigamia, & tamen non fuit derogatum Concilijs generalibus, & sic nec *cap. 1. de bigam. in 6.* quod continet † Constitutionem cõciliarem, Rota enim non admittit distinctionem Abbatis, qui constituit differentiam inter Constitutionem conciliarem, † & Constitutionẽ Papæ ex Conc. *in cap. 1. num. 5. de spons. vt in decis. 123 par. 1. diuers.* nam fuit responsum quicquid sit an in dispensatione, de qua in dictis litteris translationis fuerit sufficienter derogatum Concilijs generalibus, quod ipse habet sufficientem derogationem, vt sit capax pensionis non obstante bigamia, † cum illa gratia contineat derogationẽ ad Concilia generalia, *Prob. ad Monach. in cap. in tua num. 24. de consuet. in 6. Dec. cons. 341. nu. 10. Couar. in epit. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 9. num. 7. vers. quibus ego addo. Garz. de benefic. par. 4. cap. 5. num. 38. & seqq.* quæ quidem dispensatio † sustulit omne impedimentum ad effectum capacitatis pensionis, *Couar. de matrimon. 2. par. cap. 6. §. 9. num. 1. vers. dispensare post med. ibi,* Nos vero passim dispensare † pro soluere dicimus, & num. 2. *vers. dispensat vero, Suarez de legib. lib. 6. cap. 11. num. 1. ad fin. vers. frequentius vero. Sanchez. de matrim. lib. 8. disput. 1 num. 1. vers. dispensare.* Neque de ista dispensatione erat † facienda mentio in ipsa translatione pensionis, quia sufficit quod esset habilitatus, & dispensatus, *Io. Andr. in cap. 2. num. 2. de fil. presbyt. & ibi Anchar. not. 3. Gemin num. 6. Franc. num 5. Abb. in cap. veniens. numer. 14. de præscript. Rebuff. in prax. tit. de dispens. in fine, & in concord. in form. mand. apost. super verbo dispensationum, Sanchez. de matrim. lib. 8. disp. 22. num. 1. ante fin.*

Neque obstat, quod in secunda dispensatione nõ fuit facta mentio primæ, quia aut secunda de iure † sustinetur, quia sufficienter fuit derogatum Concilijs generalibus, & cum nil plus contineat, quam prima, non propterea ex taciturnitate primæ in hoc casu, in quo nihil plus continetur, quam in prima causa-

14 causatur † subreptio, licet secus esset si plus contineret, & sentiunt omnes Doctores quos cumulat *Sanchez de matrim.lib.8. disput.22.num.2. & in specie dicunt Dec.cons 35.num.7.vers.quarto,& vltimo. Goz.ad.cons.92.nu.10.ad fin.vers.quinta conclusio. Eugen.cons.57.num.64.lib.1.* Aut non valuit,
15 & non propterea tollitur prima, † sed remanet in suo robore. *Innoc.in cap veniens nu.5.de præscript.* & ibi *Host. num.12. Ioann. Andr. num. 16. Bald. num.13. Bellamera num.6. Sanchez dicto lib. 8. disput.22.num.15.*

Neque obstat quod prima dispensatio continet, vt D. Antonius posset consequi, & retinere pensio-
16 nes reseruandas non autem, vt etiam † in eum possent transferri pensiones, & sic secunda dispensatio visa fuit necessaria, quare non sustinetur non facta
17 mentione primæ, quia contrarium † visum fuit sine difficultate verius, cum translatio pensionis fiat per viam extinctionis primæ, & creationis, seu reseruationis secundæ nouæ pensionis,& pensio trans-
18 lata,quicquid sit respectu titularis,† respectu translatarij est noua pensio, ideo comprehenditur sub dispensatione retinendi pensiones reseruandas, vt in puncto est *decisio san. me. Greg. 15. num.3. & fuit dictum in causa Romana pensionis 17. Iunij 1622. coram R.P.D.meo Buratto, & fuit dictum nouissime in causa Ferrarien.pensionis 14. Iunij præteriti coram R.P.D.meo Remboldo*, circa quem articulum Domini nullam habuerunt difficultatem.

Neque obstat, quod in dispensatione non fuit facta mentio de alia dispensatione obtenta à san. me. Paulo V.vt posset contrahere matrimonium cum
19 sibi coniuncta, quia hoc † poterat omitti, cum illa dispensatio fuerit super re omninò diuersa, & ideo de illa non erat facienda mentio. *Abb.in cap.veniens num.13.& 14.de præscript.Anchar.cons. 131. in fine,cum alijs per Sanchez de matrim.lib.8.disput.22.*
20 *num.5.* & cessat † omnis difficultas, quia quatenus illud impedimentum affinitatis egeret dispensatione etiam ad effectum,de quo agitur, quod omninò negatur, satis adest dispensatio in litteris translationis, in quibus etiam dispensatur super bigamia, quæ dispensatio etiamsi in illis litteris concessa non suffragaretur, suffragaretur tamen dispensatio obtenta
21 super † affinitate, & respectu bigamiæ suffragaretur prima dispensatio,vt dictum est,& vtraque sustineretur non facta mentione de altera, cum sint su-
22 per re omninò † diuersa ex supra deductis, sed veritas est, quod D. Antonius non eget hac dispensatione.

Quæ dicta fuere circa interesse Illustrissimi, & Reuerendissimi D. mei Cardinalis Burghesij non sunt præsentis inspectionis, quia hodie cum eo non agitur, sed Titulari. Et ita &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Romana Hæreditatis de Cincijs.

Lunæ 23. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum absolutum,& successiuum inter illos de familia censetur inductum, licet verba non illud concludant, quando constat de voluntate testatoris illud inducendi, & si aliud diceretur, eius mens defraudata remaneret. Fideicommissum reciprocum inter filios, & descendentes, quando citra controuersiam dicatur factum. Fideicommissario datur immissio etiam in bonis, quæ loco bonorum fideicommisso subiectorum alienatorum fuerunt expressè subrogata.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum, & substitutio per vulgarem quando videatur inducta, ita vt mortuo Testatore, & adita hæreditate per hæredem, expirauerit.*
2 *Substitutio vulgaris quando est facta per verba denotantia tractum temporis successiuum, tunc etiam fideicommissariam, & reciprocam substitutionem solet continere.*
3 *Fideicommissum successiuum, & absolutum censetur inductum, quando aliter non potest satisfieri menti testatoris,nisi illud inducatur.*
4 *Verbum instituit, est directum, & secundum eius naturam impossibile est, vt trahatur ad fideicommissariam.*
5 *Substitutioni reciprocæ, quando numquam locus esse possit.*
Substitutioni reciprocæ tunc non potest esse locus, quando à principio intrat directa veluti si essent vocati tantum vel liberi, vel descendentes.nu.5.
6 *Verba, liberorum, & descendentium sunt verba collectiua plurium personarum, & graduum, intellige tamen, vt hic.*
7 *Testator, quando vocauit filios, & descendentes in infinitum, ista infinitas certè non potest capere tempus, quo testator ab humanis decedit.*
8 *Verba directa propter necessitatem possunt obliquari.*
9 *Substitutio reciproca inducitur, quando adest vocatio,substitutio in tota hæreditate, & facta vltimo morienti.*
10 *Substitutionis reciprocæ requisita quando sine dubio dicantur adesse.*
11 *Substitutionis reciprocæ tertium requisitum non infringitur, licet vocatio fuerit diuisa, dummodo per quotas fuerit facta, licet inter diuersas personas.*
12 *Substitutionis reciprocæ vrgentissimum signum, quale sit.*
13 *Substitutio reciproca inter descendentes testatoris facili negotio inducitur, dum apparet de mente eiusdem.*
14 *Testator, si in casu defectus descendentium, substituit alios in totum, ex hoc sumitur argumentum indubitatum, vt ad omnes suos descendentes bona peruenirent de vno in alium.*
15 *Testator si in fine testamenti prohibuerit alienationem adiecta causa, quia voluit vt bona conseruarentur in familia,quid ex hoc arguatur.*
16 *Substitutio reciproca ex quæ coniectura possit induci.*
17 *Fideicommissi canonizatio facta ab antecessore non potest impugnari per successorem habentem causam ab eo.*
18 *de Iure tertij; quis potest excipere, dum est exclusiuum iuris agentis.*
19 *de Iure tertij potest dari, quando interest, verum tamen est,quod debet esse clarum, & indubitatum, & liquidum.*
20 *Iuris tertij allegatio in iudicio adipiscendæ non solet*

let haberi in consideratione, nisi sit tale, vt non requirat altiorem indaginem.

21 *Ius tertij non potest dici, vt non requirat altiorem indaginem, si habeat contra se sententiam, & maxime in iudicatum transactam.*

22 *Immissio super bonis tamquam fideicommissarijs non potest denegari, quando illa loco bonorum fideicommisso subiectorum venditorum expressè fuerunt subrogata.*

23 *Factum, & confessionem sui auctoris, quis impugnare non valet.*

DECISIO DCXLIX.

CVM hæc causa poneretur die 23. Maij super immissione petita per D. Pantasileam, causa fuit dilata, & dictum vt informaretur strictè, an cõstet de tali fideicommisso quod impediat immissionem. Hodie causa reproposita iuxta formam præscriptam, dictum fuit constare de tali fideicommisso, quod impediat immissionem D. Pantasileæ in locis montium.

Ex contextu enim testamenti Christophori de Cincijs, de quo opponunt Felix, & Christophorus nunc agentes tamquam filij Iacobi, qui habuit in Patrem Franciscum hæredem, & filium Christophori fideicommittentis constat de perpetuo, & reciproco fideicommisso inter descendentes ab eo nominatos, & vocatos, dum instituit hæredem suum Franciscum eius filium, ipsiusq. Francisci filios, & descendentes legitimos, & naturales in infinitum, per quæ verba & si videatur inductum fideicõmissum, & sub-
1 stitutio per vulgarem propter verba † directa instituit Franciscum, ipsiusque Francisci filios, & descendentes, itaut mortuo testatore, & adita hæreditate per Franciscum expirauerit. *Cuman. in l. cum ita §. in fideicom. num 4. ff. de legat 2. cum alijs infinitis relatis in decis. 320. num. 5. par. 1. recen. & decis. 132. & 207. coram PP. Greg. XV.* attamen cum
2 fuerit facta per verba † denotantia tractum temporis successiuum, prout est nomen in infinitum ibi additum, tunc etiam fideicommissariam, ac reciprocam substitutionem solet continere ex eadem Cumani opinione *in d. l. cum § in fideicom. nu. 4. & in l. gallus § quidam rectè num. 7. ff. de lib. & posthum.* quam vti veriorem infiniti sequuti sunt, & referuntur per *Menoch. præsump. 71. num. 34. lib. 4. Peregr. de fideicomm. art. 19. num. 11. Surd. dec. 346. nu. 18. & cons. 336. num. 9. & 10.* & in hoc Tribunali sæpius approbatam, *vt in dec. 320. nu. 5. & 358. nu. 2. par. 1. recent.* vbi aliæ multæ decis. Rotales referuntur, & nouissimè in *Reatina fideicommissi 14 Martij 1622. coram bo. mem. V baldo*; vnde negari non potest, quod etsi primus hæres sit directè vocatus; sequentes tamen in gradu per fideicommissariam reciprocam propter impossibilitatem, vt descendentia infinita concurrat de tempore adeundæ hæreditatis,
3 ac etiam quia aliter impleri † non potest voluntas testatoris, vt in infinitum succedant descendentes, nisi alter alteri grauatus sit restituere, quam ad hũc effectum ponderant *Crass. cons. 113. num. 5. Paris. cons. 30. num. 22. vol. 2. & alij relati per Surd. cons.*
4 *96. num 15.* nec vim facit quod verbum † instituit sit directum & secundum eius naturam impossibile sit, quod trahatur ad fideicommissariam, vt admittit *eadem decisio 320. nu. 6. par. 1. recent.* ita vt recipro-
5 cæ nunquam locus esse possit: quia eadem decisio hoc tenet quando à principio potest esse locus directæ, prout si vocati essent tantum, vel liberi, vel descendentes, qui etsi verba collectiua sint plurium personarum, & graduum; attamen testator potuit
6 intelligere de illis, qui poterant adesse tempore † eius mortis, quæ fuit ratio eorum, qui pro vulgari tenuerunt, & referuntur plenissimè per *Modern. Brixien. in suo tract. de subst. q. 382. nu. 1.* Et ita intrat possibilitas valendi iure directo; secus autem quan-
7 do sunt addita verba in infinitum, quæ infinitas † certè non potest capere tempus, quo testator ab humanis recedit, propterea respectu Francisci important
8 vulgarem, respectu descendentium in † infinitum fideicomm ssariam reciprocam obliquando propter necessitatem, & ita etiam *Rota sensit in his terminis in Bonon. de Poetis 17. Iunij 1611. coram bo. mem. V baldo.*

Sed propterea visum etiam fuit concurrere requisita, quæ ad inducendam reciprocam à scribentibus
9 ponderari solent, † nempè vocatio, substitutio in tota hæreditate, & facta vltimo morienti, de quibus per *Card. Mantic. lib. 7 tit. 5. num. 15.* de vocatione expressa filiorum, & descendentium iam patet, & facta vltimo morienti non etiam dubitatur, dum extincta sua descendentia, tunc vocat naturales, & fœ-
10 minas, † loca pia, & de tota hæreditate, hoc etiam probatur, quia substituendo familias, & loca pia, totam hæreditatem diuisit per quotas partes inter vocatos, quæ diuisio non impedit effectum huius tertij requisiti, ex quo in effectu de tota hæreditate di-
11 sponitur per obitum vocatorum; quamuis † non in vnica persona substituta, & in his terminis Rota admisit tertij requisiti verificationem *in causa Firmana bonor. 28. Martij 1589. coram Card. Lancell. seniore, & coram Seraph. decis. 939. num. 10. & in causa Bonon. de Lambertinis 11. Martij 1611. coram Domino meo Patriarcha Hierosolymitano.*

Accedunt prædictis etiam vrgentissimæ coniecturæ pro reciproca inter suos descendentes; & primo
12 quia hanc eamdem potuit expresè † inter familias vocatas; vnde magis credendum est voluisse eamdem adesse inter proximiores sibi coniunctos ratione maioris dilectionis. *Menoch. cons. 376. num. 41. & cons. 420. num. 10 Peregr. cons. 54. num. 14. lib. 1.* maximè quia inter descendentes testatoris faci-
13 lius † hæc reciproca inducitur *Seraph. decis. 939. num. 11. cum alijs relatis per Modern. Brixien. de fideicom. q. 473. num 20.* secundo extinctis descendentibus suis vocauit naturales, ac fœminas, & loca pia, ad quos voluit totam hæreditatem peruenire,
14 † vnde sumitur argumentum maioris voluntatis, vt ad suos descendentes perueniret de vno in alium. *Menoch. præsumpt. 68. num. 4. & 69. num. 13. lib. 4. Rota decis. 344. num. 16 par. 2. recent.* Tertio enixior etiam voluntas colligitur ex prohibitione alienan-
15 di † in fine testamenti posita cũ causa, & hoc quia dixit velle bona ipsa conseruari, vt transeant secundum seriem per eum superius ordinatam qui ordo, & series citra restitutionem ab vno alteri faciendam
16 † seruari non potest, & sufficeret de per se ad inducendam reciprocam. *Surd. post alios ex veriori in d. cons. 96. num. 15. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 3. Rota in eadem dec. 344. num. 16. par. 2. recent.* demum concurrit canonizatio istiusmet fideicommissi, & perpetuitatis illius, de qua in

in *dec.Seraph.*1244. quam hodie isti fratres nec D.
17 Panthasilea † repræsentans Ioannem Baptistam alterum ex fratribus prædictis impugnare non possunt.

Non obstat quod adhuc huiusmodi fideicommissum, quamuis perpetuum, & reciprocum suffragari in totum non possit fratribus Ioannis Baptistæ cum superuiuat Bernardus filius Francisci grauati, qui
18 excludit filios Iacobi respectu medietatis, & † ista exceptio non sit reijcienda tamquam de iure tertij exclusiua iuris agentis *Abb. consi.64. num.3. Surd. cons.415.num.17. Thesaur.dec.4.num.7.* vbi semper potest allegari ab eo cuius interest.
19 Quia etsi † quando interest possit dari de iure tertij, attamen illud ius debet esse clarum, & indubitatum, & liquidum. *Put.dec.356.num.2.lib.1.Surd. cons.359.num.15.* & maximè in iudicio adipiscen-
20 dæ, in quo non solet haberi † in consideratione nisi sit tale, quod nõ requirat altiorem indaginem *Alex. in l.fin.num.23.C.de edict.D.Adr.tollen.Peregr. de fideic. art.48. num.46.* & prout dici non potest ius Bernardi habentis contra se sententiam, & confisca-
21 tionem bonorum, tamquam † ab indigno in rem iudicatam transactam propter parricidium, cuius reuisio, & si pendeat in Rota, adhuc tamen nihil ad eius fauorem apparet resolutum.

Superest nunc vltima difficultas, an impediat immissionem quoad loca montium, & cum eadem lo-
22 ca sint † subrogata in locum bonorum Dominis Aldobrandinis per eosdem fratres venditorum, & huic fideicommisso subiectorum, prout in patentibus enuntiatur, cessat omnis hæsitatio, quæ posset oriri circa comprehensionem dictorum locorum montium, cum D. Panthasilea non possit impugna-
23 re † factum, & confessionem Ioannis Baptistæ sui Auctoris, *vulg.l.cum à matre C.de rei vendic.* Et ita &c.

R. P. D. PIROVANO.

Maurianeñ Pensionis.

Lunæ 23. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Pensionis translatio quibus concurrentibus dicatur validè facta, & seruata forma præscripta in indulto concessionis gratiæ translationis, & reijciuntur nonnullæ obiectiones contra eius validitatem oppositæ. Atque nonnulla habentur, circa recursus ad Iudices Laicos facta nomine alicuius clerici, vt dicatur incursa excommunicatio, quid requiratur, & maximè si agatur de incurrenda pœna.

SVMMARIVM.

1 *Notario in concernentibus eius officium credi solet.*
2 *Clericatus probatur ex productione literarum patentium sui Ordinarij.*
3 *ad Pensionem obtinendam sufficit ostendere qualitatem clericatus.*
4 *Pensionis validitatis translationis actus probatur ex ipso instrumento translationis.*
5 *Iurisdictionis suæ notitiam quis necessè est, vt habeat.*
6 *Pensionis translationis literæ, si dent certam formam circa translationem, forma eius nisi detur corruit tamquam nulla ipsa translatio.*
7 *Intellige tamen hanc conclusionem, vt hic.*
8 *Obligationis natura non mutatur per mutationem personarum.*
9 *in Pensionis translatione, quando dicatur seruata forma ad hoc, vt titularis scire possit, quando per mortem pensionarij acquisiuerit suam libertatem. & num.10.*
11 *Pensionis translatio facta lite pendente super illius reductione, quasi effecta litigiosa, inualidè dicitur translata.*
12 *Pensiones litigiosæ non veniunt sub generali dispositione.*
13 *Pensio non potest dici litigiosa, si lis non sit super titulo, vel proprietate, & sic cessat affectio.*
14 *Lancellot.de attentat.in præfat.lit.penden.nu.662. non loquitur de translatione pensionis, sed de translatione possessionis.*
15 *in Pensionis translatione debet fieri mentio alterius pensionis, qua Ecclesia reperitur grauata.*
16 *Indultum transferendi pensiones Papam non præsumitur voluisse concedere, si super eodem beneficio aderat alia facultas.*
17 *in Pensionum translationibus non est necessarium fieri mentionem de pensionibus, aut facultatibus transferendi.*
Quia non agitur de nouo onere Ecclesiæ transferendo.
18 *Pensionis translatio est nulla, si transferens de tempore indulti incapax erat gratia ob excommunicationem.*
ad Iudices Laicos *recurrens pro exigenda pensione, est excommunicatus. num.18.*
19 *Recursus ad Iudices Laicos præsumitur habitus de mandato eius, de cuius interesse agitur.*
20 *Mandatum ad comparendum coram aliquo non præsumitur adesse, dum de eo non docetur, nec ex post constat de ratificatione. & 21.*
22 *de Inhabilitatis pœna incurrenda quando agitur, Rota non contentatur præsumptiuis probationibus, sed expectat concludentes probationes.*
23 *Mandatum, quando clericus dedit alicui ad comparendum coram Iudicibus* Laicis, *intelligendum venit in casibus à iure clericis permissum.*
24 *Pensionis translationis literæ quando sunt iustificatæ, dicuntur habere executionem paratam.*

DECISIO DCL.

CENSVERVNT Domini, translationem pensionis, de qua agitur, esse validam, quia facultas transferentis, & habilitas eius, in quem fuit facta translatio, ac ipsius actus translationis validitas ex deductis benè probatur. Facultas enim bo. mem. Philiberti Archiepiscopi Taurinen. transferẽtis colligitur ex priuilegijs Reuerendissimorum in Cappella Sanctiss. D. Nostri Assistentium per fel. recor. Papam Gregorium XV. eisdem concessorum, in vers. Præterea eisdem Patriarchis, &c. inter, quos matriculatus idem Archiepiscopus Taurinen reperitur, vt ex fide Notarij Cameræ, penes quem
1 nomina Assistentium registrantur, † cui in hac parte tanquam in concernentibus eius officium credi solet. *Caputaq.dec.245.& 266.par.2. Put. dec.187. lib.3.Seraph.dec.1123. num.3.* similiter & habilitas translatarij iustificatur ex productione litterarum
2 sui clericatus, † per quas regulariter hæc qualitas proba-

probatur. *Gram.q.81. num.1. Rot. decis.78. num.5.*
3 *& 490. num. 6. coram Papa Gregor. XV.* & eam sufficere † ad obtinendam pensionem. *Gig. de pens. q.13.* & plenius fuit firmatum in *Ferrarien. pensionis coram Domino meo* Remboldo 14. *Iunij* 1624.
4 demum † validitas actus ex ipso instrumento translationis probatur, ex quo apparet translatio facta coram persona in dignitate Ecclesiastica constituta, prout litteræ Assistentium desiderant, & eandem
5 personam suæ iurisdictionis notitiam habuisse † ex tenore litterarum insertarum, prout de iure requiritur. *Gabr. de execut. rei iud. concl. 3. in princ. Rota dec.143. par.2. recent.*

Non obstat quod litteræ prædictæ Assistentium dent formam præcisam in transferendo pensiones, nempe vt antiqua pensio prius cassaretur, & postquam cassata, & extincta fuerit, alia similis pensio
6 reseruetur, † constituatur, & assignetur, quæ cum in præsenti non fuerit seruata, dicebatur remanere translationem nullam, *Rota dec 401. num.1. par.1. diuer. Ferrett. cons. 53. num.* 10. sustinens cassationē, & de forma, & *Mandos.* sequitur *de Signat. Grat. in verb. Pensionum translationes. Paris. de resign. lib.6. q.4. num.6. Rota in Carpentoraten. pensionis, quæ est dec.327. par.1. recent. & in causa* Brixien. *Pensionis apud* Marches. *tom.1. fol.654.*

Quia visum fuit Dominis huiusmodi formam cassandi antiquam pensionem, &c. vt prius, & postmo-
7 dum reseruandi nouam, † posse respicere plures effectus; nam si ad substantiam oneris referatur, & hæc forma non est in consideratione; quia per mu-
8 tationem personarum non † mutantur obligationes passiuæ Ecclesiarum, quæ onere pensionum grauatæ reperiuntur. *Rot. dec.733. par.2. recent. & add. ad dec.18. coram Papa Gregor. XV.* & latius fuit comprobatum *in Regien. pensionis 9. Februarij 1624. coram me,* Si verò referatur ad alium effectum, vt sciatur à quo pensio sit soluenda, & quando Ecclesia per obitum pensionarij consequatur suam libertatem, prout supradictæ decisiones declarant, & hæc forma in instrumento translationis legitur seruata;
9 quia transferens positus † coram persona indignitate Ecclesiastica constituta primo cassationi, & extinctioni consensit, & deinde vt legitimè reseruetur, vel alias in ipso Paulum. & Philibertum nepotes simili modo transferatur, exequutor autem tenore facultatum suarum dictum consensum, vt supra præstitum admisit, dictamque annuam pensionem reseruauit, decernendo Reuerendissimum D. Episcopum Maurianeñ de cætero ad solutionem pensionis in ea quantitate D. Archiepiscopo transferenti non teneri, sed translatarijs soluendam esse, vnde patet, & in consensu cassata, & noua reseruata pensio, & in decreto executoris cassata obligatio anti-
10 qua, & noua constituta, quod † plenius videtur adimpletū ex quo verba cassationis magis videntur directa ad transferentem, quam ad Iudicem executorem, & tamen respectu vtriusque cassatio antiqua facta fuit.

Non etiam obstat secunda obiectio, quod huius-
11 modi translatio facta † fuerit lite pendente super reductione illius, quasi effecta litigiosa non potuerit vigore facultatum transferri. *Lancell. de attentat. in præfat. lit. penden. in fine num.662.* & quod in ge-
12 nerali dispositione non veniant † pensiones litigiosæ dicebatur resolutum *coram me in Regien. pensionis,* vt magis ad vnum, quam ad alium spectet, sed super reductione, & quantitate, vt propterea etiam quod admitteretur vitium litigiosi posse dari in translatione, quod tamen iure cautum non reperitur,
13 cessante † vero controuersia super proprietate, & titulo, cessat & affectio per litigium prætensa, &
14 Lancell. † allegatus sub d. num. 662. non loquitur de translatione pensionis, sed de translatione possessionis, vt ex numeris antecedentibus 449. & 498. colligitur, & decisio Regieñ in alijs terminis loquitur.

Minus obstat tertia obiectio, quod in translatio-
15 ne non fuerit † facta mentio alterius pensionis, qua Ecclesia Maurianen. erat grauata, nec præsumi Papam voluisse concedere indultum transferendi fru-
16 ctus beneficij, † super quo aderat alia facultas, *cap. mandatum de rescript. Paris. de resign. lib. 6. q. 1. num.29. & 30. cum alijs allegatis;* quia hæc quæstio aliàs sæpè fuit in Rota propsita, & terminata, in tran-
17 slationibus pensionum non esse necessarium † fieri mentionem de pensionibus, aut facultatibus transferendi, postquam non agitur de nouo onere Ecclesiæ imponendo, *vt in Veronen. pensionis 14. Ianuarij 1613. coram D. meo Verospio, in Romana pensionis 17. Iunij 1622. coram D. meo Buratto, & in Regien. pensionis 9. Februarij & 17. Iunij 1624. coram me.*

Demum non obstat, quod Archiepiscopus transferens fuerit incapax gratiæ de tempore indulti ob
18 excommunicationem in quam † incurrerat propter recursum ad Iudices laicos pro hac ipsa pensione exigenda *cap.1. de rescript. in 6. cap. nouerit, cap. grauem. de sent. excom. cum alijs allegatis,* & recursus dicebantur probati: quia procurator Archiepiscopi comparuerat coram dictis Iudicibus, & literas originales pensionis exhibuerat petendo executionem
19 † & ad instantiam eiusdem Archiepiscopi poterant præsumi propter interesse, quod habebat *in causa* Rota *decis.212. post primum. volum. cons. eiusdem;* quia sufficit respondere, mandatum non fuisse datū
20 ad comparendum in hac causa coram † Iudicibus laicis, neque ex post fuisse recursus ratificatos per viam decretorum Iudicum laicorum, in quibus ter-
21 minis loquuntur decisiones allegatæ, vnde ex sola præsumptione; quia intererat Archiepiscopo, cum agatur de pœna inhabilitatis incurrenda, Rota sola
22 præsumptiōne † non contentatur, sed expectat cōcludentes probationes, *vt firmatum fuit in Tuden. beneficij coram bo. mem.* Penia, *quæ est eadem decis. 212. post 2. tom. consil. Farinac. & cum ea Domini transierunt in Placentina beneficij coram bon. mem. Vbaldo quæ est decis 602. num.3. par.1. recent.* in qua
23 plus dicitur, quod stante etiam mandato † de comparendo coram Iudicibus laicis, illud veniat intelligendum in casibus à iure clericis permissis.

Et prædictis stantibus secunda pars dubij, an sit exequenda, remanet sine difficultate; quia validitas translationis pendet à iustificatione litterarum,
24 † & litteræ postquam sunt iustificatæ habent executionem paratam. *Mohed. decis. 13. vt lit. pend. Rota in recent. decis.558. num.2. part.1. & decis. 605. n.2. part.2.*

Et ita, &c.

Confirmata fuit præsens decisio coram eodem in eadem causa sub 15. Iunij 1626 est infra suo loco.

RE-

REVERENDISS. COCCINO.

Perusina de Alphanis.

Veneris 27. Martij 1616.

ARGVMENTVM.

Trebellianica secundum receptissimam opinionem etiam filijs primi gradus potest prohiberi, & quamuis eis vt dicatur illa prohibita, non sufficiat tacita, sed requiratur expressa prohibitio tamen per æquipollens etiam admittitur, & super hoc declarantur nonnullæ decisiones Rotales, & discutitur, quæ prohibitio per æquipollens in his terminis non attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica etiam filijs primi gradus potest prohiberi, secundum receptissimam sententiam.*

2 *Trebellianica, vt dicatur prohibita filijs, non sufficit tacita, sed requiritur expressa prohibitio.*

3 *Trebellianica filijs potest prohiberi tacitè, per verba æquipollentia, quæ significant prohibitionem.*

4 *Decisio in causa Fulginaten. Fideicommissi 5. Nouembris 1605. coram Coccino, quo in casu loquatur.*

5 *Decisio 421. coram San. mem. Gregor. XV. in quibus terminis procedat.*

6 *Ias. in cons. 84 nu. 27. vol. 1. declaratur.*

7 *Decisio Manticæ 348. quando procedat.*

8 *Trebellianica nedum potest prohiberi filijs primi gradus, sed nec etiam opus est, vt expressè prohibeatur, cum sufficiat vt prohibeatur per æquipollens.*

9 *Et quæ prohibitio in his terminis non attendatur.*

10 *Verba, quando stant consecutiuè ad aliquid secundum illius metam regulantur.*

11 *Probibitio, quando fuit facta vsque ad certum tempus, vltra illud euanescit omnis prohibitio.*

12 *Trebellianicæ prohibitio facta in vno casu vel vni personæ non censetur facta in altero casu, vel alteri personæ.*

13 *Trebellianica tunc dicitur prohibita, quando prohibitio adiungitur substitutis.*

14 *Substituti dicuntur alienare, cum permittunt hæredi grauato, vel eius hæredibus fieri detractionem.*

15 *Trebellianicæ detractio, quando nullo modo dicatur prohibita.*

16 *ex Alienationis prohibitione dicitur prohibita Trebellianicæ detractio. & nu. 17. & 18.*

DECISIO DCLI.

AGEBATVR in disputatione huius dubij An Trebellianica censeretur prohibita filijs primi gradus, certum est enim receptissimam esse sen-
1 tentiam, † quod possit prohiberi ex adductis *per Intrigl. de substit. Cent. 3 q. 71. num. 93.* cui etiam sententiæ pluries consensit *Rota, vt videre est in decis. Sanct. me. Greg. 421. nu. 11. & ibi add. in litera D, &*
2 *apud Mant. decis. 348.* Sed dicebatur † non fuisse prohibitam, quia cum agatur de prohibitione facienda filijs, non sufficit tacita, sed requiritur expressa *Curt. Iun. cons. 54. num. 15. in fin. & nu. 15. Bero. cons. 79. num. 44. post med. vers. & posito, & cons. 93. num. 12. in fin. & 13. lib. 2. Gabr. de Trebell. concl. 1. num. 18. Petr. de fideic. q. 15. nu. 191. vers. nihilominus Intrigl. d. Cent. 3. q. 71. nu. 94. Decian. resp. 69. num. 19. lib. 4. Odd. de fideic. q. 35. num. 49. & 51. Caball cons. 116. num. 5. lib. 2.* Hoc motiuum simpliciter sumptum, cum sit contra decisiones Rotales
3 nullatenus placuit Dominis, † quia sufficiunt verba æquipollentia, *vt per Gabr. de Trebell. conclus. 3.* dummodo verba significent prohibitionem Trebellianicæ, nec possint ad illud referri *Rota decis. 69. num. 2. p. 1. in recent. & fuit dictum in causa Viterbien. fideicommissi 11. Ianuarij 1606. coram R.P.D. meo Patriarcha Anthiocheno, & decisiones quæ impugnabantur, verè loquuntur in istis terminis.* Illa
4 enim in causa † *Fulginaten. fideicommissi 5. Decembris 1605.* coram me quæ est *decis. 255. par. 2. in rec.* loquitur in casu, quo erat prohibita alienatio etiam in parte minima. *Alia in Ciuitatis Castelli fideicommissi 17. Iunij 1609. coram S.M. Gregorio quæ est*
5 † *decis. 421. & par. 2. in recent. 259.* loquitur quando nedum adsunt verba pleno iure, sed etiam alia denotantia testatorem voluisse omnium bona resti-
6 tui, in quibus etiam terminis loquitur † *Ias.* in contrarium allegatus *in cons. 84. num. 27. & ibi adden. in verb. Trebellianicæ vol. 1. & Gabr. de Trebellian. conclus. 1. num.* 18. vere habet hunc sensum, & in
7 istis terminis procedit quoque decisio † Cardinalis Mantic. quamobrem firmandum est secundum opinionem Rotæ Trebellianicam nedum posse prohi-
8 beri filijs † primi gradus, sed non esse opus quod expressè prohibeatur, & sufficere quod prohibeatur per æquipollens.

In hoc autem casu non adest talis prohibitio, quæ
9 suffragatur † illa namque est restricta vsque ad ætatem 30. annorum, quod clarissimè patet ex eo quod reliquit administrationem vxori, donec Balthassar, & fratres peruenerint ad ætatem 30. annorum, & in casu quo vxor decederet, aut transiret ad secundas nuptias reliquit certos Commissarios, & voluit quod Balthassar, & fratres nec possent alienare, nec vltra certam summam fideiubere sine consensu matris, aut
10 Commissariorum. † Vnde pernecesse, cum ista stēt consecutiuè ad primam dispositionem non excedūt d. metam 30. annorum *Dec. cons. 656. Rota dec. 30. num. 2. par. 1. recent.* quare cum clarè constet hanc
11 prohibitionem fuisse factam vsque ad certum † tempus, & sic ad certum effectum, non concurrunt illa requisita, de quibus supra, itaut dici possit Trebellianicam censeri prohibitam, & in puncto de prohibitione alienationis facta ad tempus *dicit Bero. cons. 79. num 45. vers. Item non loquitur lib. 2.*

Neque obstat, quod in casum delicti voluit bona applicari sine adminutione ad alios, quia ex hoc nō potest inferri ad simplicem prohibitionem Trebellianicæ, cum regula sit quod prohibitio Trebellia-
12 nicæ facta in vno casu, † vel vni personæ non censeatur facta in altero casu, vel alteri personæ *Rip. in l. Centurio num. 132. ff. de vulg. & pup. Peregr. de fideic. art. 3. num. 122. & fuit resolutum in causa Romana hæreditatis del Conte coram Illustrissimo D meo Card. S. Eusebij, & bene ad propositum Farin. cons. 159. num. 7. & seq. lib. 2. qui alios allegat.*

Vlterius fuit consideratum, quod hæc prohibitio fuit facta Balthassari, & fratribus non autem alijs,
13 Vnde Trebellianica non censetur † prohibita, quia tunc demum dicitur prohibita, quando prohibitio adiungitur substitutis, illi enim dicuntur alienare cum

14 cum promittunt † hæredi grauato, vel eius hæredibus fieri detractionem *Franc. Aretin. cōs. 19. n. 10. Alciat. cons. 123. num 8. & 15. Peregr. cons 68. nu. 4. lib. 2. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 12. num 20. in princ. & num. 21. vers. Sed ratio supradicta*. Quæ eo magis
15 procedunt, † quoniam nec prædicta prohibitio alienationis est restricta, *vt latè per Fusar. q. 685.* nec est realis, prout loquitur text. ex quo deducitur
16 † quod ex prohibitione alienationis censetur prohibita Trebellianica *in auth. vt sponsal. largit. §. si quando vbi*. Si quis testamentum faciat, & aliquam rem immobilem suæ familiæ, aut alteri cuicumque
17 personæ nomine legati † reliquerit, & specialiter dixerit nullo tempore hanc rem alienari &c. *& in auth, sed & in ea C. ad l. falcid.* dicitur, sed & in ea
18 re cessat falcidia, quæ ita † relicta est ne alienetur, sed remaneat apud successores eius cui relicta est satis patet quod prædicta iura loquuntur de prohibitione alienationis concepta in rem, & sic intelliguntur à DD. quos refert *Peregr. de fideic. art. 3. num 91. vers. 2. limitant*.

Et ita vtraque parte informante conclusum, &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Nepsina Hæreditatis.

Vener. 27. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Testamentum licet ut censeatur reuocatum necesse sit aliud testamentum cum hæredis institutione, tamen id non procedit, quando tacite saltem colligitur reuocasse testamentum testator fauore venientiū ab intestato, tunc enim tacite censentur instituti, & eorum aditione reuocatio testamenti confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum non substinetur, si fuerit ab eodem testatore reuocatum.*
2 *Testamentum, vt censeatur reuocatum, requiritur aliud testamentum cum hæredis institutione, vel quod testator dicat se velle decedere intestatum.*
3 *Bart. opinio in l. si iure numer. 3. ff. de leg. 3. declaratur.*
4 *Testamentum primum si reuocetur animo condendi aliud, numquam primum censetur reuocatum, nisi secundum fuerit conditum.*
Secus vero, si tacite saltem colligatur primum testamentum reuocatum esse fauore venientium ab intestato, quia tacite censentur venientes ab intestato instituti num 4.
5 *Et perinde est ac si fuissent dicti venientes ab intestato instituti.*
6 *Testamentum, vt censeatur reuocatum ad fauorē venientium ab intestato, quod sufficiat.*
7 *Testamentum perfectum non reuocatur per secundum imperfectum. & nu. 11.*
8 *Testator non censetur recedere a prima voluntate solemniter facta, nisi quatenus secunda teneat. & num. 9.*
10 *Reuocationis causa in materia reuocationis testamenti totum fac.*
12 *Testamentum, quando fuit reuocatum non vt conficiatur aliud, sed fauore venientium ab intestato, tunc non requiritur aliud testamentum.*
13 *Testamentum, vt substineatur contra expressam mentem testatoris, hoc esset absurdum, & irrationabile.*
14 *Testamentum, quando reuocatur, requiritur talis dispositio, vt illi, qui sunt vocati, possint adire hæreditatem.*
15 *Sed hoc procedit, quando fuit reuocatum primum ad effectum condendi aliud. secus vero si sit reuocatum fauore venientium ab intestato.*
16 *Succedens ab intestato, vt censeantur vocati, quando reuocatur primum testamentum, sufficit quodcumque voluntatis inditium.*
17 *Et ex quo id colligatur. & nu. 18. & seq.*
18 *Testatoris mens enixa reuocandi primum testamētum ex quibus appareat clara. & nu. 19.*
20 *Clausula, & omni meliori modo, posita in reuocatione primi testamenti, ad fauorem venientium ab intestato, quid operetur.*

DECISIO DCLII.

DOMINI dixerunt testamentum, de quo agitur, non sustineri quia illud fuit ab eodem testatore reuocatum coram septem testibus, & cum rogitu eiusdem Notarij ac propterea cum constet de
1 solemni † voluntate derogante priori testamento primum sustineri non potest, *l. 1. §. penult. ff. si tab. testam. null. exta Bald in l. sancimus num. 2 C de testam. Imol in l. 2. ita scriptum §. regula de hæred. instit. Bart. cons. 60. numer. 15. & sqq. lib. 2. Guidop. decis. 200. cum alijs relatis per bo. mem. Card. Mantic. de coniect. vltim. vol. l. 2. tit. 15. num. 19. vers. sed contraria, & per Ioseph. Ludouic. conclus. 58. ampliat. 11.*

Nec obstat quod ad effectum, vt testamentum
2 censeatur † reuocatum requiritur aliud testamētum cum hæredis institutione, vel quod ille qui testatus fuit cassando testamentum, dicat se velle decedere intestatum *iux. celebrem Bart. opinionem in l si iure num. 3 ff de leg. 3. quam plures sequuntur relati per Modern. discept forens. discept. 558. & alij per Marescott. var. resol. lib. 1 c. 48. qui eandem magis communem asserunt*.
3 Quia dicta Bartholi opinio † procedit quando nō colligitur nec tacite nec expresse quod testator reuocauerit primum testamentum fauore venientium ab intestato sed potius apparet illud reuocasse animo condendi aliud, tunc enim nisi aliud solemne
4 † testamentum condat numquam censetur reuocatum primum, secus est quando tacitè saltem colligitur primum reuocasse fauore venientium ab intesta-
5 to tūc enim tacitè censentur instituti † venientes ab intestato, & eorum aditione adeptio testamenti cōfirmatur *iuxt. not. per text. in l. si quæsita ff. de hæred. instit.* & idem est, ac si expresse fuissent d. venientes ab intestato instituti *Barbat. d. cons. 60. ad fin. vers respondeo quod licet expresse l. 2. Bero cons. 4. num 3. l. 2. Socin. iun. cons. 145. num 9 Castell. de coniect. vltim. vol. cap. 29. num 21. vers. cæterum contrariam, & num. 22. Ant. Faber. de errore pragmaticæ decade*
6 *39. errore 6. num. 3.* enim inter † succedentes ab intestato quodcunque voluntatis indicium, *Alex cons. 104. num. 3. in fin. l. 2. & in puncto tenuit Rota corā San. mem. Greg. XV. dec. 446. num. 2. & seqq.*

Nec obstant authoritates, & rationes in contrarium ponderatæ, & præsertim illa in qua scribentes pro Domina Dianora faciunt magnum fundamentū

quod

7 quod sicuti † per testamentum imperfectum non reuocatur primum perfectum, licet etiam ex testamento imperfecto pateat voluntas testatoris reuocandi primum ita nec reuocatur per quamcumque aliam nudam voluntatem.

Quia ratio quare non reuocatur primũ testamentum perfectum per secundum testamentum imperfectum est, quia testator condendo secundum testamentum censetur non velle recedere † à prima voluntate solemniter facta nisi quatenus secunda teneat *l. si iure ff. de leg. 3. ibi sed iux.* id obtinere potest
8
9 fortassis ideo quod ita † demum à testamentario recedere velim, si posterius valiturum sit atque ita mirum non est si primum testamentum non censetur reuocatum nisi secundum sit validum, attenditur
10 † enim in hac materia causa reuocationis primi testamenti, & secundum eam restringitur, & limitatur reuocatio *l. cancellauerat ff. de his quæ in testamento debentur* Bart. in d. l. si iure num. 4. *Ruin. cons. 16.*
11 *num. 21. l. 2.* & quando apparet † testatorem fuisse motum ad reuocandum primum, vt secundum conderit tunc clausula cassans alieque reuocatoriæ primi testamenti habent tacitam conditionem si secundum testamentum valet *Paul. de Castr. in l. sancimus in fin. C. de testam. Ias. cons. 8. num. 4. l. 3.*

Secus est quando testator reuocat primum testamentum non vt condat aliud, sed fauore venientium
12 abintestato tunc † enim non requiritur aliud testamentum, vt censeatur reuocatum primum *Barbat. d. cons. 60. l. 2. Socin. iun. d. cons. 145.* & absurdum, ac irrationabile esset sustinere testamentum contra ex-
13 plicitam testatoris † voluntatem *Card. Mantic. d. tit. 15. num. 22. Modern. d. discept. num. 9. Rota dicta decis. 446. num. 8. coram S. mem. Greg. XV.*
14 Nec obstat quod requiritur talis † dispositio ex qua possit adiri hæreditas testatoris, *l. sed etiamsi in conditione quæ est 6. §. fin. in princip. seruus ff. de hæred. instit. & ibi Angel. circa fin. Imol. num. 30. vers. nota ex text. Rota decis. 795. num. 14 par. 1. diuers.* quia vltra quod hoc procedit quando apparet testatorem reuocasse testamentum animo condendi aliud, po-
15 test etiam dici quod † quando reuocatio facta est fauore venientium ab intestato tunc ex tali dispositione potest adiri hæreditas à venientibus ab intestato.
Nec refert quod expresse non fuerint instituti venientes ab intestato quia vt supra dictum est sufficit quod sint vocati tacitè, quia inter succedentes ab
16 † intestato sufficit quodcunque voluntatis indicium, *vt fuit dictum coram S. mem. Greg. XV. d. decis. 446. num. 2. & seqq.*

Quod autem in casu isto testator reuocauerit pri-
17 mum testamentum non animo † condendi aliud sed fauore venientium ab intestato, colligitur ex multis præcipue vero, quia reuocatio fuit facta cum magna solemnitate videlicet coram Notario, & septem testibus, & cum verbis admodum pregnantibus, videlicet cassauit, reuocauit, irritauit, & annullauit ita,
18 & aliter quod nullum habeat † effectum perinde ac si factum non fuisset, ex his enim colligitur enixa voluntas testatoris cancellandi dictum primum testamentum, & de dicto testamento iudicari debet ac si testator facto ipso illud cancellasset vel vidisset quo casu vtique censeretur reuocatum, *l. nostra C. de testam. & ibi Camer. DD. Clar. in §. testamentum*
19 *quæst. 93.* & locus esset successioni † venientium ab intestato ex præsumpta voluntate testatoris *Bero. d. cons. 4. num. 4. circa med. vers. & hanc vltimam opinionem late Card. Mantic. de coniect. vltim. vol. l. 2. tit. 15. num. 22. Rubr. Alex. cons. 4. sub num. 5. Menoch. cons. 19. num. 10. Caldar. quæst. forens. 4. nu. 35. Io: Franciscus de Ponte cons. 36 num. 7. & num. 101. lib. 2. Eugen. cons. 71. num. 20. & 21. lib. 2.* maximè
20 cum fuerit adiecta † etiam clausula omni meliori modo quæ operatur vocationem venientium ab intestato quatenus ad sustinendam reuocationem sit necessaria *Socin. cons. 2. num. 12. lib. 3 Ruin. cons. 11. sub numer. 14. vers. non ex quibuscunque l. 2. Anchar. quæst. famil. 70. num. 7. l. 2. & fuit dictum in supra allegata decis. 446. num. 7. coram S. mem. Greg. XV.*

REVERENDISS. MERLINO.

Romana Retractus.

Lunæ 30 Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Censuarius in venditione rei censuatæ in concursu omnibus alijs præfertur & hoc priuilegium competit etiam cessionario census, & quid si fundus propriè non vendatur, sed concedatur in emphyteusim, & quid si talis concessio fuerit facta pro quibuscunque successoribus in perpetuum. Retractus etiam habet locum in locatione perpetua. Emptor cum pacto de redimendo dicitur verus dominus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Censuarius in venditione rei censuatæ omnibus alijs præfertur.*
2 *Emptori, & singulari successori census suffragatur etiam Bulla Sanct. mem. Pij Quinti super forma creandi census.*
Census in emptorem, seu singularem successorem transit cum suo priuilegio & prærogatiua. nu. 2.
3 *Constitutio Pij V. super forma creandi census, quo ad prælationem Censuarij, quando fundus censualis alienatur, loquitur in venditione.*
Venditio non dicitur, quando aliquid datur in emphyteusim.
4 *Retractus habet etiam locum, quando locatio est perpetua, cum illa capiat venditionem.*
5 *Emphyteusis concessio quãdo facta fuit pro quibuscunque successoribus in perpetuum, sine dubio intrat retractus.*
6 *in Emphyteusis concessione, si adsit pactum, vt inuestitus possit illam affrancare extinguendo canonem, tunc talis concessio dicitur vera venditio.*
7 *Venditio, quando alio modo censeatur concepta, vt euitetur retractus.*
8 *Identitatis probatio bene deducitur ex conformi nominatione, eorumdemque confinium designatione.*
9 *Census non potest dici simpliciter cessus, quãdo adest pactum de redimendo.*
10 *Emptor cum pacto de affrancando est verus dominus, & contra ipsum competit ius retractus, & num. 11.*
12 *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione actorum.*
13 *Sententia, si non iustificetur ex actis est nulla.*
14 *Sententia sufficit iustificari ex nouiter deductis, in quando non sumus in illis casibus specialibus, in quibus ex eisdem actis est iustificanda.*

DE-

DECISIO DCLIII.

CONCESSA de anno 1623. per D. Bernardinum Antonio Mariæ domo, de qua agitur, in emphyteusim Ioannes Baptista mouit Iudicium retractus seu prælationis coram A. C. & sententiam favorabilem reportauit, à qua per dictum Antonium Mariam interposita appellatione, & causa mihi commissa, dubitaui An sententia A.C. sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini responderunt esse confirmandam; Ritè enim fuit pronunciatum d. Ioanni Baptistæ competere huiusmodi ius retrahendi, nimirum quia vsque ab anno 1618. emit censum in summa scutorum 200. à Cæsare habente causam à Laura, cuius fauore de anno 1590. impositus fuerat super domo prædictus census in maiori summa per quondam Pellegrinũ de Baronibus tunc illius domus possessorem, & huic emptioni addita fuit amplissima cessio omnium iurium. Vnde idem Ioannes Baptista habet intentionem fundatam, quod in venditio-
1 ne dictæ † domus censuatæ omnibus alijs præferri debeat iuxta dispositionem Bullæ San. mem. Pij V. super forma creãdi census, quæ suffragatur etiam Emptori
2 ac singulari successori † in quẽ census ipse transit cũ suo priuilegio, & prærogatiua, *vt post Azon. institu. moral. lib. 10. cap. 12. vers. quæ res, & tradunt moderni de censib. par. 2. cap. 2. q. 1. art. 2. num. 14. Rota apud dd. modern. decis. 307. & 308. & fuit dictum in Bonon. retractus 16. Ianuarij 1623. corã R.P.D. Buratto.*

Nec visum fuit obstare quod dicitur Constitutio-
3 nem Pij V. dumtaxat loqui † in venditione, dictam verò domum non fuisse venditam, sed solum concessam vt supra in emphiteusim, quoniam vltra quod
4 † retractus locum habet etiam quando fit locatio perpetua, cum illa capiat venditionem *Afflict. de iur. protom. §. 1. notab. 8. num. 26. Benedel. eod. tract. in 1. constit nec 283. in princ. Moder. discept. forens. cap. 460. num. 39. & 41.* cessat in casu isto difficultas, & quia dicta concessio in emphyteusim facta fuit
5 † pro quibuscumque hæredibus, & successoribus in perpetuum, sed vlterius infertum fuit pactum, quod emptor posset extinguere canonem ad rationẽ scutorum quatuor pro quolibet centenario, quod
6 † pactum operatur, vt prædicta concessio habenda sit pro vera venditione *Couar. var. resol. cap. 15. n. 3. vers. ego vero lib. 3. Franc. decis. 392. num. 2. & seq. Grot. cons. 12. num. 41. Cephal. cons. 329. num. 55. &*
7 *seq.* & concessio præsumatur modo † quo supra concepta in fraudem venditionis. *Afflict. decis. 72. per tot.*

Nec etiam releuat obiectum circa domus identitatem nempe quod census non fuerit impositus super domo, de quo agitur, quoniam imò probatio
8 huiusmodi resultat manifesta ex conformi † nominatione eorumdem confinium designata in tribus illis Instrumentis nimirum impositione census, eiusdem cessione, & alienatione postremò facta per D. Maffeum.

Nec demum obstat quod dictus census non fuerit cessus simpliciter Ioanni Baptistæ aduersario, vnde
9 † pacto de redimendo ommisso etiam quod pactum prædictum expirauit vsque à die prima Decembris 1625. cum tempus redimendi præfixum fuerit intra septennium, & cessio facta prima Decembris 1618. visum est Dominis quod etiamsi adhuc redi-
10 mendi † facultas duraret, nihilominus retrahendi Ius competeret Ioanni Baptistæ; quia mediante di-
11 cta cessione acquisiuit † verum dominium etiam ad effectum retractus, *vt dicit Benedel. de iur. protom. in animaduerso ad princ. constit. nu. 11. Modern. discept. forens. cap. 526. num. 54. & seq. & fuit dictum in Bononien. retractus 16. Ianuarij 1623. coram R.P.D. meo Burratto.*

Quo verò ad sententiæ validitatem visa fuit satis
12 probari ex actorum † reuolutione iuxta decisionem *Caputaq. 260. par. 2.* nec validè impugnari eo quia Instrumentum census vigore cuius Io. Baptista instat se præferri, non fuerit productum in prima instantia, sed in secunda, vnde pro Antonio Maria infertur sententiam non † iustificari ex actis, quoniã quicquid sit de prædicta productione, sufficit quod hodie sententia iustificatur ex nouiter deductis cum non versemur in illis casibus specialibus, in quibus
14 sententia ex eisdem est † iustificanda. *Put. decis. 405. lib. 6 Seraph. decis. 705. n. 3. & decis. 734. n. 51.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

REVERENDISS. COCCINO.

Ferrarien. Canonicatus.

Lunæ 30. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Plura deducuntur circa prouisionem beneficij vacantis per obitum familiarium S.R.E. Cardinalium, in concursu Cardinalis, Ordinarij collatoris ad quem scilicet spectet talis prouisio, qua occasione latissimè ventilantur plura dubia circa interpretationem regularum Cancellariæ hodie 4. & 33. circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatuum prouisio, quando dicatur electiua.*
2 *Regul. Cancell. hodie 33. fauet Cardinalibus Ordinarijs Collatoribus.*
3 *Regula Cancellariæ 33. fauet Cardinali Ordinario Collatori, etiam quod sola confirmatio spectet ad eos.*
4 *Verbum prouisio, comprehendit etiam confirmationem.*
5 *Priuilegia, quæ spectant ad Cardinales Ordinarios Collatores, fauent etiam Capitulis ratione communionis.*
6 *Fundum communem si ego, & pupillus habeamus, licet vterque non vtatur propter pupillum, ego etiam vtam retineo.*
7 *Indultum concessum Ordinario Collatori suffragatur etiam Capitulo, quando ad ipsum spectet electio, confirmatio vera ad Episcopum.*
8 *Indulta, quando non suffragantur Cardinali Ordinario Collatori, nec ei regul. 33. Cancellar. suffragatur, & sic neque Capitulo.*
9 *Regul. 4. Cancell. comprehendit etiam beneficia, quæ spectant ad Collationem Cardinalis Ordinarij Collatoris.*
10 *Cardinales comprehenduntur sub regul. Cancell. nisi ratio regulæ illos non comprehendat, vel aliàs sint exceptuati.*
11 *Et ab antiquo tempore tenet Rota.*
12 *Cardinales, vt disponit regul. 70. Cancell. non com-*

comprehenduntur sub regulis faciendis ergo eadem regula admittit, quod comprehendantur sub regulis editis.

13 *Cardinales, quod ligentur regulis Cancell. id non solum demonstrant regulæ antiquæ.*

14 *Sed etiam verba indultorum non solum modernorum, sed etiam antiquorum.*

15 *in Indultis antiquis Cardinalium concedebatur quoque facultas conferendi beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium.*

16 *Licentia, seu facultas nihil aliud est, quam collatio libertatis concessæ ei, qui eam non habet ex se ipso.*

17 *Facultas præsupponit prohibitionem.*

18 *Glossator antiquus super regul. 3. Cancellar. hodie 4. in fin. dum ait, eam regulam non reseruare beneficia, quæ vacant, per obitum familiarium S. R. E. Cardinalium declaratur.*

19 *Regul. 4. Cancellar. cum comprehendat beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, etiam quod Cardinalis collator sit Ordinarius, eidem non suffragatur regul. 33.*

20 *Regulæ Cancellariæ cui non suffragantur.*

21 *Regul. 33. Cancellariæ edita fuit ad tollendas dissentiones inter Cardinalem Ordinarium Collatorem, & Cardinalem patronum per cuius familiaris obitum beneficium vacauit.*

22 *Regul. 33. Cancell. non emanauit ad tollendam reseruationem regul 4.*

23 *Regul. 4. Cancell. ad quem finem reseruet beneficia, & dignitates ibi expressas.*

24 *Regul. 32. Cancell quid disponat.*

25 *Regula 33. Cancellariæ operatur solum quando Cardinalis Ordinarius Collator habet indultum, & num. 33.*

26 *Regul. 33. Cancell. edita fuit ad tollendas lites, quæ ex præcedenti Constitutione scilicet regul. 32. oriri possent.*

27 *Legislatoris mens denotatur ex causa expressas in proemio legis.*

28 *Lites de quibus fit mentio in regula 33. Cancell. exoriri non possent, nisi Cardinalis haberet indultum.*

29 *Regula 32. Cancellar. requirit consensum Cardinalis Patroni in collatione beneficiorum de quibus ibi,*

30 *Regula 33. Cancellariæ nihil disponit, sed præsupponit.*

31 *Verba enunciatiua legum non decidunt.*

32 *Verba, quæ præsupponunt, non disponunt.*

34 *Cardinalis priuilegiatus non debet vti priuilegio contra alium Cardinalem priuilegiatum.*

35 *Regula 33. Cancellariæ indulto deseruit, & famulatur, & num. 49. & 52.*

36 *Regul. 33. Cancell. non suffragatur Cardinalibus indultum non habentibus, & sic re maturè discussa per plures fuit responsum, vt numer. 37. & 38.*

39 *Verba sunt intelligenda secundum casum præmissum.*

40 *Absentis, & præsentis non est par ratio.*

41 *Verba sequentia debent determinari à verbis præcedentibus.*

42 *Votum bonæ memoriæ Cardinalis Seraphini, & Robusterij super regul. 33. Cancell. super quo sit fundatum.*

43 *Eneas de Falcon. de reseruat. quæst. 23. effect. 17. vers. sextum est declaratur, & nu. 44. & 45.*

46 *Cardinalis Patronus, vel Cardinalis collator qui præferatur in collatione beneficij vacātis per obitum familiaris Cardinalis &c.*

47 *Regul. 33. Cancell. non aderat tempore Sixti IV. & Innoc. VIII. & nu. 52.*

48 *Sarnen. in regul. Cancell. de impetrand. quæst. 19. qualiter intelligatur, & nu. 50.*

51 *Supposita si non adsunt, cessant disposita.*

53 *Regul. 4. & 32 Cancellar. indubitatum est, quod comprehendunt Cardinales Ordinarios collatores, nisi aliter erit eis concessum, & numer. 54. & 55.*

56 *Concessio præsupponit priuationem.*

57 *Regulæ Cancell. quod sint superuacaneæ, non est dicendum.*

58 *Regulæ Cancellariæ, & non Constitutiones, quæ dicantur.*

59 *Regul. 4. Cancellariæ non tollere videntur reseruationem, sed solum aperire viam conferendi reseruata ratione familiaritatis.*

60 *in Regul 33. Cancellar. non fit mentio regul. 4.*

61 *Regul. 32. Cancellariæ primò edita fuit ab Adriano VI. quam edidit ex mente non nullorum prædecessorum suorum.*

63 *Regul. 33. Cancellariæ non suffragatur Cardinali Ordinario collatori, & sic nec Capitulo, ex Constitutione Moderatoria Indultorū Gregor. XIV. & Pauli V.*

64 *Constitutiones moderatoriæ Indultorum Gregor. XIV. & Pauli V. Rota semper habuit pro perpetuis.*

65 *Et quid in secunda parte dd. Constitutionum contineatur, & nu. 68.*

66 *Cardinalis consensus, quando requiratur in prouisione beneficij vacantis per obitum eius familiaris, & quid de Cardinali collatori, & nu. 67.*

69 *Constitutiones Gregor. XIV. & Pauli V. moderatoriæ Indultorum Cardinalium habent clausulam sublata, & decretum irritans.*

70 *Papa sibi reseruat beneficia familiarium Cardinalium, siue Cardinales habeant indultum, siue non, & vide, nu 71. & 72.*

73 *Regul. Cancell. per mortem Papæ expirant.*

74 *Regul. Cancell. censentur renouatæ per Pontifices superuenientes, cum conditionibus inflatis per Constitutiones perpetuas aliorum Summorum Pontificum.*

75 *in Constitutionibus Gregor. XIV. & Pauli V. moderatorijs Indultorum Cardinalium constituitur certa regula circa collationem beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium.*

76 *Dispositio ne videatur superflua sufficit, vt aliquid operetur, vel operari possit.*

77 *Regul. 33. Cancell. satis operatur, si Papa velit concedere indultum conferendi beneficia etiam vacantia per obitum Cardinalium.*

78 *Regula 33. Cancellariæ licet sit inserta in volumine aliarum regularum, hoc non operatur, quin non recipiat modificationem, de qua in Constitutionibus Gregor. XIV. & Pauli V. moderatoria indultorum.*

79 *Verba amplissima restringuntur per sequentia moderatoria, & nu. 80.*

81 *Ver-*

81 *Verbum, ad vnguem, est præcisum, & vmi habet, & effectum clausulæ derogatoriæ.*
82 *Clausula, non alias, habet præcisam naturam, et non recipit aliquam modificationem, vel interpretationem separatam à verbis.*
83 *Clausula, non alias, importat necessitatem, si negatiue ponatur, et inducit necessitatem, et formam.*
84 *ex Derogationibus amplissimis colligitur mens disponentis.*

DECISIO DCLIV.

CANONICATVS de quo agitur, vacauit per
obitum familiaris Cardinalis nunc viuentis,
absentis tamen à Curia & Summ. Pontifex de illo
prouidit tamquam de reseruato ex regula hodie
quarta, Capitulum verò Cathedralis prætendens ele-
ctionem ad se spectare, cõfirmationem verò ad Car-
1 dinalem Episcopum, & † sic Canonicatum esse
electiuum *glos. in vers. electionem in Clem. quia con-
tigit §. vt autem, de relig. domib.* alium eligit, qui
prætendebat immissionem sub prætextu, quod re-
2 gula † hodie 33. faueat Cardinali, Ordinario Colla-
tori, vt videtur voluisse Eneas de Falconibus de
reser *quæst. 23. eff. 17. vers. sextum est quem sequitur
Sarnen. in regul. de impetr. benef. vac. per obitũ fam.
Card. quæst.* 19. & sequendo prædictos in quodam
suo voto *bo. me. Rubusterius, & Card. Seraph. tunc
Rotæ Auditores*, & propria dicta regula 33. fauet
3 † Cardinali Ordinario collatori etiam quod sola
confirmatio spectet ad ipsum, ex quo regula loqui-
tur etiam de beneficijs spectantibus ad prouisionem
4 Cardinalium, quod † verbum comprehendit etiam
confirmationem *Gonz. ad reg. 8. glos. 20.* fauet quo-
5 que Capitulo ratione communionis, cum habeat
electionem, Episcopus verò confirmationem ad *l.
si communem fundum, ff. quemadmodum ser. amitt.*
vbi si communem fundum ego, & Pupillus habea-
6 mus, licet vterque † non vtatur, propter Pupillum,
ego etiam viam retineo per quem textum, quod
Indultum concessum Ordinario collatori suffrage-
7 tur † etiam Capitulo, quando ad ipsum spectat ele-
ctio, Confirmatio verò ad Episcopum dixit *Rota
in alia Ferrarien. Canonicatûs 26. Aprilis superio-
ris anni coram R. P. D. Pirouano, & in alia simili
Ferrarien. eadem die coram* R. P. D. *meo* Remboldo
*& 11. Decembris præteriti coram bon. mem. Vbaldo,
& pariter eadem die 26. coram me in causa Cremo-
nen. Canonicatus.*

His tamen non obstantibus Domini censuerunt
non esse dandã immissionem, quia cum Indultum
8 † non suffragetur Cardinali Ordinario collatori, nec
ei regula 33. suffragatur, & sic nequè Capitulo pri-
mo ex natura sua; secundo ex Constitutione mo-
deratoria Indultorum Gregorij XIV. & sanct. me.
Pauli V. sed remanet in suo robore reseruatio regu-
læ 3. quæ quidem regula comprehendit etiam bene-
9 ficia, quæ spectant † ad collationem Cardinalis Or-
dinarij collatoris, quia, & Cardinales ipsi compre-
10 henduntur sub regulis † Cancellariæ nisi ratio regu-
læ illos non comprehendat, vel alias sint exceptuati
*Felin. in cap. ad aures num. 11. per tot. & præsertim
in fin. de rescript.* vbi refert, quod Ioannes Panui-
11 nus † Rotæ Auditor attestatur, quod ità tempore
suo sæpè fuit iudicatum in *Rota Silu. de benef. q. 12.
num. 31. Cassad decis. 38. super reg.* vbi testatur de
communi opinione prout etiam *Sarnen. in addit. ad
regul. Cancell. decis. 66. in manuscript. incipien. in
quæst. 12. de præbend.* & ista opinio coadiuuatur du-
12 plici fundamento. Primo † quia regula hodie 70.
disponit, quod Cardinales non comprehendantur
sub regulis prout post primam additionem facien-
dis, ergo admittit, quod comprehendantur sub re-
gulis æditis, vt dicunt *Mohedan. decis. 23. in fin. de
renunc. Cassad. d. decis. 38. super regulis.* Secundo
13 quia hoc clarè ostendunt, nedum † regulæ antiquæ,
quæ concedebant facultatem conferendi beneficia
ista vacantia per obitum *famil. Card* non obstante
regula hodie 4. de quibus statim dicetur, sed etiam
14 † verba indultorum nedum modernorum, sed etiam
antiquorum, in quibus tunc etiam concedebatur
15 facultas conferendi beneficia † vacantia per obit.
famil. Card. ibi, *Dignum, quin potius debitum re-
putamus ea tibi fauorabiliter cõcedere, per quæ sub-
latis impedimentis quibuslibet possis de beneficijs tuæ
dispositioni commissis salubriter prouidere.* Licen-
16 tia † enim, seù facultas nihil aliud est, quam colla-
tio libertatis concessæ ei, qui eam non habet ex se
ipso *cap. licet. de regul. Bald. cons. 290 ante fin. lib. 3.*
17 ergo ista facultas præsupponit † prohibitionem ex
regulis Cancellariæ *l. fin. C. de Iur. emphit.* & expres-
sè fuit dictum in causa *Vrbinaten. Iuris eligendi 19.
Martij 1586. coram* Cantuccio, de qua statim di-
cetur Nequè contrarium dicit *glos. antiquus super
reg. 3. hodie 4. in fin.* cum solum dicat, quod regu-
la non censetur reseruare beneficia quæ vocant per
18 † obitum Cardinalium familiarium Papæ, cum de
eis regula nullam faciat mentionem, non autem
quod regula non comprehendat beneficia per obi-
tum familiarium Cardinalium quæ ad collationem
Cardinalis Ordinarij spectare deberent, prout etiã
sentit ibidem in fine Ioannes à Kochier.

19 Cum igitur regula 4 comprehendat beneficia
vacantia per obitum familiarium Cardinalium etiã
quod Ordinarius collator sit Cardinalis, eidem non
suffragatur regula 33. primo vt dictum est ex natu-
20 ra sua, quia † nullam habet mentionem de d. regula
4. Vndè non potest considerari aliqua modificatio
Cassad d decis 38. num 11. super regula. & clarè ap-
21 paret ex eo, quia † ista regula ædita fuit ad tollen-
das dissensiones inter Cardinalem Ordinarium col-
latorem, & Cardinalem Patronum per cuius fami-
22 liaris obitum beneficium vacauit, non † autem ad
tollendam reseruationem regulæ 4. quod deprehẽ-
ditur, quia regula hodie 4. reseruat ad istum finem,
23 † vt Papa de consensu Cardinalium Patronũ si sunt
præsentes in Curia prouideat; & beneficium est re-
seruatum Papæ per regul. quartam ad istum finem,
vt Ordinarij, & expectantes non possint capere.
Et ità reseruatio declaratur per regulam hodie 32.
24 in cuius principio † omnia beneficia comprehen-
duntur, vt Pontifex de illis tamquam de reseruatis
possit disponere de consensu tamen Cardinalis Pa-
troni, si esset præsens in Curia *Achill. in puncto de-
cis. vn. num. 3. super regul. de impetr. benef.* per obi-
tum famil. Cardin. & ità obiecto etiam in puncto
per dicta verba formalia respondet *Rota in d. causa
Vrbinaten. Iuris eligendi 19. Martij 1586. coram
Cantuccio*, sed d. regul. 33. operatur solum quando
25 † Cardinalis Ordinarius collator habet Indultum,
quod ostenditur tam ex causa ex qua emanauit, quã

26 ex verbis, † causa enim regulæ est ad tollendas lites, quæ ex præcedenti Constitutione exoriri possent, quod colligitur ex eo quia est expressa in proe-
27 mio; † & ideò denotat mentem disponentis, vt in terminis regularum dicit *Sarnen. de verò simil. not. in proem. num. 2. & quæst. 3. num. 6.* huiusmodi au-
28 tem † lites non potuissent exoriri, nisi Cardinalis haberet indultum; stante regula hodiè 4. quæ, vt dictum est, reseruat, & regula hodiè 32. quæ requi-
29 rit consensum Cardinalis Patroni † ex verbis etiã hoc clarè colligitur quia prædicta regula 33. nihil
30 † disponit, sed præsupponit ibi *cessantibus Apostolicis reseruationibus ad alterius Cardinalis collationem pertinere deberent*, quæ verba sunt quodam-
31 modo † enunciatiua pertinentiæ collationis *Rom.*
32 *cons. 191. num. 5.* & ideò † non disponunt; nec potest deduci aliqua dispositio ex verbis sequentibus; sed beneficia huiusmodi ad collationem Cardinalis Ordinarij collatoris, vt præfertur, liberè spectare censeantur; quia sunt intelligenda quantus cessantibus Apostolicis reseruationibus collatio spectare
33 † deberet ad Ordinarium collatorem, quod esse non potest, nisi habeat Indultum, quia semper ei obstabit regula 4. vt est de mente *Rebuff. super dicta* regul. 33. dum dicit, quod Cardinalis priuilegiatus,
34 † nempè Patronus, non debet vti priuilegio, contra alium Cardinalem priuilegiatum, nempè Ordinarium quare præsupponit Cardinalem Ordinarium habere indultum, quia alias non esset priuilegiatus, & prædicta probantur etiam authoritate *Sarnen. super reg. de impetr. benef. per obitum famil. Cardin. d. quæst. 19. num. 1. in fin.* vbi disputando similem conclusionem dicit expressè quod
35 † regula indulto deseruit, & famulatur & sic clarè sentit Cardinalem Ordinarium debere habere In-
36 dultum, nec † regula posse iuuare alios Indultum minimè habentes, & itá fuit resolutum in *Assisien. beneficiorum* 8. *Iunij* 1607. *coram bon. mem. Card. Sacrato*, & in puncto consulti pro veritate à Dataria, temporibus sanct. mem Pauli V. in causa Romana Canonicatus sanctæ Mariæ in Trastiberim re-
37 sponsum fuit ex nostro voto, † & eiusdem sententiæ fuit bon. me. Cardinalis Pamphilius nuper nostri Ordinis Auditor insignis, & Rotæ Decanus, qui consultus pro veritate in causa Ripana beneficij, dũ esset Cardinalis, itá respondit, vt patet in illius voto,
38 † de quo rationem habuimus bo. mem. Cardinalis Lancellottus, & ego in prædicta causa Romana Sanctæ Mariæ in Trastiberim; & in hoc casu cessat prorsus omnis difficultas, quia verba illa ad colla-
39 tionem liberè spectare censeantur, † sunt intelligenda in casu præmisso, scilicet quando concurrit Patronus *iuxtà not. per Oldrad. in cons. 8. num. 2. & per Bald. in cons. 484. per tot. lib. 4.* qui quidem Patronus in hoc casu non concurrit, cum esset ab-
40 sens à Curia, & propterea cũ non † sit par ratio patrono presente, & patrono absente verba illa liberè spectare censeantur, non possunt determinare verba præcedentia, sed ipsa verba liberè spectare
41 censeantur, debent determinari † à verbis præcedentibus scilicet patrono existente in Curia *Raimund. de for. lin. cons. 68. num. 16. vers. sed respondeo inter consilia Signoroli.*

Nequè obstat Eneas de Falconibus Sarn. &
42 † votum prædictum, quia quoad votum cum fundentur in dicto Eneæ, & Sarn. quod non obstat in hoc casu, vt statim dicetur, & per consequens nec votum prædictum. Nam quantum attinet ad dictũ
43 † Eneæ de *reseruat. 17. eff. vers. sextum est*, dicit decem vtilia resurgere ex reseruatione ratione familiaritatis. Sextum vtile est, quod si vacat beneficium familiaris vnius Cardinalis, quod sit ad colla-
44 tionem alterius † Cardinalis, quia est situm in sua Ecclesia, vel Diœcesi, isto casu hic vltimus Cardinalis habet illud conferre, non obstante familiaritate prædicta, & subdit, quòd itá seruatur, & affert rationem, quia magis attenditur facultas ordina-
45 ria † ipsius Cardinalis qui habet iure ordinario cõferre, quam extraordinaria reseruatio respectu familiaritatis Hoc dictum præsupponit casum, in quo reseruatio regulæ hodie 4. non comprehendit Cardinalem Ordinarium collatorem, & in hoc stat
46 quæstio, an † isto casu debeat præferri Patronus, an Ordinarius collator, & hodiè est sublata istá difficultas ex regula hodie 33. quæ non aderat nec tempo-
47 ribus † Sixti IV. & Innocentij VIII. vt videre est in illius regulis, & Sarnen. in regula de impetran. *quæst. 19. supra allegat. in fin.* dicit quod Iulius, Hadrianus, & Moderni Pontifices, vt hoc dubium tollerent in suis regulis expresserunt, sed Sarnen.
48 † loquitur, quando Ordinarius collator habet Indultum, cum supra dixerit, quod hæc regula hodiè
49 33. † inseruit, & famulatur Indulto, & idem Sarnen. intelligit dictum Eneæ de Falconibus, vt procedat, quando Ordinarius collator habet indultum, quia in principio quæstionis semper præsupponit indultum, & refert opiniones, & in fine vers. tamen
50 tenenda † est prima opinio, dicit quod tenenda est opinio, quam moderni Sabinen. dicunt in Curia seruari, quæ prima opinio supra per eum relata est, quod Ordinarius præferatur Patrono, & præsupponit quod Ordinarius habet indultum. Cum igi-
51 tur in hoc casu † non adsit indultum, vt infrà dicetur, nequè Eneas, nequè Sarnen. ac votum prædictum applicantur ad hunc casum.

Et quod prædicta verissima sint, clarissimè deprehenditur, quia, vt dictum, nec temporibus Sixti
52 Quarti, nec Innocentij Octaui, aderat huiusmodi regula hodiè 33. sed tantummodo regula hodie 4.
53 & 32. quæ indubitatum † est, quod comprehendebant Cardinales Ordinarios collatores, nisi aliter illis fuerit concessum ex supra deductis, quibus additur quod Sixtus Quartus immediatè post regulam
54 32. itá † per aliam regulam disposuit S. D. N. concedit Cardinalibus plenam, & liberam dispositionem omnium beneficiorum ad collationem &c. dispositionem suam &c. spectan. &c. ac voluit, quod expectatiuæ &c. regulæ Cancellariæ dignitatũ &c. aliorumque beneficiorum etiam familiarium Cardinalium, Romanorum Pontificium &c. ad dicta beneficia nullatenus extendantur &c. ergo stante d. re-
55 gula, apparet † quod Cardinalis Ordinarius collator comprehendebatur sub regula hodie 4. quia alias non fuisset opus expressione, de qua in verbis illis
56 concedimus, quæ † concessio præsupponit priuationem *iuxt. not. in c. fin. de verb. signif.* huiusmodi autem priuatio non proueniebat aliundè, quam ex regula hodie 4. Eneas de Falconibus *eff. 17. in 4. vtili vers. & hoc*, quia nullo iure probatur & hoc etiam manifestissimè deprehenditur ex alia regula Clementis Septimi, & ex alia Pauli Quarti, in quibus dabatur facultas Cardinalibus tunc viuentibus con-

conferendi beneficia vacantia per obitum famil.
57 Cardin. † quæ concessiones fuissent superuacaneæ si Cardinales Ordinarij collatores non fuissent comprehensi sub regula hodie 4. & prædictas esse regu-
58 las Cancellariæ, † non autem constitutiones satis fuit deductum in præcitato voto Cardinalis Lancellotti, & meo, quæ quidem regulæ in istis terminis non videbantur tollere reseruationem sed solum
59 aperire viam conferendi † reseruata ratione familiaritatis ac si talia non forent, vt in simili dicit
60 *Cassad. decis. 8. num. 10. de præben.* cum † non fuerit facta specialis mentio regulæ hodie 4. *Cassad. decis.* 38. *num.* 11. super regul. & hanc postremum regulam non fecit Innocentius Octauus, immediatè Successor Sixti vel alij subsequentes Romani Pontifices exceptis Clem. VII. & Paulo IV. sed vt videri potest ex regulis antiquis Adrianus VI. ex mente nō-
61 nullorum † prædecessorum suorum regulam hodie 32 declarauit, prout in regula hodie 33. & dicit *Sarnen. super regul. de impetr. benef. fam. Card. quæst. 19. in prim.* quæ quidem declaratio, vt patet
62 ex prædictis non dat † facultatem conferendi, sed inseruit, & famulatur indulto, vt per *Sarnen. in d. quæst. 19. num. 2.*

Secundo principaliter regula 33. non suffragatur Cardinali Ordinario collatori, & per consequens
63 Capitulo ex Constitutione moderatoria Indultorū Gregorij XIV. & sanct. mem. Pauli V. quas Rota
64 semper habuit † pro perpetuis, & in terminis Constitutionis Gregorij *Rota habuit hunc sensum in causa Ripana beneficiorum 7. & 14. Februar. 1608. proponente primo bon. me Francisco Penia tunc Rotæ Decano, & secundo loco Illustriss. Millino Rotæ Auditore* licet tunc non fuerit facta *decis. & expressè fuit dictum in causa Assisien. beneficiorū 7. Maij, & 18. Iunij 1607. coram bon. mem. Card. Sacrato.* In secunda enim parte dd. Constitutionum dicitur,
65 † quod beneficia vacantia per obit. familiar Cardinal. siuè in Curia, siuè extra Curiam etiam si ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam disposit onem pertinere deberent, etiam si tunc essent aliæ Apostolicæ reseruationes hactenus æditæ. Nihilominus imposterum dispositioni Sanctitatis Suæ reseruata censeantur itaut in prouisionibus talium beneficiorum super expeditionibus litterarū illius Car-
66 dinalis, cuius familiaris defunctus existit, si ipse Cardinalis tunc præsens in Curia fuerit, consensus requiri omnino debeat, nō autem beneficia huius-
67 modi ad collationē, seù quamuis † aliam dispositionem Cardinalis Ordinarij collatoris, etiam si in Romana Curia presens fuerit consensus quoquomodo requiratur easdemque Constitutiones, & regulas Cancellariæ etiam declaratorias super beneficijs familiarium prædictorum Cardinalium æditas, & vt
68 additur in † Constitutione sanct. me. Pauli V. edendas, tam quoad Cardinales indulta huiusmodi habentes, quam non habentes, atque ideò indulta ipsa ad terminos præsentis Constitutionis redu-
69 xit, & moderatus fuit, † & prædictæ Constitutiones habent clausulam sublata, & decretum irritans.
70 Ex quibus clarè patet, quod Summi † Pontifices reseruant sibi talia beneficia, siue Cardinales habeant indultum, siue non habeant, & indulta, & regulas Cancellariæ ad terminos huius Constitutio-
71 nis reduxerunt † & moderati fuerunt, quare etiam quod regula 33. aliquid tribueret Ordinario Colla-
72 tori, nihilominus moderata, & reducta fuit † ad terminos huius Constitutionis, & propterea Ordinarius collator Cardinalis ea iuuari minimè potest.

Neque huic modificationi obstat, quod regulæ
73 Cancell. † per mortem Papæ expirent, & cum Sanctiss. D.N. nouas regulas fecerit inter quas hæc regula 33. videtur ea posse iuuari Card. Ordin. collator, & sic Capitulo etiam suffragatur quia regula Mo-
74 derna censetur † innouata cum conditionibus inflatis per dd. Constitutiones perpetuas Gregorij XIV. & sanct. me. Pauli V. cum in illis fuerit constituta
75 † certa regula circa collationem beneficiorum vacantium per obitum *fam. Cardin. Roman. cons. 345. num. 22. vers. cæterum potest obi. Apostill. in verbo doctrinam ponit concordantes, & in terminis regulæ Cancellariæ idem Roman. cons. 379. num. 13. in fin. & num. 14 allegans. Bart. in l. prætor §. eritque differentia ff. de vi bonorum raptorum*, & subdit in fine hæc procedere etiam si secunda regula videre-
76 tur † superflua, quia sufficit quod aliquid operetur, vel operari possit, prout in casu isto, quia satis hæc regula 33. operaretur vel operari possit, prout in casu isto, quia satis hæc regula 33. opera-
77 retur si † Summus Pontifex vellet concedere indultum conferendi beneficia etiam vacantia per obitū *famil. Cardin. vt Rota considerauit, dum proponeretur prædicta causa Ripana beneficij*, & quamuis hæc regula 33. sit inserta in volumine aliarum re-
78 gularum, hoc non operatur, quin † non recipiat modificationem de qua in dictis Constitutionibus Gregorij, & Pauli, etiam quod sint extrauagantes, *vt per Castrens. in cons. 278. in princ. lib. 2.*

Quod verò indultum non suffragetur, est indubitatum, quia licet illius verba amplissima sint, ni-
79 hilominus restringitur † per verba in fine posita, scilicet & quoad beneficia vacantia per obitum famillar. Cardinalium, iuxta formam Constitutionis fel. rec. Gregorij XIV. Prædecessoris nostri, & nostræ, scilicet Pauli V. qui indultum concesserat, moderatoriæ indultorum ijsdem Cardinalibus conces-
80 sorum. Nec ista verba possunt recipere interpretationem quod censeatur data facultas seruata forma indulta; quia Papa prosequitur quam ad vnguem seruari, & custodiri volumus, & nō alias, quod ver-
81 bum † ad vnguem præcisum est & habet vim, & effectum clausulæ derogatoriæ *Abb. in cap. 2. num. 5. de rescript. Crot. in l. stipulatio hoc modo num. 34. ff. de verb. oblig.* & maximè adiuncta alia clausula, & non alias, quæ habet præcisam naturam & non re-
82 cepit † aliquam modificationem. vel interpretationem separatam à verbis *Dec. cons. 61. num. 2.* & im-
83 portat necessitatem ex † quò negatiuè ponitur, & inducit solemnitatem & formā latè *Paris. cons. 19. num. 15. lib. 2.* Quod eo magis ostenditur ex verbis subsequentibus; non obstantibus regulis nostris in
84 † Cancellaria Apostolica publicatis, videlicet de *impetr. benef. per obit. fam. Cardin.* quas ad hunc effectum ad terminos supradictæ Constitutionis reducimus, ex quibus omnibus satis apparet Papam noluisse recedere à d. declaratione Gregorij XIV. & sua, & per illa verba nihil dedisse Cardinali, sed solum declarasse, quod suæ, & Gregorii declaratoriæ non obstabat indultum.

Et ita conclusum &c.

REVERENDISS. MERLINO

Dertusen. beneficij.

Lunæ 27. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando est mixtum, partim scilicet Ecclesiasticum, & partim Laicale, tunc illud non cadit sub regul. 9. reseruatoria mensium, & quando, & ex quibus probetur ipsum esse tale.

SVMMARIVM.

1 *Breuium executioni, vt sit locus, opus est vt clausula, constito &c. in eis positis plenè, vt concludenter iustificentur.*

2 *Iuspatronatus mixtum non cadit sub regula 9. Cancellariæ reseruatoria mensium.*

3 *Iuspatronatus dicitur mixtum idest Ecclesiasticum, & Laicale, quando partim spectat ad Clericos, & partim ad Laicos.*

4 *Iuspatronatus præsumitur Ecclesiasticum, si ex bonis intuitu Ecclesiæ acquisitum fuerit dotatum.*

5 *Mendacium iniqui redarguitur in senio & morbo confracto, supremumque DEI iudicium cogitante, si intuitu pietatis dotauerit capellam aliquam.*

6 *Capellam datans clericus, ex quo argui possit, quod eam dotauerit ex bonis patrimonialibus.*

7 *Laici, si in longissima quasi possessione iurispatronatus reperiantur, oritur magna præsumptio, quod illud fuerit dotatum ex bonis Laicalibus.*

8 *Iuspatronatus fundatum ex bonis Ecclesiasticis, non potest laicis relinqui, nec ipsi tunc sunt admittendi ad præsentandum.*

9 *Iuspatronatus Laicale, si quis possideat, dato, quod aliquis asserat, illud fuisse fundatum ex bonis Ecclesiasticis, onus probandi spectat ad eum.*

DECISIO DCLV.

CVM Iacobus Villalta obtinuisset à Sede Apostolica prouisionem beneficij S. Annæ in Parochiali Terræ Castilionis tanquam reseruati ratione mensis, & super dicta prouisione expediuisset Breue de capienda possessione nomine Cameræ, & subsequenter obtinuisset ab A.C. mandatum de immittẽdo cum declaratoria fuit ab his appellatum pro Iacobo Castellet, & commissa appellationis causa in Rota cum clausula arbitrio super quo per me, dubio proposito Domini responderunt, arbitrium intrare; Quoniam vt sit locus executioni Breuium huiusmo-
1 di clausula constito &c. debet iustificari plene, & concludenter *Rot. recent. decis. 580 num. 5. par. 2. in Elnen. Beneficij 10. Decembris 1614. coram Reuerendiss. D. meo Seleucien. & in alijs relatis per Garz. de Benefic. par. 6. cap. 3. num. 64.* Quæ tamen iustificatio in præsenti visa est deficere, quia beneficium,
2 de quo agitur, † est Iurispatronatus mixtò, quod non cadit sub regula reseruatoria mensium *Cassad. decis. 4. num. 10. in fin. de probat. & decis. 7. num. 10. de Iurepatron. Achil. decis. 13. per tot. eodem tit. Put. decis. 157. num. 5. lib. 3. Crescent. decis. 3. num. 3. de Iurepatron. Rota decis. 574. num. 10 par. 1. diuers. & in recent. decis. 541. sub num. 4. par. 2. plene Gonzal. super reg. 8. glos. 18. num. 13. & 14.*

Et qualitas prædicta Iurispatronatus bene visa est probari ex quo Bertrandus de Torrentibus fundator illud reliquit Rectori, & iuratis dictæ Terræ Castilionis vt in eiusdem vltimo Testamento de anno 1310. Qui iurati cũ sint Laici, & pro medietate
3 habeant Iuspræsentendi, vtique negari non potest, quod Iuspatronatus sit mixtum *Gemin. in cap. vnic. in finalibus verbis de Iurepatr. in 6. Felin. in c. multorum num. 3. vers. Et ideò singulariter de Iud. Abb. in c. dilectus num. 5. de offic. legat. Lambertin. de Iurepatron. lib. 2. par. 3. quæst. 9. art. 9. numer. 1. Couar. Pract. quæst cap. 36. numer. 5. Rot. diuers. decis. 574. num. 9. par. 1.*

Nec obstat, quod dictus Bertrandus esset Rector Ecclesiæ Parrochialis vnde informantes pro Villalta conantur inferre Iuspatronatus ab eo fundatum
4 † præsumi Ecclesiasticum vti dotatum ex bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ *iuxtà tradita per Gonzal. super reg. 8. glos. 18. num. 110.* ommisso enim, quod idem Rector asseruit in ipso Instrumento fundationis se fũdasse Iuspatronatus ex bonis proprijs, cuius assertio iniquè redargui videtur de mendacio, dum
5 † senio, & morbo confractus mortem supremumq; Dei iudicium cogitans, pietatis impulsu dotabat altare; Cessare visa est Dominis difficultas, quia suspicio omnis mendacij, quæ posset exoriri contra dictam assertionem purgari videtur tum ex præsentia, & consensu sororis dicti Bertandi sub cuius so-
6 † roris nomine emptum fuit illud prædium datum in dotem Altaris, nam si dotatio facta fuisset ex bonis Ecclesiasticis opus non fuisset dicta præsentia, & assensu sororis. Tum etiam ex longissima quasi possessione præsentandi in qua reperiuntur dicti Iu-
7 rati † Laici, vnde oritur maxima præsumptio, quod Iuspatronatus fuerit fundatum ex bonis patrimonia-
8 libus, nam alias † non potuisset illis relinqui, nec fuissent admissi ad præsentandum *Achil. decis. 1. n. 1. Mandos. de Iurepatr. Gonzal. vbi supra numer. 109. Mandos. in tract. de Signatur. Grat. tit. de derogat. Iurispatr. vers. Quæro cum alijs quos latè refert, & sequitur, Garz. de Benef. par. 4. cap. 1. num. 594.* Vel saltem dicta quasi possessio transfert onus probandi in illum qui prætendit Iuspatronatus fuisse fundatum de bonis Ecclesiæ *Mobed. decis. 9. ante num. 1. de Iurepatron. Crescent. decis. 9. num. 1. eodem tit. Put. dec. 90. num. 1. lib. 3.*

Et ita vtraque parte informante &c.

☞ *Infra in Appendice habetur altera decisio in eadem causa sub die 5. Iulij 1627. coram eodem bonæ mem. Merlino.*

REVERENDISS. COCCINO.

Carthagineñ Sponsalium.

Mercurij 29. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Ad Ecclesiam, si vir, & mulier ibant ad effectum contrahendi matrimonium, & per viam superuenit impedimentum, itaut suum intentum assequi nõ potuerũt, sed vir dixit mulieri, bene scis, quod tu es mea vxor, & alia non est futura, nisi tu mea vxor, & è cõtra sic pariter dixit mulier viro, dubitatur modo an ista verba in isto frangenti prolata importent matrimonium, vel sponsalia, vide distinctionem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Verba illa, prolata inter virum, & mulierem, altera non est futura mea vxor, quam tu, & sic quoque dixit mulier. secundum aliquos ista verba important sponsalia de futuro.*
Alij vero contrarium sentiunt ea ratione, quia promittere non ducturum aliam quam Bertam, non important conditionem ducendi Bertam, sed tantum aliam ducere, num. 3.
2 *Dictio, nisi, quando sequitur negatiua, affirmat.*
4 *Promissio non ducendi aliam in vxorem, quam Bertam, licet fortè secundum veriorem non importet obligationem eam ducendi, tamen secus est, quando ex coniecturis apparet contrahentes voluisse matrimonium, vel sponsalia contrahere.*
5 *ad Matrimonium contrahēdum ad Ecclesiam si aliqui vadant, & superueniat impedimentum per viam, tunc intrat clara coniectura, si impedimentum non superuenisset, matrimonium fuisset contractum.*
6 *Verba prolata ab impeditis contrahere matrimonium, quando importent sponsalia de futuro.*
7 *de Matrimonio contrahendo, quando tractatur, tunc verba promissionis contrahendi, an importent matrimonium, vel sponsalia, & num. 8.*
9 *Verba illa prolata à muliere, tu scis, quod es meus maritus, quando non dicantur prolata, vt matrimonium per verba de præsenti contraheretur.*
10 *de Sponsalibus, quando constat, tunc pars renuens contrahere matrimonium, est cogenda non præcisè, sed per censuras, vt de nolente fiat volens.*
11 *Et ad contrahendum per verba de præsenti disponatur.*

DECISIO DCLVI.

HOC dubium, an Petronilla sit cogenda ad contrahendum matrimonium, quod vna tantum parte informante fuit disputatum, habet præexistentem cognitionem scilicet an constet de sponsalibus, quod primo quidem inspiciendum est, & dicta testium ad hunc effectum ponderanda, qui conueniunt quod cum Petronilla esset in curru, & ascenderet ad Ecclesiam pro contrahendo per verba de præsenti, hoc quo frater, & consanguinei animaduertissent, & ipsi etiam ascenderent, primus testis deponit, quod Petronilla dixit Alphonso bene scis, quod es meus maritus, constitue me in loco tuto, & attende tuæ vitæ, quia tibi affirmo, & do fidem, & manum, quod alius non erit meus maritus, nisi tu, & Alphonsus respondit. Votum facio Christo, quod altera non est futura vxor mea, nisi, & secundus testis deponit Petronillam dixisse ponas te in tuto, quia futurus es meus maritus, & Alphonsum respōdisse solam Petronillam sibi futuram vxorem seque illius maritum. Tertius vero testis quod Petronilla dixit, futurus es meus, & hæc verba acceptauerit vterque illa sæpius repetendo, quartus deponit quod Petronilla dixit illum suum esse coniugem, seque illius vxorem, ideoque posse illam adducere quoquo vellet, hæcq. verba pluries repetita fuisse confirmat.

Stante hac serie facti fundamentum non potest fieri, nisi in dictis duorū testium priorum, qui conueniunt in hoc, qui conueniunt in eo, quod Petronilla dixit, alius non erit meus vir quàm tu, & Alphonsus è contra respondit, altera non est futura

1 vxor mea, quam tu. Quæ quidem † verba aliqui voluerūt importare sponsalia per verba de futuro, quia
2 dictio, nisi, cum sequatur negat. uam affirmat, † & ideo censētur sponsalia de futuro, vt tenent quamplures relati per *Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 19. num. 3.* Contrarium tamen asserunt alij per eundem *Sanch.* relati vbi supra ea ratione, quia promittere
3 † non ducturum aliam nisi Bertam, quod teneatur ducere Bertam non importat, sed tantum teneri aliam non ducere.

Cæterum dixerunt Domini hanc postremam sententiam, licet fortè veriorem non procedere quan-
4 do ex coniecturis † apparet contrahentes matrimonium vel sponsalia contrahere, *Specul. in tit. de sponsal. in princ. num. 3. Alex. de Neu. in cap. ex parte. num. 31. de sponsal. Cepoll. cons. 1. in ciuili lib. 6. Peregr. Lopez l. 2. verbo y prometo tit. 1. par. 4. Guttier. qq. Canon. lib. 1. cap. 21. num. 18 Sanch. de matrim. lib. 1. cap. 9 num. 7.* In proposito autem dum
5 Alphonsus, & Petronilla irent † ad contrahen. matrimonium, & superuenerit impedimentum, intrat clara coniectura, quod illa verba importent sponsa-
6 lia de futuro, quia cum tunc impedirentur, † indicant, quod cessante impedimento contrahere promittebant, adeout, nemo sanæ mentis hoc neget.

Neque est verum, quod in hac facti specie cum
7 tunc † tractaretur de matrimonio verba importent matrimonium, non sponsalia, vt dicunt DD. prædicti, & Sanch. num. 7. cum præsertim Petronilla, tu scis, dixerit, quod es meus maritus. Quia hoc pro-
8 cederet si simpliciter tunc fuisset actum † de matrimonio contrahendo, sed de contrahendo in Ecclesia, & superuenerit impedimentum fratris & consanguineorum, ideo verba, tu scis, quod es meus
9 maritus, non fuerunt prolata vt matrimonium † per verba de præsenti contraheretur, sed ad indican. voluntatem determinatam, & verba sequentia non alius meus maritus, quam tu, important quod cessantibus impedimentis fiet matrimonium.

Cum igitur ex prædictis cōstet de sponsalibus resultat resolutio dubij, quod Petronilla est cogenda
10 † non præcisè, sed per censuras, vt de nolente fiat
11 volens, & ad contrahen. per † verba de præsenti disponatur *cap. requisiuit de sponsal. Couar. de spons. par. 1. cap. 4. num. 4. & 5. Lauden. inter cons. matrim. cons. 15. num. 11. Abb. Ioan. Andr. & cæteri in cap. ex litteris de sponsal. Boer. cons. 40. num. 22. Seraph. decis. 1092. & decis. 1112. num. 1. & 2. Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 29. num. 8. Ferret. cons. 171. per tot. Fachin. cons. 53. lib. 1.*

Et ita conclusum &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Anconitana Prædij.

Mercur. 29. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Secundo creditori, quamquam competat ius offerendi primo creditori, hoc tamen fallit quando primus creditor vendidit pignus iure creditoris, & ad hoc dantur aliæ etiam limitationes. Creditor quando non possit sibi ipsi vendere pignus, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Creditori secundo competit ius offerendi primo creditori; fallit num.2.*

2 *Creditor primus vendendo pignus iure creditoris, tunc transfert dominium non affectum, iuri secundi creditoris, & num.4.*

3 *Et hoc quia facultas vēdendi pignus praecessit obligationem secundi creditoris.*

5 *Creditor primus, quando vendit pignus, vt excludatur secundo creditor à iure offerendi, quid solum inspiciatur.*

7 *Creditor primus, quando emit pignus vti extraneus, & ad effectum acquirendi dominium, tunc secundus creditor non potest offerre, & num.8.*

9 *Creditor non potest vendere pignus sibi ipsi, nec simulatae personae.*

Et quando ista venditio est nulla, tunc secundus creditoor semper potest offerre, num.10.

11 *Text. in l. & qui sub imagine. C. de distrac. pign. procedit in pignor. conuentionali, non autem in pignore iudiciali.*

12 *Pignus iudiciale potest creditor sibi ipsi adiudicare alio non existente emptore.*

13 *Hypoteca habet ius offerendi annexum.*

14 *Fundus aestimatus si assignatur marito pro dote vxoris, mortua vxore, ius quod habebat maritus euanescit.*

15 *Dos vxoris non comprehenditur in generali obligatione mariti.*

16 *Oblatio vera, & realis cred ti requiritur, vt secundo creditori competat ius offerēdi primo creditori.*

DECISIO DCLVII.

IN hac causa fuerunt latae extra Rotam duae sententiae prior in substantia declarat Ven. Collegio Societatis IESV Anconae competere tanquam secūdo creditori Bartholomaei Fanelli ius offerendi Scipioni Rinaldino primo eiusdem Fanelli creditori, Quodq. praedium deliberatum Raphaeli, & ab eodem Raphaele venditum dicto Rinaldino longe plus valebat scutis duobus millibus pro quibus fuit dicto Raphaeli deliberatum. Secunda autem sententia cōfirmat primam in ea parte in qua declarat, competere dicto Collegio ius offerendi, in altera vero parte eandem sententiam reuocat.

Vnde fuit dubitatum, an haec secunda sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini strictè quoad primū caput in quo declarat dicto Collegio competere ius offerendi, censuerunt esse reuocandam: moti sunt. Primo quia regula† quod secun-
1 do creditori competit ius offerendi anteriori creditori, *iuxta text. in l. potior. §. fin. ff. qui pot. in pign. hab.* fallit, quando primus creditor vendidit
2 † pignus iure creditoris, tunc enim primus creditor ex licentia, sibi à lege data transfert in emptorem dominium non affectum iuri secundi creditoris, & propterea illud censetur sublatum, ac si res nūquam
3 fuisset obligata† posteriori creditori, quia scilicet facultas vendendi pignus praecessit obligationem secundi creditoris *l.1. C. si antiq. cred. vbi Iac. de Aren. Bald. Salu. & alij relati per Negusant. de pignor. l.3. memb.5. par. 1. nu.4. Franch. decis.69. num.1.* Vnde cum in casu isto ad instantiam Rinaldini primi creditoris fuerit venditum praedium, de quo agitur, Raphaeli pro scutis 2. mill. dominium dicti
4 praedij fuit † in dictum Raphaelem translatum, nec vlterius competit Collegio secundo creditori ius offerendi, & supradictis.

Non obstat quod dictum praedium fuit in effectu deliberatum Rinaldino, non autem Raphaeli, cum Raphael habuerit nudum nomen, fueritq. eius persona ab ipso Rinaldino supposita ad licitandum, vt constat ex Raphaelis declaratione facta ad fauorem Rinaldini, quia hoc quatenus etiam iustificaretur nihil faceret ad effectum de quo agitur. In hac enim
5 materia inspicitur †tātum an creditor emerit pignus tuendi pignoris causa, seu potius vti extraneus, & ad effectum acquirendi dominium, & siquidem emit tuendi pignoris causa tunc secundus creditor potest
6 afferre, & in istis † terminis procedunt allegata pro
7 Collegio: si vero emit vti † extraneus ad effectum acquirendi dominium, secundus creditor non potest offerre, vt explicat *Franch. d. dec. §.69. num.3. & 4.* Et in casu isto satis colligitur ex eo ipso, quod Rinaldinus supposuit Raphaelem ad licitandum, quod intentio ipsius Rinaldini fuit emere dictum praedium non iure creditoris, & ad effectum tuendi pignus, sed vti extraneus, & ad effectum acquirendi dominium,
8 & sic non potest competere Collegio dictum ius offerendi.

9 Non obstat, quod creditor † non potest vendere pignus sibi ipsi, nec simulatae personae, *l. & qui sub imagine. C. de distract. pignor.* & vti venditio est nul-
10 la † tunc secundus creditor semper potest offerre,
11 *Franch. decis.224. quia dispositio text.* †*in dicta l. & qui sub imagine* procedit in pignore conuentionali, non autem in pignore iudiciali. Illud enim
12 potest alio †emptore non existente etiam ipsi creditori adiudicari *l.2. C. si in caus. iudic. vbi Baldus in fin. Surd. cons.256. num. 5. lib. 2. Roland. cons.32. num.33. lib.1.*

Secundo visum fuit Dominis non competere ius offerendi, quia non constat sufficienter de credito
13 Collegij mi. usque de hypotheca, †cui ius offerendi est annexum, *Bald. cons.5. num.2. & 3. Thesaur. decis.157. num.5. Card. Mantic. decis.126. num.5.*

Et quod in effectu dicta hypoteca deficiat, probari videtur quia praedium, de quo agitur, fuit assignatum Fanello in dotem, & pro fundo dotali à Virginia
14 eius prima vxore inaestimatum, †vnde per mortem Virginiae ius quod habebat Fanellus in dicto praedio fuit resolutum *l. vnica. §. illo. C. de rei vx. act.* Nec
15 propterea illud cadere potuit†sub obligatione omnium bonorum facta per Fanellum ad fauorem Collegij.

Tertio videbatur aliquibus ex Dominis iniusta dicta sententia, quia decernit dandam esse immissio-
16 nem† Collegio non facta reali, & actuali oblatione crediti, quae erat necessaria, *Morot. de iur. offer. n.75.*

REVERENDISS. COCCINO.

Romana, seu Neapolitana de Proida.

Mercurij 29. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Trebellianica debetur haeredi grauato fideicommisso vniuersali, & si ipse illam non detraxerit, poterit eius haeres eam detrahere. Trebellianica potest etiam prohiberi filijs primi gradus tàm expressè, quàm tacitè, & quando tacitè prohibetur, quid requiratur.

tur. Trebellianicam testator non censetur prohibuisse ex eo, quod omnia eius bona fideicommisso supposuit.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica debetur ex fideicommisso vniuersali.*
2 *Trebellianicam si hæres grauatus non detraxerit, poterit eius hæres eam detractionem petere.*
3 *Fructus percepti ex hæreditate computantur in Trebellianicam, intellige in hæredibus extraneis.*
4 *Filij primi gradus non imputant fructus hæreditatis in Trebellianicam, etiamsi duas quartas detrahant.*
5 *Trebellianica ex quo videatur probibita.*
6 *Trebellianicæ prohibitio potest fieri etiam filijs primi gradus, tam expressè, quàm tacitè.*
7 *Trebellianicæ prohibitio, quãdo fit filijs primi gradus tacitè, vt valeat, requiritur, vt verba testatoris sint talia, vt necessariò concludant prohibitionem aliud importare non valeant, & num. 10.*
8 *Testator si dicat, quod supponit omnia eius bona fideicommisso, ex hoc pernecesse non videtur prohibita detractio Trebellianicæ.*
9 *Legitima filiorum non venit in generali constitutione fideicommissi, cum de iure ab eo sit excepta.*
11 *Testator si à fideicommissò excipiat legitimam filiorum, ex hoc pernecessè non concluditur, voluisse prohibere Trebellianicæ detractionem.*
Quia per talem exceptionem præsumitur voluisse testator eius mentem fuisse, vt legitima non comprehenderetur sub fideicommisso, non autem Trebellianicam prohibere, num. 12.
12 *Testator ex quo supposuit omnia bona fideicommisso, non ex hoc sequitur vt voluerit prohibere Trebellianicam.*
13 *Trebellianica non censetur prohibita ex quo testator mandauit, vt bona, pleno iure, restituerẽtur, nisi adsint alia verba, quæ importent, vt testator voluerit omnia bona restitui.*

DECISIO DCLVIII.

DOMINI dixerunt Trebellianicam deberi etiã filio grauato vltra legitimam, cum ex fideicõ-
1 misso vniuersali † Trebellianica debeatur *cap. Rainaldus, & cap. Rainutius de testam.* & latè aduersus improbos impugnatores defendit Fachin. *controu.*
2 *iur. lib. 5. cap. 2.* & per cõsequens, † cum Franciscus filius grauatus illam non distraxerit, debetur Patribus Clericis Regularibus illius hæredibus *l. quamquam. C. ad l. falcid. Peregr. de fideic. art. 3. num. 8. vers. item hæres.* Neque in hoc casu agendum est de
3 fructuum computatione † in dictam Trebellianicam, quia licet computentur hæredibus extraneis, non
4 idem militat in filijs primi † gradus, etiam quod duę quartæ sint detrahendæ *Bald. in l. quid de bonis. §. quod auus num. 1. Alex. num. 3. ff. ad l. falcid. Peregr. art. 3. num. 112.*
5 Nõ obstat quod † hic Trebellianica videatur prohibita ex illis verbis *leuata la legitima, nel resto sottopone al fideicommisso tutti i Monti &c.* Potest † e-
6 nim, & expresè, & tacitè prohiberi etiam filijs primi gradus, vt fuit nuper firmatum *coram me in causa Perusina de Alphanis 27. Martij 1626.* nam fuit responsum quod quando agitur de tacita prohibitio-
7 ne † verba testatoris debent esse talia, quæ necessariò concludant prohib tionem aliudque importare non possint *Castr. cons. 28. num. 4. lib. 2. Dec. cons. 89. num. 44. lib. 1. Bellon. cons. 65. num. 3. Clar. in testamentum q. 61. num. 3. Molin. de primog. lib. 1. cap. 17. num. 16. Gabr. concl. 2. num. 7. vers. contrarium, & num 3. de Trebellian. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 10. Honded. cons. 45. nu. 22. & seqq. lib. 2. Petr. de fideic. q. 15. num. 154. & 156. Boer. decis. 44. n. 33. Odd. cons. 18. num. 22.*

In proposito autem verba illa *leuata la legitima, nel resto sottopone al fideicommisso tutti i Monti,*
8 † non æquipollent expressæ proh bitioni, nec pernecessè inducunt prohibitionem Trebellianicæ, quia exceptio legitimæ nihil aliud facit, quam expressio-
9 nem illius, quod de iure inerat cum † de iure legitima esset excepta *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam.* & sic ista expressio pernecesse aut per æ-
10 quipollens non importat prohibitionem † Trebellianicæ, vt in puncto fuit resolutum *in causa Viterbien. fideicommissi 11. Ianuarij 1606. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Hierosolymitano.*

Nec releuat, quod verba illa videntur importare,
11 quod dempta legitima totum restituatur, † quia hoc non est verum, sed solum voluit declarare quod non intendebat comprehẽdere legitimam sub fideicommisso non autem, & Trebellianicam. Nam &
12 si † bona subijciantur fideicommisso, nihilominus ex hoc nõ resultat tacita prohibitio Trebellianicæ, immò & si adessent verba quod pleno iure bona restituerentur, nisi adessent alia, quæ importarent quod
13 † testator voluerit omnia bona restitui, non censetur prohibita Trebellianica, vt per *Ias. cons. 84. numer. 27. & ibi adden. in verb. Trebellianicæ lib. 1.* & satis exemplificatur *in d. Perusina coram me.*

Et ita conclusum vna tantum parte informante.

R. P. D. REMBOLDO.

Vrbeuetana Solutionis.

Lunæ 4. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Personæ industria, quando non est electa, tunc contractus omnes sunt transitorij ad hæredes, etiamsi in eis eorum mentio non sit facta, & contractus videatur etiam restrictus ad personas contrahentium, & adsit dictio taxatiua, tantum, cum in dubio sit præsumendum voluisse quis cõsulere etiam eius hęredi.

SVMMARIVM.

1 *Solutio si sit promissa in pecunia, tunc in ea facienda venit.*
2 *Fallit tamen hoc; si debitor cauit posse etiam soluere in tot bonis suo arbitrio.*
3 *Facultas, quando est personalis, non egreditur personam, & cum persona extinguitur.*
4 *Contractus omnes sunt transitorij ad hæredes, nisi aliud sit conuentum, vel materia non sit transitoria ad eos.*
5 *Contractus omnes sunt transitorij ad hæredes, etiam si eorum mentio nulla sit facta.*
Et hoc procedit etiam si contractus videatur restrictus tantum ad personam contrahentium num. 5.
Vnde hæredi non potest opponi, quod non sit scriptus in instrumento. num. 6.

6 *Hæres etiam censetur nominatus, nominato Titio.*
7 *Et hoc est verum, etiamsi adsit taxatiua tantum, & etiam quod pactum esset personale.*
8 *Facultas eligendi, & declarandi an sit transitoria ad hæredes.*
9 *Contrahentes in dubio præsumendum est voluisse etiam consulere eorum hæredibus.*
10 *Pretij declaratio si sit remissa in arbitrium vnius, vel vbi est considerata industria personæ, tunc hæredes electi nihil prætendere possunt.*
11 *Contrahentes si aliquid expresserunt, & quædam alia tacuerunt, quid inde inferri possit. & nu. 12.*
13 *Contractus semper ex verisimili mente extenduntur ad hæredes.*

DECISIO DCLIX.

QVONDAM Eques Iannottus promisit D. Triuultio soluere pro dote Violantis eius filiæ scuta quinque millia monetæ in hunc modum, videlicet, scuta mille in fine triennij à die contractus tunc celebrati inchoandi, & deinde de triennio in triennium, & in fine cuiuslibet triennij scuta mille vsque ad integram solutionem, adiectis his formalibus verbis: *In modo però che non potendo, ò non volendo il detto Sig. Caualiero pagare la detta dote in danari contanti, li sia lecito dare in pagamento tanti beni stabili à beneplacito di esso Sig. Caualiero, ò pagar l'interusurio à ragione di cinque per cento conforme alla dispositione del Statuto di Oruieto*. Dicto autem Equite vita functo, orta fuit controuersia inter D. Triuultiũ, & hæredem dicti Equitis super solutione dictæ dotis, & causa coram A.C. introducta fuit per eum lata sententia, qua declarauit licuisse, & licere hæredi dicti Equitis dare in solutum pro quantitate à dicto Equite promissa tot bona stabilia hæreditatis dicti Equitis ad suum beneplacitum; A qua sententia cum fuisset pro parte Triuultij appellatum. Dubitatum fuit, An dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda.

Domini censuerunt esse confirmandam. Licet
1 enim dicta dos fuerit promissa † in pecunia, & regulariter aliud pro alio solui non possit. *l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. l. cum à quo. & auth. nisi. C. de solut.* Tamen hoc non procedit stante pacto supra relato,
2 quo voluit sibi præcauere debitor, vt posset † suo arbitrio soluere dictam dotem, vel in pecunia, vel in bonis stabilibus.

Nec obstat quod facultas data Equiti soluendi, vel in pecunia, vel in bonis stabilibus est persona-
3 lis, ideoque non egreditur † eius personam, & est cum persona ipsius Equitis extincta. *l. si tibi 17. §. si quis. l. qui in futurum, vbi Paul. de Castro. Ias. & alij, ff. de pact.* Quia in dubio quando expressè
4 actum non est, vt contractus non transeat ad hæredes, aut res non est talis naturæ, vt non sit transitoria ad hæredes, etiam quod hæredum nulla sit facta mentio, atque ita contractus videri possit re-
5 strictus ad personam contrahentis tantum, † censetur nihilominus contrahens voluisse prospicere sibi, & hæredibus. *l. si pactum, in fin. ff. de probat. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. l. si necessarius. §. de vendendo. ff. de pignorat. act.* Et hæredi opponi non potest, quod non sit scriptus in instrumento, nomi-
6 nato enim † Titio censetur etiam nominatus eius hæres, *vt latè per Card. Mantic. de tac. & ambig. lib. 3. tit. 1. num. 33. & seq.* Idque procedit etiam si fuerit apposita taxatiua, tantum, & etiam quod,
7 † pactum esset personale, nihilominus enim ex verisimili mente contrahentium extenditur ad hæredes, *idem Card. Mantic. tit. 7. num. 8.*

In casu autem isto non fuit expressè actum, quod dicta facultas non transiret ad hæredes, quia
8 etiam † facultas eligendi, & declarandi est transitoria ad hæredes. *Bart. in l. si sic. legatum, §. si quis ita. num. 1. ff. de legat. 1.*

Nec repugnat mens verisimilis contrahentium, ac propterea iure merito censeri possunt compre-
9 hensi etiam hæredes Equitis in dicto pacto, † quibus in dubio videtur voluisse prospicere ex supra allegatis.

Nec obstant in contrarium allegata, quia procedunt in casibus in quibus res non est transito-
10 ria ad hæredes, † vt quando declaratio pretij est remissa in arbitrium vnius, vel vbi alias est electa industria personæ. *Bart. in l. si stipulatus fuero n. 3. & seq. Ias. num. 3. vers. secundo limita. Castr. nu. 2. ff. de verb. oblig.* atque ita casui huic non applicantur.

Minus facit quod in ijsdem capitulis matrimo-
11 nialibus dictæ partes conuenerunt, † quod eueniente morte Equitis Triuultius posset non expectata dilatione concessa Equiti ad soluendum dotem eam consequi, quia licet dictæ partes conuenerint, quod cessaret dilatio eueniente morte Equitis, non tamen propterea sequitur, quo eædemmet partes voluerint quoque cessare facultatem soluendi dictam dotem in bonis eueniente dicta morte; Quinimo ex hac ipsa declaratione di-
12 ctarum partium potest sumi argumentum, † quod si eædem partes voluissent eueniente dicta morte cessare dictam facultatem, id expressissent, prout fecerunt declarando earum voluntatem circa dictam dilationem.

Aliæ ponderationes deductæ ex verbis, quibus concepta sunt dicta Capitula, nõ visæ fuerunt DD. tales, vt propterea recedi debeat à regula, quod
13 † contractus semper extenditur ex verisimili mẽte contrahentium ad hæredes, etiam quod de ijs expressa mentio tacta non fuerit, dummodo res sit transitoria ad hæredes. *d. l. si pactum. ff. de probat. cum alijs supra allegatis.*

REVERENDISS. PIROVANO.

Bononieñ pretij Clericatus Cameræ.

Lunæ 4. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Pater emens officium pro filio, quamuis ad cognoscendum an voluerit illud ei donare, soleat tradi ea distinctio, scilicet aut apposuit decretum reseruationis dominij, & tunc non præsumatur voluisse illud donare, aut non apposuit, & tunc secus est dicendum, tamen, quando fuit omissum prædictum decretum, nullatenus præsumatur, patrem voluisse illud donare filio; in hoc enim est facienda distinctio, inter pretium, & ipsum officium.

SVMMARIVM.

1 *Officium pater emens ex proprijs pecunijs filio, si pre-*

pretium eiusdem officij ei non donauerit, potest sine dubio illud à filio repetere.

2 *Pater emendo pro filio aliquod officium, quando præsumatur illud ei donasse, & quando veniat in legitimam imputandum.*

3 *Pater emendo officium in personam filij cum reseruatione decreti, & tunc non censetur illud donasse, quia per tale decretum dominium remanet penes patrem.*

4 *Si vero emit absque tali decreto, & tunc censetur donatum, quia dominium remoto impedimento decreti, transit in emptorem officij.*

5 *Officium emendo pater pro filio absque reseruationis decreto, & tunc proprietas illius transit in filium, poterit tamen pater repetere pretium, nisi illud ei donauerit.*

6 *Donatio non præsumitur, vbi qualibet alia causa considerari poterit.*

7 *Acquisitio dominij officij empti à patre pro filio, & donatio eius, differunt inter se.*

8 *Officium pro filio pater acquirere potest, quamuis ipse non efficiatur dominus eiusdem officij, & quod nihilominus pretium non sit donatum.*

9 *Et vtrum officium computetur in legitimam, & quid de pretio. & num. 10.*

11 *Pater emens officium pro filio, si non constet de voluntate patris donandi filio pretium, an præsumatur donatio ex morte patris, si in vita illud non recuperauerit.*

12 *Intellige id non esse verum, vt non præsumatur donatio, quando adsunt protestationes de illud habendo.*

13 *Officium vacabile emens pater pro filio cuius resignatio non nisi cum magna difficultate admitti solet, tunc illud non imputatur in legitimam filij.*

14 *Limita si non sit impossibile attento stylo. Nicol. de V bald. de success. ab intestat. par. 1. nu. 30. quando non procedat. num. 14.*

15 *Officium, & pretium officij sunt inter se diuersa.*

DECISIO DCLX.

RESOLVTVM fuit standum esse in decisis in hac causa sub die 1. Decembris præteriti,* quod scilicet Comes Alexander posset se reualere super pretio Clericatus, quia Comes Vlixes Pater Marchionis Francisci de proprijs pecunijs emit officium Clericatus, nec pretium eiusdem of-
1 ficij donauit dicto Marchioni,† vnde nihil obstat, quod illud ab eodem possit repeti *Dec. in l. si donatione num. 38. C. de collat. Menoch. præsumpt. 30. num. 9. lib. 3.*

2 Non obstat quod ad cognoscen. An officium à patre filio emptum fuerit donatum, & veniat† in legitima filij imputandum, qui est effectus huius disputationis semper recurratur ad distinctionem per Rotam in pluribus decisionibus receptam,
3 quod aut pater emit officium in personam filij cũ reseruatione decreti, & tunc non censeatur donatum, ex quo per decretum dominium remanet penes patrem, si verò emit absque decreto, tunc cẽ-
4 seatur donatum, quia dominium † remoto impedimento decreti transit in emptorem officij *Rota decis. 262. par. 1. diuers. & in Romana Scriptoriæ coram bo. me. Card. Pamphilio, & coram Seraphino decis. 1303. num. 3. &* 11. & quæ referuntur per *Gratian. lib. 1. d. scept. cap. 50. num.* 18.

Quia decisio respondit, quod duo poterant conseruari sub paterna dispositione, nempe proprietas officij, & hæc per immissionem decreti non
5 conseruauit, sed dominium transiuit † in filij personam pro quo officium Clericatus fuit emptum, Secundo ius rehabendi pretium ab ipso filio, & abdicatio istius iuris, non nisi per donationem expresse, vel tacitè factam de pretio solet admitti, de
6 qua non constat nec præsumitur,† vbi alia causa potest considerari, *vulg. l. cum de indebito, ff. de probat.* & vbi compatibile est, vt hic ius retinendi pretium cum non acquisitione dominij officij, ex allegatis in eadem decisione, & vlterius idem declarat *Gratian. dicto cap. 50. num. 16.* dicens acqui-
7 sitionem, † & donationem differre, dum vnum sine altero consistere potest, quod scilicet acquirens
8 pro filio non sit †dominus officij, & illud ad libitũ non possit vendere, & quod nihilominus pretium non sit donatum, nisi appareat de voluntate, quod
9 voluerit donare, & † similiter officium non imputabitur in legitimam, pretium verò in rationem illius veniet. *Ias. in l. illud num. 6. C. de collat. & cons. 161. num. 2. Couarr. var. resolut. cap. 19. num. 6. lib. 3. Gam. decis. 29. num. 3. V asq. de success. creat. §. 30. num. 218. Castr. in l. omnimodo. §. imputari num. 2. C. de inoffic. testam.* nec ista libertas non conferendi in legitimam redditur inutilis, si filius teneatur ad pretij restitutionem, quia augumenta officij, & præheminentiæ dignitatis non possunt æ-
10 stimari † in ponenda ratione legitimæ, quæ multũ possunt referre ad vtilitatem filij, nec vim facit ad
11 præsumendam pretij † donationem approbatio Papæ, & quod morte patris fuerit confirmata donatio. *l. in quartã, ff. ad l. falcid. Surd. de alim. tit. 9. q. 2. num. 10. cum alijs alleg.* quia auctoritas Papæ pertinet ad auctorizationem filij respectu habilitatis, & gratiæ, non autem ad remissionem iuris rehabendi pretium, continuatio verò vsque ad mortem in non recuperando pretium nihil
12 facit attentis protestationibus de illud † rehabendo, & alijs contrarijs, de quibus in prima decisione.

Et ex prædictis patet etiam responsio ad id, quod dicebatur de officio vacabili, cuius resignatio non
13 † nisi cum magna difficultate admitti soleat, quod illud non imputatur in legitimam. *Nicol. de V bald. de success. ab intest. par. 1. num. 30. Peregr. de fideic. art. 76. num. 130. cum alijs allegatis,* quia vltra
14 quod † quando non est impossibilis attento solito opinio Vbaldi non est tuta, ex quo ab ea multi dissentiunt *Couar. d. cap. 19. num. 6. Cost. de lect. lib. 1. cap. 8. num. 24.* in præsenti non est quæstio de imputatione officij, sed de imputatione precij, quod
15 † est quid diuersum, & separabile ab ipso officio, ad quod filius tenetur de suo constituere receptam legitimam.

Demum non obstat quod Co: Vlixes pretium Clericatus soluere de pecunijs Marchionis Francisci eius filij.

Quia quicquid sit quod Comes Vlixes teneatur
16 reddere rationem † de mobilibus matris Marchionis Francisci, & de dote, & alijs, non tamen probatur, quod ex pecunijs filij emerit officium, sed vtrique consultum esse debet, & Marchioni quoad

quoad sua credita, & Co: Vlixi, & nunc suis hæredibus pro se reualendo de pretio Clericatus.

Et ita &c.

* *Decisio ista habetur infra in Appendice, & de hoc eodem anno 1626. sub die 2. Decembris coram bo.me. Card. Virili, posita est altera decisio infra, & in sequenti parte adsunt duæ aliæ decisiones scilicet 19. Aprilis 1627. coram re. me. Merlino Decano, & 27. Iunij 1631. coram Eminentiss. D. Card. Verospio iun. sunt decisiones 54. & 521.*

R. P. D. REMBOLDO.

Senogallien. prætensi Fideicommissi.

Lunæ 11. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Adducuntur non nullæ coniecturæ ex quibus coniecturari potest, quod testator voluerit vocare filios positos in conditione. Filiorum appellatione quando veniant nepotes &c.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta per vulgarem expirat quando vocatus succedit.*

2 *Positus in conditione, vt censatur vocatus sufficit id posse colligi ex pluribus coniecturis.*

3 *Filiæ si sint expresse positæ in conditione vna cum matre, hinc præsumi potest, quod sint vocatæ post mortem earum matris.*

4 *Filij in conditione positi, si sint geminatè nominati, multum confert ad præsumendam vocationem.*

Affectio testatoris erga aliquem arguitur ex geminata vocatione. num. 4.

5 *Positos in conditione censetur testator vocasse, si digressus sit ad plures gradus substitutionum.*

6 *Filios positos in conditione censetur testator vocasse, quando eis substituit personas remotiores.*

7 *Clausula codicillaris iuncta cum alijs coniecturis est sufficiens ad inducendam vocationem positorum in conditione.*

8 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, & quando id fallat. amplia num. 9.*

DECISIO DCLXI.

MERCVRINVS Testator instituto Benuenuto filio hæredi substituit, quandocunque ille sine filijs decederet, Baptistam, Liuiam, & Thomasiam eiusdem testatoris filias, & earum filios in stirpes, & non in capita, & easdem filias vnam alteri, & alteram alteri respectiuè substituit, & decedentibus dicto filio, & filiabus sine filijs substituit Antoniam, & Franciscam sorores testatoris, & earum filios in stirpes, & non in capita. Euenit casus mortis Benuenuti sine filijs, & quia eidem Benuenuto præmortuæ erant Baptista, & Liuia, successit in tota hæreditate Thomasia, quæ ex primo matrimonio habuit Iacobum; ex secundo vero Franciscum, & Camillam. Franciscus præmortuus est Thomasiæ matri, relicta tamen Adriana filia, & denique decessit Thomasia instituta sibi hærede dicta Adriana. Vnde orta est controuersia super successione in bonis fideicommisso dicti Mercurini suppositis: & proposito per me dubio Domini censuerunt constare de fideicommisso ad fauorem Camillæ, & Adrianæ.

Licet enim in prima parte Testamenti dicti Mercurini videantur vocati filij filiarum, quales sunt dictæ Camilla, & Adriana per vulgarem tantum, &
1 non per fideicommissariam, ideo quod dicta † vocatio, seu fideicommissum expirauerit per successionem filiarum dicti testatoris, *iuxta celebrem doctrinam Cum. in l. cum ita §. in fideicommiss. n. 4. ff. de legat. 2.* Tamen ijdemet filij filiarum fuerunt postea etiam, vt ex supra relatis apparet in conditione positi ad exclusionem sororum dicti testatoris, quod concurrentibus in casu isto pluribus
2 efficacissimis coniecturis sufficit ad † inducendum fideicommissum ad fauorem neptum, & sic filiarũ dictarum testatoris; præsertim cum simus in descendentibus testatoris, vt in similibus terminis sæpius Rota respondit, & signanter *in Bononien. fideicommissi de Turri 14. Martij 1621. coram R. P. D. Verospio, & in Imolen. fideicõmissi 2. Maij 1622. Greg. XV. decis. 315. num. 5.*

Prima autem coniectura in casu isto est, quod dictæ neptes fuerunt expressè vocatæ vna cum earum matribus moriente Benuenuto hærede insti-
3 tuto, hinc enim facile † præsumi potest, quod sint vocatæ etiam post mortem earum matrum, vt aduertit *Rota coram bo. mem. Card. Seraphino 1329. num. 9. & decis. 133. num. 5. par. 1. in recent.*

Huic accedit alia coniectura desumpta ex geminata mentione filiarum dictarum filiarum, quando scilicet testator vocauit filias, & earum filios, & quando dictis filiabus decedentibus sine
4 filijs substituit sorores; ex hac † enim geminata mentione magis arguitur affectio testatoris erga dictas filias, & ea multum confert ad præsumendum vocationem, vt tenuit *Rota coram san. mem. Gregorio XV. decis. 315. & decis. 329. & in recent. decis. 105. & decis. 266. par. 1.*

Tertia coniectura, quæ dictas magis fortificat,
5 est quod testator † digressus est ad plures gradus substitutionum, hæc enim coniectura iuncta cum alijs auget præsumptionem, vt rationis filiarum in conditione positarum, *vt per allegatas per Surd. cons. 67. num. 34. Cras. in §. fideicommiss. quæst. 14. num. 3. Card. Seraphin. decis. 1329. num. 10. Rot. decis. 546. num. 8. par. 1. in recent. & in dicta Imolen. fideicommiss. coram bo. mem. Vbaldo.*

Pro eademque præsumptione vrget etiam quod
6 testator vocauit † sorores, & earum filios remotiores, & minus dilectos, quodque filias inuicem reciprocè substituit.

Facit denique clausula codicillaris in fine testa-
7 menti apposita, † & omnes dictæ coniecturæ simul iunctæ sufficiunt ad inducendam dictam vocationem, prout ponderatis sigillatim omnibus dictis coniecturis *fuit conclusum in vna Perusina de Alphanis coram S. M. Gregorio XV. quæ fuit confirmata 14. Aprilis 1614. coram me, & sæpe in alijs.*

Non obstat, quod prædicta locum sibi vendicare possunt, quoad Iacobam, & Camillam filias, & filiarum testatoris, non vero quoad Adrianam proneptem testatoris, de qua nulla prorsus fit mẽtio in dicto testamento, quia licet regulariter ap-
8 pellatione filiarum non † veniant nepotes, tamen id fallit stantibus coniecturis, & supradictæ omnes coniecturæ bene deseruiunt etiam ad effectum, vt

sub

sub dicta vocatione censeantur comprehensi nepotes, iuxta latè deducta in decis. 507. par. 2. in recent. præsertim † cum simus in descendentibus Testatoris. Socin. iun. cons. 114. & cons. 119. lib. 1.

REVERENDISS. MERLINO.

Romana Pretij Officij.

Veneris 15. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Contra Proxenetam, seu mediatorem alicuius negotij secluso dolo, & circumuentione, perperam contra eum dirigitur actio ad damna, & interesse, & ex quibus dolus in his terminis dicatur exclusus. Ex consilio seu persuasione nemo tenetur, cum cuique liberum sit apud se explorare, an consilium datum sibi prosit, necne. Dolus non arguitur, ex simplici mendacio, doli præsumptio cessat, quando non intrat lucrum.

SVMMARIVM.

1 Proxeneta, seu mediator ex negotio in quo interuenit, regulariter non tenetur.
2 Proxeneta ex negotio ab eo gesto quando abest dolus, & circumuentio, nunquam datur actio contra eum ob damnum passum à parte.
3 Dolus est concludenter probandus.
4 Dolus non præsumitur, dum non docetur de aliquo
5 Dolosè non censetur aliquid factum, dum non potest considerari lucrum, vel commodum facientis.
6 ex Persuasione non rectè agitur contra persuadētē.
7 ex Consilio nemo obligatur, etiamsi non expediat ei, cui datur.
8 Consilium datum an sibi prosit, cuique est liberum, discutere, & ideo quis non tenetur de consilio.
9 Dolus prætensus ex quibus excludatur, & nu. 10. & 11.
12 Dolus non arguitur ex simplici mendacio.
13 ex Mendacio, vt arguatur dolus, requiritur, vt illud dicatur ex calliditate, & gratia lucri.

DECISIO DCLXI.

CVM die 27. Aprilis 1623. Cæsar Tinghius mediante Procuratore resignasset ad fauorem Vincentij Butij officium Militis Pij, & illius pretiū fuisset per dictum Vincentium sub die 12. Maij sequentis depositatum penès Ticcios Campsores, qui, die 15. eiusdem mensis foro cesserunt, d. Procurator nolens ratam habere solutionem, vt supra factam siue depositum, institit alias pretium sibi solui, prout fuit solutum; vnde Vincentius prætendens, damnum huius geminatæ solutionis sibi prouenisse ex dolo, vel saltem causa Angeli Matthæi Proxenetæ, qui fuit mediator venditionis, ad effectum se reintegrandi à sequuto damno contra dictum Angelum quærelam porrexit in Tribunali A.C. vbi tamen lata est sentētia absolutoria ad fauorem Angeli reseruatis Vincentio iuribus, si quæ haberet, ciuiliter proponendis, super quibus de mandato per Sanctissimū vt causa huiusmodi pendens coram R.P.D. Meltio A.C. Locumtenēte terminaretur de voto Rotæ, proposui dubium an Angelus teneatur ad solutionem Pretij dicti officij.

Et Domini responderunt negatiuè, quoniam 1 Proxeneta siue mediator ex negotio, in quo interuenit, regulariter non tenetur l. 2. ff. de proxenet. Bald. cons. 360. per tot. lib. 3. Benuenut. Stracch. in tract. de proxenet tit. quando in negot. interuen. proxenet. num. 1. modern. Neapolit. decis. Pisan 146. num. 4. Maximè vbi, vt in præsenti casu, abest dolus, & cir-
2 cumuentio, quibus dumtaxat † concurrentibus, & non alias datur actio contra proxenetam ad l. eleganter. §. fin. cum legibus seqq. ff. de dol. Bald. in l. seruus tuus eodem tit. in princ. & post alios benè tradit Stracch. vbi supra num. 24. & in tract. de mercator. tit. de Decoctor. in rubr. Quomod. procedend. sit in 2. par. vlt. princ. num. 34. & 35. Modern. Neapolitan. decis. Pisan. 146. num. 1.

Nec satis videtur probatus dolus Angeli ex eo, quod dicitur ipsum suasisse Vincentio vt mutaret ordinem soluendi pecunias pro dicto pretio, & quē prius direxerat ministris Banchi S. Spiritus, præuio deposito dirigeretur Ticcijs, etenim ex adductis
3 non † probatur cōcludenter hæc persuasio, nec probata releuaret ad effectum probationis doli, cum
4 non doceatur de aliquo lucro, † & commodo vltra mercedem proxeneticam dicti Angeli, sine quibus
5 nequit censeri dolosè † id egisse iuxta glos. in cap. accedens de crimini fals. Natt. cons. 314 nu. 10. Grauett. cons. 75. num. 16. & fuit consideratum in Rauennaten. pecuniaria 6. Nouembris 1624. coram me,
6 cessante autem dolo non rectè † proceditur contra
7 proxenetam ex huiusmodi persuasione, † quia nemo obligatur ex consilio etiamsi non expediat ei, cui datur, cum sit liberum cuique apud se explora-
8 re, an † datum consilium sibi prosit l. 2. §. si ff. mandat. §. tua. instit. eodem tit. regula. consilij. ff. de reg. iur. & in nostris terminis Stracch. in tract. de proxenet. vbi supra num. 4.

Nec etiam prædicti doli visa est afferri sufficiens probatio ex prætensa assertione, quod dictus procurator mandasset, vt pecuniæ deponerentur penes
9 Ticcios, cum tamen in † hoc mendacem fuisse deducatur ex propria confessione eiusdem Angeli in iudicio criminali, etenim in dicto iudicio Angelus fatetur quidem procuratorem non mandasse vt dictæ
10 † pecuniæ deponerentur apud Ticcios, sed non fatetur, se dixisse Vincentio, quod procurator mandauerat deponi vt supra, & admisso etiam quod ipse Angelus semel examinatus dixisset voluntatem procuratoris fuisse, vt pecuniæ deponerentur, vt supra, & in alio postea examine huiusmodi prætensum mendacium agnouisset, hæc secunda confessio facta
11 in iudicio criminali deberet † præsumi emanata ad effugiendam offensionem procuratoris, qui super dicto mandato examinatus illud acerrimè negauit, quandoquidem ex pluribus coniecturis allegatis ab informantibus pro Angelo sit admodum verisimile, quod immo dictus procurator voluerit,
12 † ac mandauerit, vt pecuniæ deponerentur in banco illorum de Ticcijs, & præcipuè quia ipse procurator solitus erat ibi deponere suas pecunias, ac Ticcij ad eiusdem procuratoris instantiam præstiterant cedulam superuiuentiæ consuetam fieri in huiusmodi resignationibus illorum, qui extra Vrbem cōmorantur, vnde prædictum depositum dici posset quodammodo consideratum loco cautionis in fauorem Mercatorum donec cedula expiraret. Atque
13 in omnem euentum † ex simplici mendacio non infertur ad dolum d. l. eleganter. §. fi. ff. de dol. sed requiritur, quod ex calliditate, ex gratia lucri dicatur,

tur, vt in verbis dicitur *in d. §. fi. & & ibi tradunt gloss. & Doct. & l. quod si. ff. eodem l. 2. ff. de proxenet. Strach. in d. tract. de proxenet. tit. quando in negot. num. 12.*

Et ita vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. MANZANEDO,

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Domus de Nochiellinis.

Lunæ 15. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Fructus debentur à die intentati iudicij manutentionis. In iudicio eodem non repugnat vt bis idem petatur, & vna petitio non generat præiudicium petitioni iam factæ. Inuestitura, quando est finita, cessant pacta.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, seu pensiones debentur à die intentati iudicij manutentionis.*

2 *Petitio posterior non tollit anteriorem.*

3 *in Iudicio eodem non repugnat vt idem remedium bis peti possit.*

4 *Inuestituram esse finitam, dum pars id asserit, hoc spectat ad iudicium petitorium.*

5 *Inuestitura, quando est finita, & domus deuoluta, vtique pacta omnia à die deuolutionis euanescūt.*

6 *Fructus, seu pensiones debentur ad rationem eius quo re vera fuerunt percepti.*

7 *ad Fructus, qui percipi potuerunt, Rota ex solito non solet condemnare, nisi simus in spolio violēto.*

DECISIO DCLXIII.

PROPOSITO dubio in hac causa coram bon. mem. Vbaldo per plures resolutiones coram ipso factas, an pensiones domus, de qua agitur, deberentur sororibus de Nocchiellis, & à quo tempore citra, & facta coram eodem Vbaldo resolutione sub die 26. Iunij 1624. * & cum à me in eius locum subrogato idem dubium fuit hodie propositū, & Domini concluserunt standum esse in resolutis quoad vtramque partem dubij, videlicet, quoad secundam, à qua incipit resolutio, quod nempè debeantur à die petitionis mandati de associando, sed aliud quodcumque necessarium, & opportunum sub quorum verborum generalitate, cum non possit dubitari fuisse quoque compræhensum, & petitum mandatum de manutenendo, intrat conclusio, quod

1 fructus, seu † pensiones debeantur à die intentati interdicti de manutenendo, iuxta *text. in l. 3. ff. de interd. Fab. in §. retinen. num. 14. vers. cum fructus instit. eod. tit.* cum alijs relatis *in d. decis. D. Vbaldi.*

Non obstat quod informantes pro Ven. Archiconfraternitate Confalonis supponant manutentionem fuisse petitam de anno 1620. & sic fructus solum deberi à dicto tempore citra, quia huiusmodi suppositum non verificatur in facto, vt in summario per allegantes sub num. 3. sed esto quod esset cer-

2 tum † non sequitur propterea, quod hæc posterior petitio tollat primam petitionem factam de anno 1610. sed potius debet intelligi respectiuè ad illam,

3 cum † non repugnet, quod in eodem iudicio idem remedium bis petatur.

Nec minus placuit Dominis prætensio dd. sororum, quod fructus debeantur ab initio locationis factæ de anno 1531. loco damnorum, & interesse tunc promissorum per Confraternitatem, quia cum pro parte eiusdem Confraternitatis prætendatur in-

4 uestituram factam † de ista domo esse finitam, & hoc sit iudicium petitorium, quod fuit suspensum per dd. sorores de anno 1620. non possunt modo dictæ sorores sub prætextu solius mandati de manutenendo obtenti in summarijssimo possessorio prætendere fructus conuentionales loco damnorum & interesse, sed de hoc erit videndum in petitorio, quia si in-

5 uestitura † erit finita, & domus deuoluta ad Confraternitatem, vtique pactum inibi contentum à die deuolutionis erit finitum, iuxta not. per *Gabr. de clausf. conclus. 10. num. 3. vbi alios adducit.*

Quantum verò ad aliam partem dubij, nempe quoad quantitatem pensionum Domini pariter amplexi fuerunt dictam decisionem factam coram D.

6 Vbaldo, in qua præter alia fuit firmatum † fructus, seu pensiones deberi ad rationem illius quos perceperant re vera ministri Confraternitatis ex possessione dictæ domus, nulla habita ratione ad fructus, qui

7 percipi potuerunt in † quibus non solet Rota vnquam condemnare, nisi adsit spolium violentum, *Put. decis. 383. lib. 3. Rota decis. 557. num. 2. par. 1. recent.* & dicitur in decis. huius causæ in qua cum plenè satisfiat omnibus obiectis, cæterisque partibus Domini perstiterunt in dicta decisione ex his, & alijs rationibus, & fundamentis in ea adductis, quæ non visum fuit opus hic amplius repetere &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 26. Iunij 1624. coram bon. mem. Reuerendiss. Archiepiscopo Seleucien. impressa est apud Posth. post tractat. Mandat. de manutenend. decis. 317. & infra in Appendice habetur altera sub die 4. Martij coram R. P. D. meo Ghisilerio.

REVERENDISS. MERLINO

Romana Successionis.

Lunæ 18. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Filius, quando Bulgare nato, ante patrem, & matrem decedit, & quidem ab intestato, tunc ipsi æqualiter admittuntur ad successionem filij, postposita omni distinctione an bona in quibus æqualis fit diuisio, deueniant ex latere paterno, vel materno, quidquid in hoc scriptitauerit Bart. cum in hoc ipse errauerit, & à frequentiori Doctorum calculo impugnetur eius opinio.

SVMMARIVM.

1 *Mater cum patre æqualiter admittenda est ad successionem filii defuncti nulla habita distinctione, à quo latere bona peruenerunt.*

2 *Et hæc opinio est vera, & frequentiori DD. calculo recepta, reiecta contraria Bart. & num. 3.*

4 *Bona paterna, vel materna postquam ad filios peruenerunt, efficiuntur eorum proprium patrimonium.*

5 *Nec amplius antiqua dd. bonorum origo repetenda est, nisi in casibus à iure expressis.*

6 *Succedens alicui attenditur tantum persona immediate, quæ bona retinet, nihil enim refert, quis antea ea bona possidebat.*

7 *Causa*

7 Causa immediata rerum est attendenda, non autem mediata, quia alias semper opus esset quærere agrum Damascenum, vbi formatus fuit primus homo.
8 Patrimonium vnicum regulariter quis censetur habere.
9 Hæreditas, hoc verbum, de sui natura comprehendit & amplectitur species omnium, & quorumcumque bonorum, vndecumque prouenientium, quæ apud defunctum reperiuntur, & num. 10.
11 Hæreditates defunctorum vt plurimum, & frequenter, non ex vna dumtaxat bonorum constant specie sed ex diuersis, & à diuerso authore prouenientibus.
12 Bart. in l. quod scitis, §. sin autem in princ. C. de bon. q. liber. communiter reprobatur, & quidem ab innumeris Doctoribus.
13 Et quotquot DD. Classici fuerunt ante Bart. contrariam opinionem amplexi sunt.
14 Bona relicta fauore familiæ & agnationis in ea non censentur vocata fœminæ.
15 Bona donans fauore agnationis simpliciter alicui, non aliquod fideicommissum, seu vocationem agnatorum constituens, tunc non est facienda extensio vltra personas nominatas.
16 Probatio, quando debet fieri in specie, generalis probatio non sufficit.
17 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. concedendo lucrum totius dotis marito dum Vxor prædecedit extantibus liberis, intelligitur concessisse tale lucrum quo ad solam commoditatem.
18 Et sic, quoad vsum fructum, non quoad proprietatem.
19 Statutum Vrb. lib. 1. cap. 131. cum cogat maritum prædefuncta Vxore, vt dotem conseruet filijs, consequenter solam commoditatem, & vsumfructum videtur concessisse.
20 Filius mortua matre statim dicitur acquirere proprietatem dotis, non obstante, quod vsufructus eius quæratur patri vigore Statuti Vrbis lib. 1. cap. 131. quod intelligitur, dum ipse viu.
21 Filio mortuo ab intestato æqualiter ad eius successionem pater, & mater admittuntur.
22 Dotis proprietas statim mortua matri transit ad filios.
23 Proprietas bonorum donatorum transit in donatarios.
24 Rota decis. 619. par. 1. recent. in quibus terminis loquatur.
25 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 131. nunquam concedit proprietatem lucri dotis, sed tantum vsumfructum largitur patri.
26 Rota decis. 653. num. 3. & 7. par. 2. recent. loquitur in casu Statuti Vrbis lib. 1. cap. 131.

DECISIO DCLXIV.

PLACVIT Dominis decisio in hac causa sub die 17. Iunij 1624. coram me* scilicet Catherinam matrem æqualiter admittendam esse ad successionem Francisci & Dominici filiorum vna cum Petro Paulo eorumdem filiorum parente etiam si hæreditas constet ex bonis, quæ ad illos peruenerint à † consanguineis ex latere paterno, & opinio contra Bart. in l. quod scitis §. sin autem in princ. C. de Bon. quæ liber. quia est verior magis consentanea † verbis authoritate defuncto C. ad Senatus consul. Tertull. & §. si autem plurimi auth. de hæred. ab intest. venien. Et demum † etiam frequentiori Doctorum calculo recepta.

1

2

3

Verior si quidem bona, postquam ad filios peruenerunt, † dicuntur effecta de eorum patrimonio & substantia nec amplius antiqua dd. bonorum origo repetenda est nisi in casibus † à iure expressis. Et dum agitur, quis, & quomodo ad ipsorum bonorum successionem admittatur persona quæ dicta bona proximè immediatè † retinebat attẽdi solummodo debet iuxtà not. in l. sed si plures, §. filio ff. de vulgar. & pupil. l. 1. §. veteres ff. de acquir. possess. l. si auia. C. de donat. vbi Bald. & Salycet. cum alijs allegatis in decisione. Alioquin si ad antiquos possessores, & Dominos esset recurrendum opus etiam esset; vt in simili dicebat Oldrad. cons. 25. num. 2. in fin. & Rota in Romana domorum 10. Iunij 1616. coram bon. mem. Andrea, vers. nec aliquid faciebat quærere agrum Damascenum, † vbi primus generis humani parens formatus fuit; & vnum dumtaxat quis regulariter censetur habere † patrimonium l. iurisperitum. §. cum oriundus. ff. de excusat. tut. Viui. dec. 173. num. 9.

4

5

6

7

8

Magis etiam amica, & consentanea verbis dd. auth. defuncto, & §. sin autem plurimi, in his enim locis Iustinianus vtitur verbo hæreditatis, † quod de sui natura amplectitur, & comprehendit species omnium, & quorumcumque bonorum vndecumque prouenientium, † quæ apud defunctum reperiebatur l. hæreditas. ff. de reg. iur. l. aliud. ff. de verb. signif. & quoniam Iustinianus huiusmodi bonorum distinctionem non opposuit, & tamen præfatur, & profitetur in principio dictæ auth. de hæred. ab intest. venien. magistralem, & luculentam se traditurum sanctionem, & verisimiliter talis bonorũ distinctio à mente Legislatoris non excidisset, cum frequenter, & † vt plurimum defunctorum hæreditates non vna dumtaxat bonorum constent specie, sed ex diuersis, & à diuerso authore prouenientibus.

9

10

11

Est etiam communiter à Doctoribus recepta hæc sententia † contra Bartolum, vt illo reprobato tradiderunt fere innumeri, quorum multos recenset prima decisio, & modern. Rom. discept. forens. cap. 971. num. 15. lib. 5. quibus addi possunt Capr. cons. 34. num. 1. & 6. Gamm. dec. Lusitan. 9. num. 3. vers. hoc ipsum probari, Amendol. qui monet opinionem Bartoli non esse in praxi recipiendam, in addit. ad Frãch. decis. 59. num. 7. Castill. dec. 59. nu. 65. & seqq. Giurb. ad consuetud. Messanen. par. 1. cap. 10. glos. 3. num. 3. Et illud plurimi fecerunt Domini, quod hãc opinionem sequuti sunt antiqui quotquot fuerũt ante Bartol. Doctores classici, & diligentius † quæstionem hanc examinarunt, qui huiusmodi bonorum separationem respuerunt, vt obseruat etiam Corn. allegatus in alia decisione.

12

13

Nec obstat, quod iterum inculcabatur bona de quorum successione agitur fuisse à Vincentio donata Dominico, & Francisco eius fratribus fauore familiæ, & in hac familia comprehendi Petrum Paulum eorum patrem † non autem Catherinam, quoniam Domini responsionem datam in decisione etiam hodie approbarunt, quod nempe non conseruatio agnationis, sed ingressus Religionis fuerit in causa vt ipse Vincentius donaret. Ponderatis præsertim verbis dictæ donationis, & demum quidquid

14

sit de hoc, certo certius est quod Vincẽtius licet in
15 fauorem agnationis donauerit, non † tamen aliquod fideicommissum, seu vocationem agnatorum constituit, sed solum vocauit Dominicum, & Franciscum & ijs contentus fuit Vincentius, nec vlterius progressus est, & propterea non est facienda extensio ad alias personas non vocatas, nec nominatas.

Minus etiam obstat, quod dicta bona donata per Vincentium fuerint materna, & sic primæ vxoris Petri Pauli, & quod hæc bona ipse lucratus fuerit ex dispositione statuti Vrbis lib. 1. cap. 131. Quoniam vltra quod non constat, bona donata esse materna,
16 Instrumentum enim † donationis generaliter loquitur, nec aperit à quo prouenerint bona ad ipsum Vincentium; Necnon quia donatio, & eiusdem insinuatio non hic in Vrbe, seu eius districtu peracta fuit responderunt Domini prædictum statutum cap.
17 131. concedendo lucrum totius dotis marito, dum vxor prædecedit extantibus liberis, & onus iniungendo vt illam reseruare teneatur ijsdem liberis, intelligi huiusmodi lucrum concessisse quoad solam commoditatem, vt firmat *Gabr. cons. 13. nu. 32. lib. 2.*
18 seu † vsumfructum non autem quoad proprietatem quemadmodum super hoc statuto dixit *Rota in Romana successionis de Tagliaferris 29. Martij 1617. coram Illustriss. D. Card. Marcomontio, & coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 398. num. 7.* & latius in *Romana lucri dotis 20. Februarij 1615. coram* R. P. D. *meo Pirouano, quæ est decis. 653. num. 1. 2. & seqq. par. 2. recent.* Inspiciendum est enim, quid ex effectu obtineat maritus ex titulo lucratiuo, vnde
19 † cum statutum cogat maritum, vt dotem conseruet filijs, consequenter solam commoditatem, seu vsumfructum videtur concessisse; & ita post Bald. & alios perpendit Rota *d. dec. 653. num. 1.* Et propterea licèt Petrus Paulus lucratus fuerit vsumfructum totius dotis primæ vxoris, & matris dicti Vincentij hoc tamen non impedit, quin proprietas eiusdem
20 dotis † fuerit statim quæsita eidem Vincentio, & ipse ad libitum potuerit de ea disponere donando, prout donauit Dominico, & Frãcisco fratribus; & proinde cum postea etiam isti decesserint ab intestato,
21 ad istius proprietatis, quæ † in illorum hæreditate reperitur, successionem admitti debent æqualiter Catherina mater, & Petrus Paulus genitor iuxta *dictã auth. defuncto*; Neque potest considerari aliqua consolidatio vsusfructus cum proprietate in persona Petri Pauli, quia hæc proprietas nunquam stetit in suspenso, post enim mortem patris, vt dixi, statim
22 illa transiuit in Vincentium † filium tàm ex dispositione iuris communis *auth. vxore mortua, C. de secund. nupt.* Quam ex Statuto Vrbis vt considerat *d. decis. 653. num. 5. par. 2. recent.* Et postquam ille ingressus fuit Religionem, hæc eadem proprietas transiuit in Franciscum, & Dominicum donatarios,
23 † de quorũ modo hæreditate, & successione agitur.

Decisio autem 619. *par. 1. recent.* non applica-
24 tur, quia † procedit in diuersis terminis, & non in Statuto Vrbis, quod marito nunquam concedit proprietatem lucri, sed solum vsumfructum largitur,
25 † quod secus est in statuto Placentin. super quo emanauit d. decis. 619. Vt bene etiam fuit consideratum
26 *in d. decis. 653. num. 3. & 7. par. 2.* † *recent.* quæ loquitur de Statuto Vrbis, & præcisè respondet ad dictam decis. 619. Et hac responsione tolluntur aliæ authoritates, quæ contra Catherinam allegabantur.

Et ita vtraque parte informante Domini permanserunt in decisis &c.

Decisio ista in hac eadem causa sub die 17. Iunij 1624. coram eodem bon. mem. Merlino, emanata, quæ hic cõfirmatur, est supra in hoc Tomo decis. 460.

REVERENDISS. COCCINO.

Tudeñ Parochialis.

Veneris 22. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Beneficium impetrans non solum de eo tenetur facere mentionem, sed etiam de iure quolibet etiam controuerso sibi competenti ad aliud. Et vtrum sit facienda mentio eius beneficij quod est vacaturum, per assecutionem illius ab eo petiti, & quamuis sine controuersia transeat, vt talis mentio sit facienda, quando non datur vacatio ipso iure, & sit magnum dubium, quando ipso iure venit dicta vacatio, tamen opinio affirmatiua præualet, excusaretur tamen quis si eã non faceret propter contrarietatem opinionis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium impetrans non solum tenetur facere mentionem eius,*
2 *Sed etiam de iure quolibet sibi competente ad aliud beneficium,*
3 *Quod procedit etiam quod ius sit controuersum, quia non obstante lite, Papa solet se reddere difficiliorem in noua prouisione facienda.*
4 *Papa concedens beneficium alicui si sciuisset aliud ad eundem spectare, licet esset sub lite, forsitan non contulisset secundum, sed dixisset, quod suum repeteret beneficium.*
5 *Beneficium, quando vacat ipso iure per assecutionem alterius incompatibilis, tunc de eo, non est facienda mentio Papæ, secus verò, si non vacaret ipso iure, vide num. 6. & num. 13.*
6 *Mohed decis. 14. de præbend. in quibus terminis loquatur, & num. 9. & num. 16.*
7 Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glos. 15. §. 2. num. 67. & 68. errauit.*
8 *Cap. si Motu proprio de præbend. in 6. declaratur.*
9 *Beneficium impetrans à Papa, non est opus, vt mentionem faciat alterius Canonicatus, quem obtinet sub eodem tecto, cum vacet ipso iure.*
10 *Abb. in cap. cum teneamur. num. 3. de præbend. quo casu loquatur.*
11 *Beneficium impetrans, debet facere mentionem, de alio, quod habet si vtrumque potest retinere, & non vacet ipso iure, & quare.*
12 *Taciturnitas beneficij quod petens aliud, possidet, quando non vitiet gratiam.*
13 *Beneficium petens, debet facere mentionem beneficij primi, etiamsi ipso iure vacet, per assecutionem illius, quod petit, & num. 15.*
14 *Decis. 445. coram bon. me. Card. Seraph. declaratur.*
15 *Excusandus quis venit à subreptione stante contrarietate opinionum.*
16 *Sententia transit in iudicatum ob desertionem appellationis.*
17 *Resignatio est nulla, si forma mandati, non fuerit seruata.*

18 *Be-*

18 *Beneficij cessionem, quando quis non præsumatur habuisse pro valida.*
19 *Beneficij valor narratus per ascensum est plenè, & concludenter probandus.*
20 *Gratia obtenta non facta mentione litis super ea, non valet.*
21 *Clausula de processibus habitis, vel habentibus, an sit sufficiens vt dicatur facta mentio litis.*

DECISIO DCLXV.

HOC dubium an gratia Aluari sit iustificata habet duas inspectiones, prima est, vt videatur, an prouisio Iosephi fuerit nulla ex quo in impetratione Parrochialis nullam fecit mentionem de iure quod ex resignatione in Thesauraria habebat ex quo capite impetrauit Aluarez, secũda inspectio est, vt videatur an gratia d. Aluari sit iustificata quoad valorem.

Circa primam difficultatem non dubitarunt Domini quin impetrans teneatur facere mentionem
1 † nedum beneficij quod obtinet *cap. ad audientiam. il secondo, cap. in nostra de rescript.* sed etiam de iu-
2 re quomodolibet sibi competen. ad aliud † beneficium *cap. si Motu proprio de præbend. in 6.* etiam possessione non subsecuta *Cardin. in Clem. 2. num. 8. in fin. vers. 12. quæro de off. ordin. Silua de benef. par. 3. quæst. 11. nu. 1. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. num. 12. Menoch. de arbitrar. casu 21. num. 43. Paris. de resignat. lib. 10. quæst. 2. num. 73. & seqq.* &
3 † etiam quod ius sit controuersum, quia non obstante lite Papa solet se reddere difficiliorem in noua prouisione facienda, *Abb in cap. cum teneamur numer. 3. in fin. de præbend.* dicens quod si Papa illud
4 sciuisset † forsan secundum non contulisset, sed dixisset, quod suum repeteret beneficium.

Sed quia circa hanc primam difficultatem poterat dubitari, an in hoc casu esset faciẽda mentio Thesaurariæ, cum ipso iure vacaret per assecutionem Parrochialis in quo articulo *Mohedan. decis. 14. de*
5 *præbend.* tenet quod quando beneficium vacat † ipso iure, non sit facienda mentio obtenti, licet secus sit quando ipso iure non vacat sequitur *Gonzal. ad reg. 8. glos. 15. §. 2. num. 67. & 68. Moneta de commutatione vltim. volunt. cap. 6. num. 253. & seqq.*

Huic motiuo respondebatur primo, quod est cõtra *text. in cap. si Motu proprio, & cap. non potest. vers. cum de præbend. in 6.* & contra stylum, &
6 quod decisio Mohedani hoc non dicit, † sed quod non est opus facere mentionem de qualitate, quod sit simile sub eodem tecto, & sic *Gonzal.* errasse vt
7 dicit † *Garz. de benefic. par. 1. cap. 2. num. 126.* Cæterum poterat considerari quod affertur declaratio
8 ad prædictum *Text. in cap. si Motu proprio,* † vt non habeat locum quãdo beneficium primum vacat ipso iure per assecutionem secundi, vt aduertit *Moneta loco citato num. 267. & decisionem Mohedani* be-
9 ne applicari cum litteris rotundis dicat † non esse facien. mentionem alterius Canonicatus, quem quis obtinet sub eodem tecto, cum vacet ipso iure per assecutionem secundi. Nec huic responsioni opi-
10 tulatur dictum Abbatis *in d. cap cum teneamur* † loco supra citato, quia loquitur quando vtrumque
11 potest retineri, & non vacat ipso iure, † quia tunc si Papa sciuisset primum, diceret sufficit tibi illud, etiam quod sit litigiosum, nec duo volo concedere, sed quando primum vacat ipso iure taciturnitas non
12 videtur vitiare, † cum primum vacet ipso iure, vt sentit Mohedan. loco citato.

Secundo respondebatur, quod Rota expresse tenet,
13 quod debeat † fieri mentio beneficij primi, etiam quod ipso iure vacet ex decisione Seraphini 445. in qua allegantur duæ aliæ decisiones in eadem causa
14 coram Card. Blanchetto, † sed verè illæ decisiones non loquuntur in casu, quo primum beneficium vacat ipso iure, vt patet ex illarum lectura.

His consideratis Domini dixerunt magis com-
15 munem opinionem esse, quod debeat fieri † mentio de beneficio etiam quod ipso iure sit vacaturum, vt *in decis. 650. par. 1. diuers. quæ est decisio Seraphin.* 483. & idem tenet *Gonzal. in noua impress. & ad decis. Mohedan.* respondit d. decisio Seraphini, sed fuit consideratum per aliquos ex Dominis quod Ioseph stante prædicta contrarietate opinionum veniat excusandus, quam excusationem admittunt prædictæ decisiones Blanchetti, & Seraphini.

Sed omnes Domini in eo fuerunt concordes, quod de tempore impetrationis Parochialis fuerat lata sententia contra Iosephum, à qua licet fuerit appellatum, & cõmissa causa appellationis in Rota decretaq. citatio per assertũ procuratorem nomine Iosephi, tamen cum intra annum non fuerit execu-
16 ta, sententia transiuit † in iudicatum ob desertionem appellationis, *Fastol. aub. 37. Put. decis. 311. lib. 2. in nou. Rota dec. 156. par. 2. in recent.* Non placuit tamen aliud motiuum, quod resignatio fue-
17 rit † nulla ob non eruatam formam mandati, quia quicquid sit de hoc satis fuisset, quod Ioseph litigauerit, & prætenderit ius habere. Vnde transeundum est cum re iudicata.

Non obstat, quod post impetrationem Parrochialis Ioseph constituit procuratorem ad ceden. ius quod habebat in Thesauraria ad fauorem certæ personæ, quia die sequenti reuocauit cessionem, & post
18 obitum † resignantis constituit procuratorem ad impetran. dictam Thesaurariam per obitum. Vnde clarè patet, quod non habuit cessionem pro legitima, quia alias prædicta omnia tractu temporis non gessisset.

Circa secundam difficultatem quoad valorem visum fuit gratiam non esse iustificatam, quia fuit expressum non excedere ducatos 130. & tamen contrarium probatur ex gratia per inde valere, in
19 qua fuit expressum † ascendere ad ducat. 170. & ideo etiam iste valor per assensum debet plenè, & concludenter probari, *Rota decis. 444. num. 1. par. 2. in recent.* & ista confessio nocet licet gratia ei non
20 possit suffragari, † cum non fuerit in ea facta mentio litis, *cap. fin. vt lit. pend. & fuit resolutum in causa Placentina Cappellaniæ 10. Iunij 1595. coram bon. mem. Penia apud Marches. par. 1. fol. 135. in qua sub die 24. eiusdem mensis, & anni* fuit etiam
21 dictum non suffragari clausulam de processibus habitis, & haben.

Et ita conclusum &c.



REVERENDISS. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano.

Forolivien. Cessionis Census.
Veneris 22. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Sententia transit in iudicatum licet fuerit appellatum ab ea, si intra legitima tempora, non fuerit prosecuta appellatio, & constito de validitate, & iustitia sententiæ est executioni mittenda. Instrumenta non dicuntur de actis, & sic non sunt transportanda, quādo simpliciter fuerunt dimissa penes Notarium absque citatione ad dicendum contra. Censum cedens alicui cum promissione eum esse exigibilem, si appareat contrarium, cessionarius qualiter seruandus veniat indemnis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, quando non docetur fuisse intra legitima tempora prosequuta, sine dubio intrat res iudicata.*
2 *Fatalia si absque prorogatione labantur, intrat res iudicata.*
3 *Sententia quæ transit in rem iudicatam, & constat de eius validitate, & iustitia, sine dubio venit exequenda.*
4 *Iurisdictionis prætensus defectus de quo hic, sanatur per clausulam, quam, & quas.*
5 *Instrumenta in actis realiter non producta, sed simpliciter penes Notarium relicta absque citatione ad dicendum contra, non dicuntur effecta de actis.*
6 *Iura, quæ non sunt effecta de actis, non est necessè, vt trasportarentur.*
7 *Censum, si quis alicui asserit sub promissione, quod est exigibilis, si postea non reperiatur talis, tunc benè datur actio contra cedentem, ad hoc vt cessionarius consequatur damna, & interesse, & poterit etiam agi contra illius hæredem.*
8 *Creditum cessum, quod non sit exigibile, bene probatur, dum illud fuit occupatum ab anterioribus creditoribus.*
9 *Excussio bonorum debitoris non est facienda quando satis apparet eam futuram frustratoriam.*
10 *Cessionarius ad hoc, vt agere possit pro manutentione cessionis, sufficit, vt ostendat, quod bona debitoris cessi esse intricata.*
11 *Creditores anteriores præferuntur posterioribus.*
12 *Bona, quod quis non habeat, vel habeat, & sint valde intricata paria sunt.*
13 *Actione personali, quando debitor conueniri possit.*
14 *contra Tertios possessores non potest agi actione personali.*
15 *Inuentarium non afficit, nec probat contra non citatum hæreditatem non esse soluendo.*
16 *Inuentarium bonorum hæreditariorum quando sit si de eo tempore, quis non erat creditor, non poterat citari, & sufficit citatio facta per proclama, contra omnes interesse putantes.*

DECISIO DCLXVI.

De anno 1604. D. Laura Oliua cum consensu Rainaldi eius mariti vendidit quoddam prædium dotale pro pretio scut. 520. Andreæ, & Paulo Emilio fratribus de Cæsis, qui ad computum dicti pretij cesserunt eidem Lauræ Censum scutorum 510 in sorte contra bon. mem Andream Facchineum, quem verum, & legitimum debitorem dicti Census necnon exigibilem manutenere promiserunt, vt legitur Sum. Iulij num. 11.

Defuncto dicto Andrea debitore d. census, cum Iulius Oliua tanquam frater, & hæres d. Lauræ, nec non Cessionarius Rainaldi eius mariti non posset cōsequi fructus d. Census ab hærede d. Fachinei; Mouit iudicium in partibus de anno 1610. coram Locumtenente generali Prouinciæ Romandiolæ super indicatione bonorum, in quibus posset fieri executio instando alias ad restitutionem sortis principalis, & solutione Fructuum contra dd. de Cæsis, & D. Locumtenens sententiam tulit absolutoriam ad fauorem illorum de Cæsis, à qua in gradu appellationis introducta causa coram A. C. fuit à R. P. D. Virili, tunc Locumtenente pronunciatum, & declaratum eosdem de Cæsis teneri nedum ad solutionem fructuum Census, sed etiam ad restitutionē sortis principalis; vnde cùm hodie ex parte Iulij prætenderetur dictam sententiam ob non interpositam appellationem, seu eius non legitimam prosequutionem transitum fecisse in iudicatum, causa mihi commissa Dubium in Rota propositum, & non resolutum hodie repropsui. An videlicet constaret de tali re iudicata, quæ veniret exequenda; quia apparet dictam Sententiam latam de anno 1613. à quo tempore nedum est lapsum biennium, sed decennium, & vltra,
1 & † cum non doceatur de prosequutione appellationis, nec minus quod fuerint prorogata fatalia,
2 dubium non est quin dicta sententia transiuerit † in rem iudicatam *cap. cum sit Romana de appellat. auth. ei quiet. l. fin. C. de temp. appell. Rota decis. 385. nu. 1. par. 1. & decis. 156. nu. 1. & 4. par. 2. recent.*
3 Illam vero exequendam, † quia visum fuit Dominis sententiam fuisse validam, & iustam, nec obstare nullitates ex aduerso oppositas contra illius validitatem ratione defectus iurisdictionis, ac transportationis actorum, quia respondebatur quātum ad prætēsum defectum Iurisdictionis deductum ex eo quod
4 causa esset commissa A. C. † sub prætextu quod coram eo penderet appellatio à quadam sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, de qua dicitur nō apparere in actis huiusmodi defectum tolli ex clausula quam & quas in dicta commissione, quo vero ad effectum actorum circa tria Instrumenta non trā-
5 sportata, cum illa non fuissent in actis realiter † producta, sed simpliciter penes Notarium relicta absq; citatione ad dicendum contra non dicebantur effecta
6 de actis, † & per consequens non erant transportanda *Rota decis. 561. num. 10. part. 1. recent. Adden. ad Greg. decis. 59. & seqq. & fuit dictum in Placentina Deuolutionis 10. Maij 1602. coram bo. mem. Penia, quæ est inter impress. apud Marches. de comm. tom. 3. fol. 137.*

Quantum vero ad iustitiam dictæ sententiæ, in qua condemnatis dd. de Cæsis ad soluen Iulio scut. 500. pro sorte principali, & scut. 239. pro fructibus decursis, & non solutis a d. Fachineo debitore cesso, mi-
7 nus pariter DD. dubitarunt, quia cum † constet dd. de Cæsis cessisse d. Censum Lauræ, cuius hæres est Iulius cum promissione quod erat exigibilis, & vl-

tertius

terius Censum non esse talem sed inexigibilem, ex quo bona dicti Fachinei fuerunt ab alijs Creditori-
8 bus † occupata, vt in Summ. Iulij num. 12. benè competebat actio Iulio contra cedentes pro eius damno, & interesse iuxta tradita *per Dec. cons. 142. post princ. vers. ad tollen. & melius per Eugen. cons. 73. nu. 9. & seq. lib. 1.*

Nec obstat quod prius fieri debuisset excussio cōtra bona dicti Facchinei debitoris cessi, quia Iulius id fecit, & cum constet plura intentasse remedia cōtra illius hæreditatem prout apparet ex sequestris, &
9 mandatis exequutiuis per ipsum obtentis, nihilque vnquam consequi potuisset, frustratoria erat prædicta excussio, maximè quia sufficit Cessionario ad
10 hoc vt agere posset pro manutētione cessionis † ostēdere quod bona debitoris cessi sint intricata, vt de facili extricari non possent, tunc enim talia bona ha-
11 bentes, ac si non adessent, † nec propterea Cessionarius illa excutere tenetur *Rota Ianuen. decis. 156. n. 7. & 8. Scacc. de com. §. 2. glos. 3. folio 556. n. 268.*

Minus obstat, quod idem Iulius potuisset agere pro consequutione sui Crediti contra alios creditores posteriores satisfactos de bonis dictę hereditatis quia vltra quod potius constat Creditores prædictos
12 † esse anteriores A d. Censui, & signanter vxorem dicti Facchinei pro Credito suæ dotis, aduertebant DD. quod in prouisione facta Lauræ per dictos de
13 Cæsis fuit considerata actio † personalis, videlicet casu quo dictus Fachineus non esset exigibilis, vnde non potuit Iulius agere contra dictos Creditores,
14 tanquam tertios possessores contra quos non datur actio personalis *Ruin. cons. 87. nu. 1. lib. 4. Guidopap. dec. 576. Rota apud Seraph. dec. 168. & dec. 529. n. 1.*

Demum non obstat, quod in confectione inuentarij bonorum dicti Facchinei non fuerint dd. de
15 Cæsis † citati, & sic inuentarium illos non afficiat nec probet hæreditatem dicti Facchinei non esse soluendo in eorum præiudicium, quia fuit responsum quod tunc temporis cum dd. de Cæsis non essent Creditores certe fuit sufficiens citatio facta per pro-
16 clama † contra omnes interesse putantes *Ias. in l. fin. num. 13. vers. & si Creditores C. de iur. deliber. Fanucc. de inuent. par. 3. num. 12. Menoch. cons. 89. num. 139 lib. 1.*

Et ita decisum, &c.

SVMMARIVM ANNOTATIONIS AD DECISIONEM DCLXVI.

1 *Prior, qui est in tempore, potior est in iure. & n. 15.*
2 *Quod procedit, etiam quo ad fructus & interesse, licet super hoc nulla adsit obligatio expressa.*
3 *Temporis prioritas attenditur, quando inita fuit obligatio, & constituta hypotheca, non autem tēpus solutionis faciendæ.*
Hypotheca dotalis contrahitur de tempore promissionis, & non traditionis dotis num. 5.
4 *Prior, vt quis dicatur, & præferatur in obligatione alteri creditori, quid attendatur.*
5 *Temporis prioritas attenditur etiam, licet creditor prior sit ex titulo lucratiuo, & posterior ex causa onerosa.*
6 *Creditor ex causa lucratiua, tunc præfertur posteriori creditori ex causa onerosa, quando non habet actionem hypothecariam, sed tantum personalem.*
7 *Prior, qui est in tempore potior est in iure, regula ista est certissima, & vsque adeo, vt in lege nulla alia est magis indubitata, & inuulnerabilis.*
8 *Creditoribus pluribus concurrentibus, qui ex hypotheca prælationem contendunt, tunc victoria indubitanter erit eius, qui in tempore est potior.*
9 *Creditor iuniorem hypothecam habēs licet aliquādo præferatur habenti antiquiorem,*
11 *Tamen id non euenit ratione hypothecæ, sed ratione priuilegij, quod in illis casibus potentius est ipsa hypotheca. & num. 12. & 13.*
14 *cum Hypotheca, quando iungitur priuilegium, tūc prælatio non datur ratione hypothecæ, sed priuilegij.*
16 *Mulier habens pro dote hypothecam posteriorem quamuis expressam non præfertur creditoribus mariti habentibus expressam anteriorem.*
17 *Quamuis super hac quæstione magna pugna sit, & excitata atra tempestas inter Doctores stantque diuisi tamquam duæ acies formidabiles strenuè inter eos dimicando.*
18 *inter Doctores in aliqua quæstione non potest constitui concordia, dum vnusquisque eorum prætendit habere vocem communem cum, & veritas vna sit.*
19 *Mulier ex credito dotali præfertur omnibus creditoribus etiam expressam anteriorem hypothecam habentibus. vide nu. 28. & seq.*
20 *Quam opinionem, vti veriorem plures defendunt, & num. 21. eaque ab antiquis Doctoribus Franciæ recepta fuit num. 22. & in Camera Imperiali. num. 24. ac in Senatu Tholosano.*
23 *Mulier pro dote, cum præferatur tacitis hypothecis anterioribus, equè præferri debet expressis.*
26 *Mulier præfertur pro consecutione suæ dotis omnibus creditoribus anterioribus habentibus etiam expressas hypothecas.*
27 *Dotis hypotheca præfertur hypothecis anterioribus.*
28 *Dotis hypotheca non præfertur creditoribus anterioribus habentibus expressam hypothecam, ita vt hoc casu ratio temporis sit habenda.*
Et ista est opinio verior, & receptior, summaque nititur æquitate.
29 *Creditoribus anterioribus habentibus hypothecam expressam, quod voluerit Iustinianus Imp. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. præiudicare ex causa dotis, non est dicendum. & num. 68.*
30 *Ius, seu hypothecam per aliquem ex propria conuētione, & stipulatione acquisitam, si ex quocunque priuilegio eo inuito tolleretur, quid crudelius.*
31 *Nostrum, quod est, sine facto nostro nobis auferri non potest.*
32 *Et si contrarium asereretur, nihil aliud est quam ipsam fidem publicam violare.*
Fidem, qui perdidit, quid amplius amittat, non habet. num. 32.
33 *Fide, nulla res vehementius rempublicam continere potest.*
Fides publica si violaretur, commerciorum vsus e medio tolleretur, sine quibus Respublica consistere nequit num. 34.
Fides publica non solum inuiolatè tueri oportet sed etiam ab omni suspicione remota num. 33.
34 *Hypothecam expressam anteriorem priuatus habens, præfertur fisco, ipsique Cæsari.*
35 *Creditor in tempore prior præfertur fisco, & Republica,*

publicæ, ac ipsi Imperatori, & Regi.

36 *Mulieribus ex causa dotis lex indulsit vt potiores essent omnibus creditoribus anterioribus habentibus hypotecam tacitam.*

Mulieribus quis non misereatur, propter obsequia quæ maritis præstant, propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem &c. num.37.

37 *Creditoribus habentibus tacitam hypotecam anteriorem Imperator potest præiudicare, & quare.*

38 *Priuilegium, quando Princeps alicui concedit, potest illud ad libitum moderari, diminuere, vel in totum tollere.*

39 *Princeps priuilegium à se alicui concessum potest sine causa illud tollere, & reuocare nedum priuilegia à se concessa, sed etiā à prædecessoribus suis.*

40 *Princeps reuocando priuilegium ex gratia alicui indultum pro iusta causa reuocationis, potest allegare concessionem;*

Quia sicut ipse concessit, ita & ipse reuocare potest.

41 *Si libet, licet, antiquum prouerbium.*

42 *Creditor habens hypotecam expressam non ex priuilegio, sed ex propria conuentione acquisitam, Imperator non præsumitur ei ex generali dispositione præiudicare voluisse.*

43 *L. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. dum facit mentionem de creditoribus habentibus hypotecam ex priuilegio, quid inde inferatur.*

44 *Quæsitum, quod est iure speciali, facilius tollitur, quam quod est quæsitum de iure communi.*

45 *Qualitatem aliquam habens de iure communi præfertur in concursu habenti eam ex priuilegio, vel dispensatione.*

Ius commune potentius est, quam ius speciale, n.45.

46 *Ius quæsitum ex proprio contractu ius numquam tollit.*

47 *Ius, quod quis acquisiuit ex propria conuentione, per legem ei tolli non debet.*

48 *Iustitia potissimum consistit in eo, vt ius suum vnicuique tribuatur.*

Dos fauor magnus est, num.48.

49 *Doti non ita est fauendum, vt aliquid contra iustitiam fiat.*

50 *ex Priuilegijs concessis dotibus non est permittendum, vt homines lædantur.*

51 *Princeps nunquam præsumitur voluisse tertio præiudicare.*

52 *Principis mens, & intentio illa semper est, vt licet possit, numquam tamen tollere ius tertio quæsitū.*

Princeps præsumitur circumuentus, quando ex gratia alicui concessa, tollit ius tertio quæsitum.

53 *Ius tertio quæsitum non præsumitur Princeps voluisse tollere, quamuis intenderet consulere publicæ vtilitati.*

54 *Vtilitas publica præfertur priuatæ.*

55 *ex Vtilitatis publicæ causa, receditur à regulis iuris communis, multaq. tollerantur, quæ alias essent prohibita.*

56 *Vtilitate publica suadente, pro dilatandis fossis Ciuitatis, vel conseruandis propugnaculis, licet assumere domus confinantes, & suburbia destruere, vel incendio illa consumere, ne hostes in eis se recipiant.*

57 *pro Pace obtinenda potest Princeps absque vlla compensatione remittere damna subditorum, eis illata tempore belli.*

Vtilitas publica grauior est, quam priuata, nu.57.

58 *Proprietarius, licet sit persona priuilegiata, vel prohibita alienari, veluti Ecclesia, &c. compelli potest ad affrancandam domum, vigore Bullæ Iuris congrui, & quare.*

59 *Emphyteuta, ne retrahatur, propter periculum deuolutionis ad ædificandum ad ornatum Vrbis, potest cogere proprietarium ad affrancandam domum.*

60 *Bulla Iuris congrui fel. rec. Gregor. XV. fundata est in publica vtilitate, cum Ciuitati expediat, vt ædificijs impleatur, & ornetur.*

61 *Princeps, non præsumitur voluisse ius tertio quæsitum tollere, nisi clarè constet de eius tali mente.*

62 *Principis mentem, dum tenemus, inanis est omnis disputatio.*

Voluntas, & potestas sufficit ad perfectionem cuiusque actus.

63 *Princeps, quando constat vti voluisse plenitudine potestatis, tunc aliud non est quærendum.*

64 *Principi summo non potest dici cur ita facis.*

65 *cum Principe non est pugnandum.*

Homini mortali arduum est vincere numen.

66 *cum Principe contendere furiosum est.*

Litigandum non est cum homine potenti.

67 *de Principis mente quando non apparet præiudicandi tertio, tunc inuiolabiliter dicendum est noluisse ei præiudicare.*

69 *L. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. si voluisset præiudicare etiam creditoribus habentibus expressam hypotecam anteriorem, id sciuisset exprimere.*

70 *Verba Principis potius sunt impropriãda, vel in eo præsumenda obliuio, aut censendum est rescriptum falsum, antequam dicatur ipse voluisse præiudicare tertio.*

71 *Princeps non præsumitur voluisse præiudicare tertio, etiamsi motu proprio procedat.*

72 *Princeps, quando constat voluisse præiudicare tertio, tunc facienda est interpretatio, vt in modico, & non in magno voluerit præiudicare, & sufficit, vt rescriptum aliquid modici operetur in tertij præiudicium.*

73 *Immo sufficit, vt postquam aliquid gratia operata sit, postea restringi debeat, ne enorme præiudicium fiat tertio, & num.74.*

5 *Princeps supremus plura, & infinita potest.*

Princeps Iustitiæ plenus præsumitur, nu.75.

Princeps supremus plus gloriari debet titulo Optimi, quam Maximi, num.75.

Princeps viuus fons iustitiæ, & lex animata dicitur. num.75.

76 *Princeps non censetur velle, nec sentire quod non potest de iure, vel æquitate.*

77 *Princeps non debet de iure ius alteri auferre, immo reddere, quod suum cuique est.*

Ius suum vnicuique reddere, Princeps numerauit inter alia iuris præcepta.

Princeps licet sit solutus legibus, tamen se legibus alligatum profitetur, num.77. & 78.

78 *Dotis hypoteca, quod non præferatur hypotecæ expressæ anteriori, est opinio defensa à I.C. magnæ scientiæ, auctoritatisq. maximæ.*

79 *Consuetudo est optima legum interpres.*

80 *Instrumenta duo, si eodem die confecta reperiantur, cum hypoteca bonorum pro dote, scilicet, & mutuo, & non constet de prioritate, tunc dos est præferenda, & quid inde inferatur, num.77.*

81 Hy-

81 *Hypoteca dotalis non habet priuilegium anterioritatis contra hypotecam expressam anteriorem, & ista opinio est communis, & magis communis, ac omnino tenenda. & num. 82. 83. 84. 85. & 86.*

87 *Eamque secuti sunt multi celebres consulentes, & præsertim Bald. Alex. Bellam. Gozad. Paris. Corn. &c.*

88 *Et amplexi sunt illam Glossatoris, & Doctores magis communiter approbati, & in numero ampliori.*

90 *Hypoteca dotalis posterior, quod non præferatur hypotecæ anteriori expressæ, iudicatum fuit in Capella Tholosana, in Regno Franciæ, in Consilio Neapolitano, in Camera Imperiali &c.*

91 *Hypoteca expressa anterior, nisi præferretur hypotecæ dotali posteriori, multi creditores contra bonam fidem deciperentur,*

93 *Quæ omnia tanta æquitate nitũtur, vt meruerint, apud omnia Tribunalia esse recepta, & si contra eam iudicaretur malum esset. num. 94.*

95 *Dotalis hypoteca posterior, vt minimè præferatur expressæ hypotecæ anteriori, non semel iudicauit Rota Romana.*

Et hanc opinionem tamquã veriorem iudicauit.

96 *Hypoteca dotalis, quantumuis expressa minimè præfertur expressæ hypotecæ anteriori.*

97 *Hypoteca dotalis posterior, quod non sit potior expressæ anteriori, est opinio communis canonizata etiam ab illis DD. qui contrarium defendunt.*

98 *Opinio, quæ est communiter refutata, non est attendenda.*

99 *Rarò benè loquitur, qui contra omnes loquitur. Tenendum est indubitanter id, quod omnes opinantur.*

100 *Hypoteca dotalis anterior sine dubio præfertur hypotecæ expressæ posteriori, & si id in disputationem deduceretur, ridiculum esset. & num. 102. & 103.*

101 *Aretin. in §. fuerat num. 15. Instit. de act. dum tenet tacitam hypotecam vxoris non præferri expressæ posteriori, est meritò à DD. reprehensus.*

104 *Et certè in magnum incidit errorem, & quare.*

105 *Creditor prior in tempore, quod etiam sit in iure, regula ista procedit tam in expressis hypotecis, quàm in tacitis.*

106 *Dotis priuilegia non debent excludere prouisionem hominis, & expressam conuentionem temporis prærogatiua firmatam.*

107 *Lex vna, vt cũ temperamẽto alterius legis intelligenda sit, hoc non esset inusitatum asserere.*

108 *L. in rebus. ff. de iur. dot. quid disponat.*

109 *Mulier in rebus dotalibus extantibus sine dubio, præfertur omnibus creditoribus anterioribus quantumuis expressam hypotecam habentibus.*

110 *Rem suam extantem vindicans à creditore non indiget priuilegio prælationis, nec ab alio potest excludi, cum vindicet rem suam. & num. 111.*

112 *Dominium actu permanens, quilibet, qui prætendit, potior est, quolibet alio creditore.*

113 *Vendens fundum etiam habita fide de pretio, præfertur omnibus in eo, dum sibi reseruauit dominium eius, donec pretium exbursetur,*

114 *Quod pactum de iure validum est, & tenet, quo stante vendens præfertur omnibus alijs creditoribus tamquam in re propria. & 115.*

116 *Et sic in diuersis Orbis Tribunalibus fuit iudicatum.*

117 *Venditio, quando est facta cum conditione, vt dominium rei venditæ remaneat penes venditorem, donec soluatur pretium, interim iste contractus substinetur in vim locationis.*

118 *Et in terminis huius pacti citra labem vsurarũ potest pacisci de mercede, loco pensionis.*

119 *Venditio facta cum pacto reseruationis dominij donec soluatur pretium, suspenditur interim venditio, & dicitur locatio, & traditio, quæ fit, ad quid deseruiat.*

120 *Immo interim de hoc contractu non est soluenda gabella, cum sit locatio.*

121 *Venditio, quando est facta, cum reseruatione dominij donec pretium soluatur, quare dum pendet ea conditio, cum dominium non sit abdicatum à venditore, interim creditores emptoris non possunt prætendere acquisiuisse aliquam hypotecam super ea re.*

123 *Idque etiam procedit, quamuis pretium sit pro parte solutum, itaque nec pro rata aliquid possint prætendere.*

124 *Venditio facta cum reseruatione dominij donec pretium soluatur, id nihil plus continet, quàm disponit ius commune.*

125 *Pretium est naturale venditioni.*

126 *Mulier in bonis dotalibus datis æstimatis marito, etiam cum ea æstimatione quæ faciat emptionem, in subsidium dum maritus non est soluendo præfertur omnibus, & quibuscumque creditoribus. & num. 127.*

128 *Cum hoc casu res æstimata non desinit esse dotalis, & ista est sententia, & dictum aureum.*

129 *Vxori succurritur, dum deficiunt bona mariti, vt ipso iure in eam transeat dos data æstimata marito, ne creditores in rebus, quæ fuerunt propria ipsius vxores potiores existant, & hoc speciali fauore dotis. num. 132.*

Et ista opinio est verissima, & sic fuit iudicatum in diuersis Tribunalibus. num. 134.

130 *Dominium bonorum dotalium, quæ marito æstimata data fuerunt, manet quasi sub vmbra, donec veniat casus restitutionis dotis, & compertum sit an maritus sit soluendo.*

131 *Quæssada in suis quæst. cap. 15. num. 18. tamquam sophisticus refutatur. & num. 133.*

135 *Vxori competit in subsidium vtilem rei vendicationem contra bona data in dotem, licet æstimata contra tertios possessores pro recuperatione suæ dotis.*

136 *Mulier in subsidium potest bona dotalia æstimatè data marito, vtili rei vendicatione à tertijs possessoribus rehabere.*

137 *Emptores rerum dotalium æstimatè datarum, si offerant vxori æstimationem liberatur à reali æstimatione.*

138 *Negusan. in tract. de pign. in 3. memb. 5. part. num. 28. dum asserit tertios possessores bonorum dotalium æstimatè datorum, non posse offerre æstimationem mulieri agenti in subsidium contra ea, refutatur. & num. 147.*

139 *Possessores bonorum dotalium æstimatè datorũ, cum habeant ius à marito possunt oti eisdem priui-*

priuilegijs, & defensiones, quibus & ipse maritus vti potuisset. & num. 146.
140 Emptor potest vti eisdem defensionibus competentibus venditori, etiã non facta cessione iuriũ.
141 Maritus, siue eius hæres mulieri agenti ad restitutionem dotis æstimatè datæ, nullatenus tenetur dare ipsas res æstimatas, sed earum pretium.
142 Dos; quando datur marito æstimatè ex ipsa æstimatione insurgit quædam venditio inter coniuges, & quomodo: num. 143. & quid inde sequatur: num. 144.
145 Debitor ad soluendum aliud pro alio cogi non potest.
148 Dominium rerum dotalium soluto matrimonio sub alio facto hominis transit in mulierem.
150 Mulier soluto matrimonio tamquam Domina potest agere cõtra detinentem eius bona dotalia. Mulieri repetenti bona dotalia Statut. Vrb. lib. 1. cap. 85. concedit viam executiuam,
Etiam contra tertios possessores bonorum tacitè, vel expresè obligatorum.
151 Pro dote, & donatione propter nuptias, seu pro lucro dotis Statut. Vrb. lib. 1. cap. 85. concedit viam executiam etiam contra tertios possessores.
152 Statut. Vrb. lib. 1. cap. 85. est decisorium, & ideo seruandum in omnibus Curijs.
153 Et ita fuit decisum in Signatura Sanctissimi.
154 Mulier si sibi non stipulauerit restitutionem, nihilominus ad eam agere potest, cum id veniat ex dispositione Iuris.
155 Maritus si iurauerit se habuisse fundum in dotem ab vxore, videtur etiam iurasse, se illum restituere debere,
156 Et ex tali iuramento agi potest ad dotis restitutionem.
157 Iuramentum est stricti iuris.
158 Mulier potest agere executiuè ad dotem vigore instrumenti dotalis, si habeat executionẽ paratã, etiãsi in eo desit promissio restitutionis dotis.
159 Instrumentum habens executionem paratã procedit etiam quo ad ea, quæ ex iuris dispositione in instrumento subintelliguntur.
160 pro Scripto habetur quidquid virtualiter in instrumento continetur.
161 in Instrumento id quod conuincitur, vel præsumitur dicitur tenor instrumenti.
162 Statutum loquens de instrumentis exequendis verificatur etiam in his, quæ tacitè insunt instrumentis.
163 Instrumenta regulariter loquendo secundũ veriorẽ opinionẽ non habent executionẽ paratam. Quod procedit etiam si adsit iuramentum, & quidem solemniter præstitum. num. 166.
164 Instrumenta vigore pacti possunt habere executionem paratam.
165 Instrumẽta dotalia nõ habent executionẽ paratã.
167 Iuramentũ de quo per Bar. in l. 2. n. 8. de iure iur. non est amplius vsu receptũ, nisi sit litis decisiuũ.
168 in Instrumento executiuo dotali si adsit promissio supra dotis, ad illam etiam potest agi executiuè, quamuis id non fuerit conuentum.
169 Maritus si constituerit vxori supra dotem, soluto matrimonio nullis superstitibus filijs non ad maritum, vel eius hæredes reuertitur,
170 Sed ad vxorem, vel eius hæredes.
171 Dotis fructus, cum succedant loco alimentorum, possunt peti via executiua, quamuis in instrumento dotali desideretur oblig. Cameralis.
172 Alimenta possunt peti via executiua absque alia obligatione Camerali, cum ea possint decerni, & taxari officio Iudicis, & pro his non admittitur appellatio suspensiua.
173 In alimentorum materia, tunc admittitur appellatio suspensiua, quando agitur de alimentis præteritis, secus verò, si pro alimentis futuris.

ANNOTATIO AD DECISIONEM DCLXVI.

1 A PRIOR enim qui est in tempore potior est † in iure, *l. balneum, in princip. ff. qui pot. in pign. hab. l. potior. ff. eodem. l. si fundum. C. eodem titul. l. distractis. cum sequent. C. de pignor. cap. qui prior. ext. de regul. iur. in 6.* quod procedit, tam pro sorte principali, quam pro solutione fructuum, in-
2 teresse, canonum &c. etiam si † pro his debitor nõ se expresè obligasset, cum de iure illa accessoria gaudeant eodem priuilegio prioritatis sicut sors principalis. *l. si insula. l. Lucius. ff. qui potior. in pign. hab. Rip. in l. priuilegia num. 9. ff. de priuileg. Neguſ. de pignor. part. 5. memb. 2. num. 9. vers. tertio decimo amplia. Surd. consil. 7. nu. 1. lib. 1. Amator Rodriquez de priuileg. cred. par. 2. art. 1. nu. 10.* & pluries aduertit Rota, *& potissimum in causa Romana pecuniaria 23. Maij 1636. coram Eminẽtiss. D. Card. Panzirolo, §. 1.* vers. *etiamsi pro lucro non se expresè obligasset &c.* Ac ista prioritas tem-
3 poris attenditur, quando fuit † inita obligatio, & constituta hypoteca, non autem tempus solutionis faciendæ. *d. l. balneum. & l. potior §. videamus. l. Lucius. ff. quæ pot. in pign. hab. Rebuff. in cõment. ad ll. Gall. titul. de constit. redd. art. 1. glos. 8. num. 9. Balduin. de pignor. cap. 1. Donell. eodem tract. c. 12. Connan. lib. 4. comment. cap. 17. num. 3.* & facit decisio *in causa Romana Saluiani 4. Decẽbris 1643. coram R. P. D. meo Leone Verospio, §. Non obstat,* vers. *ad effectum acquirendi hypotecam retrotrahi debeat ad diem promissionis, &c.* & congruit alia decisio *in causa Firmana Prælationis dotis 1. Martij 1607. coram bo. me. Reuerendiss. Manzanedo,* vbi habetur hypotecam dotalem de tempore promissionis, & contracti matrimonij, non autem de tẽpore traditionis contrahi, per ibi allegata.
4 Nam generaliter initium contractæ obligationis, † non autem destinatæ solutionis inspiciendũ est, vt quis prior dicatur, & præferatur in obligatione alteri creditori. *l. 1. vers. vtiq. ff. qui pot. in pign. hab. Paz. in sua prax. tom. 1. par. 5. cap. 4. nu. 5. & 6.*
5 Quæ regula prioritatis temporis attenditur, etiamsi creditor prior, † sit ex titulo lucratiuo, veluti ex causa donationis, & posterior sit ex causa onerosa. *l. 1. & ibi glos. C. de iur. fisc. lib. 10. & ibi Bart. & Io. de Plat. & cæteri scribentes.* Et quamuis multi DD. videantur contradicere, tamen loquuntur, quando donatarius non haberet hypo-
6 thecam, sed tantum personalem † actionem, quo casu sileret d. regula, vt satis notum est. & sic pluribus relatis sensit *Rota in causa Rom. Saluiani de Casalib. 21. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Cerro. §. Idemq. procedit,* vers. *tamen hoc intelligitur de creditoribus ex titulo lucratiuo, qui habent tantum personalem actionem, non autẽ hypotecariam, &c.* Præ-

Præterea regula ista, qui prior est in tempore, potior sit in iure sic certissima est, & vsq. adeo,
7 vt nulla alia † iuris prudentiæ regula magis indubitata,& perpetua,& quæ nec vix, (raro exemplo) vulnerari, ac subuerti possit in ipso iure inueniri, videlicet pluribus creditoribus concurrentibus,
8 † qui ex hypoteca prelationem, & prerogatiuam contendunt, temporis rationem esse habendam, quæ regula est vsu, & frequētia tàm celebris, quàm
9 vtilis, † & in Palatijs, in oreq. omnium Pragmaticorum quotidiana. Et quamuis iudicio nonnullorum videatur eam quamplurimas pati limitationes, tamen falluntur, nisi, & ego fallor, quam-
10 uis negari nequeat sæpe euenire, vt † creditor, qui iuniorem habet hypotecam, potior sit antiquiorem habenti, aduertendum est enim, id nullate-
11 nus accidere ratione hypotecæ, † sed potius priuilegij, quod in illis casibus potentius est ipsa
12 hypoteca, † vt pote contingit in casu dotis, *l. assiduis. C. q. pot. in pign. hab.* & in mutuante in re-
13 paratione ædificij, vel in refectionem † nauis, aut alterius rei conseruationem, cum alijs exemplis, quæ passim occurrunt, & expendo in his terminis planum, & elegantem *text. in §. his consequens. Auth. de æqualit. dot. coll.* 7. in princip. ibi, *(Quod in casibus huiusmodi dubitatum nouimus antiquioribus creditoribus aliquas hypotecas præponere iuniores existentes ex priuilegijs à legibus datis)* & statim Iustinianus subijcit exempla supra relata, & concludit sic. (*In his enim omnibus priores existunt posteriores creditores.*) Quare, quando cum
14 hypoteca iungitur † priuilegium, non ratione hypotecæ, sed ratione priuilegij datur prelatio.

Supradictæq. generalis, & effrenatæ regulæ, qui
15 prior † in tempore, potior est in iure per amplam, & locupletem dotem constituere *Anton. Neuiz. in tract. de pignor. par.* 5 *memb.* 2. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *titul.* 22. *Herman. Meyrer. in tractat. de priuileg. credit. lib.* 1. *titul.* 12. *Amator Rodriquez de concursu credit. par.* 2. *tit.* 1. *& Io. Dominic. Gait. in tract. de credit. p.* 4. *tit.* 10. in quib. locis exuberãtur, predicta materia tractatur.

Hic tamen, ne sicco pede transeam, dicam aliqua in materia crediti dotalis, de quo etiam hic in decisione sub num. 12. mentio habetur. Quare in his terminis notabiliter aduerte intrare etiã prædictam regulam prioritatis temporis, nempe in
16 casu quo mulier † habet hypotecam posteriorem quantumuis expressam, itaque non præferatur habentibus eam expressam anteriorem. Nec me fugit, acerrimè Iurisconsultos ex hoc inter se pugna-
17 re, & atra † tempestas ex ista causa orta appareat, vnde allegari potest, illud Virgil. Æneid. 5.

. . . . ruit æthere toto
Turbidus imber, aqua, densisque nigerrimus Auster.

Stant enim hinc inde, tanquam duæ acies formidabiles iuribus, rationibusq. strenuè dimicando,
18 despero namque † de concordia, quia quilibet eorum prætendit habere vocem communem, & veritas tamen vnica est.

Partem ergo affirmatiuam, scilicet mulierem
19 ex credito † dotali præferri omnibus creditoribus etiam hypotecam anteriorem expressam habentibus, *defendunt* Martin. *relatus per glos. in l. assiduis, in verb. licet. ff. C. qui potior. in pign. hab.* & ibi Petr. *col.* 2. *Iacob. de Aret. ad finem. Cyn. col.* 3. quam
20 opinionē vti veriorem † probant, & esse magis de mente Iuris asserunt *Fab. in §. fuerat nu.* 7. *Instit. de act.* Card. *in cap. ex litteris. col.* 2. *& ibi Panorm. num.* 8. *de pign. & latè defendit* Crott. *in l.* 1. *nu.* 68. *post Ias. in* 2. *lectur. num.* 12. *ff. solut. matr.* & tam-
21 quam in puncto Iuris veriorem † sequitur ibi *Bolognett. num.* 21. *& à num.* 174. post Angel. *in auth. de inæqual. dot. §. ex his consequens. collat.* 7. *& eamdē probant* Bolsheus *in tract. de legitim. nupt. lib.* 7. *à num.* 18. Anton. Vsillus *in d. § fuerat à num.* 54. *Instit. de action. & ibi* Mynsig. *num.* 13. Corras. *num.* 8. Anton. Constan. *in tractat. de dotib. cap.* 7. *num.* 5. *& latè* Petrus Venderanus *in tract. de priuileg. credit. cap.* 4. Vaconius *in declarationib. Iuris. cap.* 92. Hermenepal. *in prompt. Iur. lib.* 2 *cap.* 8. Socin. iun. *consil.* 10. *nu.* 12. *&* 14. *lib.* 3.
22 Cyn. & Salicet. *in l. assiduis,* vbi asserunt, † ab antiquis Doctoribus Franciæ prædictam opinionem approbatam fuisse, *& latè dilucidant* Petr. Barbos. *in l.* 1. *part.* 6. *num.* 5. *ff. solut. matr.* Bald. N*ouell. in tractat. de dot. part.* 10. *limitat.* 16. qui mouetur ex eo, quod cum mulier tacitis hypotecis anteriori-
23 bus præferatur æquè † preferri debeat expressis. *arg. l. cum quod. ff. si cert. petat.* & hanc opinionem de iure putat veriorem, & tamquam talem in puncto Iuris copiosè, & subtiliter tuetur *Socin. iun. in l.* 1. *num* 111. *& seq. ff. solut. matr.* idemque corroborat *Herman. Meyrer. in tract. de pignor. & hypot. lib.* 2. *titul.* 5. *num.* 6. Francisc. Cald. *recept. sentent lib.* 1. *quæst.* 18. *sub num.* 61. vbi ait hanc opinionem probabiliorem esse. *Alex. Trentacinq. variar. resolut. lib.* 3. *titul. de pignor. resolut.* 9. *sub num.* 4. *vers. ex prædictis,* vbi inquit, dum ipse studebat in Gymnasio publico Perusino & tunc temporis erat annorum decem, & octo, publicè argumentauit, & tenuit hanc opinionem, & quando eas resolutiones scripsit erat ætatis suæ 57. & in eadem opinione persistebat, eamque tenebat.

Et secundum hanc affirmatiuam opinionem
24 fuisse iudicatum † in Camera Imperiali asserit *Mynsig. in centuria* 4. *Decisionum. obseruat.* 13. & Corras. *in d. l.* 1. *in* 2. *lectur. num.* 21. *ff. solut. matr.* affirmat multis decretis Senatus Tholosani hanc opinionem fuisse comprobatam. Pro qua sententia videtur text. expressus in *d. l. assiduis.* ibi, *con-*
25 *tra † omnes creditores prælationem habere.* Ergo contra etiam habentes expressas hypotecas. Videtur etiam text. *expressus. in l. in rebus. ff. de iur. dot.* vbi apertè dicitur, mulierem præferri omni-
26 bus † creditoribus anterioribus, & sic habentibus quoque expressas hypotecas. *& ibi notat gl. f. in verb. anteriores,* ad idem conducunt *textus in d. auth. de æqualit. dot. §. his consequens in princip. collat.* 7. *& in auth. de priuileg. dot. hæretic. ad med. collat.* 8. *& §. fuerat. Instit. de action.* in quibus ge-
27 neraliter † dicitur, hypotecam dotis præferri hypotecis anterioribus &c.

Verum tamen cõtraria opinio negatiua, (vt nullatenus mulier ex causa dotis præferatur credito-
28 ribus † anterioribus, expressam hypotecam habentibus, ita vt ratio temporis tunc intret, est verior, & receptior, ac summa nititur æquitate. Nemo enim vmquam sibi persuadeat, hanc fuisse
29 † Imperatoris nostri Iustiniani mentem *in d. l. assiduis,*

ſiduis, vt mulier creditoribus anterioribus expreſ-
ſam hypotecã habentibus preferretur. Quid enim
crudelius eſſet, quam ſi ius aliquod, ſeu hypote-
30 ca, † ſeu aliud quodcumque expreſſa ſtipulatione
quæſitum nobis inuitis tolli poſſe qualicumque
priuilegio diceremus. Hinc clamat illa Iuris regu-
31 la, quod noſtrum † eſt ſine facto noſtro nobis au-
ferri non poteſt. *l.quod noſtrum eſt.ff.de regul.iur.*
cum alijs allegatis in Romana Pecuniaria 24. Ia-
nuarij 1642. coram Reuerendiſſ. P. D. Dunozetto
32 *Decano*, vbi quoque dicitur, ſi aliter † aſſereretur,
nihil aliud eſſet, niſi ipſam fidem publicam violare.
Nam ea amiſſa actum eſt, cum aliud nõ remaneat,
quod amittatur. Et teſte Romano Oratore lib. 2.
33 offic. *Fide nulla † res vehementius Rempublicam*
continere debet, &c. cum aliàs ſi ea violaretur vſus
commerciorum è medio tolleretur, ſine quibus
Reſpublica conſiſtere nequit, nam ea ſpreta ho-
mines in negotijs peragendis ſegniores reddũtur,
& ipſa negotia frigeſcunt, *§.hoc ſimiliter. auth. vt*
liceat de cætero, &c. aduertitq. Gallicrates apud
Liuium. *Non modo fidem inuiolatè tueri oportet,*
ſed etiam ab omni ſuſpicione remotam.

Vnde loquendo in puncto, aureus eſt textus in
l.fin.ff. qui pot. in pign. hab. ex quo ſatis conſtat,
34 priuatum, qui anteriorem habet † hypotecam,
etiam fiſco, ipſique Cæſari præferri, & facit *gloſ.*
in l.fundus, & ibi Bald.ff.qui potior.in pig. hab. idẽ
Bald.in l 3.C.de remiſſ pign. vbi habetur, priorem
35 in tempore preferri etiam fiſco, † & Reipubli-
cæ, quinimo ipſi Imperatori, & Regi.

Potuit quidem Imperator Iuſtinianus in *d. l.*
36 *aſſiduis*, iuſtis ex cauſis motus, quas † ibi refert in
illis verbis, *quis enim non miſeratur mulieribus,*
propter obſequia, quæ maritis præſtant, propter par-
tus periculum, & ipſam liberorũ procreationẽ &c.
indulgere eis, vt preferrentur creditoribus haben-
tibus tacitam hypotecam anteriorem, id enim ſi-
ne dubio valuit ſancire Imperator, nam cum dd.
37 creditores habeant ex priuilegio † talia hypote-
ca tacita, ideo non mirum, ſi Imperator ea poſſit
38 diminuere, moderari, vel in totum † tollere ad tex.
in l.reſcripta. C. de precib. Imperat. offerend. cum
alijs allegatis per Peregr. de iure fiſc. lib.1. titul.3.
39 *num.20.* vbi ampliat hoc † etiam Principem poſ-
ſe facere ſine cauſa, & reuocare nedum priuilegia
ab ipſo conceſſa, quam etiam à predeceſſoribus
40 ſuis. Immo pro † iuſta cauſa reuocationis poteſt
allegare conceſſionem, nam ſicut ipſe conceſſit,
ita, & ipſe reuocare poteſt, & in his terminis po-
41 teſt allegari illud antiquũ dictum. † Si libet, licet.
l.Princeps.ff.de leg.l.Digna vox.C.eod. & latius di-
xi ſupra in annotat.ad deciſ.2. à nu.240.par.3.rec.

Quod tamen ſic non eſt dicendum in caſu no-
ſtro, quando, ſcilicet, creditor habet hypotecam
42 non ex priuilegio, † ſed ex propria conuentione,
& ſtipulatione, & id colligere poteſt ex verbis Iu-
ſtiniani in *d.l.aſſiduis*, ibi, *priuilegio vallati.* Quare
43 voluit intelligere de creditoribus, † qui habent
anteriorem hypotecam ex priuilegio, & ſic taci-
tam, non autem de habentibus expreſſam ex pro-
pria induſtria, & conuentione ſibi paratam.

Nam facilius tollitur, quod eſt quæſitum iure
44 ſpeciali, † quam quod eſt quæſitum de iure com-
muni. *l.eius militis. §.militia miſſus ff. de milit.te-*
45 *ſtam.* Et facit illa concluſio, quod in concurſu † ha-
bens aliquam qualitatem ex diſpoſitione iuris ve-
nit præferendus habenti eandem qualitatem ex
priuilegio, vel diſpenſatione, cum potentius ſit ius
commune, quàm priuilegium, vt auctoritate tex-
tus *in d.§.militia*, reſpondit *Dec.in conſ. 542. n.13.*
quem ſecutus eſt Rota *deciſ 16.num.8.par.2.diuer.*
& recentius in *Meliuituna Dignitatis 4. Aprilis*
1642.coram Reuerẽdiſſ.D.meo Dunozetto Decano.
46 Ius enim nunquam tollit ius parti quæſitum † ex
proprio contractu. *l.vltim.ff. de pact. l.ſi post mor-*
tem, §.fin.ff. de bon.poſſ.ff. contra tabul. Quippe
47 ius, quod quis habet † ex propria conuentione
ei per legem tolli nequaquam debet. *arg. l. quoties*
C.de precib. Imperat.off rend. Hinc illud potiſſimũ
48 fundamentum Iuſtitiæ, vt † ius ſuum vnicuique
tribuatur, & dicam infra.

Concedo magnum eſſe fauorem dotis. *l.in am-*
biguis.ff.de regul.iur.l.2.& l.in ambiguis.ff. de iur.
dot.l.ſi ego, §.ſi res, ff. eodem. l.fin. C. ad Velleian.
49 *l.1.ff.ſolut.matr.* Nego tamen adeo † fauendum
eſſe ei, vt aliquid contra iuſtitiam fiat, *cap.nuper,*
de donat. inter vir. & vxor. vel ledi homines ex
dato à lege dotibus priuilegio, permittendum non
eſt. *§.illud quoque in auth.de æqualit.dot.*

Accedit pariter, continuò in omnibus priuile-
gijs eam faciendam eſſe interpretationem, Prin-
50 cipem † noluiſſe tertio præiudicare. *l.2. §.merito,*
& §.ſi quis à Principe. ff. ne quid in flumin.public.
cap.ſuper eo, de offic. deleg. cum alijs allegatis in
cauſa Romana, ſeu Amerina Aperitionis oris 27.
Iunij 1637.coram bo. me. Coccino. Cum Principis
51 intentio † ea ſemper præſumatur, licet poſſit, nũ-
quam tamen velle tollere ius tertio quæſitum,
cap. cæterum, & ibi DD. de reſcript. alias enim
52 cenſendus † eſt circumuentus. Quæ concluſio pro-
cedit, quamuis Princeps voluiſſet conſulere publi-
cæ vtilitati, prout eſt caſus noſter de conſeruatio-
53 ne dotium, quia † non cenſetur cum damno tertij,
cui fuit ius quæſitum d. vtilitati conſulere. *Grauet.*
de antiq.temp.par.4.§. vltim. num. 26. Loff. de iur.
vniuerſ par.3 cap.15.num.22.verſ. quando itaque,
cum alijs congeſtis per *Bellon.iun.conſ.66. num.5.*
& optimè ratiocinata eſt *Rota in cauſa Bononien.*
Iuris Macinandi 1. Februarij 1638. coram Reue-
rendiſſ P. D. meo Dunozetto Decano. §. Nec eſt
præſumendum Papam voluiſſe conſulere publicæ
vtilitati, cum damno eorum quibus fuit vigore cõ-
tractus ius quæſitum, &c.

54 Confiteor tamen, † publicam vtilitatem
priuatæ preferri. *l. ſi quis. §. vtrum. ff. ad Sillan.*
Bart. in l. quemadmodum. num.4. C. de agric. &
cenſit.lib.11.Iaſ.in l.cætera, §. ſi quis num. 2. ff. de
55 *legat.1.* & ex cauſa publicæ vtilitatis † recedatur
à regulis iuris communis, multaq. permittuntur,
quæ alias eſſent prohibita. *l.ita vulneratus. §.mul-*
ta, ff.ad l. Aquil. And. Gaill obſeruat.Camer.Impe-
rial.lib.2.obſeru.56.num.4. & ideo ea ſuadente pro
56 dilatandis † foſſis Ciuitatis, vel extruendis propu-
gnaculis liceat aſſumere domus confinantes, &
ſuburbia deſtruere, vel incendio illa conſumere, ne
hoſtes in eis ſe recipiant, *vt in l.ſi quando, & l.ædi-*
ficia. C.de oper.publ. Dec.in l.4.id quod noſtrum.
num.3.ff.de regul.iur. Iaſ.in l. Barbarius. num.32.
ff.de offic. Præt. eademque ratione pro obtinenda
57 pace † poteſt Princeps abſque vlla compenſatio-
ne remittere damna ſubditorum eis illata tempo-
re

te belli, quia grauior est causa, & vtilitas publica, quam priuata, *vt per eumdem Gaill. d. obseru. 56. num.*17. subdens hoc censeri factum de plenitudine potestatis. supradicta quoque fuerunt considerata in *Camera Apostolica in celebri illa causa Romana Affrancationis* 12.*Decembris* 1642. *coram Reuerendiss.D.meo Bonuisio eiusdem Cameræ Apostolicæ Decano.* In qua decisione principaliter fuit
57 egregiè ventilatum, & resolutum, quod † proprietarius, etiam si esset persona priuilegiata, vel prohibita alienari, veluti Ecclesia, vel quilibet locus Regularis cogi, & compelli potest ad affrancandam domum, fundum, &c. vigore Bullæ fel. record. Gregorij XIII. super Iure congrui, & hoc ea de causa, ne emphyteuta retrahatur ab ædificando
59 ad ornatum Vrbis, quod † facilè eueniret, si adesset periculum deuolutionis, quare periculum pe-
60 nitus cessaret, data illa affrancatione, & plura † deducuntur ad probandum dictam Bullam fundatam esse in publica vtilitate, cum Ciuitati expediat, vt ædificijs impleatur, & ornetur, de qua materia alibi loculenter scribam.

Redeundo modo ad terminos nostros, nullatenus negando Principem ex causa publicæ vtilitatis, posse ius tertio quæsitum auferre, sed tantum
61 assero † id esse verum, quando de mente Principis constat, voluisse tertio præiudicare, quo casu si eam
62 mentem teneamus, inanis † est omnis disputatio, cum volũtas, & potestas sufficiat ad perfectionem cuiusque actus. *ad not. in l. sanctio. ff. de pœn. l. in toto, vbi Cagnol. & alij, ff. de regul. iur. cap. generi, eodem titul. in 6.* maximèq. ea conclusio procedit,
63 quando constat † Principem voluisse vti plenitudine potestatis, non enim summo Principi licet
64 † dicere, cur ita facis? *l. sacrilegij C. de crimin. sacr. l. quæris. ff. de natal. restit. l. 1. ff. de constitut. Princip. Bald. in prælud. feud. num. 34. & in l. 2. ff. nu. 39. ff. de seruit. & aqu. Marsil. in l. de vnoquoque num. 16. & seq. ff. de re iud.* & benè aduertit *Hieronym. à Laurent. decis. Rotæ Auenion.* 133. *num.* 18. *& seq. & sub num.* 1. adducit illud vulgatum dictum, *cum Principe non esse n.*65. *pugnandum* iuxta illud

Ardua res, homini mortali vincere numen.

Et alibi,

An nescis longas Reges habere manus?

Seneca enim relatus *à Bald. in cons.* 218. *lib.* 3. pu-
66 tauit † *furiosum esse contendere cum Superiore.* Hinc sapientissimus Rex in Ecclesiast. 8. admonet, ibi, *Non litiges cum homine potenti &c.*

In casu verò, quo non constat de mente Princi-
67 pis velle ius tertio † quæsitum tollere, tunc inuiolabiliter dicendum est, nunquam voluisse tollere ius tertio quæsitum, prout accidit in terminis nostris, nam Iustinianus Imperator in *l. assiduis C. qui pot. in pign. hab.* nullatenus apparet voluisse præiudicare creditoribus expressam anterio-
68 rem hypotecam † habentibus, imo de contrario constat ex illis verbis, *priuilegio vallati,* & sic intellexit, vt supra aduerti, de creditoribus habentibus hypotecam ex priuilegio, non autem ex propria stipulatione quæsitam. Vlterius, si Imperator in hoc etiam voluisset priuilegiare mulieres, quo
69 ad expressas hypotecas anteriores, † certe id sciuisset exprimere. Quare cum non constet de Principis voluntate volendi præiudicare iuri à tertio propria industria quæsito, in dubio dicendum est noluisse eis præiudicare, eorumque iura præsumitur voluisse intacta relinquere, ex supra allegatis.

Et adde, ita perpetuum esse, vt Princeps in du-
70 bio numquam præsumatur voluisse lædere ius † tertio quæsitum, vt ipsa verba Principis ne contineant d. præiudicium sunt improprianda, *cap. super eo. de offic. delegat.* & probant *Felin. in cap. causam quæ num.* 19. *cum seq. de rescript. Ias. in l. fin. num.* 21. *ff de constitut.* Quæ interpretatio sumenda est, etiã si Princeps procedat motu proprio, quia non cense-
71 tur † ius tertij adimere, sed illud præseruare, vt post *Paris. Ruin. Honded. & alios dixit* Rota *in causa* Romana *dotis* 14. *Febr.* 1642. *coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto* Decano. *§. repugnat etiam. vers. etiam motu proprio non censetur ademisse ius tertij &c.* Immo potius præsumenda est in eo obliuio, vel rescriptum falsum, quam quod voluerit tollere ius tertij quæsitum *ita Abb. in cap. ex parte il secondo. n.* 7. *& fin. de offic deleg. Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 9. *num.* 9. *vers. immo falsum potius præsumitur rescriptum &c. Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 28. *num.* 10. *vers. potius præsumendum est rescriptum falsum &c. Gratian. discept. forens. cap.* 730 *nu.* 32. *vers. in eo potius est præsumenda obliuio &c.* Facit etiam, si de mente Principis expressè consta-
72 ret, † velle iuri tertio quæsito præiudicare, & tunc censendum est non in magno, sed in paruo voluisse præiudicare *Paris. cons.* 6. *num.* 16. *vol.* 2. *Bald. in cap.* 1. *§. Sacramenta de pact. iuram. firm. in vsib. feud. glos. fin. in l. sed cum ab hærede. ff. ad Trebell. & in l. seruitutes. §. publico, in verb. incommodo. ff. de seruit. cum alijs allegatis per Molin. de primogenit. Hispan. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 24 *alios congerit Io. Paul. Bonfiol. in annot. ad decis. Mohed.* 7. *de restitut. spoliat. in littera* D. sensitq. *Rota decis.* 23. *num.* 29. *num.* 29. *infra in sequent. part.* & hoc casu satis est,
73 vt gratia † aliquid modicum operetur in præiudiciũ tertij, *Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 25. *de constitut. Valasc. consul.* 72. *num* 21. *&* 23. *vol.* 1. *Rota in causa Valentina subsidij* 4. *Maij* 1611. *coram bon. mem* Penia. *§. nec est nouum &c.* Et quan-
74 do aliquid operata est, postea restringi † debet, ne enorme præiudicium fiat tertio, *Felin. in cap.* 1. *numer.* 9. *vers.* 2. *declara, vbi Dec. num.* 2. *vers. subijcit, Abb. de rescript. cum alijs allegatis à Rota in d. causa* Romana *dotis* 14. *Febr.* 1642. *coram Reuerendiss.* Decano. *§. quia cum Pontifex.* vers. *cum Principis gratia postquam aliquid operata est restringi debet, ne enorme præiudicium fiat tertio &c.*

Supradictorum verò ratio est, quia licet Princeps
75 supremus multa, & infinita possit, † tamen cum præsumatur iustitiæ plenus, eiusq. via, fons, ac lex animata *§. penult. auth. de consul.* ideoque plus gloriari debet titulo Optimi, quàm Maximi, quare non censetur velle, nec sentire, quod non potest de iure, vel
76 † æquitate substineri, *cap. audita. de restitut. spoliat. l. ex facto. ff. de vulg. substit.* Sed de iure non debet Princeps ius suum alteri auferre, immo reddere,
77 quod suum † cuique est, hæc enim inter iuris præcepta Princeps commemorauit *§. penult. instit de iustit. & iur. l.* 2. *§. merito, & §. sed si Princeps. ff. ne quid in flum. publ. & facit aureus text. in l. digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri.* 4. *C. de legib.* Meritò igitur, vt dixi, numquam censendum est in dubio Principem

tertio

tertio velle iura ſua violare, & quatenus conſtet
velle alicui præiudicare, & tunc non in magno, ſed
in paruo voluiſſe eidem præiudicium inferre. Sed de
hac materia hic iam ſatis.

Nec ad corroborationem ſupra relatæ negatiuæ
opinionis, vt mulier pro cõſecutione ſuæ dotis nul-
latenus præferatur creditoribus habentibus expreſ-
ſas hypotecas anteriores, deeſt immenſa caterua
Doctorum, eam viriliter defendentium, & quod
78 plus eſt, ſunt ſcientia magni, † auctoritateque
maximi, itaut non timent cõtra aduerſarios aliquos
palmam eſſe reportaturos, de quibus memini ſupra
num.19. Inter alios ergo adeſt *Accurſ.* Gloſſator *in
l.2. §. ſponſa. in verb. priuilegium. ff. de priuileg. cre-
ditor. & in l. de acceſſionibus, in verb. debet. ff. de
diuerſ. & temporal. præſcript. & in §. fuerat. in
verb. creditoribus inſtitut. de action.* expreſſius, &
melius *in d. l. aſſiduis. in verb. licet. C. qui potior. in
pign. hab.* eſt etiam elegans *gloſ. in cap. ex litteris.
in verb. fauor. extra de pignor.* & ibi *Anton. Ho-
ſtien. Anchar. Io. de Imol. And. Sicul.* qui aſſerunt
hanc eſſe communem opinionem *Odof. Bart. Alber.
Angel.* Bald. *Salicet. in d. l. aſſiduis.* vbi præſertim
Bart. num.6. aſſerit quod ita tenet conſuetudo, quæ
79 eſt optima † legum interpres, & in iudicando non
eſſe ab ea recedendum, facit etiam ſingularis do-
ctrina eiuſdem *Bart. in l.1. ff. ſolut. matr.* in poſitio-
80 ne caſus illius legis docentis, † quod ſi conficiantur
duo inſtrumenta eodem die cum hypoteca bonorũ
alterum dotis, alterum mutui, & non conſtet de
81 prioritate, dotem eſſe præferendam †, dicit, ergo ſe-
cus eſt, ſi de prioritate conſtet, quam doctrinam ſe-
cuti ſunt *Dec. in l. in ambiguis pro dote. num.1. ff. de
reg. iur. Bald.* Nouell. *in tractat. de dot. 4. part. pri-
82 uileg.1.* Et quod ſupradicta opinio ſit magis † com-
munis teſtatur *Iaſ. in d. §. fuerat. num.7. inſtit. de
act.* communem quoque appellat *Soccin. in d. l.1.
col. fin. ff. ſolut. matr. Anton. Neguſ. in tractat. de
pignor. in 4 membr.2. part. num.86. & 100.* Rip. *in
l.2. num.8. ff. de priuileg. credit.* Coraſ. *in l. qui li-
beros à num.243. ff. de rit. nupt.* Gomeſ. *ad l. Tauri
83 50. ſub num.39.* vbi hanc † opinionem eſſe tenen-
dam, refutata contraria aſſerit *Ceuall. commun. con-
tra commun. opin. 371. nu.1.* vbi affirmat hanc opi-
nionem communiter ſeruari in practica, & omnes
ita tenere, & ſub num.3. proteſtatur prædictam opi-
nionem eſſe tenendam, *Couarr. in lib.1. variar. re-
ſolut. cap.7. nu.1. verſ. tertia concluſio*, vbi ait hanc
84 † eſſe communem ſententiam, *Card. Mantic. de ta-
cit. & ambig. conuent. lib. 9. titul. 26. num. 23.* vbi
fatetur hanc opinionem eſſe magis communiter re-
ceptam, *& ſub num.32.* ingenuè fatetur, licet ple-
rique DD. ab hac opinione diſſentiant, tamen hæc
ſententia negatiua, (vt non præferatur dos expreſſæ
85 hypotecæ anteriori) frequentiſſimo † iudiciorum
vſu recepta eſt, cum pluribus ibi allegatis, & ad-
do Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.7. gloſ.2. par.3.
num.2.* Cait. *in tractat. de credit. par.4 quæſt.11. nu-
86 mer.1644.* vbi apertè aſſerit hãc eſſe † receptiorem,
& communiorem ſententiam, & optimè probat *Lu-
douic. Molina Theolog. tractat.2. de iuſtit. & iur. di-
ſputat.438.* verſ. *dubitant Doctores*, & communem,
& veriorem, praxiq. obſeruatam eſſe teſtatur *Paz. in
prax. tom.3 cap.6. §.12. num.10.* & eleganter tra-
dit *Gregorius Lopez lib. 33. titul.13. par.5. Gutier.
practic. quæſt. lib.3. quæſt.99. num.7.* Flores de Me-
na *var. lib.1. art.3. num.28.* & copioſè *Ioannes del
Caſtilotto tom.3. controuerſ. quæſtion. cap.4.*

Ita quoque interrogati reſponderunt multi cele-
87 bres † conſulentes, & præſertim *Bald. conſ.189. nu-
mer.1. lib.3* communi conſenſu à Doctoribus ſecu-
tus, ſic pariter pater veritatis *Alexand.* conſuluit in
conſ.58. num.5. lib.7. & egregiè Aegid. *Bellam. con-
ſil.3. num.4.* vbi ait hanc opinionem eſſe ſecuriorem,
quia Gloſſatores, & Doctores magis communiter
88 † approbati, ſaltem in numero ampliori eam tenent
nec ipſe putaret ab ea eſſe recedendum &c. *Gozad.
conſ.28. num 30. & 34. Cephal. conſ.704. nu.5. lib.5.*
vbi de communi opinione, *Pariſ. conſ.102. num.9.
lib.3.* vbi pluribus relatis etiam teſtatur de commu-
89 ni, nec † ab ea eſſe recedendum, nec in conſulendo,
nec in iudicando, & latè *Corn. in conſ. 182. ſub n.3.
verſ. ſed tamen his non obſtantibus lib.1.* vbi monet
ab hac opinione in deciſiuis non eſſe recedendum.
90 Sic pariter diuerſa † Orbis Tribunalia iudicarunt,
& præſertim Capella Tholoſana *deciſ.218. nu.1* vbi
quod ita fuit iudicatum ſequendo opinionem *gloſ. in
d. l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab.* ſic quoque fuit
iudicatum in Regno Franciæ, vt per *Aeneam Robert.
rer. iudicat. lib.4. titul. 19.* qui teſtatur hanc eſſe com-
munem, & potiorem Doctorum ſententiam &c. in
conſilio Neapolitan. *apud Gizarell. deciſ. 1. nu. 33.*
& in Camera Imperiali *referente Andrea Gaill. ob-
ſeruat. Imperial. lib.2. obſeruat.25. num. 10.* qui in-
quit hanc opinionem eſſe magis iuri ſcripto, ratio-
ni, & æquitati conſentaneam, & ſubdit, prædictam
ſententiam eſſe receptam in Camera Cæſarea, & de
receptiori, & veriori teſtatur, & inſuper addit, ſi
91 † contraria opinio admitteretur, multi creditores
contra bonam fidem iniquè deciperentur, quod nul-
lo modo eſt dicendum. Nec eſt neceſſe, vt alia Tri-
bunalia Orbis referam, in quibus prædicta opinio de
plano eſt recepta, quia id potius longum, quam ne-
92 ceſſarium eſſet, cum ea ab vniuerſo Mundo † ſit re-
cepta, vnde merito dixit *Amator* Rodriquez. *in tra-
ctat. de Concurſ. & Priuileg. creditor. par.1 titul.1.
num. 10.* tantam æquitatem in ſe continere prædictã
93 opinionem. † vt iuſtè meruerit recipi apud omnia
Tribunalia, & vt aduertit *Gofred. in annotat. ad d. de-
ciſ.218. Capell. Tholoſ. in littera A num.1.* malum
94 eſſet ſi contra † hanc opinionẽ iudicaretur, & affir-
mat, ſic vbique practicari. Nec in hoc puncto defi-
cit auctoritas ſupremi Orbis Areopagi, nempe Ro-
95 tæ Romanæ, in qua non ſemel † hanc veriſſimam, &
æquiſſimam ſententiam iudicando approbata fuit, &
præſertim *in cauſa Romana ſaluiani 19. Februarij
1619. coram bon. mem.* Remboldo *eſt deciſio 80. nu-
mer.4. verſ. creditor habet anteriorem hypotecam
expreſſam, quæ propterea præfertur poſteriori pro
dote competenti &c. ſupra in præcedenti to.2. par.4.
recent.* ac deinde ſic etiam arbitrata eſt *in cauſa Ro-
mana cenſus 14. Iunij 1636. coram bon. me. Piroua-
no. eſt deciſ.150. num.3. verſ. mulier non habet pri-
uilegium prælationis ſub bonis viri aduerſus credi-
tores habentes anteriorem expreſſam, &c. infra
part. 7. recent.* ibique Rota fidem facit hanc eſſe
veriorem opinionem, & in terminis licet hypote-
96 ca vxoris † ſit expreſſa, vt nihilominus intret ſupra-
dicta opinio ſenſit nuper *in cauſa Romana ſaluiani
15. Ianuarij 1644. coram R. P. D meo Leone Veroſ-
pio in §.1.* verſ. *quæ hypoteca tanquam expreſſa, &
anterior præferri debet alteri hypotheca, licet expreſ-
ſa*

sa posteriori, quam vxor pro suo credito dotali in bonis mariti contraxerat &c.

Nec obstat, quamuis plures DD. aduersauerint, & apertè resistentiam fecerint huic receptæ opinioni, ex quibus nonnullos supra retuli num. 19. Quoniam multi ex eis à rationibus, quibus nititur hæc
97 † opinio, debellati fatentur istam esse communem opinionem. De illis vero, qui obstinato animo contrariam sententiam retinent, non est in aliquo curandum, quia satis est, eorum opinionem non esse
98 approbatā cum communiter † reijciatur, & contraria opinio sit verior, & magis recepta, & applausu generali in praxi seruata, ac contra prædictos DD.
99 facit illud, quod solitus erat dicere Bald. nempe † rarò bene loquitur, qui contra omnes loquitur, & tenendum est indubitanter id, quod omnes opinantur.

Alij vero Doctores loquuntur quidem in terminis hypotecæ expressæ, sed posterioris, quo casu abs-
100 que † pugna admittitur, hypotecam tacitam pro dote, præferri expressę posteriori *per text. in d. l. assiduis, & ibi scribentes. C. qui pot. in pign. hab. l. vnic. §. & vt plenius. C. de re. vx. act. §. fuerat institut. de act. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. cap. 19. num. 7. Neguf. de pignor. part. 2. memb. 4. num. 98. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 19. titul. 26. num. 22.* vbi ait hoc esse indubitatum apud DD. & subiungit istam esse vanam, & ridiculam disputatio-
101 nem. Quare cauendū est † ab *Angel. Aretin. in d. §. fuerat num. 13. institut. de action.* dum tenet tacitam hypotecam vxoris, non præferri expressæ posteriori, quare meritò reprehenditur à Doctoribus, & præsertim *à Mantic. & Neguf. in supra citatis locis, & à Barbos. in l. 1. par. 6. sub num. 17. vers. vnde cauendum est ab Angel. Aretin. & c. ff. solut. matr. & Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 7 num. 1. vers. quarta conclusio.* Hanc opinionem pluries etiam canonizauit Rota, & potissimum *in causa Veliterna saluiani 3. Martij 1625. coram bon. mem. Buratto est inter eius impressas decis. 844. num. 1.* vbi etiam asse-
102 ritur hanc † opinionem nullam recipere restrictionem, ita etiam sensit *in causa Romana dotis, siue saluiani 10. Decembris 1629. coram R. P. D. Queipo, est decisio 328. num. 26. in seq. part.* in qua habetur istam conclusionem esse ab omnibus receptissimam
103 vt hypoteca † dotalis præferatur omnibus creditoribus habentibus tacitas, vel expressas posteriores, *& recentius fuit dictum in causa Romana saluiani, seu attentatorum 29. Maij 1641. coram R. P. D. Carillo. §. secundo, & principaliter. vers. cum constet de anteriori hypoteca dotali, quæ cæteris creditoribus præfertur &c.*

Miror quidem *de Aretin. in d. §. fuerat* qui in
104 tam magnum † errorem inciderit, nam & in his terminis licet non cōcurreret hypoteca tam priuilegiata dotis, idem veniret respondendum, cū regula
105 † iuris, qui prior est in tempore, potior est in iure, sibi vindicet locum tam in tacitis, quam in expressis hypotecis, *Dyn in cap. qui prior, & ibi Adden. de regul. iur. in 6. Alex. conf. 58. num. 5. lib. 7. Fulgos. conf. 132. num. 1. Neguf. de pignor. 2 part. memb. 4. num. 98. & allegat text. in l. 1. C. rem alien. geren. Herman. de præferent. cred. lib 2. titul. 7. numer. 6. & seq.* sensitq. Rota *in causa Romana pecuniaria 23. Ianuarij 1635. corā Eminentiss. D. Card. Panzirolo. §. nec facta fuit. vers. ista hypoteca tacita, quæ est prior, præferenda est expressæ posteriori &c.*

Ad Generalitatem vero textus *in d. l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab.* in qua Doctores tuentes opinionem, vt hypoteca dotalis præferatur omnibus alijs hypotecis, etiam expressis, non parum se fun-
106 dant, iam supra satis respondi, scilicet † priuilegiū dotis, vxori legis priuilegio, non debere excludere prouisionem hominis, & expressam conuentionem, temporis prærogatiua firmatam, neque ita doti fauendum est, vt alijs iniuriam faciamus, vt supra
107 diximus, nec esset nouum, † & insusitatum asserere, vt vna lex cum temperamento alterius esset intelligenda *l. non est nouum ff. de legib. gloss. in l. Imperator. in verb. distinctio. ff. de postul.*

Denique prædicta cōmunis, & vera opinio in nihilo offuscatur à textu *in l. in rebus. ff. de iur. dot. & similibus*, quia in eis expresse statuitur mulierem pre-
108 ferri † omnibus creditoribus anterioribus, & sic etiam habentibus expressam hypotecam, & ibi notat *glos. in verb. anteriores.* Quia non loquuntur illæ leges in casu nostro, quando scilicet agitur de rebus mariti hypotecatis tacitè, vel expresse vxori ad
109 securitatem dotis, sed apertè disponūt, vt † mulier in rebus dotalibus extantibus indistinctè præferatur omnibus creditoribus cuiuscumq; conditionis, quo in casu omnes dant manus absolutè mulierem absque vlla distinctione quibuscumque creditoribus esse præferendam, & communiter notant *Scribentes in dd. ll. & præsertim in d. l. in rebus, vbi glos. ordin. Odofred. Petr. Cyn. Iacob Butr. Alberic. Bald. Angel. Salyc. Fab. & alij. Francisc. Purpurat. in l. ex conuentione. num. 61. & seq. C. de pact.*

Nec huius conclusionis ratio longe quærenda est,
110 quia vindicans rem suam extantem, † non indiget priuilegio prælationis, nec excluditur ab aliquo creditore, cum suum repetat *text. est capitalis in §. bis igitur. auth. vt ex actione instantis dotis collat. 6.* dum dicit, pure vnumquemque quod suum
111 † est habere, nullo priuilegio indigens, facit etiam *text. in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credit.* per quem textum dicit *Bald. in d. l. in rebus. C. de iur. dot.* quod omnis, qui prætendit dominium
112 † actu permanēs est potior quolibet alio creditore.

Quare vendens fundum, vt pro eius pretij con-
113 secutione, † quando fuit habita fides de pretio omnibus præferatur etiam anterioribus creditoribus, tamquam in re propria, sufficit, vt pactum apponat in ipsa venditione, vt rei venditæ dominium non transeat in emptorem, nisi integrè pretio soluto
114 † quod pactum indubiè de iure validum, & subsistentiam habet, vt probarunt *Ioan. And. in Addit. ad Speculat. titul. de emption. & vend. §. 1. col. 4. in addit. incipien. facilè ergo erit. Alberic. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Gomes. variar. resolut. tom. 2. titul. de empt. & vend. num 30. vers. quintus*
115 *modus*, vbi etiā aduertit vigore istius pacti, † vendens præfertur omnibus alijs creditoribus, tamquā in re propria, *Valenzuel Velasquez consil 16. nu. 33. Castill. controuers. iur lib. 3. cap. 8. num. 13.* cum alijs relatis per *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 39. per Stracc. de decoct. titul. qui pot. in pign. hab. num. 7. per Anton. de Amat. variar. resolut. cap. 3. num. 42. part. 1. & per Gaspar. Thesaur. quæst. forens. cap. 74. sub num. 1. lib. 2. & per Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. par. 9. num. 14. & 15. & per Bertazz. claus. 15. glos. 4. nu. 3. & seq.*
116 Sensitq. *Gratian. decis. March. 13. num. 1. Ioseph.*

Ludouic. decis. Perus. 45. num. 19. in fin. Vincent. de Franch. decis. Consil. Neapolit. 506. *nu. 4. vers. stante dicta reseruatione venditor præfertur omnibus creditoribus, tamquam in re propria &c. lib. 3. & decis. 540. sub num. 5. vers. valet pactum, vt pendente satisfactione dominium non videatur translatum &c. lib. 4. Ioan. Criuell. decis.* Senatus Dolani 56. *num. 7. Anton. Fab. decis.* Senatus Sabaudiæ *in C. lib. 4. titul. 33. de action. empt. deffin. 9. nu. 1. Caualc. Borg. decis.* Fori Fiuizan. 27. *sub nu. 37. vers. nisi fides esset habita de pretio, vel esset reseruatum dominium, donec pretium soluatur &c. par. 2. Francisc. Viu. decis.* Audient. Baren. 155. *sub nu. 4. vers. tale pactum de iure validum discernitur &c. par. 1. Ioseph de Sesse decis.* Senatus Aragon. 41. *num.* 3. *& seq. Magon. decis.* Rotæ Florentinæ 91. *nu. 2. vers. in casu isto cum sit reseruatum dominium non dicitur illud translatum, etiamsi habita sit fides de pretio &c.* & arbitrata est *Rota in causa Romana pecuniaria* 4. *Maij* 1587. *coram bon. mem. Orano, est decis. 293. num. 1. & 2. post Pacif. de saluian. & in Romana affictus* 23. *Iunij* 1606. *coram Reuerendiss. Manzaned.*

Et ideo cum ista reseruatio operetur, ne dominiũ transeat in emptorem, sed remaneat penes vendito-
117 rem, † quare tunc dum pendet solutio pretij, venditio substinetur in vim contractus locationis, *l. cũ manu sata. 80. in fin. ff. de contrahend. empt. & notat Fab. de Mont. in tractat. de empt. & vendit. quæst. 5. nu. 37.* & concludunt *Magon. decis.* Lucens. 31. *n. 9.* vbi etiam firmat *post Riminald.* & alios in terminis
118 huius pacti citra labem vsurarum, † interim de mercede loco pensionis pacisci posse, idem *Magon. decis.* Florentinæ 91. *nu. 8.* vbi quoque asserit, quod
119 traditio hoc casu non fit † ad effectum transferendi dominium, sed dandi nudam detentionem colono conuenientem &c. *Surd. decis.* Mantuan. 57. *numer. 3. vers. interim intelligi locationem, & non venditionem &c. & decis. 305. num. 29. vers. interim est locatio, non venditio &c. Azeued. cons. 32.*
120 *nu. 11.* qui dicit ex huiusmodi contractu † non deberi gabellam, quoniam non est venditio, sed locatio, *Alex. in addit. ad Bart. in l. sancimus 4. C. de consul. lib. 12. Rota in Romana vineæ 14. Maij 1636. coram bon. mem. Pirouano, & recentius in causa Romana saluiani 8. Aprilis 1639. coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozetto Decano.* Vbi dicitur, quando
121 est facta venditio cum tali † reseruatione dominij, dum integrum pretium non apparet, & quidem in totum solutum, non dicitur translatum dominium, & sic creditores emptoris in vanum pretendere possunt interim acquisiuisse aliquam hypotecam, super bonis cum tali conditione emptis.

Immo aduertendum est, etiam cessante prædicta
122 reseruatione dominij expressa, adhuc illud, † non censeretur abdicatum à venditore cum dominium rei venditæ, etiam absque alio pacto nunquam transit in emptorem nisi per eum fuerit solutum pretium *l. quod vendidi 19. ff. de contrahend. empt. §. venaita instit. de rer. diuis.* itaut non sufficiat illud pro parte
123 solui, cum etiam † pro rata eiusdem pretij soluti dominium non dicatur acquisitum, *Bart. in l. fistulas 78. §. qui feudum ff. de contrahend. empt. Alex. cons. 121. num. 1. lib. 4. Ruin. cons. 66. num. 7. lib. 4. Surd. decis. 220. num. 6. Beltram. in annotat. ad Greg. XV. decis. 347. num. 18. & fuit dictum in causa Romana palatij 4. Martij 1625. coram bon. mem. Pirouano,* &
124 huiusmodi † reseruatio continet illud, quod ius commune dicit *Abb. cons. 69. nu. 1. in fin. lib. 1. Surd. d. decis. 220. num. 13.* vbi quod illius expressio nihil
125 operatur, † tanquam pretium sit naturale, *Bald. in rub. de contrahend. empt. num. 13.* & ponderauit *Rota in d. Romana saluiani 8. Aprilis 1639. coram Reuerendiss. D. Dunozetto Decano.* Desisto plura, & pulchra asserere in hac quotidiana materia, cum incidenter ista adduxerim, & ideo suo loco multus ero.

Quare redeundo ad materiam dotalem, & aduerte, mulierem non solum, vt dixi num. 109. præferri omnibus creditoribus, & sic etiam habentibus expressam hypotecam anteriorem in rebus dotalibus
126 extantibus, sed etiam † si bona in dotem æstimata sint data ea æstimatione, quæ emptionem, & venditionem inducat, si maritus restitutionis tempore soluendo non sit, tunc enim res æstimata non desi-
127 nit esse dotalis, & † in subsidium, discussis prius mariti bonis, eiusq; dominium in vxorem transit, eamque vindicat per vtilem rei vindicationem, & sic præfertur oĩbus *text. est in l. in rebus in princ. vers. siue æstimatæ siue inæstimatæ sint. C. de iure dot. cum sua glos. singul. ibi, in verb. æstimata ad fin. l. vxor. marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi Bart. & Bald. in Salicet. in l. interest in fin. C. de vsufruct. Bald. in d. l. in rebus. num. 18. & ibi etiam Salicet. Imol. in l. si æstimatis col. 1. ff. de iur. dot. Iason. & Dec. in l. si conuentione. C. de pact. vbi Purpurat. num. 48. Curt. iun. num. 13. Iason. in §. actionum. num. 84. in-*
128 *stit. de action.* nam hoc † casu res æstimata non desinit esse dotalis, & prædictam sentẽtiam auream putat *Francisc. Cremonens. singul. 19. incip. habebis millies in facto in fin. quem sequitur Surd. cons. 491. sub nu. 9. vers. æstimatio non facit emptionem, quando eo tempore maritus nõ habet bona, ex quibus possit soluere æstimationem &c.* vbi etiam hoc dictum post Cremon aureum putat. sicuti quoque aduertit *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. titul. 28. num. 16. vers. tanquam dictum singulare, & aureum &c.* In isto enim casu succurritur mulieri, vt ad eam
129 dominium, & ius vendicandi ipso iure † reuertatur, ne creditores in rebus, quæ fuerũt propriè ipsius mulieris, potiores existant *Bald. in l. interest. in fin. C. de vsufruct.* & optime põderat *Anton. Gomes. ad leg. Taur. 50. sub num. 44. vers. quando maritus non est soluendo, dominium rei dotalis data æstimatæ transfertur in vxore soluto matrimonio, & potest vendicare eam tanquam propriam, & præfertur in ea cunctis creditoribus etiam anterioribus &c.* adde *Cost. de remed. subsid. remed. 61. numer. 3. & 5. Palaez. de maiorat. part. 4. quæst. 19. num. 17.* Et sic, quando mulieri aliter ex bonis ma-
130 riti † non potest consuli, tunc degenerat illa æstimatio, & fingit lex nunquam præcessisse æstimationem in damnum vxoris, quare dominium naturale vxoris est suspensum, & quasi sub vmbra, donec veniat casus restitutionis dotis, & compertum sit, an maritus sit soluendo, *Couarr. pract. quæst. cap. 28. num. 8. Cancer. lib. 1. variar. resolut. cap. 9. nu. 60. Caroc. decis. 109. nu. 15. Anton. de Amat. variar. resolut. cap. 49. num. 8. par. 1. Palat. Rubeus in cap. per vestras. §. 21. num. 3. & §. 36. de donat. inter vir. & vx. Villalobos in suo erario commun. conclus. in littera D. num. 237. Pinel. in l. 1. 3. part. nu. 15. ff. de bon.*

bon.matern. Roland.*cons.92. num.9. & cons.62.numer.22. lib.2.* Natt.*cons.650.* Honded.*cons.14.numer.45. & cons.41. num.21. vol. 1. Lanar. cons. 26. num.12. Bald.* Nouell.*de dot. part. 8 priuileg. Marsil. singul.691. incip. fundus dotalis num.2.*

Præterea, quamuis ista opinio in puncto iuris posset cauillari, prout in specie fecit † *Quessada in suis quæstionib. cap.15. num.18.* vbi non parum nititur eam conclusionem sophisticis argumentis impugnare magnis eam cruciando tormentis, tamen quidquid ipse scriptitauerit, intrepidè in priori sententia est insistendum, & hoc fauore dotis specialiter
131
132 † quando mulier aliquo modo eam assequi non valet, & potissimum *Quessada* tamquam sophisticus
133 propter eam opinionem † reprehensus fuit *à Ceuall.commun.contra commun.quæst.3.nu.31. vers. mihi non satisfacit &c.* vbi etiam subiungit hanc no-
134 stram† opinionem esse verissimam. Et adde *ita fuisse iudicatum* in Senatu Sabaudiæ *teste Fabr. in C.lib.5. titul.7.de iur.dot. definit.43.* in Rota Patauina *secundum Peregr.decis.95. num.10.* in foro Fiuizan.vt scribit *Caualc.Borg.decis.13.nu.13 par.4. & in Rota Romana in causa Rauennaten. saluiani 19.Decembris 1611. coram bon.mem.Card.Sacrato. §.quæ magis de plano. vers. etiamsi data esset viro æstimata tali æstimatione, quæ faceret emptionem, & respectiuè venditionem adhuc in subsidium competit vxori rei vendicatio &c.* & sic pluries deinde sensit Rota vt satis notum est, *ac antea fuit iudicatum in Romana repetitionis dotis 20. Martij 1600. coram bon.mem.Card.Seraph.est decisio 258.num.1. par.4. diuers. & inter eius impress. decis.1347. n.1.* Vbi dicitur competere vxori in subsidium vtilem
135 rei † vindicationem contra bona data in dotem, licèt æstimata, contra tertios possessores pro recuperatione suæ dotis quando nõ adsunt alia bona. Quare in his terminis mulier poterit ea bona dotalia
136 vindicare à quocumque possessore, vt† docuit *glos. in d.l. in rebus. in verb.æstimatæ.C.de iur. dot.* quã approbant *Bald. Salicet. & communiter scribentes omnes in d.l. quæ glos. id comprobat per context. in l.vxor marito. ff.de donat. inter virum, & vx.* hanc eãdem glos. plurimum commendat *Franc. Curt. in l.ex conuentione num.13. in fin. C. de pact.* quam alibi se non legisse memoria tenet.

Temperanda tamen est præsens opinio, quando
137 emptores istarum rerum dotalium offerunt † mulieri æstimationem dotis, in hoc casu liberãtur à reali restitutione, (quæ conclusio æquitate plena est,) cum in hoc casu ipsa mulier nullum patiatur detrimentum, dum traditur ei æstimatio à principio facta suorum bonorum dotalium, quã opinionem tenuit *Bald. Nouell. in tractat. de dot. part.7. priuileg.47. Soccin.in cons.224.vers. quinimò vol.2.Ias.in l.traditionibus.num.20 C. de pact. Gregor. in l.18. verb. No le finca, & in l.34.glos.2.titul.13.par.5.Gutierez.pract.quæst lib.3.par. 2. quæst.77.* vbi dicit veriorem, & humaniorem opinionem.

Nec releuat quamuis *Anton.* Negusan. *in tract.*
138 *de pignor.* † *in 3.memb. quint.part. num.28.* huic opinioni pessumdare studuerit, tamen in vanum laborauit, nam nimis viua, & efficax in his terminis adducitur ratio, & sic inuicta vt expugnationem nõ
139 timeat. Ea igitur † est, quia illi tertij possessores rerum dotalium, ius habentes à marito, possunt vti eisdem priuilegiis, & defensionibus, quibus maritus ipse vti potuisset *l.emptori. C. de euict. l.si potior et. C.de his. quæ in pri. cred. loc.success.* Rota *decis.318. num.26 infra par.6. recent. & decis.300. num.11. part.7.* vbi etiam resoluitur id esse verum, quamuis
140 non† sit facta cessio iurium, *& deinde fuit dictum in causa Romana saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram R.P.D.Carolo Cerro. §. nec minus acceptatio vers. potest se tueri eadem exceptione retentionis tamquam singularis successor &c.* Cũ ergo illi possessores in ius mariti successerint, maritus
141 † autem, vel eius hæredes satisfecissent vxori ad dotem agenti, si ipsarum rerum æstimationem dedissent, cum nullatenus teneantur ad reddendas ipsas res æstimatè datas, *l.quoties. l.si inter virum. l.cũ dotem, vbi DD. C.de iur. dot. l.si æstimatio. ff. solut.matrim. l. fin.C.de pact.dotal. Bart.in l.1.§.mela.num.1. ff. de dot. præleg.* Ex illa enim æstimatio-
142 ne insurgit † quædã venditio inter coniuges, *arg. in l.singulari.ff.si cert. pet.* quia censetur re ipsa per mulierem, siue eius parentes vendi, puta, fundũ sponso, & pretium eiusdem fundi fingitur solutum vxori, & illico ex causa dotis idem pretium breui
143 manu datum, & numeratum pro dote eidem† marito, & ita contractus, quidem dotis exprimitur, sed latet alius contractus emptionis, & ministerio iuris vnus contractus transit in alium, *arg. l.3.§. fin.ff.de donat.inter vir. & vx. Bald.in l.si inter. num.2. & in l.quoties. num.2.C.de iur.dot. Becc.cons.42. numer.3.cum alijs allegatis per Rotam coram bon.me. Merlino decis.52.num.4. infra par.6.recent.* Ex quo
144 deinde sequitur, vt nõ amplius fundum, † sed æstimationem, seu pretium illius vxor possit repetere, & si ageret contra maritum, seu eius hæredem ad ipsas res in dotem datas non audiretur, cum debitor
145 ad soluendum aliud pro alio cogi nõ potest ex regula correlatiuorum, *vt iam dixi supra in annotat. ad decis.617. in fin.* Quare eadem exceptione vti
146 poterunt † habentes causam ab eodem marito, quemadmodum satis constat per regulam *l. Paulus §. fin. ff.quib.mod.pign. cum simil.*

Vlterius Negus.in supradict.loc, quia huic opinio-
147 ni reclamauit, † reprobatur à pluribus, & præsertim per *Couarr. pract. quæst. cap.28. num.8. in fin. vers.Negus. aßertio mihi numquam placuit &c. & per Roland. in cons.9. num. 24. vers. quamuis. Negus.lib.1. & vide tradita à Petro Barbos. in l. æstimatis 51 num.28. ff. solut.matr. & à Gutierez.in tract.de iuramen.confirmat.1. part.1. cap.1. nu. 10. Capyc. Galeot. controuers.iuris insignior.lib.2. controuers.40.num.9.Ofasc.decis.135.nu.5. Afflict. decis.21. num. 3.* Præsens conclusio posset pluribus modis ampliari, & limitari, hic enim breuitatis studio aliud non refero, alibi vero, & in latiori campo latissimus ero.

Pro coronide præsentis Annotationis illud annectam, quando bona dotalia inæstimata data fuerunt per vxorem marito, si forte penes tertium possessorem de tempore restitutionis reperiantur, tunc cũ mulier eadem bona prætendere possit, ideo non auditur possessor, si illorum æstimationem offerat, ex rationibus supra deductis à contrario sensu. Et facit, quia quidquid sit de iure Antiquo certum est de iure
148 nouo dominium † rei dotalis soluto matrimonio absque actuali possessione ipso iure retrotransire in vxorem *l.dotis actione. C. solut.matr. Bald.cons.35. num.4. vol.3. Dec.cons.232. num.2. Alexan.cons 4. nu.1.*

num.1. post med. vol.2. Cephal. cons.159. num.14. Corn. cons.110. num.13. vol.2. Bart. in l. mora num.15. ff. solut. matr. glos. in l. si fundum. ff. de fund. dotal. & in l. si ager. ff. de rei vindic. Angel in l. traditionibus nu.14. vbi Alex. in fin. Ias. nu.20. C. de pact. Bald. Nouell. de dote part.8. in 6. priuileg. in princ. & decidit Senatus Mantuanus *apud Surd. decis.211. num.13.* & censuit Rota *in causa Ferrarien. manutentionis 28. Ianuarij 1642. coram bon. mem.* Reuerendiss. *Pirouano. §. demum neque pactũ. vers. cuius quidem fundi dotalis possessio soluto matrimonio ipso iure retrotransit in vxorem &c.* Ideo-
149 que soluto † matrimonio tamquam Domina incumbens rei suæ potest experiri contra detinentem eius bona dotalia, *l. in rebus. C. de iur. dot. cum simil.*

Maximeq. id procedit hic in Vrbe stante statuto
150 lib.1. cap.85. cõcedentem viam executiuam † pro restitutione dotis etiam contra tertios possessores bonorum tacitè, vel expressè obligatorum, & aduertit *Rota in causa Ferrarien. dotis 1. Decembris 1614. coram bon. mem. Card. Verospio, est decis.161. num.4 infra par.4. recent.* & idem fuit dictum *in decis.51. col.2. & in decis.55. vers. non obstat dicere, post Fenzon. ad statut. Vrb. & coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo. in causa Romana, seu Ianuen. quarti dotalis 27. Iunij 1639. §. vltim. vers. pro do-*
151 *tibus, & donationibus, † propter nuptias, seu pro lucro dotis Statutum Vrbis lib.1. cap.85. concedit viam executiuã etiam contra tertios possessores &c.* quæ decisio fuit deinde confirmata *coram eodem in eadem causa sub die 14. Nouemb. 1639. & in causa Romana dotis 20. Aprilis 1643. coram R.P.D. meo Carrillo,* vbi respondetur ad illam obiectionem cõtra tertium possessorem non posse dari via executiua per ibi allegata, quia id cessat; quando statutum prout est casus noster, viam executiuam etiam contra tertium possessorem concedit.

Vlterius prædictum Vrbis statutum est decisoriũ,
152 † ac proinde seruatur etiam in omnibus Tribunalibus Vrbis vt testatur *Tiber. in Prax. Aud. Camer. lib.2. cap.35. nu.13. vers. huic conclusioni,* vbi etiam
153 impressa est fides resolutionis factæ † in hoc articulo in Signatura Sanctissimi coram fel. recor. Clement. VIII. idemq. aduertit *D. Theodosius Rubeus pater meus in suis singularibus Rotæ Romanæ par.6. circa statutorum interpretationem ad d. statutũ Vrb. lib.1. cap.85. vers. idem in plena &c.* & sæpe ita censuit *Rota vt in dicta decis.161. num.4. coram Card. Verosp. sen. par.4. recent.* vbi aliæ decisiones recensentur, adde *decis. in causa Romana liberationis 17. Iunij 1633. coram bon. mem. Coccino, & nuper fuit dictum coram* Reuerendiss. *P. D. Dunozetto Decano in causa Romana dotis 14. Februarij 1642. §. defunctis autem. vers. illudq. est decisorium, ac proinde etiã seruatur in alijs Tribunalibus Vrbis,* & deinde in *d. causa Romana dotis 20. April. 1643. coram R.P.D. meo Carrillo. §. validitas enim. vers. quod quidem statutum, cum sit decisorium seruatur in omnibus Vrbis Tribunalibus &c.*

Supradictaq. procedunt etiamsi in instrumento dotali non adsit promissio mariti de restituenda do-
154 te, † cum id veniat ex iuris dispositione, quando talis expressio desideratur *text est in l. si duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiur.* vbi dicitur quod si quis
155 iurauit † se habuisse fundum in dotem à Berta, videtur etiam iurasse se illum restituere debere &c. & ideo ex tali iuramento agi potest ad dotis restitutio-
156 nem, quamuis iuramentum † sit stricti iuris, *cap. penult. de iureiur.* & sic poterit mulier agere executiuè soluto matrimonio contra hæredes mariti pro
157 restitutione dotis † vigore d. instrumenti si habeat executionem paratam. *Bart. in l.1. ff. de his, quæ in testam. del. & ibi Bald. Angel. & Io. de Imol.* vbi au-
158 ctoritate *text. in d. §. Marcellus.* tenent quod † instrumentum habẽs executionem paratam operatur etiam quoad ea, quæ ex iuris dispositione in instru-
159 mento † subintelliguntur, idem sensit *Ias. in d. l. si duo patroni. §. Marcellus.* quem textum multum notandum tamquam singularem admonet *Roder. Soarez. in l. postquam in 2. extensione. de re iudic.*
160 quasi habeatur pro scripto, † quidquid virtualiter continetur in instrumento *l. si ita scripsero 36. ff. de*
161 *condit. & demonstr.* & quod in instrumento † conuincitur, vel præsumitur, dicitur tenor instrumenti *l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact. Felin. in cap. translato 3. col.1. num.3. vers. adde etiam. de constitut. Roman. cons.176. num.10.* vbi, quod statutum loquens de instrumentis exequendis, verificatur nõ
162 tantum † ex his, quæ ex instrumento patent, sed etiam in his, quæ tacitè insunt, & testatur hanc esse communem opinionem, à qua non est recedendum, *Alex. cons.126. num.5. lib.6.* vbi affirmat ita in practica seruari, *Ias. in l. certi condictio. & ibi Dec. ff. de si cert. petat. & cons.507. in fin. Surd. decis. Mantuan.254. nu.39. vers. id procedit etiam pro eo, quod resultat ex instrumento* eamq. opinionem sequitur *Rota in d. Romana dotis 14. Februarij 1642. §. & maximè in præsenti casu. vers. attenta obligatione Camerali cuius executio competit tam pro expressis quam pro virtualiter in dispositione contentis &c.*

Et in terminis nostris, scilicet quamuis in instrumento dotali non adsit promissio mariti de restituenda dote, nihilominus soluto matrimonio vigore d. instrumenti si in eo adsit obligatio Cameralis, cum
163 † regulariter loquendo instrumenta secundum veriorem opinionem non habeant executionem paratam *l.1. cum ibi notat per Bald. ff. de execut. rei iud. l. ait prætor. §.1. & ibi Ang. ff. eodem Alex. cons.192. num.1. lib.2. Rota coram* Reuerendiss. *Vrgellen. decis.37. num.6.* adde *l. minor 25. annis. ff. de minor. Aretin. in l. si cum dotem. §. eo tamen tempore nu.2. ff. solut. matr. Rebuff. de litter. oblig. in præfat. nu.19. Boer. decis.295. num.5.* & nuper respondit *Rota in causa Hydruntina pecuniaria 26. Iunij 1641. corã clar. mem. Merlino, §. via autem executiua. vers. de iure instrumenta non habent executionem paratam*
164 *&c.* & quidquid esset dicendum, † si adsit pactum vt habeat executionem paratam, *l. abstinendum, vbi glos. in verb. priuati. C. quor. appell. non recip. l. creditores. C. de pignor. Nunez. de Auendag. ad l.4 & 5. titul. delas exceptiones. lib.3. ordinat. Regal. Rota in Baren. seu Neapolitana pecuniaria 4. Iulij 1640. co-*
165 *ram R.P.D. meo Rojas* & in terminis † instrumenti dotalis, quod non habeat executionem paratam fuit dictum *in causa Anconitana fructuum dotis 14. Ianuarij 1624. coram bon. mem.* Reuerendiss. *Manzanedo. §. nam quoad validitatem. vers. via executiua non competit ex defectu obligationis Cameralis &c. coram bon. mem. Card. Virili in Lucana dotis 29. Ianuarij 1629. & recentius coram R.P.D. meo Carillo in causa Eugubina dotis 14. Februar. 1642. §. primò mandatum. vers. egit vigore publici instrumenti dotalis*

166 talis pro quo &c. vbi id ampliatur † etiamsi adesset iuramentum, & quidem præstitum iuxta formam traditam à *Bart. in l.2. num.8. ff. de iureiur.* quia
167 iuramentum non est amplius vsu receptum, † nisi sit litis decisiuum. *Thesaur decis. Pedemont.26. n.7. vers. sed vt breuiter. Zacch de obligat. Cameral.q.1. num.18. & 19. Rota inter impress. apud eundem decis.75.num.3.*

Sed stāte in instrumēto dotali obligatione Camerali, vt dixi, vel quarentigia, aut si statutum det ei executionem paratam, prout dixi de Statut. Vrb. tūc
168 quamuis in eo † desideretur restitutio dotis, cum illa veniat ex dispositione iuris, potest agi executiuè ad eam recuperandam, *dixit Rota in causa Assisien. dotis 22. Iunij 1640. coram R.P.D. meo Rojas. §. quo vero. vers. vltra quod venit ex dispositione iuris, quamuis talis expressio desideraretur*, vbi etiā additur si pariter in eodem instrumento adsit pro-
169 missio supradotis, etiam pro ea, † soluto matrimonio repetenda, competit via executiua, quamuis expressè non fuisset conuentum, *Cumia. super ritib Magn Cur. cap.60 nu.88. Ruginell. pract. quæst. cap.20. nu.13. vbi allegat Tiraquell. de retract. consanguin. §.1. glos.7. num.19. & glos.18. nu.51 cum alijs ibi adductis. adde Stephan. Gratian. discept. forens. cap.852. num.35.*

Aduerte etiam dictam supradotem soluto matrimonio nullis superstitibus liberis ad virum, vel
170 eius hæredes † nō reuerti, sed ad vxorem, vel eius hæredes, *iuxta text. in l. veterum. C de donat. ante nupt. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.20. tit.1. num.2. & seqq. Anton. Gomez. ad leg.50. Taur. cum trib. seqq. nu.1.2. & 3. Molin. de contract. disput. 290 num.1. Sanchez. de matrimon. lib.6. disput.18. num.1. Gratian. discept. forens. cap.498. à num.23. vsque ad num 36. Beltramin. in annotat. ad decis. Gregor. XV. 563. in littera B. & firmauit Rota in Fanen. saluiani 8. Martij 1613. coram Sanctissimo D.N. Innocentio Decimo impressa est apud Fenzōn. ad statut. Vrb. decis.135. per tot. & in decis.129. num 4. & 5. coram Reuerendiss. Vrgellen. & nuper coram R. P. D. meo Rojas in d. Assissien. dotis 22. Iunij 1640. §. quo vero ad supradotem &c.*

Tandem limita id, quod dixi supra num. 163. & seq. Instrumenta dotalia non habere executionem paratam, nisi in eis adsit obligatio Cameralis, vel quid simile præbens eisdem talem effectum, vt scilicet id cesset, quando peterentur fructus dotis ex tali instrumento dotali quia nihilominus ex quo pe-
171 tuntur † illi fructus, qui succedunt loco alimentorum, cum ex illis alenda sit vxor, maritus, & filij, *iuxta text. in l. vbi adhuc, & ibi communiter DD. l. Doctores. C. de iur. dot. Bart. in l. si constante. numer.91. vers. item vxor. ff. solut. matr. cum allegatis in causa Romana saluiani 14. Iunij 1641. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo.* Nec visum fuit, *vers. vt ex fructibus possent alimentari vxor, maritus, & filij &c.* Ideo non obstante tali carentia obligationis Cameralis, bene potest agi via execu-
172 tiua, cum † ea alimenta possint decerni, & taxari officio Iudicis, & pro his non admittitur appellatio suspensiua, *Captaq. decis.98. par.1. Surd. de aliment. titul.8. priuileg.69. num.1.* & in puncto instrumenti dotalis non habentis obligationem Cameralem ad effectum consequendi alimenta via executiua egregiè arbitrata est *Rota in causa Romana fructuum Dotis 14. Iunij 1624. coram bon. mem. Reuerendiss. Manzanedo. §. Nam quo ad validitatem vers. dicebatur non competere viam executiuam ex defectu obligationis Cameralis, &c.* Quatenus vero dicitur appellationem dari in causa alimentorum
173 etiam ad effectum suspensiuum id tamen procedit vbi agitur de alimentis præteritis, secus vero si de futuris prout sunt illa, quæ debētur a die motæ litis, quia super istis nō admittitur appellatio. *Caputaq. decis.24. par.1.*

Paulus Rubeus.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Fideicommissi de Milesijs.

Veneris 29. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione veniunt etiam fœminæ in fideicommissis, quando non est habita ratio à testatore conseruandi agnationem, & quando ea non dicatur habita etiam si adsit prohibitio alienandi bona stabilia hæreditatis. Testator ex quibus præsumatur noluisse inducere perpetuum & absolutum fideicōmissum.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur nisi probetur læsio.*
2 *Filiorum appellatione veniunt etiam fæminæ in fideicommissis.*
3 *Filiorum appellatione quod non veniant fœminæ in fideicommissis, id concludentibus coniecturis doceri debet.*
4 *Testator si exclusit proprias filias a fideicommisso, inde argui non potest, vt appellatione filiorum noluerit comprehendere fœminas.*
5 *Testator non præsumitur habuisse rationem conseruandæ agnationis, licet prohibuerit alienationē bonorum stabilium.*
6 *Si fuerit restricta ad alienationem faciendam inter viuos tantum & non in vltima voluntate.*
7 *Testator licet prohibendo alienationem bonorum videatur habuisse rationem conseruandæ agnationis,*
Non tamen ex hoc extendi debet grauamen vltra personas, & gradus à testatore expressos,
8 *Quia potest esse intentionem testatoris fuisse conseruare agnationem in personis, & gradibus expressis, & non vltra.*
9 *Testator non præsumitur voluisse inducere absolutum, & perpetuum fideicommissum si in testamēto non legantur verba id denotantia. & vide num.10.11. & 12.*

DECISIO DCLXVII.

1 DICTVM fuit non constare de causis restitutionis quia non probatur læsio † sine qua non datur restitutio. *Rot. decis. prima de restit. in integr. in nou. Put. decis. 16. eod. tit. & decis. 131. num.1. par 2. in recent. Card. Seraphin. decis. 1238. num.1.* De læsione autem constare non potest, quia Sententiæ contra Martium, & Alexandrum latæ sūt iustæ, absoluunt enim ab impetitis prædictos Martium,

tium, & Alexandrū & Catharinam; Idq; iure merito quia scilicet non constat de aliquo fideicommisso ad fauorem dicti Martij, & Alexandri in portione Camilli, quæ deuenit ad dictam Catherinam, conditio namque sub qua sunt vocati dicti Martius, & Alexander in dicta portione deficit, quia sunt vocati decedēte Camillo sine filijs, & Camillus decessit superstite Anna Maria, quod sufficit vt censeatur defecisse dicta cōditio & per consequēs caducata substitutio.

2 Appellatione † enim filiorum veniunt etiam in fideicommissis fœminæ, quod præsertim locum habet in cōditionibus si filij decesserint sine filijs, prout in casu isto, vt multis auctoritatibus fuit comprobatum in decis. in hac causa facta coram *R.P.D. meo Pirouano 15. Nouembris 1624.*

Non obstat quod ab ista regula receditur ex con-
3 iecturis, quia coniecturæ debent † esse concludentes & necessariæ, quales non sunt deductæ pro dictis Martio & Alexandro.

Prima enim coniectura quod testator exclusit pro-
4 prias † eius filias non sufficit, *vt per Surd. dec. 66. num. 1. cum alijs adductis per Onded. cons. 57. nu. 53. lib. primo.*

Minus suffragatur quod alij filij Testatoris fuerunt substituti, & quod testator videatur habuisse rationem conseruandæ agnationis, quia scilicet pro-
5 hibuit † alienationem bonorum stabilium ratione adiecta; quia vult bona conseruari in familia, vltra enim quod vt aliquibus ex dominis videbatur, ista prohibitio est restricta ad alienationem inter viuos,
6 non vero in vltima voluntate † atque ex ista prohibitione non potest desumi argumentum, quod testator habuerit rationem conseruandæ agnationis, *vt aliàs in similibus terminis censuit Rota coram bo. mem. Cardinali Seraphino decis. 482. numer. 2. & in decis. 316. num. 6. par. 1. in recent.*

In omnem etiam euentum, quod ista prohibitio
7 & ratio ei adiecta operaretur, quod censeri † deberet testatorem habuisse rationem conseruandæ agnationis, non propterea extendi deberet grauamen vltra personas & gradus à testatore expressos, quia scili-
8 cet potest esse quod mens, & intentio testatoris fuerit conseruare agnationem in personis, & gradibus ab eo expressis, quodque vlterius progredi non voluerit, nec propterea adest aliqua necessitas extendendi vltra dictas personas dictum fideicommissum, quod eo magis de plano procedit, quia in dicta dispositione non legitur verbum, in perpetuum, in in-
9 finitum, vel aliud simile, ex quo possit † cōijci quod testator voluerit indicare perpetuum, & absolutum fideicommissum in eius agnatione, & familia.

Vnde patet responsio ad omnia in contrarium
10 adducta, quia scilicet locum obtinent, quando † testator vsus est verbis, in perpetuum, vel in infinitū, aut aliæ coniecturæ concurrunt, ex quibus colligi possit testatorem voluisse inducere fideicommissum perpetuum, & absolutum in eius familia & agnatione, secus verò est quando de eiusmodi voluntate
11 † clarè non constet, tunc enim ex eo solum quod testator videatur habuisse rationem conseruandæ agnationis, verba non impropriantur, nec fideicommissum extenditur vltra personas expressas, sed potius ipsa ratio restringitur ad personas, & gradus expressos, atque ita vt dictum est testator censetur voluisse conseruare agnationem tamdiu quamdiu
12 durat illius † dispositio, non autem inducere fideicommissum ad fauorem omnium agnatorum etiam in testamento non vocatorum, vt plenè fuit in alia decisione in hac causa facta coram R.P.D meo Pirouano deductum cuius rationes, & fundamenta DD. etiam nunc placuerunt.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Multiplici.

Lunæ 8. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Promissio ad damna, & interesse, quamuis nō expressa, subintelligitur tamen in omnibus obligationibus, & ideo multo magis illa veniunt præstanda, quando talis promissio adest in specie. Mandatum suscipiens, si illud non exequatur, tenetur ad damna, & interesse, & aliqua circa materiam non adimplementi, &c.

SVMMARIVM.

1 *Promittens omnia in instrumento contenta rata habere, & perpetuò obseruare, alias voluit teneri ad damna, & interesse, tunc sine dubio ad eatenetur.*

2 *in Obligationibus omnibus promissio ad damna, & interesse venit etiam si non sit expressa.*

3 *Mandatum suscipiens, si illud non exequatur tenetur ad damna & interesse.*

4 *Instrumentum, quando fuit per aliud nouatum, tunc illud non amplius attenditur.*

5 *ab Instrumento priori quando nullatenus dicatur per partes recessum.*

6 *Adimplere aliquid non valens ex facto aduersarij, id ei non est imputandum, & nu. 7. 8. & 9.*

10 *in Promissione sua deficiens tenetur ad damna, & interesse.*

11 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

12 *Promissa ex parte sua non adimplens, non potest agere contra aduersarium, vt ipse adimpleat.*

13 *Promittens aliquid adimplere, dum fuerit requisitus, si talis requisitio non interuenerit, cessat mora.*

DECISIO DCLXVIII.

DOMINI steterunt in decisis 25. Februarij 1619 coram bon. mem. Vbaldo * quod debeantur damna, & interesse, de quantitate verò mādarunt particulariter videri.

Quo enim ad dicta damna & interesse illa debentur ex triplici capite, vt bene deducitur in decisione tunc extensa.

Primo ex clara, & expressa obligatione Simonis in Instrumento celebrato inter DD. Castarellos, & dictum Simonem anno 1598. nam vt ex lectura dicti Instrumenti apparet, fuit tunc inter dictas partes conuentum, quod facta inuestitura scutorum 3000. fructus exigi deberent à Simone, eique per eundem Simonem reinuestiri in emptionem tot locorum montium, & in fine dicti instrumenti dictæ partes
1 promiserunt omnia † in dicto instrumento contenta rata grata habere, & perpetuo obseruare, alias teneri voluerunt ad omnia damna, & interesse vnde cum dictus Simon non reinuestiuerit dictos fructus tenetur ex propria obligatione ad damna, & interesse.

Secundo tenetur ad dicta damna, & interesse etiā quod

2 quod non adesset dicta expressa promissio † quia illa intrat in omnibus obligationibus etiam quod non sit expressa, *l. stipulationes non diuiduntur versic. celsus vbi DD. ff. de verb. oblig. l. si quis ab alio in fine, vbi Alex. Ias. & alij ff. de re iudic. Surd. consil. 330 num. 5. lib 3.*

Tertio tenetur Simon ad dicta damna, & interesse, quia ipse suscepit mandatum à DD. de Caffarellis faciendi dictum inuestimentum ac propterea
3 cum illud minime † expleuerit tenetur ad damna; vt enim in d. decisione dicitur, procurator qui suscepit mandatum, si non exequitur præstat damna, & interesse *l. idemque §. si procurator, & l. si mandauero §. sicut ff. mandat cum alijs in dicta decis. adductis.*

Non obstat quod Instrumentum celebratum inter dictas partes anno 1595. fuit nouatum per aliud
4 instrumentum † inter easdem partes celebratum anno 1598. quia vt in dicta decis. dicitur tantum abest quod dictæ partes per secundum instrumẽtum recesserint à priori conuentione, quoad dictum inuestimentũ quod scilicet fieri deberet per Simonem,
5 vt imo etiam expresse conuenisse appareat † quod fructus recompensatiui semper reinuestiri deberent per Simonem iuxta formam primi instrumenti.

Non obstat quod iuxta formam primi instrumenti non tenebatur Simon facere dictum reinuestimentum fructuũ nisi postquã essent inuestita scut. 3000.
6 promissa per Simonẽ, quæ cum nõ potuerint † inuestiri culpa ipsorum DD. de Caffarellis, non fuit factus locus promissioni Simonis inuestiendi dictos fructus, quia hoc obiectum facile tollitur ex lectura d. Instrumenti, si ad ea bene aduertatur; in primo enim instrumento fuit conuentum inter partes quod adueniente die solutionis scutorum 3000. d. Simon teneretur ea inuestire in tot locis montium, & fru-
7 ctus huiusmodi † locorum reinuestire in alijs locis montium in secundo verbo instrumento præmissa narratiua quod Simon fuit requisitus à DD. Caffarellis vt ex dictis scutis 3000. quæ ipse tenebatur iuxta formam primi instrumenti inuestire, vt dictum est in tot locis montium, solueret dictis DD. de Caffarellis scuta mille, quibus ipsi possent vti pro eorũ indigentijs. conuenerunt eædem partes quod Simon
8 non posset cogi ad faciendum † inuestimentum scutorum 2000. quæ remanebant ex scutis tribus milibus penes Simonem, nisi facta restitutione per DD Caffarellos eidem Simoni dictorum scutorum mille, & interim promisit Simon soluere fructus recompensatiuos pro rata dictorum scutorum duorum mil-
9 lium quæ penes ipsum remanebant, † & dictos fructus recompensatiuos inuestire iuxta formam primi instrumenti. Vnde sicuti potuisset Simon conueniri vigore primi instrumenti pro damnis, & interesse, si defecisset in faciendo inuestimentum dictorum scutorum 3000. & fructuum, vt supra probatum est ita pariter tenetur vigore secundi instrumenti ad
10 † damna, & interesse ex quo defecit in sua promissione inuestiendi fructus recompensatiuos dictorum scutorum 2000. quia si vt dictum est promisit in dicto secundo instrumento inuestire dictos fructus recompensatiuos iuxta formam primi instrumenti, & sic cum eadem obligatione de qua in primo instru-
11 mento, relatum † enim est in referente cum suis qualitatibus *Surd. decis. 212. num. 14. & 291. nu. 18.*

Nec obstat quod DD. Caffarelli nõ possunt agere vigore secundi instrumenti, cum non adimpleue-
12 rint † ex parte ipsorum promissa in dicto secundo instrumento circa restitutionem dictorum scutorum mille, quia Caffarelli promiserunt dicta scuta mille
13 restituere ad omnem requisitionem Simonis; † ac propterea cum non doceatur, quod fuerint requisiti, non possunt dici. non adimpleuisse d. contractum.

Reliquis fuit abunde satisfactum in alia decisione.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 25. Februarij 1619. coram bon. mem. Vbaldo est in præcedenti Tomo decisio 85.*

REVERENDISS. COCCINO.

Arimineñ Bonorum.

Lunæ 8. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

In Libello si ponatur clausula non se adstringens, quid operetur. Petitorium potest cumulari cum possessorio adipiscendæ. Saluianum interdictum ex quo dicatur intentatum, & eius proprium est, vt creditor ex fructibus pignoris sibi satisfaciat, & capta eius vigore non possunt vendi.

SVMMARIVM.

1 *Clausula non se astringens posita in libello, operatur, vt potius probata, quam petita sint attendenda.*
2 *Saluiano interdicto cum hypotheca agens, quid præsupponat.*
3 *Petitorium potest cumulari, cum possessorio adipiscendæ.*
4 *Saluianum interdictum ex quo censeatur intentatum.*
5 *Saluianum, & hypothecaria quando simul dicantur intentata.*
6 *Saluiani proprium est, vt creditor ex fructibus pignoris sibi satisfaciat.*
7 *Libellus, si concludat ad actionem hypothecariam, petitio non potest dici restricta tantum ad fructuum petitionem.*
8 *Bona capta vigore hypothecæ possunt vendi.*
Bona capta vigore Saluiani non possunt alienari. numer. 8.
9 *Dictio insuper denotat diuersitatem supra relatorum.*
10 *Libelli restrictio ex quo euitetur.*

DECISIO DCLXIX.

DOMINI dixerunt iudicium non esse restrictũ ad Saluianum tãtum, quid autem ex hoc postea sequatur erit videndum, nam & si eadem die reperiantur dati ab eadem parte duo libelli & vnus habeat clausulã non se astringens, alter vero nequaquam, nihilominus si attẽdatur libellus habens prędictã clausulã, res transit sine difficultate, † hæc enim
1 clausula operatur, quod potius probata, quam petita sunt attendenda. *Bart. in l. circa num. 3. ff. de probat. & in l. Diuus numer. 6. vbi adden. ff. de re iudic. Felin. in cap. licet causam num. 42. in fine de probat. Practica Papien. in forma libelli in actione reali in gloss. non adstringens vbi adden.*

Si verò attendatur alius libellus idem dicendum est, cum Saluianum interdictum cum hypotheca,
2 fuerit intentata ex quo fuit expressum, † quod bona con-

contra quæ experitur remedium Saluianum possidebantur à debitore, petitorium namque potest cu-
3 mulari cum † possessorio adipiscendæ *Castr. in l. rem alienam num. 10. ff. de pignor. act.* Negusan. *de pign. in 3. membr. 8. par. num. 26. vers. Si autem in libello Menoch. de adipisc. remed. 3. num. 160. Pacific. de Salu. inspectione 1. c. 3. nu. 71. & seq.*

Quod autem fuerit expositum quod bona contra quæ intentabatur iudicium Saluianum, fuerint possessa à debitore satis patet, cum dixerit quod pro
4 credito suo habebat † omnia bona debitoris hypothecata, ex hoc enim censetur intentatum Saluianũ, prout aduertit *Pacific. loco citato num. 8.* Et propterea dum subditur, quod debitor tenebat, & possidebat bona perinde est ac si dixisset, quod debitor pos-
5 sidebat bona † contra quæ experitur remedium Saluianum, & sic Saluianum, & hypothecaria censentur intentata.

Non obstat quod concludatur per verba, quare cum prædicta omnia sint vera, petit immitti, & associari in realem, & corporalem possessionem bonorum detentorum, quousque fuerit satisfacta de dote damnis, & interesse, quia ista conclusio non est re-
6 stricta ad Saluianum, quia debuisset dici, vt de † fructibus pignoris sibi satisfiat, quod est proprium Saluiani *Bellon. in §. item Seruiana sub num. 4. versic. debeas scire, & ibi Zasius num. 40. Instit. de action. Rolan. consi. 14. num. 13. lib. 3.* & clarius modo osten-
7 detur, & ideo cũ † conclusio libelli concludat etiam ad actionem hipothecariam petitio non est restricta ad fructus, & propterea bona capta vigore hypothe-
8 cæ possunt vendi, † quod non est in Saluiano *Negus. de Pignor. in primo memb. 6. partis per totũ, & præcipue num. 40. Rota decis. 43. num 2. vers. non obstat part. 1.*

Nec releuat quod in vltima conclusione dicitur, & insuper præmissis omnibus & singulis per D. V. & eius officialem &c. deducens &c. intentans vtile Saluianũ interdictum offerens &c. quia vt supra dictum est, hæc clausula magis declarat alia non fuis-
9 se restricta ad Saluianum, † cum dictio, (& insuper) denotet diuersitatem ab alijs supra petitis *Gemin. cons 23 in princ. & cons. 44. num. 4. vers. hoc probat*
10 *primo*, & sic vltra alia petita intentat † etiam Saluianum, vnde cessat restrictio libelli.

Et ita conclusum, &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Maurianen. Pensionis.

Lunæ 15. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Probatio præsumptiua non sufficit, quando agitur ad pœnam inhabilitatis, & maxime si tractetur de ferienda anima per censuras. Testis de auditu multò magis reijcitur, quando tractatur de causa graui. Clericus recurrens ad Iudices Laicos, amittit omne ius in causa. Subreptio quando non inducatur, licet non sit facta mentio litis. Et plura, quando quis dicatur validè ordinatus à non suo Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis transferendi facultatẽ quis amittit ob recursus ad Iudices Laicos.*
2 *Probatio præsumptiua non sufficit, sed concludens requiritur, quando agitur de pœna inhabilitatis.*
3 *Mandatum generale datum à Clerico alicui ad comparendum coram Iudicibus Laicis qualiter id veniat intelligendum.*
4 *Testis de auditu non sufficit ad implendam probationem, præsertim in materia obiectiua.*
5 *Testis de auditu non admittitur maximè, quando agitur de ferienda anima per censuras.*
6 *Testis productio plus non operatur, quam ipsum dictum testis.*
7 *Testis singularis, & de fama non releuat.*
8 *Litigiosi vitium præcipuus effectus qualis sit.*
9 *Pensio non dicitur contraxisse vitium litigiosi, si lis non respiciat substantiam ipsius pensionis, veluti si agatur de reductione.*
10 *Clericus in aliqua controuersia recurrens ad Iudices Laicos, cadit ab omni iure suo, tam in petitorio, quam in possessorio.*
11 *Litigiosi vitium non contrahitur ex actione personali.*
12 *Actio litigiosa cedi non potest lite contestata.*
13 *Quod procedit etiam si ageretur de ipso beneficio incidenter.*
14 *Pensiones vigore facultatis sibi concessæ transferẽs, non ex sua persona illam transfert, sed ex indulto Papæ.*
15 *Subreptio non inducitur ex non expressione litis, quando alias Papa gratiam esset concessurus.*
16 *Quod exemplificari poterit, quando cessaret præiudicium tertij.*
17 *per Pensionis translationem non inducitur nouum grauamen titulari, vel Ecclesiæ.*
18 *Constitutio fe. re. Vrbani VIII. disponens, vt pensiones reducantur ad certam partem valoris beneficij, quas pensiones non comprehendat.*
19 *Pensio an validè dicatur translata in eum, qui à non suo Episcopo, & sine licentia proprij Episcopi fuit Ordinatus.*
20 *Vicario in pertinentibus ad suum officium creditur.*
21 *Episcopus non subditos non valet ordinare.*
22 *Episcopus ordinando aliquem, sequitur, quod habuerit eum pro ciue, & subdito.*
23 *Domicilium non contrahitur in aliquo loco, vbi quis manet e causa alibi pestem euitandi.*
24 *Domicilia plura, & diuersa, quis contrahere potest, etiam ratione originis & habitationis.*
25 *Domiciliorum compatibilitate data, vnum non tollit aliud.*
26 *Vicarius Capituli, sicut nec Vicarius Episcopi sine speciali mandato non possunt concedere literas dimissoriales. & nu. 27.*
28 *Mandatum nedum expressè, sed tacitè potest probari.*
29 *Facultas dandi dimissorias non est de insolitis pro iurisdictione vicariorum.*
30 *Personæ, quando sunt notæ probitatis, faciunt ab eis iam facta præsumi licita.*
31 *Concedere, quis non præsumitur voluisse, quod non poterat.*
32 *Capituli consensus Sede vacante, quo ad receptionẽ clericatus subditi à non suo Episcopo, ex quo eliciatur.*
33 *Pensionarius si per multos annos habitus fuit pro Clerico, & toleratus à suo Ordinario, hæc coniectura est sufficiens pro præsumenda valida ordinatione.*

Capi-

34 *Capituli tota auctoritas, etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum transit in eius Vicariū.*

DECISIO DCLXX.

VISVM fuit standum esse in decisis 23. Martij præteriti, quia cōstat de validitate translationis, tam respectu personæ transferentis, quam ipsius translatarij, ac de requisitis circa actum ipsius translationis, quibus concurrentibus de perfecta translatione non solet dubitari, vt in decisione quæ reuidetur, fuit iam dictum, & comprobatum.

Neque obstant, quod de nouo replicantur contra facultates transferentis, & habilitatem ipsius translatarij.

Nam si de carentia facultatum transferendi aga-
1 tur ex eo quod ob recursum ad Iudices † laicos pro hac ipsa pensione exigenda amissæ fuerint *cap. 1. de rescript. in 6. cap. nouerit cap. grauem de sent. excomm.* decisio respondit, cum agatur de pœna inha-
2 bilitatis incurrenda, Rotam non † contentari sola præsumptione, sed desiderare concludentes probationes prout idem tenuit in *Tuden. beneficij coram bo. mem. Penia, quæ est 212. impressa post secundum volum. cons. Farin. & decis. 602. num. 3. par. 1. rec.* qua firmatum fuit, nec etiam ad concludentiam
3 probationis sufficere † generale mandatum ad comparendum coram Iudicibus laicis, cum illud veniat intelligendum in casibus a iure Clericis permissis, neque tenet replicatio, quod scilicet hodie recursus concludenter probantur ex eo quod bon. mem. Archiepiscopus Taurinen. in causa Fossanen. decimarum fuerit præmonitus a fel. rec. Paulo V. vt se abstineret ab exercitio Pōtificalium, prout asserebatur deponere primus testis in eadem Fossanen. inductus ab eodem Archiepiscopo Taurinen. qui datur sub
4 num. 4. quia cum testis ille deponat † de auditu ab alijs non sufficit ad implendam probationem, præsertim in materia obiectiua, & vbi agitur deferienda
5 † anima per Censuras *Aegid. decis. 561. in fin. Put. decis. 298. lib. 1. in nou.* & sola productio ab eodem
6 Archiepiscopo † non plus operatur quam ex dicto testis resultet *Afflict. decis. 25. num. 5. & 6. Osasch. decis. 39. numer. 10. Gratian. decis. 103. numer. 85.*
7 qui † non sufficit tanquam singularis, & de fama.
8 Si vero prætendatur nullitas translationis vti facta lite super eadē pensione pendente, † qui est præcipuus effectus vitij litigiosi *secundum Bart. in l. vnica §. 1. nu. 2. ff. de litig.* similiter decisio respicit quod lis non fuit introducta per bo. mem. Archiepiscopū Taurinen. super proprietate, & validitate pensionis
9 sed super exactione † eiusdem in iudicio exequtiuo & exceptionem super reductione non causare vitiū litigiosi, cum non respiciat substantiam pensionis.

Et quamuis hodie replicetur, quod de eadem substantia actum fuerit in gradu appellationis à sententia interdicti A. C. cum fuerit per secundam commissionem in Rota commissa cum clausula quam, & quas, & deducta ad speciem nullitas iuris petendi pensionem propter recursum ad Iudices Laicos,
10 † per quem iuxta constitutionem Innocentij Papæ Octaui ceciderat omni iure suo tam in petitorio, quā in possessorio, atque ita actum de substantia & titulū illius in Iudicio fuisse deductum *Cassad. decis. 9. de caus. poss. & propriet. Mandos. de signat. Iust. commiss. 17. in vers. cum toto negotio principali.*

Attamen fuit responsum, quod Iudicium primò fuit executiuè cœptum per Archiepiscopum Taurinen. actione personali vigore obligationis Cameralis super exactione pensionis contra Episcopum
11 Maurianen. in qua actione † personali non contrahitur vitium litigiosi etiam quod incidenter agatur de ipsa re, sed bene actio remanet litigiosa, quæ
12 exinde cedi † non potest lite contestata secundum veriorem, de qua *per gloss. in l. quamquam §. 1. ff. de aequa pluu. arcen. Bart. in l. 3. C. de litig. Roman. cons. 270. num. 2. Tob. Non. cons. 78. num. 4. Alciat. cons. 11. num. 34. lib. 1. Guidop. decis. 479. Benintend. decis. 48. nu. 8. Crau. & Honded. expresse reprobantes Ias. cons. 43. num. 10. lib. 1. Osasch dec. 65. nu. 13. Couar. pract. quæst. cap. 15. numer. 6. ille cons. 279. num. 1. iste cons. 20. num. 30. lib. 1. & idem comprobarunt Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 481. Rota decis. 665. num. 13. part. 1. recent. & decis. 335. num. 8. & clarius decis. 305.* etiam quod
13 agatur de ipso † beneficio incidenter vbi add. alias decisiones referunt coram Papa Greg. XV. sed præ-
14 terea vitium litigiosi alia ratione euitabatur, † quia transferens non ex sua persona pensionem transferendo alienauit, sed ex indulto Papæ transtulit, cuius auctoritas, & potestas tollit omne vitium *Rota decis. 25. num. 4. de rescript. in nou. & dec. 641. n. 12. par. 1. diuers.* neque vim facit quod in generali dispositione indulti non veniat facultas transferendi pensiones lite pendente *Lancell. in præfat. de attent. lit. pend. in fin. num. 662. & Rota idem senserit in Regien. pensionis 5. Martij 1625. coram me.* Quia aut hoc prætenditur, quia facultas debuerit in specie exprimi, vt lite pendente possent etiam transferri, & in istis indultis non admittitur exceptio subre-
15 ptionis † propter non expressionem litis, quando alias Papa non se retraxisset à concessione gratiæ, *Rota decis. 192. num. 4. part. 1. recent. & decis. 150. num. 5. coram Papa Gregorio XV.* sed cessante præ-
16 iudicio tertij, † prout in translatione cessat non se retraxisset. *Oldrad. cons. 299. num. 1.* ergo de dicta exceptione non est curandum. Si vero excipiatur contra ipsam translationem, quod non sit facta mentio litis, & neque in hac parte intrat aliqua subre-
17 ptio, quia per eam non inducitur † nouum grauamē neque titulari, neque Ecclesiæ, vt nouissime fuit firmatum in Regien. 5. Martij firmat quod Constitutio Sanctiss. D. D. disponens, quod pensiones re-
18 ducantur ad certam partem valoris † beneficij non comprehendat pēsiones pro quarum exactione ante Constitutionem mota fuerat lis, qui non est casus noster.

Demum non obstat inhabilitas translatarij quod
19 scilicet fuerit ordinatus à non suo Episcopo & † sine licentia proprij Episcopi iuxta decretum Conc. Tridentini cap. 3. sess. 6. c. 11. sess. 7. & cap. 8. sess. 23. quæ dicebantur probari ex confessione eiusdem emanata in positionibus, scilicet, quod natus fuerit in Diœcesi Asten. & pater illius sit natione Sabaudus.

Quia fundat ille intentionem suam in literis dimissorialibus Vicarij tunc Capituli Sede vacante,
20 † quibus creditur, nam cum illas dederit post annū, quo Sedes vacabat, & præsumptio sit, quod bene inquisiuerit, An ille esset suus subditus cum non
21 subditos † non valeat ordinare resistente *cap. nonnullus de temp. ordin. in 6. & decreto Tridentini eadem sess. 7. cap. 11.* inde sequitur quod habuerit illum

pro

22 pro ciue, † & subdito Taurinen. & ex eisdem literis hoc probatur, *vt dictum fuit in Pampilonen. beneficiorum de Isabella 26. Nouembris 1616. coram me*. Et quamuis fassus fuerit se natũ in pago Asten. hoc non tollit domicilium antea per patrem in Ciuitate Taurinen contractum, & postea continuatum maxime quia addidit, dum ibi parentes occasione
23 pestis vitandæ morarentur, quod † indicat eos non constituisse in illo loco domicilium, nec quod esset perpetuo ibi remansuri *Rip. in tract. de peste de priuil. contract. caus. pest. num. 181 & seq. Felin. in cap. Rodulphus num. 1. 13. vers. 2. limitat. de resc. Boer. decis. 13. num 52. Afflict decis. 384. num 4.* & idem respõdetur ad confessionem de Patre Sabaudo; quia
24 dum illi prohibitum non erat contrahere, † & habere plura domicilia nempe originis & habitationis *l. assumptio §. filius Ciuitatem ff. ad municipal.* Rota *decis. 188. num. 4. par. 4. recent. & latissimè fuit firmatum in Romana beneficiatus S. Petri 10. Nouem-*
25 *bris 1624. coram me*, data compatibilitate † domiciliorum vnum non euellit alterum *Bald. in l. fin. in princ. C. de nouat Menoch præsump. 139. nu. 39. lib. 3.*
26 Quod si replicetur fundamentum ex literis dimissorialibus desumptum non suffragari translatario,
27 cum Vicarius † Capituli, sicut nec Vicarius Episcopi sine speciali mandato literas dimissoriales cõcedere non possit *Rebuff. in prax. tit de form. Vicariatus Archiepiscopi nu 47. Panuin. de potest. capit. Sede vacante q. 10 p. 2 princ. nu. 17. Mandos. super reg. 24. q 6 num 9 & seq.*
Tollitur obiectum ea ratione quod & si mandatũ Vicarij non exhibeatur cum clausula facultatiua cõ-
28 cedendi literas dimissorios, attamen quia † mandatum potest probari nedum expresse per illius exhibitionem, sed etiam tacitè per coniecturas, & præsumptiones *Crauett. de antiq. tempor. p. 2. 1. par. principalis numer. 67. Guidob. decis. 99. Costa decis. 66. Gabr. cons. 181. num. 9. lib. 2.* Rota *decis. 675. in fine par. 3. diuers.* visum fuit tales in præsenti concurrere quæ indicant Vicarium habuisse sufficientem facul-
29 tatem. Et primo quia ista facultas † dandi dimissorias non est de insolitis pro iurisdictione Vicariorum. *Io. Andreas in cap. cum nullus in fine de tempor. ordin.* dicens istis temporibus solere dari Vicarijs, *idem firmat Cresc. decis. 15. nu. 6. de probat.* Secundo quia ordinans, & ordinatus sunt notæ pro-
30 bitatis, quæ faciunt † iam facta præsumi licita, *cap. nisi essent de præben. Oldr. cons. 155. num. 10. Gabr. cons. 181. num. 57. lib. 2.* Tertio quia Vicarius præ-
31 sumitur voluisse † id quod poterat concedere *Rota eadem dec. 675. num. 3. par. 3. diu.* Quarto quia tonsuratus recepit characterem in publica ordinatione
32 tenta per Episcopum, † cui erant directæ literæ dimissoriales, nempe in Ecclesia patrum Capuccinorum in eadem Ciuitate Taurinen. quæ sola sufficit ad proban. Capituli consensum quoad hanc facultatem dandi dimissorias propter verisimilem scientiam & notitiam illius, vt in his terminis tenuit Rota *in Burgen. Canonicatus 17. Octobris, & 28. Nouembris 1586. coram Gipsio*, ac demum quia
33 translatarius per multos annos fuit habitus † pro Clerico, & toleratus à suo Ordinario, quæ coniectura fuit habita pro sufficienti *in d. decis. 675. num. 6. part. 3. & per Gabr. cons. 181 num. 57. lib. 2* vt, scilicet, præsumatur de consensu Ordinarij tonsuratus, quem ipse non renuit recipere.

Nec defuerunt tenentes simpliciter totam Capi-
34 tuli † auctoritatem etiam in his, quæ requirunt specialem mandatum transire in Vicarium nempe *Guttierrez canon quæst. lib primo cap. 21. num. 10. vers. id, quod hodie Ricc. prax. for. Eccles. par. 1. resol. 235. nu. 5. Ludou. Molin. de Iust. & iur. tract. 5. disput. 11. num. 4. Genuen. in praxi Neapol. cap. 86. numer. 5. Garz. de benef. par. 5. cap. 7. nu. 28.*

Verum quia hæc opinio ab eiusdem non bene firmatur, magis placuit Dominis fundamentum præsumpti mandati, cum quo etiam transierunt in allegatis decisionibus Burgen. Canonicatus coram Gipsio. Et ita, &c.

☞ *Decisio ista in hac causa emanata 23. Martij 1626 coram eodem bo. me. Pirouano, est supra in hoc Tomo decisio 650.*

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Fructuum Dotis.

Mercur. 10. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. præsumens solutionem si creditor fuerit negligens per sexdecim annos ad creditum exigendum, habet etiam locum in fructibus dotis. De præscribendis annuis præstationibus, quando agitur, tunc tot requiruntur præscriptiones, quot sunt præstationes.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio Statutaria Vrbis, habet etiam locum in fructibus dotis.*
2 *Fructus dotis, si per sexdecim annos non fuerint petiti, intrat præscriptio Statutaria Vrbis.*
3 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. disponit si creditor fuerit negligens in exigendo creditum per sexdecim annos præsumi debeat solutio, & num 4.*
5 *Præscriptio nõ potest allegari, si non sit transactum tantum tempus, quod sit necesse ad eam inducendam.*
6 *Præscriptio non obest, quando quis non potest aliquid petere.*
7 *de Fructibus præscribendis quando agitur, tot requiruntur præscriptiones, quot sunt præstationes.*

DECISIO DCLXXI.

IN vltima decisione in hac causa fuit dictum fructus dotis non solutæ deberi, nisi obstet præscriptio statutaria post annum 1587. Vnde proposito dubio an obstet dicta præscriptio, Domini censuerunt obstare ab anno 1587. vsq; ad annum 1597. inclusiuè, ab inde citra non obstare.

Quo enim ad dictos decem annos intrat dicta
1 præscriptio, † quia ea locum habet etiam in fructibus dotis, vt per *Put. decis. 93. lib. 1. num. 4.*
Vnde cũ per sexdecim annos à dicto anno 1597. quo poterãt peti dicti fructus decursi ab anno 1587
2 vsque † ad dictum annum 1597. non fuerint petiti dicti fructus, intrat dispositio Statuti cap. 158. lib. 1.
3 † quo cauetur quod si creditor per sexdecim annos negligẽs fuerit in petendo debitum præsumi debeat
4 solutio, atque ita stante dicto † statuto dicti fructus decursi vsque ad dictum tempus præsumuntur soluti, ab

ab inde verò citra non intrat præscriptio, quia cum agatur de fructibus ab anno 1597. vsque ad annum 1612. tantum non sunt lapsi à dicto anno 1597. vsq; ad annum 1612. dicti sexdecim anni, & sic tempus
5 sufficiens ad præscribendum, †seu ad inducendam dictam præsumptionem solutionis non interuenit.

Non obstat quod anni sexdecim sint computandi ab anno 1587. & non ab anno 1597. quia cum de eo tempore non potuerint peti fructus decursi ab anno
6 1597. citra, non potest † currere dictum tempus à dicto anno 1587. sed solum à tempore quo potuerunt peti, & sic ab anno 1597. citra.

Et in hac materia intrat regula, quod tot requi-
7 runtur †præscriptiones quot sunt præstationes, cum notissimi *§. in ijs in princ. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Put. decis. 253. nu. 2. in nou. Mohed. decis. 216. aliàs 4. de præscript. & fuit dictum in Romana fructuum census 13. Iunij 1603. coram Illustriss. Cardinali Millino impress. per Cenc. post tractatum de censibus decis. 230. & in Vormatien. census 23. Iunij 1614. coram R.P.D. bon. mem. Vbaldo apud eumdem decis. 304. num. 2.* &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Societatis.

Veneris 19. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Societas inter aliquos adfuisse ex quo iustificari possit. Testes quando sunt examinãdi debet dari parti cõpetens tempus ad conficienda interrogatoria, & quantum esse debeat, in arbitrio Iudicis residet.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Societas inter aliquos bene probari potest ex duobus testibus.*
3 *Et hoc maximè si sint adminiculati ex his, quæ inferunt ad societatem.*
Societas inter aliquos bene colligi potest ex libro computorum, & ex calculo inter eos conscripto, num. 3.
4 *Testes quando sunt examinandi debet dari parti competens tempus ad conficienda interrogatoria.*
5 *Et in arbitrio Iudicis est assignare tale tempus, qui attenta qualitate causæ, modo breuiorem, modo longiorem terminum assignat.*
6 *Ad Interrogatoria danda si pars fuerit citata, & neglexit ea exhibere, si testes sine eis fuerint examinati, hoc sibi imputet.*
7 *Intimatio ad viden. examinari testes, potest quandocumque produci, & sufficit, quod reproducatur ante examen.*
8 *Intimatio ad viden. examinari testes reproducitur ad effectum tantum, vt Iudex certioretur de illius executione.*

DECISIO DCLXXII.

DOMINI dixerunt primam sententiam extra Rotam latam, in qua declaratur fuisse contractam societatem picturæ, & inauraturæ inter Iacobum, & Nicolaum, creditaq. dictæ societatis detractis prius expensis factis per Iacobum in dicta societate esse pro æquali portione inter dictos socios diuidenda, fore confirmandam, secundam vero, quæ dictam primam sententiam reuocat infirmandam.

Prima enim sententia est valida, & iusta, & de
1 validitate†quidem constat ex reuolutione actorum, *Rota decis. 589. nu. 1. & 2. par. 1. recent. Caputaq. decis. 262. par. 2.* Iustitia vero deprehenditur ex probationibus coram primo Iudice factis, & præsertim
2 ex depositione † duorum testium qui benè probant dictam societatem, *cap. in omni negotio. extr. de test. l. iusiurandi.* C. *eodem.* iuncto maxime libro compu-
3 torum societatis, & calculo per † Nicolaum conscripto, *Rip. in l admonendi. num. 129. ff. si cert. pet. Socc. cons. 240. num. 6. lib. 2. Rota decis. 641. num. 5. par. 1. recent. Seraphin. 600. num. 1.* ex quibus plenè remanet verificata intentio Iacobi, & iustitia dictæ sententiæ.

Non obstat quod dicti testes sunt nulliter exami-
4 nati, eo quod non fuit † datus sufficiens terminus ad dandum interrogatoria, quia licet ex generali cõsuetudine, & stylo Curiæ deducto ex *glos. in cap. 2.*
5 *in verb. interrogatoria de testib. lib. 6.* parti † debeat dari dilatio ad dandum interrogatoria, tamen terminus dilationis dictus pendet à mero arbitrio Iudicis, qui attenta qualitate communi, & testium examinandorum modo breuiorem modo longiorem concedit.

Et in casu isto apparet ex reuolutione processus, quod Cursor retulit citasse Nicolaum die 30. Maij ad dicendum contra articulos, & dandum interrogatoria, quodq. Iudex commisit eadem die examen, & in contumaciam non dantis interrogatoria mandauit examinari testes sine interrogatorijs, nisi ad primam diem cum intimatione, quæ intimatio fuit facta cum expressione, quod testes examinabuntur die Sabbati, quæ erat dies 3. Iunij, & eadem die fuit
6 cæptum examen. Vnde pars † sibi imputet, quod non dedit interrogatoria, cum enim duo tantum testes examinandi essent, & ageretur de causa modici momenti, habuit sufficiens tempus ad dandum interrogatoria à die prima, siue secunda quo ipsi fuit facta intimatio vsque ad diem tertiam qua fuit cœptum examen.

Nec obstat quod intimatio non fuit reproducta
7 nisi eadem die tertia, quia satis † est quod fuerit reproducta ante examen, potest enim quandocumque reproduci, & sufficit quod reproducatur ante examen, quia reproducitur ad effectum tantum, vt Iu-
8 dex certioretur †de illius executione, & per consequens de sua iurisdictione, *Rota decis. 725. num. 5. part. 2. in recent.*

Vnde benè saluatur dictum examen à dicta nullitate, & in hanc partem potissimum inclinarũt Domini, quia de veritate depositionis dictorum testium constat etiam ex dicto libro & calculo, vt dictum est, & sic cessat præiudicium Nicolai.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana Spolij.

Lunæ 22. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 147. disponens vt possessio bonorum defuncti in suos hæredes continuata censeatur, quando habet locum, & tales hæredes eam possess-

possessione ab alio priuati fuerunt, an intret spoliũ & quid si ille tertius cœperit possessionem anteaquã filius adiuerit hæreditatem. Possessio, an detur casus, vt ipso iure continuetur in aliquem.

S V M M A R I V M.

1 *Constitutum possessionem probat contra constituentem.*
2 *Quod procedit, quando sumus in contractu valido, aliàs vero si sit inualidus.*
3 *Ratificatio quibus concurrentibus præsumatur.*
4 *Alienatio bonorum Ecclesiæ dicitur habere implicitum statum validitatis, etiam quod non constet de beneplacito Apostolico.*
5 *Constitutum etiam operatur ad effectum obtinendi manutentionem.*
6 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 147. continuat possessionem defuncti in filium.*
7 *Spolium intrat probatis illis duobus vulgatis extremis.*
8 *Statutum continuans possessionem defuncti patris in filios, cessat, quando ante aditam hæreditatem, quis cœpit possessionem.*
9 *Hæres suus non est opus, vt adeat hæreditatem cum in eum detur continuatio.*
10 *Possessio numquam continuatur ipso iure. L. cum miles. ff. ex quib. caus. maior. quo casu loquatur, num. 10.*
11 *Vsucapio continuatur, & perficitur hæreditate iacente.*

DECISIO DCLXXIII.

FVIT resolutum, si intrat Statutum lib. 1. cap. 147. intrare spolium, quia de possessione Io. Mariæ non potest dubitari ex constituto apposito ad suum fauorem in transactione inita cum societa-
1 te, quod quidem constitutum † possessionem probat contra constituentem *ex alleg. in decis. sanct. mem. Greg. 436. num. 1.* & quamuis hæc conclusio sit vera,
2 quando fuit appositum si in contractu valido, secus si in inualido, *Rot. decis. 224. num. 1. par. 2.* attamen cum inualiditas prætendatur, ex quo Custodes, qui transactionem fecerunt non haberent legitimum mandatum, attamen cum Io. Maria esset tãtum vsufructuarius, & mediante cessione scut. 800. fuit facta transactio, & ipse possedit ab anno 1588. vsque
3 ad obitum, ex tota ista serie facti satis videtur † inducta ratificatio societatis, quæ etsi passim non sunt admittenda, nihilominus in hac facti specie ex omnibus simul iunctis potest deduci ista coniectura, & quod beneplacitum Apostolicum non potest dubi-
4 tari quin † alienatio prædicta habeat implicitum statum validitatis etiam quod non constet de beneplacito, & quod constitutum saltim in hoc casu operetur insistentiam facti, quæ potest inseruire pro primo
5 † cum etiam operetur ad effectum manutentionis, vt sæpè dixit Rota ex quo fit, quod si intrat dictum
6 statutum de continuanda possessione † in hæredem Angelus cũ sit filius Io. Mariæ, vt probant testes potest petere reintegrationem, cum ex prædictis pro-
7 bet primum extremum, & † de secundo satis constat ex possessione capta per Confraternitatem maximè etiam cum concurrat sustentatio litis, *Caput. decis. 369. par. 9. san. mem. Greg. decis. 105. num. 3.*

Ex eo autem reseruarunt Domini videre, an in hoc casu sit locus d. statuto, quia statim defuncto Ioan. Maria societas cœpit possessionem, &
8 statutum de continuan. possessione in hæredem, non habet locum, quando ante aditam hæreditatem possessio à tertio fuit occupata *ex alleg. per Ant. Gabr. de acq. poss. conclus. vlt. num. 55. & Tiraq. in tractat. le mort saisit 5. part. declar. 3. num. 1 & seqq.* & sæpè dixit *Rota in decisionibus alleg. in causa Romana vineæ, & hospitij 13. Martij 1606. coram bo. mem. Penia.*

Et quamuis dicebatur hanc limitationem non
9 † procedere in suo hærede, quia aditione opus non habet, vt dicit *Gabr. cons. 36. num. 13. lib. 1.* & fuit opinio aliquorum antiquorum vt refert *gloss. in l. cũ miles 30. in prin. in verb. quasi coniunctim. ff. ex quibus caus. maiores*, quæ nihil determinat, tamen *Bart. ibidem in prin.* reprobat hanc opinionem &
10 dicit, † quod possessio nunquam continuatur ipso iure, & quod ille text. loquitur in vsucapione, quæ
11 † continuatur, & perficitur hæreditate iacente, vt conferuntur notata per *Cuman. in l. quæsitum n. 1. ff. de acq. poss.* de quibus suo tempore, agetur &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 22. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Hæreditatis aditio facta contemplatione diuersorum testamentorum quando valeat ad interpretationem consil. 103. Aretin. in consilia Anchar. Causa præiudicialis facit silere causam principaliter intentam, & quando id procedat, aliaque de quibus in summarijs.

S V M M A R I V M.

1 *Aditio hæreditatis facta intuitu diuersorum testamentorum valet, quando hæres certus est, quod ex vno potest esse hæres.*
2 *Angel. consil. 103. inter consil. Anchar. à pluribus eminentibus DD. secutus est.*
3 *Anchar. in consil. 157. & Aretin. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 18. ff. de verb. obligat. quo in casu loquantur.*
4 *Testamenti primi validitas pendet ab inualiditate secundi.*
5 *Hæreditatis petitione agens si opponatur, & priuatum esse hæreditate, debet interim silere causa petitionis hæreditatis.*
6 *Petitione hæreditatis agens, si moueatur quæstio libertatis, ea prius terminanda est.*
7 *Testamentum vnum quando non dicatur præiudiciale alteri, & num. 8.*
9 *Qualitas hæreditaria, vel non hæreditaria, quo casu non pendeat à futura declaratione validitatis primi testamenti, & num. 10.*
11 *Testamenti primi resolutio omnino tollit validitatem secundi non impugnati, & quando.*
12 *Validitas aditionis hæreditatis in quibus terminis firmari non possit.*
13 *Bonorum identitas quando, & ex quibus dicatur probata, & num. 14.*
15 *Mulier, si promiserit marito centum in dotem, & postea tradiderit fundum, ille fundus non est in dotem, sed centum.*
16 *pro Legitima admittitur retentio.*

17 Immissioni, quando non sit locus.
18 Incertitudo impedit, ne transferatur possessio.
19 Legitimæ detractionis casus, est summopere fauorabilis.
20 Possessionis inualiditate data, quis non potest dici legitimus contradictor ad impediendam immissionem.

DECISIO DCLXXIV.

RESOLUTUM fuit standū esse in decisis 6. Febr. præteriti, * quia aditio Hieronymi pro hæreditate Paulæ matris est indubitata, & identitas bonorum bene probatur, nec aliquid venit detrahendum, ex quibus immissio denegari non potest.

Placuit enim Dominis rationibus de nouo ponderatis opinio Angeli, aditionem sustineri ex pluri-
1 bus † testamentis, quando scilicet hæres certus est, quod ex vno potest esse hæres, de qua in eius *cons.* 203. *in* 1. *dubio inter cons.* Anchar. & inter propria *cons.* 183. *ac in l. eum qui in princip. ff. de acquir. hæredit.* vbi quod ita obtinuit Paduæ, & consil. apud
2 Anchar. est subscriptum † per alios sex eius temporis eminentes Doctores, & vltra relatos in prima decisione eamdem opinionem sequuti sunt *Dec. in cons.* 14. *num.* 4. *vers. & ita patet, Felin. in cap. cum super num.* 11. *de offic. deleg. & in cap. pastoralis, nu.* 7. *de rescript. Dilect. de arte testandi tit.* 11. *caut.* 11. *Add. ad Bart. ad l. eum qui.* Quibus non obstant tenentes contra opinionem Angeli iam relati in alia decisione, & qui nunc adduntur, nempe idem *Anchar. cons* 357. *& Aretin. in l. qui Romæ. §. duo fratres num.* 18. *vers. tertio adducit. ff. de verb. oblig.* quia si bene eorum rationes de nouo ponderantur
3 † loquuntur in terminis *d. l. eum* qui quando scilicet impugnatur secūdum testamentum, nam ex hac impugnatione remanet dubia validitas primi, quod censetur per secundum reuocatum, vnde nō mirum
4 si dum pendet disputatio articuli præiudicialis † super inualiditate secundi à quo pendet non reuocatio primi, firmari non possit aditio secundum terminos dictæ *l. eum* qui, & est regulare quod pendente cognitione articuli præiudicialis, debet silere causa
5 principalis, nam si quis agat † petitione hæreditatis, & opponatur esse priuatum hæreditate interim silere causa petitionis hæreditatis, *l.* 1. *C. si quis aliquem testam. probib* & similiter agenti petitione
6 hæreditatis si moueatur quæstio libertatis, † illa prius venit terminanda, prout prædicta, & alia similia exempla ponit, *Grau cons.* 280 *in princ. & sequen.* & latius hunc articulum prosequitur *Menoch.*
7 *cons.* 301. *num.* 27. *vol.* 4. verum † hæc præiudicialitas in præsenti casu nō cadit, quia Hieronymus egit ex primo testamento, Nicolaus, & Augustinus ex-
8 ceperunt de secundo testamento, & illud produxerunt, † ac interrogarunt an ex secundo velit esse hæres, & respondit, alias se adiuisse hæreditatem Paulæ communis matris vigore testamenti per eandem Paulam conditi per acta Roscioli de anno 1605. qua tenus illud testamentum, quouis modo, & qualitercumque valeat, seu valere poterit, quatenus vero illud non valeat, quod non credit vigore alterius prætensi testamenti rogati per acta Pasquetti, seu vigore cuiusuis alterius dispositionis eiusdē Paulæ per acta cuiusuis alterius Notarij quomodolibet factæ in fauorem, & hanc declarationem fecit inhærendo dictæ aditioni, & declarationi alias factæ, ex quibus verbis patet Hieronymum voluisse esse hæredem si-
9 ue ex primo, siue ex secundo testamento, nec † qualitatem hæreditariam, vel non hæreditariam pendere à futura declaratione validitatis primi testamenti, atque ita in terminis, *l. eum qui* dum impugna-
10 tur secundum, potest contingere non † esse hæredem ex primo, quia per secundum sit reuocatum, & sic per impugnationem secundi resoluatur titulus hæreditarius, sed in affirmatiua acceptatione, & primi quatenus valeat, & secūdi quatenus non valeat primum, semper Hieronymus est certus hæres, quia
11 † resolutio primi non tollit validitatem secundi non impugnati, & subsistentia primi conseruat titulum hæreditarium certum, & non sub dubio in personam Hieronymi, & ideo vis non est in responsione con-
12 ditionali, † sed in conditione quæ possit importare resolutionem tituli hæreditarij, quo dubio pendente, rectè aditio firmari non potest secundum terminos *d. l. eum qui.*

Quoad bonorum identitatem dicebatur in prima decisione illam probare de tempore mortis Paulæ
13 † respectu quatuor domorum, seu habitationum, nempe eius, in qua Paula habitabat cum suis membris, & pertinentijs, & alterius de medio nuncupatæ, & locatæ Constantino Marchetto, & Hospitij del Fico, & domus inhabitatæ per Augustinum fratrem dicti Hieronymi.

Non obstat, quod ex instrumentis per Nicolaum, & Augustinum de nouo productis appareat Hospitium del Fico non esse de bonis hæreditarijs Paulæ,
14 sed suorum filiorum, pro quibus illud † tutorio nomine emit, quia per Hieronymum non controuertitur, sed respondetur idem fuisse datum per eosdem filios in solutum Paulæ de anno 1591. pro legato scut. 400. in auro factum per Peregrinum eius virum, & patrem dd. filiorum, & quamuis in eodem instrumento reseruata fuerint iura reuersionis legati in casu quo eadem Paula transijsset ad secūdas nuptias iuxta formam testamenti eiusdem Peregrini, ad quas
15 præsupponitur Paulam transijsse, attamen domus, quæ iam transijt in venditionem pro pretio ad scut. 400. *l. si prædium. C. de euict. l. eleganter in princ. vbi glos. ff. de pignor. act. Becc. cons.* 42. *num.* 5. non est restituenda, sed quantitas pro legato recepta.

Demum nec etiam detractiones obstant, quia tre-
16 bellianica non debetur, & legitima † quatenus prætendatur admittitur retentio, vt in prima decisione fuit firmatum.

Non obstat quod Nicolaus sit contentus legato mobilium & pensionis domus loco legitimæ & possessionem legati propria auctoritate acceperit, vt
17 propterea cessare debeat † immissio respectu domus, cuius pensiones fuerunt legatæ, quia immissio non erit incompatibilis respectu proprietatis quoad Hieronymum, & quoad vsumfructum respectu Nicolai erit salua eius possessio.

Similiter neq; obstat exceptio detractionis quarti dotalis, quia cum sit incertum ratione loci pro-
18 pter incertam domorum † æstimationem propria auctoritate impedienti nullius partis possessio ei acquiritur *Bart. in l.* 2. *num.* 3. *C. quand. & quib. quarta pars, Menoch. de adipiscen. remed.* 1. *nu.* 643. *Gabr. tit. de legitima conclus.* 4. qui loquuntur in
19 exceptione detractionis † legitimæ, quæ est casus magis fauorabilis, data autem possessione inualida, non potest quis effici legitimus contradictor ad impediendam

20 pediendam †immissionem, *Menoch. de adipisc. remed. 1. num.107. Gabr. tit. de fideic. concl.5. num.2.* quod etiam fuit firmatum *in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 24. Nouembris 1621. coram me.* Et ita &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 6. Februarij 1636. est supra in hoc Tomo decisio 637.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana de Mazzátostis.

Lunæ 22. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Donans omnia bona sua præsentia, & futura alicui, & insuper pro dictæ donationis validitate obligans bona præsentia, & futura, ac promittens non contrauenire d. instrumento donationis, & pariter in hoc casu obligans bona præsentia, & futura, si accidat, vt ille alia bona acquirat, & purè cum traditione possessionis aliam donationem de bonis præsentibus, & futuris faciat alteri, quibus stantibus dubitatur, an bona medio tempore quæsita veniant sub hypoteca primæ donationis ad effectum scilicet prælationis, & responsio est affirmatiua, & quare id habes ventilatum in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ad bona futura intelligitur quatenus bona acquirantur.*
2 *Obligatio ad bona futura conualescit, quando bona acquiruntur.*
3 *Hypoteca generalis cōprehendit etiā bona futura.*
4 *L. qui balneum §. Titia. ff. qui pot. in pign. habeant. quid disponat. & num.5.*
6 *Fulgos. in l. qui balneum. §. Titia. ff. qui pot. in pign. hab. reijcitur, & respondetur. num.39.*
7 *Bona hypotecata si alienentur, transeunt cum sua causa.*
8 *Bero. consil.46 num.15. lib.1. in quo casu loquatur.*
10 *Dolo malo, ea quæ fiunt, non releuant, nec præiudicant tertio.*
11 *Hypoteca, etiam generalis anterior præfertur hypotecæ speciali.*
12 *Creditor prior, & antiquior præfertur posteriori creditori.*
Dispositio, quando est sub conditione casuali dicitur ius quæsitum, licet conditionaliter, & ideo adueniente conditione retrotrahitur, num.12.
13 *Alienatio rei hypotecatæ habet annexā suam causā.*
14 *Beneficium, si fuerit concessum, cum conditione, dummodo consensus alicuius accesserit, si deinde ante præstationem consensus, illud fuerit concessum alteri simpliciter, tunc iste vltimus est potior, licet postea accesserit consensus illius,*
15 *Quia iste consensus non trahitur retro in præiudicium illius, qui medio tempore ius quæsiuit, & num.21. & 22.*
16 *Cap. si pro te. de rescript. in 6. & in Clem. 1. de conceß. præbend. in quibus loquantur terminis, & num.17.*
18 *Conditiones potestatiuæ non retrotrahuntur.*
29 *in Conditionibus potestatiuis, quamobrem non admittatur retrotractio.*
20 *Conditio, quando est casualis, cum hoc casu dicatur ius quæsitum, quāmuis conditionaliter, ideoq. veniente conditione retrotrahitur.*
23 *Neguſ. de pign. par.5. memb.2. nu.40. & Magon. decis.21. num.13. & alij in quibus terminis loquantur.*
24 *Constitutum conditionale non retrotrahitur purificata conditione, quando medio tempore fuit facta realis traditio alteri, & num.25. & 27.*
26 *Hypoteca semper sequitur rem.*
28 *Hyoteca conditionalis conditione causali, vel mixta retrotrahitur ad diem contractus.*
29 *L. qui balneum. §. Titia. qui pot. in pig. hab. qualis non sit verus intellectus.*
30 *Bart. in l. qui balneum. §. Titia. ff. qui pot. in pig. hab. in positione casus declaratur.*
31 *per Dominium subsequens tunc demum confirmatur pignus à principio inualidum, si in bonis debitoris tempore confirmationis inueniatur, & n.32.*
33 *Bald. in l. qui balneum. §. Titia. ff. qui pot. in pign. hab. declaratur, & num.34 35.*
36 *Dominium superueniēs debitori, qui obligauit rem bona fide creditori sub casu, vel conditione de futuro, quando confirmet pignus.*
37 *Verba illa, sub casu, vel conditione, qualiter sint intelligenda.*
38 *Hypoteca, quando conualescit retinet suum locum primum.*
39 *Pignus in re aliena contractum, vt validè confirmetur quid requiratur.*
40 *Solutione facta primo creditori, ita demum pignus secundi creditori confirmatur, cum res pignorata in bonis debitoris reperitur.*
41 *Ripa in l. priuilegia num. 42. ff. de priuileg. credit. Asin. de execut. §.7. cap.33. & alij hic allegati in quibus terminis sint intelligendi.*
42 *Doctores sunt intelligendi secundum iura ab eis allegata.*
43 *in Legatis sicuti attenditur tempus existentis conditionis, ita, & in donationibus causa mortis.*
44 *Constant. Roger. de potestat. §. 3. num.49. quo casu loquatur, & num.45.*
46 *Donatio, quod sit pura, & inter viues, & non causa mortis, ex quibus optimè saluetur.*
47 *Mortis causa, si quis donet, non tamen est dicenda causa mortis donatio, quando exprimitur quod sit inter viuos.*
48 *Quod maximè procedit, quando fuit promissum non contrauenire donationi.*
49 *in Obligatione censetur repetitum id, quod est expressum in contractu principali.*
50 *Hypotecæ exercitium, quod fuerit suspensum, & quod fuerit suspensa ipsa hypoteca, ista sunt inter se diuersa.*

DECISIO DCLXXV.

IVLIVS Mazzatostus sub conditione si decesserit sine filijs donauit omnia bona sua præsentia, & futura Carolo de Castro, pro cuius donationis validitate obligauit bona præsentia, & futura, ac promisit non contrauenire d. Instrumento donationis, & pariter etiam in hoc casu obligauit bona præsentia & futura.

Postmodum verò acquisiuit alia bona, & purè cū traditione possessionis aliam donationem de bonis præsentibus & futuris fecit bon. mem. R.P.D. Bonauenturæ; vnde fuit dubitatum an dicta bona medio

dio tempore quæsita veniant sub hypoteca prima
donationis ad effectum, de quo agitur, scilicet præ-
lationis, & bis affirmatiuè fuit resolutum *coram*
Reuerẽdiss. D. meo Patriarcha Hierosolymitano vi-
delicet 27. Iunij 1622. & 23. Ianuarij 1623.**
Quæ sententia hodie per me reproposito dubio
tertia vice placuit Dominis ex duplici fundamento.
1 Primo, quia & si obligatio † ad bona futura intelli-
gatur sub conditione, si acquirantur *l. si fundus. §.*
aliena. ff. de pign. Bero. cons. 46. num. 12. lib. 1. Ta-
2 men post acquisitionem factam † per Iulium conua-
luit pignus Caroli de Castro *Bart. in l. licet num. 20.*
C. qui pot. in pign. hab. Bald. in l. hac edictali. §. is
illud. C. de secund. nupt. Ad effectum enim hypote-
cæ generalis, quæ comprehendit etiam bona futura
3 sufficit † quod res aliquando fuerit in dominio do-
nantis, siue de tempore contractus, siue post *l. & quæ*
non dum §. 1. ff. de pign. Bart. in l. rem alienam. nu-
mer. 5. vers. si vero ex generali. ff. de pignorat. act.
Negus. de pign. 8. par. 3. memb. num. 6. & in puncto
videtur text. expressus qui in contrarium allegatur
in l. qui balneum. §. Titia. ff. qui pot. in pign. hab.
4 Vbi inquit Africanus, quod Titia † prædium alienũ
pignori dedit, post Meuio, deinde Domina eiusdem
pignoris facta marito in dotem æstimatum dedit, si
Titio soluta sit pecunia non ideo magis Meuij pi-
gnus conualescere placebat, tunc enim priore de-
misso sequentis pignus confirmatur, cum res in bo-
nis debitoris inueniatur, in proposito autem mari-
tus emptoris loco est, atque ideo quia neque tunc
cum Meuio obligaretur, neque cum Titio soluere-
tur in bonis mulieris fuerit, nullum tempus inueni-
ri, quo Meuij pignus conualescere possit, hactenus
Africanus qui claris verbis concedit pignus post ac-
5 quisitionem bonorum ad fauorem † Titij conualuis-
se, & nil mirum si nunquam ad fauorem Meuij con-
ualuit, quia dum bona obligauit ad fauorem Meuij
bona non erant in bonis Titiæ, quæ obligationem
fecerat, dum vero soluit Titio qui habebat priorem
hypotecam, bona erant alienata, & sic nullum tem-
pus inuenitur quo pignus Meuij conualescere pos-
sit, quæ est ratio decisionis tex. quia non inde sequi-
tur quod etiam si tempore cõtractus fuisset pignus
in bonis debitoris id fuisset obligatum, cum adesset
6 Titius anterior Meuio, † quicquid dicat *Fulgos. in*
d. §. Titia, cum pignus non esset tale vt ex eo vtri-
que posset satisfieri, semper enim requiritur quod in
bonis debitoris reperiatur pignus in tempore, in
quo potuerit conualescere: & ideò text. dicit de
vtroque tempore, quia eo casu nullo tempore respe-
ctu hypotecæ Meuij fuit in bonis debitoris, & ideo
illius hypoteca nunquam conualuit, qui non est ca-
sus noster, sed casus Titij qui habebat priorem hy-
potecam, quæ statim facta acquisitione conualuit,
7 & licet postea fuerint alienata, † tamen transeunt, cũ
sua causa, scilicet affecta hypoteca, cum alienatio de-
bitoris non possit facere conditionem creditoris de-
teriorem *l. debitorem. C. de pign. l. res pignoris. C. de*
remiss. pign. eleganter *Gabr. cons. 141. num. 8. lib. 1.*
& in nostris terminis dicit etiam *Bero. cons. 46. nu-*
mer. 15. iuncto nu. 7. & 8. Ex quibus numeris col-
8 ligitur † quod loquitur in casu nostro *lib. 1.* & ita in-
telligit hunc *tex. Cuiac. in comment. ad Africanum*
tract. 8. exponendo illam legem *fol. mihi 1171.* in-
quit enim quod non est quærenda alia ratio quam
quæ ab Africano redditur, nullum scilicet tempus
inueniri posse quo pignus datum Meuio valuerit, aut
conualuerit, non valuit quo tempore contractum
est, nec conualuit quo tempore dimissus est Titius
quia, & hoc, & illo tempore res fuit aliena, Ratio
est sumpta ab enumeratione partium, quia certè ve-
9 rius est, nec medio tempore † cõualuisse pignus Me-
uij, quia ei obstabat Titius qui eum præcedebat, nec
poterat vtrumque pignus implere, ac proinde infir-
mum erat Meuii pignus ex duabus causis, quod res
aliena erat, & quod Titius prior erat, quarum vna
tantum efficit quantum altera, ex vna quidem causa
conualuit pignus medio tempore dominio acquisito
mulieri, altera non conualuit quia medio tempore
dimissus Titius non est, sed quo ad extimationem
demum aut venditionem rei in maritum factam, nul-
lo igitur tempore plenè conualuit, & ideo nec agi-
tur hypotecaria in maritum ignorantem, in scien-
10 tem agit, quia † id egit dolo malo cum muliere, vt
res æstimaretur fraudandi Meuij causa, quæ sunt vlti-
ma verba text. quæ non faciunt ad casum nostrum,
& subsequitur Cuiac. quod cum Accurs. hæc non
perciperet, multa commiscet in hunc §.

Hinc sequitur quod cum hypoteca ad fauorem
11 Caroli conualuerit, etiam quod sit generalis, † cum
sit anterior, præferatur hypotecæ speciali Bonauẽ-
turæ *l. si generaliter. C. qui pot. in pign. hab. l. vlt.*
C. quæ res pign. oblig. poss. l. qui generaliter. l. potior.
ff. qui pot. in pign. hab. Et hæc conclusio procedit
etiam quod Carolo sub cõditione bona fuerint obli-
gata, cum postea fuerint obligata Bonauenturæ. Nã
adueniente conditione prout euenit, in casu isto re-
trotrahitur obligatio ad initium conuentionis hypo-
tecæ, cum conditio sit casualis, non autem potesta-
12 tiua, itaut dictus Carolus † inueniatur prior, & an-
tiquior creditor, ac præferatur Bonauenturæ poste-
riori creditori puro, ex dispositione *d. l. qui balneũ.*
§. Titia, & l. potior. §. videamus. ff. qui pot. in pign.
hab. Quando enim dispositio est sub conditione ca-
suali dicitur ius quæsitum, licet conditionaliter, &
ideo adueniente conditione retrotrahitur, & primus
ille creditor præfertur secundo posteriori, vt in præ-
citatis iuribus, quæ in puncto allegat *Menoch. cons.*
852. num. 38. in fin. vers. ratio differentiæ. Et nil mi-
rum cum nulla detur inhabilitas extremi à quo, quia
inhabilitas solum consideratur quando persona vel
res perijt, aut fuit interempta, nõ quando non est in
13 bonis debitoris facto suo qui illã alienauit, † cũ alie-
natio habeat suam causam annexam; videlicet hy-
potecam anteriorem *l. debitorem. C. de pign. l. res pi-*
gnoris. C. de remiss. pign. Et ita habilitatem ex-
tremi declarat *Negusan. de pign. memb. 2. 5. part.*
num. 41. & hanc sententiam *ex text. in d. l. qui bal-*
neum, §. Titia in d. l. potior. §. videamus tenent fe-
rè omnes infascripti DD. videlicet *Bart. in l. si quis*
pro emptore, nu. 46. & 47. ff. de vsucap. & ibidem
Ias. num. 311. idem etiam *Bart. Angel. Alex. & re-*
liqui in l. filius. de verb. oblig. Din. cons. 4. quem se-
quitur *Io. Andr. in addit. ad Specular. in tit. de teste.*
§. nunc. tractemus, vers. 18. in addit. magna Alberic.
in d. l. potior per tot. ff. qui pot. in pign. hab. & ibi-
dem *Fulgos. num. 2. Soccin. sen. cons. 41. nu. 19. lib. 4.*
Gabr. cons. 141. num. 8. lib. 1. iterum *Alberic. in d. l.*
qui balneum. §. Titia, ibi in bonis mulieris fuerit,
& Fulgos. num. 1. & 5. Oldrad. cons. 114. num. 4.
Paris. cons. 11. num. 83. & seqq. lib. 1. Alciat. respons.
131. numer. 4. eleganter *Menoch.* qui ponit ra-
tionem

tionem diuersitatis inter cõditionem potestatiuam,
& casualem in *d.cons.851.num.37. & 38. Rebuff.in*
tract. de constit.reddit.tit.1.gloss.8.num.9.Roderi-
cus Suarez in l.post rem iudicatam in declaratione
legis regni limit.7. num.4. ad fin. Guttierez alleg.4.
num.16. Negusan. de pign. memb.2. par.5. num.12.
Mantic. de tacit. & ambig. lib.11. tit.23. num.19. &
lib.14. tit.46. nu. 19. & de communi testatur *Bero.*
cons.46. n.15. & seqq.lib.1. cum infinitis qui possent
allegari, & hanc etiam sententiam tenuit *Rota apud*
Mobed.decis.1.de pign. & alias etiam tenuisse testa-
tur *Mantic.* locis citatis, & bis in hac causa in præ-
dictis duabus *decisi. coram Reuerendiss. D.meo Pa-*
triarcha Hierosolymitano, & prius *coram* R.P.D.
meo Verospio 25. *Iunij* 1617.*

Neq; est verum quod huic opinioni videatur re-
sistere *tex.in cap. si pro te de rescript. in 6. & in*
Clem.1. de concess. præben. vbi si concessum fuerit
14 beneficium, si alicuius† consensus accesserit, dein-
de ante præstationem consensus illud alteri fuerit
concessum simpliciter, iste vltimus est potior, quam-
uis postea superuenisset consensus illius tertij, quia
iste consensus non trahitur retro in præiudicium il-
15 lius† qui medio tempore ius quæsiuit, prout dicta
iura ponderat *Giouagnonius modernus I.C. Bono-*
nien. in cons.35. num.30. & cons.98. num.11.vers.
& pro hac opinione, vbi conatur etiam probare *nu-*
mer.25. & 27. quod hæc sententia habeat multos
contradictores. Nam huic motiuo fuit respon-
sum nullatenus prædicta iura officere, quia ibi
non agitur de conditione casuali prout in casu no-
16 stro, †sed de conditione potestatiua, quæ licet de-
pendeat à voluntate tertij, non tamen trahitur re-
tro ad tempus concessionis actus, sed vires assumit
tantum tempore quo adest conditio, quæ cum non
17 dependeat † neque à Papa, neque à prouiso, sed à
tertio, absque iniuria primi medio tempore Papa
conferre potuit *Io. Andr.in d. cap. si pro te, num.3.*
Io.Monachus num.2. Geminian.num.5. Franc.n.3.
Anchar. num.1. Gugliel. de Monte Lauduno col.1.
vers.vnde hæc conditio. At secus est in conditione
mixta vel casuali qualis est ista vt dicunt DD. præ-
citati, & in terminis *d.Clem.1.conditio erat mere*
potestatiua à voluntate prouisi, cum Papa prouide-
rit cum conditione nisi beneficium minoris valo-
ris duxerit acceptandum. Vnde ante declaratio-
nem potuit Episcopus vtrumque beneficium con-
18 ferre, † quia illa conditio potestatiua non retrotra-
hitur *Vitalis in d.Clem.nu.4.Cardin. num.9. vers.*
secundo oppono. Anchar.num.21.Abb. col.1. Io. de
Imola num.3.& seqq. Et ratio est quia quando con-
ditio est potestatiua nullum ius dicitur parti acqui-
sitũ, ex quo pendet à voluntate alicuius quod actus
19 †perficiatur, non enim ante impletam conditionem
contractus dicitur initus, sed ineundus, & ob id non
trahitur retro, at secus est quando conditio est ca-
sualis, quia hoc casu dicitur ius quæsitum licet con-
20 ditionaliter, † & ideo veniente conditione retro-
trahitur, & ille prior creditor præfertur secundo po-
steriori, prout est casus noster, vt post *Io.de Ligna-*
no, Paul.de Eleazaris, Io.de Fantuccio, Gemin. &
alios, distinguit *Menoch d.cons.852.num.39.cum*
pluribus seqq. & optimè *Soccin. sen. in cons.41. in*
princ.lib.4.

Alia etiam fuit per Dominos data responsio vi-
delicet quod etiam si conditio de qua in iuribus illis
fuisset casualis, vel mixta ad effectum acquisitionis
21 dominij gratia prima †ad fauorem secundi faciendo
illi collationem puram potuit reuocari, itaut domi-
nium acquiratur secundo *l.quoties de rei vendicat.*
Bart.in l. si quis ius iurandum num.1.C.de reb.cre-
dit. Afflict.in cap.1. mihi nu.31. de Vassal. qui con-
tra constit. Lotar. & latè *Menoch. cons.388.nu.34.*
lib.4. Surd. cons.382. num.79. & 80. lib.3. Quod
etiam fuit admissum in hac causa ad effectũ acqui-
22 sitionis dominij per † Bonauenturam, cui simplici-
ter fuit facta donatio cum traditione possessionis vt
in *deciss. sub die 28. Aprilis 1617. & 7. Maij 1618.*
coram R.P.D. meo Verospio. At secus est respectu
hypotecæ, quæ non poterat considerari in casibus
prædictorum iurium, quæ quidem hypoteca semper
sequitur rem quæ dicitur transire cum sua causa, vt
supra probatum est, & eleganter distinguit *Gabr.d.*
cons.141.num.8. lib.1.

Ad DD. vero allegatos per Giouagnon. fuit re-
sponsum quod aliqui loquuntur quando extremum
à quo non reperitur habile, quod non est in casu no-
23 stro cum sit habile vt supra probatum est. †Et ita
loquitur *Negus. de pign. d.par.5. memb.2. nu.40. &*
41. Magon.decis.Florent.21.num.13 Tiraquell.de
iur.constit. ampliat.17. nu.6. & in hunc sensum lo-
quitur *Surd.in cons.43. num.40. & 41. lib.2.* dum
agit de restitutione facta à Principe, *& in cons.382.*
nu. 79. & 80. dum loquitur respectu dominij. Alij
24 vero DD. dicunt quod constitutum † conditionale
non retrotrahitur purificata conditione, quando
medio tempore fuit facta realis traditio alteri, quod
est verum cum de possessione, & dominio tractatur,
ea ratione, quia donatio præcedens cõditionalis im-
pedire nequit quin dominium, & possessio in alium
transferatur, ideo is in quem antea translata sunt
25 sit potior, quasi is qui donauit efficere possit † ne
dominium, & possessio primo donatario acquiratur,
illam in alium ante purificatam conditionem trans-
ferendo vt in *d.l.quoties. C. de rei vendic.* quia puri-
ficato constituto extrema non sunt amplius habilia.
At secus est respectu hypotecæ cũ extrema sint ha-
26. bilia, cum hypoteca semper sequatur rem, † vt su-
pra dictum est, & ita respondet *Gabr. d. cons.141.*
num.8 lib.1. & in istis terminis qui non faciunt ad
propositum loquuntur DD. allegati per *Giouagnon.*
nempe *Signorol.cons.217.num.1.Dec.cons.247. nu-*
mer.3. vers. non obstat quod supra dictum, & in
l.contractus 23. num.22. vers.sexto limitatur. ff.de
reg.iur. Rip.cons.8. tit. de donat. & ad Trebell. fol.
mihi 76. Gozadin.cons.58. num.37.et 38. Grat.con-
sil.69.num.11.Mandell.cons.103.lib.1. Monterent.
ad Statut.Bononiæ tit. de pacto prat.§.ita demum
vers.solutio in fin. Tiraquell. de iure constit. am-
pliat. 17. num.5. et seqq. Onded. cons.18. num.67.
vol.2. Marcambr. cons.31. per tot.

Non obstat quod in omnem euentum prædicta
possent procedere si hypotheca fuisset purificata an-
te alienationem, vel fuisset ab initio pura, secus au-
27 tem quando purificatur post alienationem, † quia
isto casu nulla adest lex, aut Doctor qui hoc dicant,
imo multi DD. tenent expressè contrarium, vt dicit
Giouagnion.d.cons.35.num.33.quod tuetur cons.98.
sed certè ex prædictis apparet de contrario, quia
verissima est conclusio, quod hypotheca conditiona-
28 lis conditione casuali, † vel mixta retrotrahitur ad
diem contractus, vt supra probatum est, quod habet

etiam

etiam locum quando bona futura fuerunt obligata, si postea acquirantur, & potest considerari tempus quo bona sint affecta, vt etiam supra probatum est, ex *text.in d.l.qui balneum, §.Titia*, supra inductum quem DD. supra citati passim allegant ad probandam prædictam conclusionem, vt habeat hunc intellectum: Et propterea ex eo non potest firmari cõclusio, quod ad hunc effectum requiratur, quod bo-
29 na sint in bonis, vel de tempore contractus, † vel de tempore purificatæ conditionis, quia iste non est verus intellectus istius text. vt supra ex Cuiac. probatum est, sed sufficit quod aliquando pignus conualuerit, prout in casu nostro, quo statim acquisitis bonis conualuit, vt iam dictum est.

Nec DD. per ipsum Giouagnion. allegati contra-
30 rium dicunt, nam *Bart.* quem primo allegat † in *d.l.qui balneum, §.Titia, in princ.* ponens casum ibi. Primo obligaui Titio rem alienam, secundo obligaui etiam Caio, tertio emi rem alienam, quarto illam rem Sempronio vendidi, & pretium solui primò creditori, quamuis dicat, quod secundus non potest auocare à primo possessore, quia nunquam fuit illa res sibi obligata, quod est verissimum, & nõ negatur, non tamen dicit quod non cõnualuerit hypotheca Titij, cui res fuit primo obligata, itaut si non fuisset satisfactus non potuisset agere contra pignus, quod admittit text. vt supra ponderatum fuit, & bene facit Angel. in contrarium per Giouagnion. allegatus, qui ponit vtrumque casum videlicet Titij primi, & Meuij secundi creditoris in Summario legis, casum Titij ponit hoc modo. *Conditio existens retrotrabitur si babet extrema habilia*, & infra ponit casum Meuij ibi. Secundo, *nota regulam aureã*
31 *huius §.quod tunc † demum per subsequens dominium confirmatur pignus à principio inualidum si in bonis debitoris tempore confirmationis inueniatur.* Ergo non sufficit sola acquisitio dominij, nisi perseueret tempore confirmationis, quia tempore quo
32 fuit † confirmatum pignus Meuij per solutionem factam Titio pignus non erat amplius in bonis, secus si fuisset in bonis, prout in casu nostro.

Ad doctrinã *Bald.* in qua *Giouagnion.* facit maximum fundamentum in *d.§.Titia* in lectura antiqua. Respondetur, quod primo loco *Bald.* nihil aliud fa-
33 cit quam redigere † in summarium text. in facti contingentia, vt patet, ibi, in *§. Titia prædium.* In re quæ non est in bonis debitoris tempore contractus non tempore conditionis existentis, licet sit medio tempore non trahitur hypotheca, hactenus Bald. cuius sensus est dum dicit, si bona non repe-
34 riuntur in bonis tempore † conditionis existentis non trahitur hypotheca, licet medio tempore fuerint, quod si non reperiantur in bonis quando hypotheca conualescit, si non fuerint alienata in ter-
35 tium, qui est casus † d. *§. Titia*, quem in compendium redigit Bald. secundum quod propterea est intelligendus *Bart. in l. non solum liberationis verbo, nu.7. & ibi adden. ff. de liber. legat.* qui non est casus noster; Quia conualuit hypotheca Caroli de Castro statim quando bona fuerunt acquisita, & sic erant in bonis quando d. hypotheca conualuit, vt supra probatum est; Et in hunc sensum loquitur
36 in secunda lectura antiqua dum dicit. Nota † quod dominium superueniens debitori, qui obligauit rem bona fide creditori sub casu, vel conditione de futuro non confirmat pignus, nisi tempore confirmationis res sit in bonis debitoris, quia requiritur quædam habilitas tempore cõfirmationis: Verba enim
37 illa sub casu, vel conditione † debent intelligi secundum *tex. in d. §. Titia.* Videlicet si bona mea erunt, vel si Dominus consenserit, & sic Bald. explicando illum tex. loquitur sub casu, vel conditione de futuro, quæ respiciunt ipsum pignus, non autem res, & bona pro quibus conditionaliter fuit datum pignus, quia hoc casu sufficit, quod hypotheca
38 conualescat, † hoc est quod teneat primum locum, & non excludatur ab alio, quo casu etiam quod sit conditionalis conditione casuali, vel mixta purificata conditione retrahitur in præiudicium tertij, cui medio tempore fuit dominium quæsitum, vt supra est probatum.

Et ex prædictis tollitur facillimè dictum Fulgos. dum redigit in summ. §. Titia, ibi, Pignus in re aliena contractum non potest confirmari si tempore,
39 quo causa confirmationem † superuenit non fuerit in bonis debitoris, hoc est, quia cum pignus Meuij esset exclusum per anterius pignus Titij, cũ bona fuerint alienata, & postea satisfactum Titio, licet fuerit per talem satisfactionem Titij confirmatum primus Meuij, non tamen suffragatur, cum bona non essent amplius in bonis debitoris, quod clarè ipse Fulgos. declarat hoc modo *num. 1.* in loco in contrarium per Giouagnion. allegato dum di-
40 cit. Nota quod solutione † facta primo creditori, ita demum pignus secundi creditoris confirmatur cũ res pignorata in bonis debitoris inuenitur, quod ita verum puto, si tempore ipsius pignoris secundi res non fuerit in bonis debitoris.

Et secundum terminos *d.§.Titia* sunt intelligen-
41 di † *Ripa in l. priuilegia num. 42 ff. de priuileg. credit. Asin. de execut. §. 7. c. 33. Neguz. de pign. par. 5. memb. 2. num. 41. & Bursat. cons. 45. num. 17. lib. 1.* qui allegantur per Giougnon. qui omnes cum allegent text. in *d §.Titia*, iuxta illius terminos sunt in-
42 telligendi, † ex doctrina *Bart. in d. l. non solum, §. liberationis verbo sup. allegato.* Nec est curandum de *Grato cons. 69. num. 11. lib. 1.* quia loquitur in constituto, & huic obiectioni latè supra fuit satisfactum.

Non obstat tandem, quod ista videatur donatio causa mortis ex adductis per *Constan. Roger de*
43 *protestat. §. 3. num. 49.* & ideò † sicuti in legatis tempus existentis conditionis inspicitur, ita & in donationibus causa mortis, *Mantic. de tacit. & ambiguit. conuent. lib. 14. tit. 46. num. 11. & 12.* Quia
44 fuit responsum, quod † Rogerius ponit casum quando quis donat bona sua inter viuos post mortem suam, & dicit sensum esse quod denotat ex tũc inter viuos, ita tamen quod effectum, & executionem sortiatur post mortem suam, quæ dies mortis, cum certo sit exitura dicit hanc donationem esse puram, & dicit statim valere stipulationem, quo ad substantiam, licet secus quo ad effectum exactionis.
45 Et subdit secus esse si quis † donat purè inter viuos cum protestatione, quod habeat locum post mortem si decesserit sine filijs propter repugnantiam, quia primò dixit purè, & deindè si decesserit sine liberis, quæ repugnantia non potest saluari, & ideò dictum huius Doct. non officit in casu nostro. Quia Iulius donauit purè inter viuos, quatenus ipse Iulius moreretur sine filijs, & sic optimè salua-
46 tur ista † donatio, quod sit pura inter viuos, ad exclusio-

clusionem donationis causa mortis, quatenus tamen ipse Iulius moreretur sine filijs, non autem simpliciter puta, quia erat facta sub conditione quatenus moreretur sine filijs, *Alex. cons.14. num.1.*
47 *vers.& dicit Bart.lib.1.* vbi si dono post † mortem quamuis in dubio dicatur donatio causa mortis, tamen secus dicendum quando exprimitur, quod fit inter viuos, prout in casu nostro, & dicit *Alexan.*
48 hanc esse communem opinionem, maximè † cum fuerit promissum de non contraueniendo donationi, vt statim dicitur loco prædicto.

Secundum principale fundamentum decis. fuit, quia in Instrumento donationis factæ per Iulium Mazzatostum Carolo de Castro duæ sunt obligationes. Prima de qua supra dictum est. Secunda verò est de non contraueniendo dicto instrumento, & donationi, nec faciendo actum ipsi contrarium, & hæc obligatio, & promissio habet etiam suam particularem hypothecam, ibi. Pro quibus omnibus obligarunt sese, & bona, &c. Vnde Carolus loco damnorum, & interesse potest agere ad bona medio tempore quæsita, quia cadunt sub hipotheca ex supra ponderatis.
49 Neque obstat, quod in dicta † obligatione censeatur repetita condictio, de qua in donatione principali, ex *Castren. in cons. 225. in princip. vers. nam omnia verba par. 2.* quia hoc est verum ad effectum, quod donatio non teneret si condictio deficeret, non autem ad effectum, quod si fuisset contrauentum obligatio non censeretur pura, ita vt ex eo Carolus posset iuuari, vt per eundem *Castren. loco citato num.1.* ibi, Sicut enim ad hæredem defuncti transijsset onus soluendi si assignatio prædicta, vel solutio facta non fuisset, & condictio fuisset imple-
50 ta. Ita, & deficiente conditione debet ad hæredem eius transire emolumentum, & sic exercitium huius hypothecæ videbatur tantummodo suspensum, non autem ipsa hypotheca videbatur in hoc casu simpliciter conditionalis, vt innuit *Castr. loco allegato. Bellamer.cons.39.num.17.& 18.cum seqq.*

Et ita fuit conclusum causa bis proposita, ac maturè discussa, &c.

** Decisiones istæ duæ, quæ hic allegantur in hac eadem causa emanatæ coram bo. me. Reuerendiss. Manzanedo sub diebus 27. Iunij 1622. & 23. Ianuarij anni sequentis 1623. habentur supra in præcedenti Tomo, & sunt in ordine decisiones 419 & 450.*

** Decisio hic allegata in hac causa facta coram bo. me. Card. Verospio sen. sub die 23. Iunij 1617. est decisio 439. par. 4. recent. in qua parte etiam decisio 471. est in eadem causa.*

R. P. D. REMBOLDO.

Viterbien. Hæreditatis.

Mercur. 1. Iulij 1626.

ARGVMENTVM.

Succedenti ab intestato alicui, ad eum pertinent pecuniæ defuncti. Et aliqua adducuntur ad interpretationem Statuti Viterbien. sub rub.46. &c.

SVMMARIVM.

1 *Dos an possit grauari fideicommisso.*
2 *Bona defuncti sunt consignanda eius hæredi.*
3 *Testamentum, quando est nullum, locus est successioni ab intestato.*
4 *Statutum Viterbien. disponit, quod testamentum conditum à muliere sine consensu fratrum, sit ipso iure nullum.*
5 *Statutum Viterbien sub rub. 46. prohibet mulieribus habentibus filios, vel fratres relinquere viro suo vltra lib.25.*
6 *Et declaratur dictum statutum, quo ad extensionẽ ibi positam. & nu.7.*
8 *Sententia, si transitum fecerit in iudicatum, & maximè si sit a parte acceptata, exequenda venit.*

DECISIO DCLXXVI.

FVIT bis aliàs resolutum purificatum esse fideicommissum Curtij ad fauorem Liuiæ, seu monasterij ex persona dictæ Liuiæ, in quo illa monialis extitit, & mutato nomine Liuiæ assumpsit nomen Claudiæ, ac propterea eidem monasterio esse consignandas pecunias de quibus in sententia Iudicis primæ instantiæ. Verum quia fuit excitatum dubiũ cum ageretur de expeditione causæ quod per dictũ
1 Curtium † non potuit grauari dicto fideicommisso dos, quam dederat Victoriæ eius filiæ, quæ consistit in dictis pecunijs, Ideo tertio proposui causam super eisdem. Et Domini omissa discussione dicti dubij, an potuerit dicta dos dicto fideicommisso supponi, ex dicto fundamento steterunt in decisis, quod dictæ pecuniæ sint consignandæ Claudiæ siue Monasterio ex illius persona, quia scilicet dicta Claudia siue monasterium ex illius persona successit ab
2 intestato victoriæ sorori † ad cuius hæreditatem pertinent dictæ pecuniæ.

Non obstat quod Victoria prætenditur decessisse
3 condito testamento, † quia dictum prætensum testamentum est nullum, quia fuit conditum absque præsentia Felicis fratris dictæ Victoriæ, quo casu testamentum non sustinetur, ita disponente Statuto
4 † Ciuitatis Viterbij, quo cauetur, quod Testamentum conditum à muliere sine consensu fratrum ipso iure non teneat, vt in dicto Statuto, cuius copia data fuit Sum. Monasterij num. 9.

Et quatenus testamentum subsisteret, non teneret
5 tamen relictum in dicto testamento † Angelino eius viro, quia alio statuto, sub Rubr. 86. prohibentur mulieres habentes filios vel fratres relinquere viro suo vltra lib. 25.

Non obstat quod idem statutum permittere videtur quod possint etiam relinquere habitationem, &
6 vnam possessionem pro alimentis in vita, quia † statutum ibidem se restringit ad tempus quo non nupserit, ibi, toto tempore quo non nupserit, ac propterea cum Angelinus côuolauerit ad secundas nuptias non potest frui relicto; Et relictum vltra di-
7 ctum tempus non tenet, † ac per consequens factus est locus successioni ad fauorem dictæ Claudię, *Auth. C.de legitim. hæred. cum simil.* & sic locus est consignationi dictarum pecuniarum dictæ Claudiæ iuxta formam primæ sententiæ, quæ etiam transit in iudi-
8 catum † & fuit ab ipso Angelino aliàs acceptata, vt benè demonstratur per scribentem in facto pro Monasterio,

R E-

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Ariminen. Peconiaria.

Lunæ 16. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Pactum inter partes initum, vt seruetur, id omnino dicendum est, & verba in eo prolata censentur potius stare demonstratiuè, quàm taxatiuè, & potius causa differendæ, quã tollendæ obligationis. Verba adiecta non substantiæ promissionis, sed executioni temporis dilationem non autem cõditionem important.

SVMMARIVM.

1 *Pactum initum inter partes, & maxime si sit clarum, omnis æquitas postulat, vt seruetur.*

2 *Verba in dubio censentur potius posita ad demonstrandum, & declarandum, quàm ad taxãdum.*

3 *Tempus adiectum obligationi simplici, & momentaneæ censetur in dubio potius adiectum causa differendæ solutionis, non finiendæ obligationis.*

4 *Verba, si non sint adiecta substantiæ promissionis, sed executioni, proinde temporis tantum dilationẽ non autem conditionem important.*

6 *Conditio habetur pro impleta, si per partem aduersam stet, quominus impleatur.*

6 *Promissio si appareat erronea non venit attendenda.*

7 *Contractus dum non requirit scripturam, si fiat, dicendum est, factam fuisse ad maiorem probationem.*

8 *Conuentio facta inter aliquos, non praiudicat ei, qui habet interesse in eo negotio, & nequaquam in ea fuit vocatus.*

DECISIO DCLXXVII.

CVM Communitas Arimini indigeret grano pro seruitio Ciuitatis, rogauit D. Ioannem Gipponum Venetum mercatorem, vt quæreret, & transmitteret ad Ciuitatem Arimini staria 30. mil. grani, sed cum ipse hanc promissionem facere non posset, tamen se obtulit dictæ Communitati tractare cum DD. Costagutis partitũ prædictæ quantitatis grani, quod fuit quoad dicta staria 30 mill. nempe quindecim millia grani firimi, & 15. mil. grani respecti nuncupati, conclusum mediante opera, & industria dicti Gipponi, propter quod Angulantes, & Secundus procuratores dictæ Communitatis casu, quo partitũ effectuaretur in totũ sin minus pro parte, pro qua effectuaretur, promiserunt d. Gippono soluere prouisionem duorum pro centenario in fine consequutionis, vt in apoca dictæ promissionis, de qua in summario Gipponi num. 2. Vnde cum dictum partitum fuerit effectuatum, quoad staria 20. mill. causa mihi de consensu partium commissa, dubium hodie in Rota proposui, an dicta Gippono deberetur prouisio ad rationem duorum pro centenario pro dictis starijs 20. mill. grani, & Domini censuerunt deberi, & moti fuerunt ex eo, quod non possit de sindicorum probitate dubitari, ex quo constat de eorum mandato summ. Gipponi num. 1. & pactum conuentum inter dictos Sindicos & Gippo-
1 num † sit clarum, illud seruari debet *ad text. in cap. 1. cum vulg. de pact.*

Non obstat, quod in promissione dictæ prouisionis duorum pro centenario legantur hæc verba: *Al quale Signor Gippone promettiamo in nome di sopra rimetterli la sua prouisione di doi per cento, per il partito fatto in fine della consegna di detto fromento etc.* Quia visum fuit Dominis prædicta verba tan-
2 quam tempus solutionis denotantia, etiam † non sequuta frumenti consignatione, stare potius demonstratiuè, quàm conditionaliter *Card. Seraph. decis. 474. num. 4. Rot. decis. 114. num. 5. part. 1. recent.*
3 *et decis. 357. num. 4. par. 2. in eisdem*, & causa † differendæ non autem extinguendæ obligationis *ad tradita per Rotam decis. 11. num. 1. par. 2. diuers.* nec substantiæ promissionis, sed exequutioni adiecta
4 † fuisse, ac proinde solùm temporis dilationem non autem conditionem importare *Bart. in l. 1. num. 3. vers. instatur ergo. ff. de cond. & demonstr.* cum alijs per *Rotam decis. 91. num. 2. par. 2. rec.* Et quatenus verba dictæ prouisionis, ibi, *in fine della consegna*, starent conditionaliter, nihilominus conditio esset mixta partim dependens à Communitate, & partim à voluntate Costagutorum. Vnde cum culpa Communitatis, quæ potuit contra dictos Costagutos agere ad dictam consignationem frumenti, sin minus ad pœnã promissam loco illius defecerit di-
5 cta conditio, † illa debet haberi pro impleta, cum per ipsam Communitatem steterit, quin dicta consignatio non adimpleretur *Molina de Hispan. primog. lib. 2. cap. 13. num. 14. latè Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 138. num. 36.*

Minus obstat quod apoca dictæ promissionis legatur facta sub die 28. Septembris, instrumentum verò effectuationis partiti die 2. Octobris 1621. & sic post dictam promissionem, vnde videtur quod dicta pro-
6 missio sit erronea, quia ex hoc non sequitur, quod partitum per antea non fuerit conclusum, & quod etiam iam prius stabilita conuentio clarè demonstrant verba dictæ promissionis, ibi, *à conto del partito fermato*, ideo instrumentum postea factum, præcipuè cum versemur in contractu, qui de sui natura
7 scripturam non requirit, dicendum est ad † maiorem probationem in consequentia præcedentis conuentionis, & in illius exequutionem factum fuisse.

Vltimo non obstat quod dicta Communitas cum Costagutis nouam fecerit conuentionem, illisque remiserit pœnam promissam in defectum non consignationis dicti frumenti, quoniam vltra quod dicta remissio non fuit facta gratis, placuit responsio quod
8 dicta † conuentio non potuit Gippono, qui in ea non interuenit, præiudicare, *l. debitorum pactum C. de pact.* & latè comprobat *Surd. cons. 22. num. 28. & seqq. lib. 1.*

Et ita resolutum &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Nepesina Tutelæ.

Veneris 20. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Tutor non tenetur reddere rationem de non exactis, quando ipse non probatur fuisse in dolo, vel lata culpa in non exigendo. Positiones vt validè dicantur in actis exhibitæ per procuratorem, quid requiratur, & quid etiam sit necesse vt eisdem dicatur validè responsum per procuratorem, vt ex eis insurgat confessio præiudicialis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vt de re non exacta rationem reddere teneatur, quid requiratur.*
2 *Testes in diuerso iudicio examinati non probant contra eum, qui in ea causa non fuit citatus.*
3 *ad Positiones responsio, vt præiudicet, quid requiratur.*
4 *Positiones, quando dantur per procuratorem vt releuent, debet docere de specialissimo, & indiuiduo mandato ad sic, & sic ponendum.*
5 *Et insuper docere de mandato ad iurandum de veritate materiarum in actis specificatarum.*
6 *Positionibus, vt pars aduersa cogi possit respondere, quidnam sit necessarium.*
7 *Confessio emanata per responsionem ad positiones, effectus eius est, vt sit irreuocabilis.*
8 *Positionibus, vt procurator validè respondeat, requiritur specialissimum mandatum, ad sic respondendum in indiuiduo.*

DECISIO DCLXXVIII.

VISUM est Dominis, hæredes Emiliæ non teneri reddere Dominico illius filio rationem frumenti, de quo agitur, cum ex deductis non probatur frumẽtum prædictum fuisse exactum ab Emilia matre de tempore administrationis tutelæ, nec etiam doceatur, quod ipsa fuerit in dolo, vel lata culpa, quemadmodum saltem requireretur ad hoc
1 † vt ob tutelam administratam de re non exacta rationem reddere teneretur *ad l. nomina, & ibi glos. & Doct. l. C arbitr. tutel. Bart. in l. quod Nema sub num. 33. ff. deposit. Imol. cons. 75. num. 2. Socin. sen. cons. 2. num. 8. & seq. lib. 1. Fulgos. cons. 25. sub numer. 5. & fuit dictum in Bononien. redditionis rationis 22. Iunij 1609. coram Penia.*

Nec visa est sufficiens probatio deducta ex testibus in summ. Dominici num. 2. expresse deponentibus, quod frumentum peruenit ad manus Emiliæ, quoniam fuerunt examinati in iudicio moto contra
2 Plodium contutorem, nec † inde contra Emiliam non citatam possunt facere aliquem gradum probationis *cap. 2. & ibi glos. quinto admonendus & Doct. de testib. l. si quando. §. sed cum oportet in fin. C. eodem tit. latè Farinac. in tract. de testibus q. 72. cap. 1. num. 1. & seqq.*

Prout nec etiam vis fieri potest in confessione
3 Emiliæ respondentis † ad positiones eidem datas, quoniam non constat procuratorem, qui eos dedit
4 in actis assecurauisse, † quod essent veræ cum specialissimo, & indiuiduo mandato Dominici sui princi-
5 palis ad † ponendum materias in actis specificatas, & iurãdum de veritate earum, prout id necessarium
6 † est vt reus cogi possit ad illis respondendum *cap. præsentium de testib. in 6 glos. in l. vnic. in quinto soluere in fin. C. de confess. Bald. in cap. pertractandis num. 2. de iuram. calumn. Ias. in l. iudices nu. 7. C. de iud. & in l. possidere num. 24. ff. de acquir. pos-*
7 *sess.* atque vt responsio quatenus emanauerit † inducat cõfessionem irreuocabilem, quæ est effectus positionum, *Neuizan. cons. 7. num. 12.* cum alijs allegatis per *Rot. decis. 779. nu. 2. 3. & seqq. par. 2. recent.* sicut etiam huiusmodi mandatum specialissimum,
8 & in indiuiduo † ad sic respondendum positionibus datis requiritur in procuratore vt illius responsio admittatur, vt latè fuit dictum *in Prænestina bonorum 31. Ianuarij 1624. coram me.*

Et ita vtraque parte informante &c.

Infra habetur altera decisio sub die 6. Iunij 1627. coram eodem Merlino.

EMINENTISS. D. CARD. VIRILI.

Bononien. pretij Clericatus.

2. Decembris 1626.

ARGVMENTVM.

Confirmatur in præsenti decisione id, quod iam in hac eadem causa fuit resolutum, scilicet, quando pater aliquod officium emit pro filio, & maximè si sit notabilis summæ, non præsumitur illius pretium ei voluisse donare, nam aliàs faceret magnam inæqualitatem inter filios, quod non est præsumendũ, quodq; pariter procedit, licet in emptione officij pater non apposuerit decretum ad eius fauorem.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit probationem probatam.*
2 *Scriptura emanata post ius quæsitum alicui non suffragatur.*
3 *Scriptura priuata, quando est verisimilis, & adminiculata nocet etiam tertio.*
4 *Solutio præsumitur facta in vim præcedentis conuentionis.*
5 *Liberculus iustificat creditum patris cum filio.*
6 *Veritas arguitur ex multis simul iunctis.*
7 *Filiusfamilias, & maximè iuuenis de proprijs pecunijs non præsumitur emisse officium magni valoris, & num. 8.*
9 *Emisse quis aliquid censetur ex proprijs pecunijs, & num. 10.*
11 *Officia empta per patrem filio, non imputantur in legitimam, nec conferuntur, quoad æstimationem, dum non possunt vendi sine licentia Principis, limita num. 16.*
12 *à Principis voluntate, ea quæ pendent, impossibilia reputantur.*
13 *Pater emens officium pro filio, an censeatur ei donare pretium.*
14 *Pater non præsumitur velle donare pretium officij filio pro eo empti, quando est summa notabilis & facere magnam inæqualitatem inter filios.*
16 *à Principis voluntate ea, quæ pendent, non dicitur impossibile, quando solitus est, ea concedere.*
17 *Pater, si emerit officium pro filio, dato, vt illud postea vendatur, illius valor imputatur in legitimam, & confertur.*
18 *Pater emendo officium pro filio, si non apponat decretum ad sui fauorem, censetur illud donare filio, sed declara vt num. 19. 20.*
21 *Pater, licet emat officium pro filio absque decreto non præsumitur ex hoc voluisse illud filio donare dum protestatus fuit nolle donare, sed rehabere pretium à filio.*
22 *Instrumentum, quando non egeat recognitione.*
23 *Liberculus quamuis informis facit quale quale adminiculum.*
Testes nulliter examinati faciunt quale adminiculum, num. 23.
24 *Actorum transportatio non requiritur, dum causa est in prima instantia.*

DE-

DECISIO DCLXXIX.

ORTA lite inter Marchionem Franciscum, & Com. Alexandrum fratres occasione officij Clericatus Cameræ empti in personam D. Marchionis Francisci, duæ reperiuntur factæ decisiones à R.P.D. Pirouano, in quibus fuit dictum Com. Alexandrum posse se reualere super pretio dicti Clericatus, & desuper fuit lata sententia, vnde in gradu appellationis coram me fuit dubitatum, an sententia Rotalis esset confirmanda, & DD. affirmatiuè responderunt, nam non dubitarunt quod pretium Clericatus fuerit solutum per Com. Vlixem patrem de proprijs pecunijs ipsius patris, hoc enim probatur ex publico instrumento quietantiæ scut. 36. mil. auri stamparum facto sub die 24 Maij 1605. à DD. de Ceulis, qui Clericatum vendiderunt, & confessi fuerunt habuisse, & recepisse à Com. Vlixe præsente, ac soluisse asserente, & declarante de suis proprijs pecunijs per medium diuersorum bancorum nominatim expressorum, quod instrumentum facit
1 † probationem probatam, *l. cum precibus. C. de probat. l. interest, vbi Bald. in 2. not. C. de solut. Dec. in l. licet causam num. 105. de probat.*

2 Nec facit quod ista quietantia emanauerit † post resignationem dominij admissã, & sic post ius quæsitum Marchioni Francisco non suffragetur, *Bart. in l. facta. §. si hæres. ff. ad trebell. Natt. cons. 152.*
3 *num. 11.* quia cum sit adminiculata, † & verisimilis nocet etiam tertio, *Acchil. decis. 1. de confess. Rota diuers. decis. 375. num. 1. par. 1. Surd. decis. 325. num. 5.*

Primum adminiculum, & verisimilitudo oritur, nam præcessit conuentio inter Ceulos, & Fabium Albergatum nomine Comitis Vlixis patris super resignatione officij cum promissione soluendi pretium, & consequenter oritur adminiculum, quod
4 † pater postea soluerit in executione conuẽtio præcedentis, *Surd. decis. 55. num. 5. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 7. num. 6. Becc. cons. 52. num. 10.*

Secundum oritur ex liberculo paterno in quo reperiuntur adnotatæ omnes expensæ per ipsum factæ, & à quibus ipsemet, pater recipiebat pecunias ad cambium, vel ad censum pro solutione pretij hu-
5 ius officij, qui † liberculus iustificat creditum patris cum filio *l. Nesennius, vbi Bart. num. 4. ff. de neg. gest.*

Tertia verisimilitudo oritur ex quo in quietantia exprimuntur solutiones factæ per diuersos bancos nempe Ruspoli, Doni, Iustiniani, Ceuli, Rocci, Ro-
6 diani, Guicciardini, & de Franchis; tot enim † expressiones arguunt veritatem solutionum ex pecunijs paternis, alias Marchio Franciscus ex supradictis Banchis potuisset extrahere solutiones si non essent factæ de ordine, & pecunijs patris, & versa vi-
7 ce oritur inuerisimilitudo, quod filius † familias iuuenis de proprijs pecunijs habuisset facultatem emendi officium magni valoris scut. 36. mill. auri stamparum, *Afflict. decis. 377. num. 5. Tiraq. de retract. consang. §. 32. glos. vnica num. 90.*

Nec prædictis aduersatur, quod Marchio Francis-
8 cus constituerit Fabium Albergatum procuratorem ad obtinendum, & † consequendum dictum officium Clericatus, quia hoc mandatum est factum tàm à Marchione Francisco filio quàm à Com. Vlixe patre, qui insimul constituerunt Fabium de Albergatis procuratorem, & interuentus filij principaliter fuit ex quo requirebatur iuramentum filij, & adeptio possessionis per filium, ideo in mandato dicitur, quod nomine filij procurator possit iurare, & capere possessionem, sed quando agitur de obligando, & soluendo mandatum dicit. Item nominibus eorumdem Com. Vlixis, & Com. Francisci promitten. soluere, & sic pro solutione primo loco nominatur pater, & ita procurator nomine patris promisit soluere DD. de Ceulis vt dicitur in principio instrumenti supradictæ quietantiæ ibi Horatius Ceulus, & Tiberius pater ex vna, & Fabium Albergatum procuratorio nomine Com. Vlixis partibus ex altera conuenerunt, &c. & quicquid sit respectu mandati, ex eo nam infertur ad solutionem, nam cũ tàm pater, quàm filius insimul constituerit eumdem procuratorem, sat est quod postea ex quietantia, & ex supradictis appareat solutionem pretij fuis-
9 se factam à patre † de proprijs pecunijs prout etiam de iure præsumitur, *l. & magis. ff. de solut. l. 2. vbi Bart. & Bald. C. pro soc. Bald. in l. penult. C. si quis alteri vel sibi. Grauett. cons. 129. num. 2. Socin. iun. cons. 24. num. 2. lib. 2.*

Non obstat quod Com. Vlixes pater haberet mo-
10 bilia, & dotem matris Marchionis Francisci † filij, quia non inde infertur quod ex illis emerit officium, maximè cum Vlixes pater in vita non esset debitor restitutionis dotis maternę, remanet tamen consultum Marchioni filio, & vt de istis post obitum patris rationem petere valeat.

Firmato quod officium fuerit emptum ex pecunijs paternis, aliqui teneant quod officia empta per procuratorem filio non imputentur in legitimam,
11 † nec conferuntur quoad æstimationem, ex quo non possunt vendi sine licentia Principis, & ideo
12 censetur † res impossibilis, *l. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg. 1. Nicol. de Vbald. in tract. de success. ab intest. col. 10. Gugliel. de Benedictis in cap. Raynutius verb. duos babens filios num. 62. de testam.*
13 & † respectu pretij præsumatur donatio, *Dec. in l. si donatione num. 38. C. de collat. Menoch. præs. 50. num. 10. lib. 3.*

Tamen quando pater emit officium precio considerabile scut. 36. mill. auri stamparum non præ-
14 sumatur † velle donare pretiũ tantæ summæ, & facere magnã inæqualitatem inter filios, cum hic Vlixes
15 pater haberet duos † filios, & plures fœminas *Bart. in l. 1. §. nec Castrens. ad med. vers. fallit in tribus casibus. ff. de collat. bonor. Butr. cons. 38. in 4. dub. Dec. in l. si donatione. num. 41. vers. & limitatur, & in fine. C. de collat. Aym. cons. 125. num. 7. Menoch. d. præsumpt. 30. num. 12.*

Eo magis quia officium reperitur venditum, & hodie agitur de pretio, quod de facili haberi poterat, cum Princeps licentiam alienandi concedere
16 soleat. Vnde † alienatio non censetur impossibilis, pretium imputatur, & conferatur, *Bart. in d. l. 1. §. nec Castrens. num. 4. ff. de collat. bon. Socin. in l. quidem relegatus nu. 11. ff. de reb. dub. Aym. cons. 136. in princ. lib. 2. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 19. numer. 6. Gamb. decis. 29. num. 1. & 3. Castr. in l. omni modo. §. imputari num. 5. ff. de inoff. testam. Rip. in l. in quartam num. 163. & seq. ff. ad l. falcid. vbi Paul. de Castr.*

17 Et est regulare quod valor † officij illo vendito imputatur, & confertur *Ias. in l. illud num. 6. C. de collat.*

collat. Rip. in l. in 4. num. 65. ff. ad l. falcid. Castr. in l. omnimodo. §. imputatur col. 2. C. de inoffic. testam. Gamb. d. decis. 29. Vasq. de success. creat. §. 30. num. 218.

18 Non obstat, quod non sit † appositum decretum ad fauorem patris iuxta *decis. Seraph. 1303 nu. 12.*

Quia decretum efficit, vt filius non possit vende-
19 re absque licentia patris, & vt inuitus † possit cogi ad venden. sed omissio decreti non efficit, vt pretium acquiratur filio, nec teneatur conferre, nam DD. supra allegati non faciunt vim in decreto, nec
20 de illo loquuntur, sed † faciunt vim in maxima summa, & inæqualitate inter filios, & in facilitate habendi licentiam vẽdendi à Principe, accedit quod
21 † pater in quietantia protestatus fuit nolle donare, sed velle rehabere à filio, vt ponderat *Hieronymus Laurentius in repetitione, l. si emancipati, num. 287. vers. non apparet. C. de collat. post decisiones Auenionen.*

Non obstat quod iura nõ sunt in forma probanti.

Quia tria tantum iura faciunt ad causam. Pri-
22 mum est instrumentum quietantiæ † rogatum in Curia à Notario. Vnde non indiget alia recognitione secundum est testamentum Com. Vlixis productum à Marchione, & repetitum in hac causa contra quem Marchionem non indiget recognitione, tertium est liberculus qui fuit productus coram Iudice remissoriæ, & est recognitus per testes, & tamen sine isto adminiculo concurrunt tot alia supradicta de per se sufficientia, nihilominus etiam li-
23 berculus informis † facit quale quale adminiculum prout faciunt testes nulliter examinati, *Alex. cons. 24. num. 40 lib 2. Dec. in cap. 2. num. 18. de testam. Seraph. decis. 585.*

Defectus iurisdictionis R. P. D. Pirouani tollitur ex commissione manu Sanctissimi super causa pretij Clericatus, & illa quæ ex aduerso datur summ. numer. 4. non est super pretio, sed super dote & compensatione cum pretio.

Nullitas ob non transportationem actorum tol-
24 litur, quia † sententia R. P. D. Pirouani est in prima instantia, iura supradicta, & alia non fuerunt compulsata in causa Clericatus, sed in causa fideicommissi, quæ in actis existentia fuerunt repetita post commissionem super precio dicti Clericatus.

Tandem non obstat quod sententia mandet pretium pro rata imputari in legitimam, quia hoc debet intelligi dum Marchio capit legitimam super isto Clericatu.

Et ex his &c.

Plures decisiones in hac causa emanatas apposui supra ad decisionem 660. quæ est in eadem causa.



INDEX

INDEX DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE

Quæ in ſequenti Appendice habentur, & emanarunt, & allegantur in Decisionibus exiſtentibus in hoc, & ſuperiori Tomo, in eiſdem cauſis factarum.



APPEN-

APPENDIX DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE NONDVM IMPRESSARVM

Quæ in præcedenti, & præsenti Tomo in ipsis Decisionibus allegantur in eisdem causis emanatæ.

R. P. D. LITTA.

Fulginaten. Alimentorum.

Veneris 18. *Aprilis* 1597.

ARGVMENTVM.

Scutorum certam quantitatem, si testator alicui reliquerit, de quibus videatur intellexisse. A testatore id satis dicitur expressum quod virtualiter videtur voluisse. Testator relinquendo alicui alimenta vbinam illa veniant ei præstanda, vide distinctionem.

SVMMARIVM.

1 *Testator relinquendo alicui tot scuta, de quibus scutis censeatur intellexisse.*
2 *in Voluntate testatoris interpretanda, circa interpretationem verborum attendi debet communis vsus loquendi.*
3 *Testator, quid intellexerit, id per coniecturas, & indicia expiscandum est.*
4 *à Testatore id satis dicitur expressum quod virtualiter, & quasi in necessariam consequentiam deducitur.*
5 *in Legatis factis coniunctæ personæ latior interpretatio fieri debet ad fauorem legatariorum.*
6 *Legata annua debentur in principio anni.*
7 *Limita id, nisi sint præstanda ex fructibus, quo fit, vt respectu solutionis videatur attendendum tempus perceptionis eorum.*
8 *in Dispositionibus dubijs media via eligenda est.*
9 *Alimenta de iure præstanda veniunt in domicilio hæredis.*
10 *Testator, vbi præsumatur, vt voluerit alimenta alicui ab eo legata præstarentur.*
11 *Dispositio omnis est regulanda secundum verisimilem mentem disponentis.*
12 *Accessorium omne est regulandum secundum dispositionem principalem.*
13 *Alimenta alicui relicta a testatore, ideo in dubio veniunt præstanda in domo hæredis, vt ipse minus quàm fieri potest grauetur.*
14 *Alimentandi, quando non possint cogi sumere alimenta in domo hæredis.*
15 *Alimenta, quando hæres tenetur ex iusta causa præstare in domo legatarij, qualiter ea præstare teneatur.*
16 *Rixæ, vt plurimum ducunt originem ab interesse.*

¶ Præsens decisio est in eadem causa, de qua sunt supra decisiones 479. in præcedenti Tomo, & 505. in hoc Tomo, vbi in fine aliæ decisiones in hac causa emanatæ allegantur.

DECISIO DLXXX.

DOMINI tenuerunt legatum 200. de quo in testamento, primogenito præstan. esse in moneta argenti ad rationem iuliorum decem pro scuto, moti quia cum appellatione scuti veniant, & scuta auri & argenti, ideo de scutis argenti sensisse testatorem, censuerũt
1 † Domini inhærendo quoad hoc dispositioni *l. nummis legatis. ff. de leg.* 3. sed non de scutis argenti impropriè, idest inferioris leghæ, minorisue valoris iuliorum decem argenti, his rationibus. Primo quia
2 vsus † communis loquendi, qui magis in his calescit, vt omnibus notum est attendi debet *l. librorum. §. quod tamen. ff. de leg.* 3. *cap. ex litteris. de spons.* & prout habetur in *l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fund. instr. & instrum. leg. & in l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg.* 1. Secundo quia hoc idem vir-
3 tualiter sensisse testatorem ex eo † non obscurè constat, quod istis legatarijs volebat acquiri debere annuum redditum ducentorum, quæ acquisitio mediante moneta inferioris leghæ argenti non consueuit fieri, vt omnibus notum est, sicut nec fructus annui redditus, hoc est census, aut montium, non
4 solent præstari in alia moneta quo † fit, vt satis expressum dici possit à testatore quod virtualiter, & quasi in necessariam consequentiam expresse venit, *ad text. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill.* cum aliis per *Paris. cons.* 3. *num.* 35. *& cons.* 44. *num.* 4. *lib.* 1. Tertio, & vltimo quia versamur in legato,
5 coniunctis † personis facto, quo casu latior fieri debet interpretatio ad fauorem legatariorum, *l. si seruus plurium. §. fin. ibi, charitas & necessitudo. ff. de legat.* 1. *Aym. cons.* 297. *per tot. Rol. cons.* 16. *nu.* 38. *lib.* 3. & benè faciunt tradita per *Corn cons.* 244. *num.* 16. *& seq. lib.* 2. Et voluerunt Domini hoc legatum præstari in duabus paghis, hoc est pro medietate in initio cuiuslibet semestris, annum tamen incipien à die obitus Iulij per cuius mortem factus fuit locus primogenituræ ad fauorem Gregorij, mo-
6 ti ex ratione, quia licet regula sit, quod † annua legata debeantur in principio anni, *l.* 1. *C. quand. dies leg. ced. vbi glos. & Doct.* hoc communiter notant.

l. à vobis. & l. in singulos annos. ff. de annu. leg. cum alijs hic per informantes contra primogenitum adductis, attamen quia attento tenore testamenti, sunt
7 præstanda de fructibus, † quo fit, vt respectu solutionis videatur attenden. tempus recollectionis fructuum *l. firmio. §. pater. ff. quand. dies leg. ced.* cum alijs per *Ias. in l. qui hoc anno. in fin. ff. de verb. oblig.* cum tamen fructus, seu redditus bonorum subiectorum huic primogenituræ partim anticipatè,
8 † & partim non, percipi soleant, vt benè deducitur in facto, per informantem contra primogenitum, ideo Domini mediam ipsam viā amplectentes, censuerunt modo, quo supra dictum est, bipartiri posse solutionem huius legati.

Quantum autem ad alimenta, legatarijs ipsis, vltra legatum præfatum debita, Domini censuerunt, ea præstanda esse in Ciuitate Fulginaten. ea moti ratione, quia attento tenore testamenti, apparet mentem testatoris fuisse, vt hæres suus, in dicta Ciuitate habitaret, & moraretur. Vnde cum de
9 iure † in loco habitationis hæredis præstari ab eo debeant alimenta, vt post alios notat *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 170. num. 9.* ideo & eodem in loco testatorem voluisse prædictis legatarijs
10 † præstari alimenta dicendum est *per text. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.* est namque re-
11 gulan. omnis dispositio secundum mentem, † & voluntatem disponētis, *l. non licet in princ. ff. de leg. 3. & l. 3. §. conditio. ff. de adim. leg.* & debet accesso-
12 rium omne iudicari † secundum naturam sui principalis, iura sunt vulgaria, præterea cum non alia ratione de iure sint præstanda alimenta in domo hæ-
13 redis, † nisi vt sic minus grauetur hæres ipse, *Bart. in l. Caiō. §. Imperatori. ff. de alim. & cib. leg. Alex. cons. 110. col. 1. lib. 1. & cons. 178. col. 2. lib. 2. Aym. cons. 168. col. 1. & Rol. cons. 22. num. 9. lib. 1.* & nunc hæredi primogenito infanti, non expediat habitare in dicta Ciuitate Fulginaten. seorsim à matre, quæ hic Vrbe in domo patris sui commoratur, nec ibi domum apertam horum alimentorum causa retinere, & tamen magis expediat, alimenta præfatis præstare in dicta Ciuitate præstari posse, sed non in domo ipsius primogenituræ in dicta Ciuitate existen. cum ex deductis hinc inde in facto subsit suffi-
14 ciens causa, propter quam alimentandi † cogi non debeant in domo propria ipsius hæredis, ibi, vel alibi existen. ea recipere, vt in simili fuit resolutum in *Spoletana alimentorum* 24. *Maij* 1593. *coram* R.P. D. *Gypsio.*

Quomodo autem veniant præstanda hæc alimenta, Domini dixerunt regulam esse ea præstari debere,
15 quoad granum, vinum, oleum, † ligna, & similia in speciebus suis, quantum verò ad alia in quantitate pecuniæ, ita *Bart. in l. 1. ff. de alim. & cib. leg. Roland. d. cons. 22. circa fin. lib. 1.* cum aliis de quibus *in d. Spoletana alimentorum.* Sed Dominis hoc in casu, tum vt rationes primogeniti infantis minus intricatę retineri possint à tutoribus, vtque de me-
16 dio tollatur omnis † occasio rixę inter hos parētes, quæ vt plurimum ob interesse ducit originem, tum denique aliis de causis animum ipsorum mouentibus, placuit dicere ea omnia prestari debere in certa quantitate pecunię, menstruatim in principio cuiuslibet mensis persoluenda, de qua tamen quantitate dixerunt particulariter dubitari debere, vbi amicabiliter partes ipsæ circa eam non conueniant.

Et ita &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Palatii.

Lunæ 15. Decembris 1614.

ARGVMENTVM.

A contractu resilire, quando liceat contrahentibus Scriptura, quando sit de substantia contractus, venditionis, & emptionis. Contractus, quando dicatur imperfectus.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentibus licitum est resilire à contractu, quando res est integra.*
2 *Contractus, in quo partes conuenerunt de scriptura facienda, an dicatur perfectus ante confectionem scripturæ.*
3 *Contractus, in quo partes conuenerunt de scriptura facienda, non est perfectus ante illius confectionem. contrarium, num. 4.*
5 *Conuentio de scriptura conficienda in aliquo contractu est indicium imperfectionis contractus.*
6 *Contractus imperfectio deducitur ex eo, quando inter partes sunt facienda noua pacta, & conuentiones.*
7 *Venditio, sine constitutione certi pretij, vel in se, vel per relationem ad tertij arbitrium consistere non potest.*
8 Decis. *in causa Romana domus ad Pasquinum coram* Litta, *declaratur.*
9 Pa*cta, & conditiones in contractu emptionis, & venditionis possunt poni in arbitrium tertij.*
10 Con*sensus requiritur in contractu emptionis, & venditionis.*
11 *Contractus, quando remanet in arbitrio vtriusque partis, est imperfectus.*
12 *Promissio de vendendo, cum iuramento obligat.*
13 Pr*æsupponens non videtur aliquid de nouo disponere circa præsupposita.*
14 *Iuramentum non solet operari, nisi circa expressa.*

¶ Allegatur præsens decisio supta in præcedenti Tomo decisione 37. & 307. quæ sunt in eadem causa.

DECISIO DCLXXXI.

DOMINVS Fuluius de Ferratinis in quadam sua apoca confecta 31. Decemb. 1613. vsus fuit infrascriptis verbis: *Dichiaro esser verità, che nell'infrascritto giorno, & in presenza dell'Illustriss. Sig. Card. Borghese, ho venduto à Monsig. Viues, il Palazzo chiamato Ferratino, situato nella Piazza della Santiss. Trinità, che al presente habita l'Illustriss. Signor Card. Deti, per prezzo di scudi* 14500. *di moneta, con li patti, conditioni, cautele, & sicurezze, che saremo d'accordo fra noi, & secondo si contenerà nell'Instrumenti, & altri spacij, che sopra ciò saranno necessarij, & vtili, & che à suo tempo si espediranno*, & rursus sub die 24. Aprilis subsequentis anni, fecit aliam apocam, per infrascripta verba, *Et di più prometto che ogni volta, che Mons. Viues ottenga gratia di poter aggregare ad vn Monte fino alla somma di scudi* 1550. *ouero trouarà modo di poter hauere liberamente li sc. 7000. pro vsibus nostris, in tal caso, Io così à nome proprio, come*

come di Procuratore de miei Fratelli, prometto di consentire alla gratia, che esso Mons. vuole per sua sicurezza per detta compra, & anco fare l'Instromento, con tutte le clausule giuste, & necessarie, & così prometto, & obligo in forma Cameræ.

Cũ autem dictus Fuluius recusaret vlterius progredi in venditione dicti Palatij, dubitaui, An esset danda exequutio dd. apocis, & sic cogendum Fuluium ad venditionem de qua in illis, & pro negatiua fuit conclusum, quod apoca, seu declaratio, de qua in illa, non continet venditionem perfectam,
1 sed tractatum, seu promissionem de vendendo, † quo casu licet vtrique parti tanquam re integra resilire, *Bald. in l. contractus. col. 4. vers. secundo modo cognoscã. C. de fid. instrum. et in l. ciuile. C. de rei vindic. Rota diuers. decis. 212. nu. 2. & decis. 517. nu. 5. par. 1.*

Quod autem apoca prima, cuius accessoria est secunda, non contineat perfectã venditionem, patet, ex remissione ad pacta, conditiones, cautelas, & securitates inter partes concordandas, & secundum ea, quæ continebuntur in instrumento, & alijs spacijs, suo tempore expediendis. Licet enim sit con-
2 trouersia inter Doctores, An contractus † in quo partes conuenerunt de scriptura facienda, dicatur
3 perfectus, ante confectionem scripturæ. Et pro † negatiua quod scilicet non sit perfectus tenuerunt *Azzo. in l. contractus. C. de fid. instr.* cum alijs per *Ant. Gomes. variar. tom. 2. cap. 2. num.* 17. vbi de communi, & per *Cephal. cons. 66. num. 18. & seq. & Port. super instit. tit. de empt. & vendit. num. 4.* vbi de magis communi, *Emanuel. Zuar. recept. in verb. scriptura, num. 20.* Pro affirmatiua vero quod
4 † scilicet ex hoc non cesset cõtractus esse perfectus, nisi partes dixerint, quod aliter non valeat contractus, tenuerunt *glos. Bart. & alij in d. l. contractus. Dec. cons. 340. num. 3. & Bursat. cons. 101. num. 19.* vbi de communi *Rota diuers. decis. 517. nu. 2. par. 1.*

Saltem negari non potest, quin conuentio de faciẽ-
5 da scriptura, † sit inditium imperfectionis cõtractus, & propterea iunctis alijs verbis ibi, *con li patti, conditioni, cautele, & sicurezze che saremo d'accordo fra noi*, Domini fuerunt in voto, quod contractus omnino esset habendus pro imperfecto. Nam cessat præcipuum contrariæ partis fundamentum, quod scilicet reseruatio confectionis scripturæ videatur facta ob solam probationem. Quia si in hoc casu erant per partes facienda noua pacta, & nouæ conuentiones, cessat esse verum quod scriptura desideraretur pro sola probatione. Quia imperfectio
6 manifesta arguitur ex eo, quod inter partes † erant facienda noua pacta, & nouæ conuentiones. Cum enim ista dicantur pars pretii venditionis, *Bald. cons. 486. nu. 3. vers. in contrarium lib. 1. l. si fundi partem ff. de contrah. empt. Alex. cons. 18. in verbo probatur. lib. 1.* sequitur quod constitutio precij dicetur imperfecta, atque exinde imperfecta venditio,
7 † quæ sine constitutione certi precij, vel in se, vel per relationem ad tertii arbitrium consistere non potest *Bald. in l. 1. in verb. item not. C. commun. de leg. Alex. d. cons. 18. in apostill. in verbo probo. lib. 1.*
8 Ex prædictis cessat † *decisio in causa Rom. domus ad Pasquinum 24. Maij 1602. coram bon. mem. Litta*, quia ibi, non apparet fuisse per partes reseruata confectio scripturæ pro perfectione contractus, vt in hoc casu. Nec facit etiam, quod ibi fuerint reseruata pacta, & conditiones declarandæ, quia declaratio nõ fuit collata in arbitrium partium, vt in hoc casu, ibi, *per li patti, che saremo d'accordo fra di noi*, sed
9 in arbitrium † tertij, quod de iure licet, *Bart. in l. si merces. num. 1. ff. locat. Dec. cons. 648. nu. 1. & per totum*, & ratio differentiæ est euidens, nempè, quia collatio in arbitrium tertij, non excludit perfectio-
10 nem consensus requisiti † in hoc contractu, etenim ex parte contrahentiũ nihil amplius remanet agentium, reseruatio autem pactorum inter partes concordandorum demonstrat imperfectum consensum, ex quo est necessarium, quod partes de nouo concordent inter se, & cum possint non concordare,
11 contractus † remanet in arbitrio vtriusque partis, & sic imperfectus, cum perfectio pendeat ab arbitrio contrahentium, quod non licet, *l. inter stipulantem. §. Stichum, & ibi, glos. de verb. oblig. Bald. in l. euidentis. num. 1.* C. *de contrah. empt: Alex. in l. à Titio, num. 9. de verb. oblig.*
12 Non obstat quod promissio de vendendo, † facta cum iuramento obliget, *ex alleg. per Thesaur. decis. 233. num. 8.* nam omisso quod *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 23. num. 27.* tenet contrarium, hic verè nullum adest iuramentum, cum de eo, in prima scriptura nihil fuerit dictum, & quoad secundam dum illud deducitur in obligatione Camerali, de qua illa. Respondetur, quod secunda apocha non continet promissionem de vendendo, sed tantum de præstando consensu cuidam gratiæ, quam D. Viues desiderabat obtinere à S. D. N. pro securitate emptionis. Et licet in d. apocha præsupponatur emptio facienda, non tamen ex hoc potest elici, noua promissio
13 iurata de vendendo, quia præsupponens † non videtur aliquid de nouo disponere circa præsupposita, *Decian. cons. 19. nu. 8. lib. 2. Rom. sing. 495. Marsil. sing. 339. Riminal. iun. cons. 371. nu. 53. Gabr. cons.*
14 *94. num. 21.* maximè cum iuramento, quod † non solet operari nisi circa expressa, *Oldrad. cons. 238. num. 2. vers. vnde cum, & cons. 294. in fin. vers. non obstat iuramentum, Rom. cons. 269. Alex. cons. 37. col. 3. lib. 2. Lap. alleg. 130. vers. non potest.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Narnieñ Bonorum.

Ven. 26. Februarij 1616.

ARGVMENTVM.

Donatio, quando est nulla ex defectu insinuationis, id est intelligendum, quoad excessum, & sic tenet intra summam quingentorum scutorum. Insinuationis defectus suppletur virtute iuramenti. Insinuatio præsumitur interuenisse in donatione stãte lapsu 30. annorum, & obseruantia. Depositarius non præscribit, limita tamen vt hic. Et aliqua circa confirmationem statutorum factam à Papa.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum excessiuum in totum venit reuocandũ.*
2 *Donatio est nulla ex defectu insinuationis.*
3 *Donatio est nulla ex defectu insinuationis, intellige, quo ad excessum, & ideo tenet pro summa 500 scutorum.*
4 *Excessus in parte sufficit ad annullandam totam executionem.*
5 *Iuramentum supplet defectum insinuationis.*
6 *Iuramentum in principio instrumenti positum respicit*

spicit totum instrumentum, & hoc maximè si doceatur de stylo partium apponendi iuramentum in principio.

7 *Notarius non probat iuramentum testium, si simpliciter asserat testis iuratus,*

8 *Sed hoc intellige, quando sumus in iudicialibus alias secus, num. 9.*

10 *Iuramentum omni meliori modo præsumitur præstitum, stante præsentia Iudicis.*

11 *post Verbum, iurans, quando adest clausula, quæ denotat imperfectionem extensionis multò magis potest præsumi, & subintelligi clausula tactis.*

12 *Iuramentum non supplet insinuationem, nisi sit adiectum renunciationi insinuationis,*

13 *Promissum cum iuramento dicitur promissum DEO.*

14 *Iuramentum seruandum est, nisi alias includatur peccatum.*

15 *Impuberes obligantur sine solemnitatibus iuris, si fecerint contractum iuratum,*

16 *Nec exigitur ab illis formalis renunciatio solemnitatum,*

17 *Promissio, quæ fit per iuramentum DEO virtuatualiter includit omnem renunciationem ad omnia contraria.*

18 *Insinuatio in donatione præsumi potest spatio 30. annorum.*

19 *Insinuatio tunc lapsu 30. annorum censetur interuenisse, quando concurrit obseruantia,*

20 *in Donatione non potest dari de inobseruantia, quando ab ea numquam fuit reclamatum.*

21 *Depositarius non præscribit, sed hoc est verum in simplici depositario.*

22 *in Depositario, quando superuenit melior titulus, puta donationis titulus, præsumitur ipsum mutasse titulum possessionis, & sic possedisse titulo magis proficuo,*

23 *Depositarius tunc præscribit, quando superuenit nouus titulus aptus ad præscribendum.*

24 *Statutum Laicorum non capit casus iuratos ex defectu iurisdictionis,*

25 *Confirmatio non iuuat, si de ea non constet.*

26 *Casus, quando est speciali nota dignus, non venit sub generali dispositione,*

27 *Papa in dubio præsumitur confirmare statuta Laicorum tanquam Dominus temporalis Status Ecclesiastici.*

28 *Vnde confirmatio in dubio minimè debet trahi ad materias ecclesiasticas.*

29 *Dispositio qualibet recipit interpretationem à subiecta materia.*

30 *Cõfirmatio regulariter non ampliat confirmatum, sed tantum ligat strictius.*

31 *Voluntas à potestate metienda est.*

32 *Statutum Laicorum dum non potest comprehendere casus iuratos, nec confirmatio illius eos tanget.*

33 *Aegidiana licet à Papa latissimè sit confirmata non comprehendit res, & causas Ecclesiasticas.*

¶ Allegatur hæc decisio supra in præcedenti Tomo ad decisionem 294. quæ est in eadem causa, & infra adest altera sub die 19. Iunij 1617.

DECISIO DCLXXXII.

NON placuit Dominis recedere à decisione in
hac causa corã me facta die prima Iulij 1615.
& inter latè deducta visum fuit cessasse omnem difficultatem, quia Martia post depositum scutor. 900.
de quibus agitur, donauit scuta 700. filiis depositariis, vnde non potuit postea Martia, siue Alexander
1 illius hæres † obtinere mandatum pro integra summa scutorum 900. & sic in totum reuocandum venit *glos. fin, ff. de iurisd. omn. iud. vbi Bart. num. 3. Alex. num. 11. Afflict. decis. 218. num. 3. & 4. Put. decis. 315. lib. 1. in nou. Rota in Assisien. nullitatis substitutionis 17. Martij 1596. coram bon. me. Blãchetto, & in eadem 15. Nouembris 1596. coram bo. mem. Orano, & in alia Romana pecuniaria de Pinellis 10. Aprilis 1598. coram eodem, & alias sæpè.*

Non obstat quod illa donatio fuerit nulla tum ex
2 defectu † insinuationis, tum ex defectu solemnitatum Statuti Narnien.

Nã quoad insinuationem in primis substineretur
3 donatio † vsque ad summam quingentorum scutorũ, *Ant. l. si quis pro redemptione §. cæteris, C. de donat. de Canario tract. insinuat. n. 60. vers. trigesimo primo. quæro. Natta cons. 28. sub nu. 2.* vnde respectu
4 istorum non posset negari † excessus, qui sufficit pro infirmanda tota executione, vt supra alleg. 2. adest
5 iuramentum quod † supplet defectum insinuationis, *Dec. cons. 488. num. 6. Gabr.* qui innumeros congerit *conclus. 2. de donat. num. 66. Seraphin. decis. 1184. nu. 4. & fuit dictum in Perusina donationis 12. Decembr. 1625. coram Reuerendiss. Bononien.*

Et visum fuit non subsistere replicatio quod iuramentum non sit adiectum insinuationi, sed assertioni, quod Martia deponens non haberet consanguineos, quia immo fuit dictum esse adiectum etiam donationi, instrumentum enim sic se habet, Martia &c. asserens non habere consanguineos in Ciuitate Narniæ sponte &c. iurans &c. dedit, donauit, cessit &c. si enim iurans cessit & donauit, vt apparet ex
6 prædicta lectura, non † est verum dicere quod iuramentum nõ respicit donationem, & alia quæ subsequuntur, etiam suffragatur stylus illarum partium apponendi iuramentum in principio instrumenti, & apparet ex instrumento depositi, de quo supra confecto per duos menses ante donationem in eadem Ciuitate, quod pariter incipit à iuramento, ibi, Romulus sponte &c. iurans &c. fuit confessus habuisse & penes se habere in depositum &c. minus refragari visa fuit alia replicatio, quod non probetur iura-
7 mentum ex quo † Notarius non dixit, tactis scripturis, non omisso quod allegata in contrarium loquuntur in iudicialibus in quibus talis forma iurandi est
8 ex † stylo, vnde in his terminis videtur posse dici quod instrumẽtum sub qualibet alia forma conclu-
9 dente iuramentum † præstitum posset operari solitos iuramenti effectus. ad cumulata per *Abbat. in cap. etsi Christus. num. 3. de iur. iur. Seraphin. de priuil. iur. priuil. 22. num. 16. Surd. decis. 159. nu. 19.* vbi pluries de communi tollitur obiectum ex præsentia
10 Iudicis, quæ operatur vt † iuramentum præsumatur omni meliori modo præstitum, *Bald. in l. iuris iurãdi. num. 6. Salic. num. 4. cap. de testib. Rota in Bonon. bonorum de Marano 16. Iunij 1595. coram Illustriss. D. Card. Millino, Veneta Fœderis matr. 8. Iunij 1598. coram bon. mem. Penia, & in Syracusana*

sana quartæ 14. Ianuarij 1602. coram bon. me. Litta. Tanto magis quia in proposito post verbum, 11 iurans, † adest clausula quæ denotat imperfectionẽ extensionis *ad l. cum pater. § cum imperfecta. ff. de leg. 2. Bald. cons. 389. num. 1. lib. 3. Castr. cons. 10. num. 5. lib. 1*. & sic stante præsentia Iudicis multo magis præsumi quod clausula, tactis, contineatur sub illa imbreuiatura.

Replicabatur etiam iuramentum non supplere 12 insinuationem, † nisi sit adiectum renunciationi insinuationis, secus si fuerit simpliciter donatum cum iuramento ex deductis per *Menoch. cons. 165. nu. 5. & per Clar. in §. donatio. quæst. 18. num. 2.* verum Domini trãsierunt cum Doctoribus supra prius allegatis, qui simpliciter dicunt iuramentum supplere insinuationem, & merito, quia ius non videtur consistere in eo, quod renunciauit iuris solemnitati, 13 † sed in eo, quod illud quod est promissum sub iuramento est promissum DEO, *glos. in auth. Sacramenta puberum. verb. publico scire. C. si aduersus* 14 *venditorem*, vnde seruari debet, nisi † alias includeret peccatum, *cap. si vero. de iur. iur. cap. quamuis. de pact. in 6. Abb. cons. 95. in fin. lib. 2.* hinc videmus 15 quod impuberes obligarunt † sine solemnitatibus iuris si fecerunt contractum iuratum, nec exigitur 16 ab illis formalis renunciatio solemnitatum, † sed tantum quod iurauerint seruare contractum, vt per *Bald. & Salic. in iuramento d. auth. Sacram. pub.* 17 talis enim promissio facta Deo virtualiter † includat omnem renunciationem ad omnia contraria, ad *l. 1. §. 1. ff. si vsufr. pet l. 3. §. qui habet, vbi Castr. de seruit. rustic. præd. cum alijs alleg. per Euerard. in loco à concessione antecedentis.*

18 Imò videbatur posse præsumi insinuatio † ex lapsu plusquam 30. annorum, *Gabr. de præsumpt. conclus. 1. num. 56. Put. decis. 132. lib. 2. in nou. Rota in Beneuentana donationis, seu territorij 21. Aprilis 1583. coram bon. mem. Gipsio*, & licet replicaretur, 19 vltra lapsum temporis, † requiritur etiam obseruãtia donationis ex dictis per *Gabr. cons. 36. num. 52. lib. 1. & per Put. decis. 7. de præsumpt. in epitom.* Attamen responsum fuit quod neque obseruantia de- 20 est in hoc casu, † quandoquidem Martia neq; alius pro ea spatio dicti temporis petit à Romulo depositario summam donatam.

Vnde etiam intrare videbatur præscriptio cui non 21 obstat responsio, † quod depositarius non præscribat.

Nam hoc posset habere locum in simplici depositario, secus vbi superuenit melior titulus, prout in 22 hoc casu † superuenit donatio, quia tunc præsumitur depositarius mutasse sibi causam possessionis, & sic possedisse titulo magis proficuo, *Anchar. cons. 252. sub nu. 3. vers. ego dico. Castr. cons. 171. nu. 1. vers. si ergo. secundum Aymon. cons. 171. num. 1.* vnde in- 23 trat præscriptio ad fauorem † illius sicut ad fauorem cuiuslibet alij qui nunquam fuisset depositarius.

Et ex prædictis cessare videbatur etiã aliud obiectum defectus solemnitatum Statuti Narnien. quia 24 † statutum laicorum non capit casus iuratos, *Bart. & Ang. in l. nam & postea. §. si is qui temporali. ff. de iur. iur. Cepolla caut. 20. Grat. cons. 41. num. 15. lib. 1. Boer. decis. 328. versus finem. Gabr. de stat. conclus. 11. num. 1. Rota in Romana pensionis domus 16. Ianuarij 1598. coram Illustriss. Card. Lãcellotto, & in Perusina donationis 12. Decembris 1608.* *coram Reuerendiss. Bonon.* cui obiecto non videbatur satisfacere prætensa confirmatio Apostolica, 25 tum quia de illa non † constat, tum etiam si de illa constaret non videretur satisfactum, nisi Papa in cõfirmatione fecisset mentionem de casu iurato. tum 26 quia casus videtur speciali nota dignus, † vnde non debet venire sub generali dispositione, *l. item apud Labeonem. § hoc edictum. vers. ea enim. ff. de iniur. cap. cum dilect. de concess. præbend. L. p. alleg. 70. num. 7. vers. & quæ special. Gabr. de legib. concl. 1. num. 1. & 2.* Tum quia Papa in dubio videtur con- 27 firmare † ista statuta laicorum tanquam Dominus temporalis status Ecclesiastici, vnde confirmatio minimè debet trahi ad materias Ecclesiasticas, 28 † quod autem in dubio præsumatur Papam confirmare similia statuta tanquam Dominus temporalis 29 putandum est arguendo à subiecta materia à † qua quælibet dispositio recipit interpretationem, *l. si stipulatus. ff. de vsur. Corn. cons. 239. num. 5. lib. 1. Bero. cons. 106. num. 26. lib. 1.* & quia confirmatio re- 30 gulariter † non ampliat confirmatum, sed tantum ligat strictius, *cap. cum dilecta. vers. volentes autem. de confirm. vtil. vel inutil. Dec. in rubr. eiusdem tituli num. 2. Rota in Burgeñ. canonicatus 28. Nouembris 1586. coram bon. mem. Giptio*, & proinde si sta- 31 tuentes metiendo † voluntatem à potestate ad tex. *in l. Lucius. §. Imperatores. ff. ad municip. l. si quæsita. ff. de cond. & demonstr. Affl. cons. 3. nu. 5. lib. 2. Roland. cons. 39. num. 2. & seq. lib. 1.* non compre- 32 henderunt casus iuratos, ineptum esset dicere † quod confirmatio illos comprehẽdat per supradicta hinc videmus quod Aegidiana quamuis à Papa latissimè 33 confirmata non comprehendit res, † & causas Ecclesiasticas, vt fuit dictum in *Imolen. legati 24. Maij 1595. coram bon. mem. D. meo Orano, & in Auximana bonorum 19. Ianuarij 1604. coram R. P. D. Decano, & aliàs sæpè &c.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO.

Meliteñ Hæreditatis.

Veneris 16. Decemb. 1616.

ARGVMENTVM.

In flumine publico non potest cõstrui nouum molendinũ in præiudicium antiqui molendini cursum aquę impediendo; & qualiter Dominus molendini veteris agere possit.

SVMMARIVM.

1 *Molendinum in parte inferiori fluminis, quis facere nequit cum damno superioris molendini.*

2 *Molendinum habens in flumine si alius ædificet alterum molendinum cum eius damno, quomodo agere possit.*

3 *Edictum, ne quid in flumine publico &c. dicitur probibitorium, & restitutorium.*

4 *Aqua liberè debet defluere ad antiqua molendina, sicuti antea quando primæuus cursus fuit impeditus.*

¶ Allegatur hæc decisio supra in præcedent Tomo ad decisionem 61. quę est in eadem causa, ibiq. habes alias decisiones in hac causa emanatas.

DECISIO DCLXXXIII.

ECCLESIA Melitensis cum haberet in flumine publico illius Ciuitatis Molendinum, quod à pluribus annis vsui esse consueuit, Antonius Sanctius aliud in parte dicti fluminis inferiori construxit, & ob diuersa impedimenta & parietem in eodem flumine ab Antonio factum, aqua regreditur, nec vt antea fluit ad Ecclesiæ Molendinum, quod propterea non ita de facili molere valet. Vnde prætendens Episcopus reintegrari ad pristinum statum, obtinuit causam in Rota mihi committi, & dubio per me proposito, fuit conclusum ei competere interdictum restitutorium. Nam ex testibus in Summar. datis apparet illius Molendinum longè antè Molendinum Sanctij fuisse constructum, & ob dicta impedimenta & parietem aquæ cursum detrimento Molendini Ecclesiæ retineri. Quod Sanctius facere non valuit; quamuis enim potuerit in parte fluminis inferri Molendinum construere, non
1 † tamen impedire potuit ne aqua flueret cum damno superioris Molendini vt bene declarat *Bart. in l. quominus num. 8. vbi Ripa num. 43. & 44. Angel. num. 1. Ias. num. 50. vers. tertio quæritur, & cæteri scribentes ff. de flum. Bald. cons. 463. num. 6. lib. 4.*

Et sic Ecclesiæ Molendinum superius habenti
2 † contra Sanctium competit interdictum ne quid in flumine publico, vt per DD. communiter in *d. l. quominus vbi Bart. num. 9. in 4 quæst. Ias. num. 52. & seq. Ripa num. 46. Aret. in §. fin. I. de interd.*
3 *Alexan. cons. 203. lib. 6.* Quod † interdictum dicitur prohibitorium, & restitutorium dicta *l. 1. prope fin. vers. deinde ait Prætor, & ibi gloss. in verb. deinde ff. de flum. Aret. in §. Summa num. 7. instit. de interdict. Specul. in tit. de caus. pos. & prop. §. quia vero num. 17. Castr. cons. 55. num. 1. lib. 2.*

Et per consequens debebit aqua, remotis omni-
4 bus impedimentis iuxt. primæuum † statum liberè fluere, ne vllum amplius Ecclesiæ Molendinum præiudicium afferatur.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Placentina Fructuum.

Veneris 15. Aprilis 1616.

ARGVMENTVM.

Gratia concessa cum clausula, ex nunc &c. est pura, & statim sortitur suum effectum, & acquiritur ius quæsitum, & non potest auferri, nisi derogetur regul. de Iure quæsito non toll. In subrogatum generaliter non transeunt priuilegia personalia &c.

SVMMARIVM.

1 *Concessio facta cum clausula, ex nunc &c. non est conditionalis, sed pura.*
2 *Concessio, quando est pura, statim sortitur effectum, & quæritur ius in re ei, ad cuius fauorem est facta. & num. 7.*
3 *In vacationibus per obitum, non solet amplius apponi clausula, cum suspensione vnionum.*
4 *Suspensio facit dormire vniones beneficiorum perinde, ac si non essent factæ.*
5 *Per subrogationem generalem priuilegia personalia non transeunt in subrogatum.*
6 *In subrogatum non transit exceptio regulæ de triennali per defunctum in actis opposita.*
8 *Ius quæsitum, quando aufertur, est necessaria derogatio regul. de iur. quæsit. non tollend. & num. 15.*
9 *Subrogatio intelligitur, sine præiudicio iuris alterius.*
10 *Dismenbratio, & applicatio, quando dicatur habuisse effectum.*
11 *Possessio capta lite pendente, non suffragatur, vide num. 12.*
13 *Iudicium merè possessorium nihil commune habet cum petitorio.*
14 *Beneficiorum applicatio dicitur effectuata si semel fuerit capta possessio, & etiam per duos menses retenta.*

¶ Præsens decisio est in eadem causa, quæ supra decisio 36. in præcedenti Tomo.

DECISIO DCLXXXIV.

DVBITAVI, An litteræ Adriani VI. & Clem. VII. fuerint effectuatæ quoad dismembrationem, & applicationem fructuum decanatus Placentin. & quia effectus dubij erat, vt videretur, vtrum in prouisione Ioannis necessaria fuisset derogatio regulæ de iur. quæs. non toll. Domini dixerunt, ad prædictum effectum per solam decanatus vacationem, quæ per mortem Garziæ Paniaguæ, & aliorum obtigit, fuisse dictam applicationem sufficienter effectuatam: & quatenus etiam ad hunc effectum requireretur possessionis vniti beneficij adeptio, illam esse probatam.

Quòd enim sola vacatio sufficiat, probari visum fuit ex eo quod in dictis litteris applicatio facta legitur de præsenti, & cum clausula ex nunc &c. hac
1 enim † clausula stante applicatio non est conditionalis, sed pura, iuxta *trad. per Oldr. cons. 223.* sæpius à Rota canonizatum. Et propterea in illo ipso in-
2 stanti, † quo beneficium vacauit, dicitur sortita effectum, & quæsitum ius in re ei, ad cuius fauorem facta est applicatio. *vt late explicat Staphil. de lit. grat. & iust. in secunda forma mandati de prouiden. num. 3. &* 4. vbi subdit, quod hinc practica inoleuit,
3 quòd in vacationibus † per obitum non ponitur clausula cum suspensione vnionum, & si ponitur, solet cassari, quia cùm vnio iam sit sortita effectum, Papa per nouam prouisionem non censetur velle ei derogare: & eius dictum secuta est sæpius Rota, & præsertim *in alia Placentina dismembrationis 23. Martii* 1590. *coram Rubeo*, in qua etiam dictum fuit, quòd stante dicta effectuatione per obitum, erat necessaria derogatio regulæ de Iur. quæs.

Non obstat, quòd antequam vacatio decanatus contingeret, fuit suspensa dicta applicatio in gratia Coadiutoriæ Paniaguæ concessa: & propterea non potest dici per mortem Garziæ effectuata: cùm su-
4 spensio faciat † dormire vniones perinde ac si non essent, vt inquit *Cassad. decis. 5. num 4. de reseruat.* quia etiam hoc admisso, negari tamen non potest, quin saltem cessante per mortem Paniaguæ dicta suspensione, applicatio effectum sortita fuerit.

Nec obstat, quòd in locum Paniaguæ subrogatus fuit Antonius, & consequenter alij, & quod virtute dictæ subrogationis, tacitè videatur repetita suspen-

spensio fauore Paniaguæ concessa fuerit, illa non venit sub generali subrogatione: quia per eam
5 † priuilegia personalia in subrogatum non transeunt *Ias.cons.20.num.15 lib.1. cum alijs per Gabr. conclus.2.num.64.de regul iuram.* prout in subroga-
6 tum † quoque non transit exceptio regulæ de triennali per defunctum in actis opposita, nisi Papa in specie subroget ad illam. *Gomes super d.regul. de triенn.quæst.14 in princ.& vers & fundamentum istius opinionis.*
7 Ex quo etiam, vt dixi, in eo ipso instanti, † quo decanatus vacauit, quæsitum fuit ius in re Canonicis, ad quorum fauorem facta est applicatio, non fuit per dictam subrogationem, vel etiam suspensio-
8 nem postea subsecutam, aliquod eis † præiudicium illatum, sed necessaria omnino erat derogatio regulæ *de iur quæsit.non toll. Abb. in cap.non debet sub num.14.in fin.de consang.& affin.& in cap.fin.in 3. notab.de constit Cæs.de Grass. decis.3. de rescript. Rot decis.544.in fin. par.1 diuers. Card. Seraphin. decis.1082. numer.9.* idq. eo magis quia in litteris Summorum Pontificum Adriani, & Clementis, expressè dispositum fuit, quòd ex tunc Canonici gauderent beneficio regulæ *de iur quæs. non tollen.* cum clausula sublata, & alijs prægnantissimis, &
9 regulariter † subrogatio intelligitur sine præiudicio iuris alteri quæsiti. *Sarn.de subrog.q.8.Card.Seraph. decis.990 num.8.*

De reali possessionis adeptione, imò fructuum etiam perceptione constat, ex pluribus Iuribus pro parte Canonicorum productis, in quibus apparet, quòd post obitum Paniaguæ, de anno 1598. & etiã 1606. Canonici, ad quorum fauorem facta erat applicatio, actualem, & realem possessionem præbendæ dismembratæ acceperunt, illamq. per sex annos cum fructuum perceptione retinuerunt, vt latius in facto deducitur. Vnde negari non potest, quin saltem dicta applicatio, & dismembratio per dictam
10 † possessionis adeptionem, & fructuum perceptionem effectuata fuerit. *Calder.cons.13.numer.2.de reb.eccl.non alien. Mandos super regul.reuoc.vnion. q.5.num.3.& seq*

11 Non obstat, quòd possessio capta † sit lite pendente, atque ideo Canonicis suffragari non possit, quia vt in facto ostenditur, lis, quæ ex aduerso prætenditur fuit super effectuatione vnionis, quæ viuẽte Paniagua, & non obstante suspensione ab ipso obtenta. à Canonicis prætendebatur: & propterea impedimento non fuit, quominus dicto Paniagua
12 vita functo, † & suspensione extincta, denuo possessio capi, atq. dicta vnio effectuari potuerit. *ad trad. per Lancell. de attent. lit. pend. limitat.2. num.39. & seq.*

Nec facit, quòd Canonici postea fuerint ab eorũ possessione deiecti, quia id factum fuit vigore Breuium, & in iudicio mere possessorio, & executiuo,
13 † quod nihil commune habet cum petitorio, in quo nunc versamur, *vulg.l.naturaliter.§.nihil commune ff.de acq.poss.* vltra quod sufficit ad hoc, vt appli-
14 catio dici possit effectuata, quod possessio † semel capta, & etiam per duos menses retenta fuerit. *Cassad.decis.9.num.2.de causa poss.& propriet. addit. ad decis.3.de præbendis in nou Gem.cons.78.num.5. ad fin.vers nec obstat si dicatur.*

Quod dicitur in Collatione Ioanni facta fuisse litteris Adriani derogatum per clausulam, non obstan. præmissis &c. videtur esse extra dubium in quo tantum de effectuatione quæritur, & in omnem euentum non potest dici, quòd per dictas clausulas fuerit sufficienter litteris derogatum, quia stante effectuatione applicationis in dictis litteris conten-
15 tæ, † necessaria fuisset expressa derogatio regulæ *de iur.quæs.non toll.ex supr. adductis.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN'

Bononien. Molendini.

Lunæ 23. Ianuar. 1617.

ARGVMENTVM.

Aedificandi licentia in solo proprio dominio nequaquam potest denegari, & maximè quando omnia necessaria ad ædificandum sunt præparata, & intendit ædificare, vt sibi profit, & non vt alteri noceat.

SVMMARIVM.

1 *Aedificandi licentia, quando petenti non possit denegari.*
2 *Aedificij prosecutio, quibus concurrentibus non possit impediri amplia. num.3.*
4 *Aedificandi licentia, tunc multo minus venit denganda, quando iam omnia necessaria ad ædificandum sunt præparata.*
5 *Aedificare in proprio solo vnicuique de Iure ad sui libitum licitum est.*
6 *Aedificare in proprio solo cuique licet, dum potissimum id faciat, vt sibi consulat, non vt inferat alteri præiudicium.*

¶ Decisio hæc est in eadem causa de qua in præcedenti Tomo, est decisio 32. vbi annotaui cæteras decisiones in ista causa factas.

DECISIO DCLXXXV.

FRANCISCVS Parata pro vsu Molendini, quod habet in Territorio Bononiensi facto quodam Canale ex flumine Idicis aquam duxit, quæ deindè per diuersa loca fluit, & successiuè labitur ad prædium Equitis Bonfioli, qui propterea cum in dicto suo prædio vellet, & ipse construere Molendinum, necnon pro ducenda ad illud aqua, nouum alueum efficere, idem Parata, præuia noui operis nunciatione ab Auditore Generali Bononiæ inhibitionem obtinuit, vt Eques ad vlteriora, tam in Canalis, quã in Molendini confectione non procederet; sed postea dictus Iudex cum per sententiam omnia cõcessisset Equiti, dummodo tamen in nouum alueum ille aquam non immineret, nec eam inuito Parata ad suum duceret Molendinum, causa per viam appellationis coram me introducta, Dubitaui, An interim dicto Equiti danda esset ædificandi licentia, & ipso solum informante, Domini eam esse conce-
1 dendam responderunt cum † præstiterit Eques cautionem de demoliendo in euentum succumbentiæ, nec non omnia in pristinum reponendo. Vnde benè videtur posse opus inceptum prosequi *l. prætor ait §. Deindè ait Prætor l.non solum §.si cum possem l.de pupillo §.si is cui, l.stipulatio §.1.ff de nou.oper. nunc.l.1.§.planè si satisdatum est ff.de remissi.* Cum præsertim à die nunciationis tres menses præstiterint, & per consequens etiam si Parata offerret incon-

continenti probare ius ædificandi dicto Equiti non
2 competere, operis tamē † prosecutio non esset impedienda, *cap. vlt. cum ibi not. de nou. oper. nunciat. l. vnic. C. eodem. Crescen. decis. 1. eodem tit. Put. decis.*
3 *125. lib 2. in nou.* Et tanto† minus cum vltra lapsū dicti temporis nec hodie per Paratam aliquid de malo Equitis Iure doceatur.
4 Accedit, eūdem Equitem ante nūciationem† magnā pecuniarum summā in rebus ad ædificiū necessarijs impēdisse, quo casu facilius illi concedenda venit ædificandi licentia *l. de pupillo §. si quis riuos vbi Bart. & Doct. ff. de nou. oper. nunciat. Thesaur. decis. 204. num. 5.* Quod congruit etiam dispositioni
5 cum vnicuiq. liceat in proprio † solo ad sui libitum ædificare *l. altius C. de seruit. Bero. cons. 134. num. 15. & cons. 135. num. 4. lib. 3. Afflict. decis. 388. num. 1.*
6 Cum præsertim id potissimum fiat, † vt sibi quisque consulat, non vt inferat alteri præiudicium *Angelus Aret. cons. 94. nu. 2. Alex. cons. 174. num. 6. lib. 2.*

Quo verò ad Ius ducendi aquam Domini alterius inspectionis esse voluerunt &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Lauretana Iurisdictionis.

Veneris 23. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Declaratio an in erectione Ecclesiæ Lauretanæ in Cathedralem, sit comprehensa Sancta Capella, stante obseruantia prætensa hinc inde.

SVMMARIVM.

1 *Probationes plures imperfectæ iunguntur ad faciendam plenam probationem.*
2 *Contentum an sit diuersum à continente.*
3 *De Ecclesia dispositum habet locum in omnibus Capellis.*
4 *Caput humanum, licet sit dignius reliquo corpore, non propterea iudicatur tamquam res diuersa à corpore.*
5 *Cathedralis Ecclesia sola aliquando vocatur Ecclesia.*
6 *Ecclesiæ ambitus, appellatur Ecclesia.*
7 *Præmij verba denotant causam finalem.*
8 *Sponsa fit particeps dignitatis sponsi.*
9 *Clerus, & Episcopus venit nomine Ecclesiæ.*
10 *Horæ Canonicæ, licet decantentur in particularibus Capellis, nihilominus intelliguntur decantatæ in honorem ipsius Capellæ principalis.*
11 *Capella principalis facit vnum corpus cum suis Capellis inferioribus.*
12 *In parte, quod fit, censetur factum in totum.*
13 *Capita duo, si dentur in eodem corpore, est monstruosum.*
14 *Interpretatio semper ea est capienda, per quam euitatur absurdum, aut insolitū, vel repugnans naturæ actus, qui geritur.*
15 *Narratiua Papæ de facto proprio probat.*
16 *Referens nihil aliud probat, quam relatum.*
17 *Scriptura vna declarat aliam.*
18 *Bona temporalia Ecclesiæ multis in locis administrantur separatim ab Episcopo.*
19 *Capella in aliqua Ecclesia, quod sit exempta à Titulari illius Ecclesiæ, non est inconueniens.*
20 *Conclusio deducta à discretiua loquutione, non est, nisi quædam coniectura, non concludens per necesse.*
21 *Coniecturæ debiliores cessare debent concurrentibus validioribus.*
22 *Clausulæ derogatoriæ exequutiuæ declarant continentiam.*

¶ Decisio præsens est in eadem causa, quæ est supra decisio 34. in præcedenti Tomo, & infra habetur altera sub die 13. Nouembr. præsentis anni 1617. coram eodem bon. memor. Card. Sacrato.

DECISIO DCLXXXVI.

DVBITAVI An in erectione Ecclesiæ Lauretanæ in Cathedralem, iuncta prætensa hinc inde obseruantia, sit comprehensa Sancta Capella in casu, & ad effectum de quo agitur. Et placuit Dominis resoluere Sanctam Capellam comprehendi in dicta erectione, reseruato, vt de obseruantia
1 videretur; Fūdamenta resolutionis †fuerunt plura, quæ saltem simul iuncta suffragari videbantur, iuxta regulam. *da qua in c. cum causam il 1. de probat. glos. in l. 2. in verbo, legitimis, ff. de excus. tut. cum aliis adductis per Gabr. concl. 1. num. 1. de probat.*

Primò, verba Bullæ erectionis, de quibus in Bullario Sixti Papæ V. 34. in ordine; Papa enim facta narratiua, quod in Oppido Lauretano adest vna insignis Collegiata sub inuocatione B. Mariæ Virginis, in cuius medio inest illud sacrum Cubiculum, in quo nata fuit Virgo Maria, & ibidem ab Angelo salutata Saluatorem Mundi de Spiritu sancto concepit, & in quo Cubiculo Deus Omnipotens intercessione eiusdem Virginis miracula in dies operari dignatur, propterea cupiens Ecclesiam huiusmodi dignioribus titulis decorare, prædictum Oppidum in Ciuitatem, Ecclesiam verò huiusmodi in Cathedralem perpetuo erexit; Cum igitur Papa erexerit in Cathedralem illam Ecclesiam, in cuius medio inest sacrum Cubiculum, ideò videtur erexisse, & ipsum sacrum Cubiculum, nè aliàs hoc Cubiculum, quod modo redactum est ad instar Capellæ, & ita communiter vocatur, & in quo in dies ce-
2 lebratur, tanquam contentum † sit diuersum à cōtinente *ad text. in l. eum qui ædes ff. de vsucap. Dec. cons. 123. num. 34. lib. 3.* & signanter quod dispo-
3 situm de Ecclesia † habeat locum in omnibus Capellis, *est textus in cap. si Ciuitas, vers. ratione quoque de sent. excomm. in 6.* ad idem facit *c. vnicum de consecr. Eccles. vel Altar. eod. lib. 6.* Nec refragatur quod Capella in hoc casu sit dignior ipsa Ecclesia, quia hoc non tollit, quin faciat vnum corpus cum ipsa
4 Ecclesia, sicut euenit de capite humano, † quod licet sit dignius reliquo corpore, non propterea iudicatur tanquam res diuersa ab ipso corpore, sed cū illo facit vnum quid; & fuit obseruatum quod Papa
5 non erexit iu Cathedralem simplicem Collegiatā, quæ sola aliquando vocatur Ecclesia, *vt per gloss. in c. cum Clerici de verborum signif.* sed erexit ipsam Ecclesiam materialem, hoc est ambitum murorum ad faciendam Orationem, siue consequendam In-
6 dulgentiam destinatum, qui ambitus, † & ipse appella-

pellatur Ecclesia *Card. in Clem. 1. §. fin. de reliq. & vener. Sanctor. Archid. in rubr. de consecr. Eccles. num. 1.* quod patet, quia Papa erexit in Cathedralem illam Ecclesiam, in cuius medio inest sacrum Cubiculum; Certum est autem, quod sacrum Cubiculum tanquam quid corporale non est in medio Ecclesiæ materialis, & prout est ambitus murorũ; ex quibus cessare videbatur præcipuum ex aduerso obiectum, quod simplex Collegiata fuerit illa, quæ fuerit erecta in Cathedralem.

Secundò loco fuit ponderatum, quod intentio principalis Summi Pontificis fuit decorare, & exornare dignioribus titulis, & nominibus Sanctam Capellam, in qua nata est B. Virgo, & in qua concepit de Spiritu sancto, vt patet ex verbis supra põ-
7 deratis, quæ † denotant causam finalem *l. fin. ff. de hæred. instit. Oldr. cons. 103. num. 2. Roman. cons. 38. num. 1. Alex. cons. 160. num. 10. lib. 6.* & fuit dictum *in Bononien. de Maluetijs 24. Februarij 1612. & in Sipontina Iurisdictionis 24. Maij 1613. coram me.*, & res ipsa demonstrat, & quia non aderat alia causa extinguendi annexum Episcopatum Recanaten. Hic autem effectus decoris scilicet, & ornamenti S. Capellæ magis sequitur dicendo, quod Papa erexerit Sanctam Capellam in Cathedralem, quàm dicendo, quod non erexerit, & sic quod remanserit simplex Capella, ergo est capienda interpretatio, quod erexerit. Non obstat, quod honorificentius fuerit S. Capellæ remanere subiectam, immediatè Summo Pontifici, prout erat antea, quam hoc modo subijci Episcopo Lauretano, quia hoc benè procederet, si remaneret in statu simplicis Capellæ, sed cum mediante huiusmodi erectione de Capella fiat Cathedralis, & sponsa Episcopi, illius status fit honorificentior, & non propriè dicitur
8 subijci, sed adiungi suo sponso, † & tanquam sponsa fit particeps dignitatis illius *ad tex. in l. vlt.* ibi, & sentiat eius fulgorem *C. de nupt. l. mulieres honore maritorum C. de incolis lib. 10.* innumeros congerit *Tiraq. de nobilit. c. 18. num. 1. cum plur. seqq.* maximè quia Episcopus Lauretanus non fuit subiectus alicui Metropolitæ, sed immediatè Sedi Apostolicæ Vnde S. Capella per huiusmodi erectionem acquisiuit nouam dignitatem, & nihilominus nihil amisit circa subiectionem, cum pariter remanserit immediatè subiecta Sedi Apostolicæ. Et fuit obseruatum, quod secundum lecturam partis aduersæ, ista S. Capella per huiusmodi erectionem nedum minime acquisiuisset nouum decorem, & ornamentum, vt fuit de intentione Papæ, sed potius amisisset de antiquo. Etenim cum negari non possit Collegiatam Ecclesiam fuisse erectam in Cathedralem, S. Capella Collegiata remaneret subiecta Cathedrali tanquam suo Capiti, non autem S. Capellæ, vt erat prius, vnde S. Capella amisisset titulum, & superioritatẽ Collegiatæ, & amplius posset carere solito cultu, esset enim necesse Episcopo formare nouam Capellam principalem in sua Cathedrali Ecclesia, & in illa, & ad illius honorem iuxta ritum vniuersalis Eccle-
9 siæ celebrare diuina officia cum suo Capitulo, & Clero, † qui Clerus, & ipse venit nomine Ecclesiæ, *vt per gloss. in d. cap. cum Clerici de verb. signific.* & sic S. Capella remaneret spoliata celebratione diuinorum officiorum; Nec facit, quod neque nunc in S. Capella decantentur diuina officia, sed in alia Capella separata, quia hoc non tollit, quin dicantur celebrata in honorem Capellæ principalis, vt practicatur in Ecclesia S. Petri de Vrbe, & in alijs,
10 in quibus decantantur horæ † Canonicæ in particularibus Capellis, & nihilominus intelliguntur decantatæ in honorem ipsius Capellæ principalis, quia
11 † ipsa facit vnum corpus cum suis Capellis inferio-
12 ribus, vnde quod fit † in parte censetur factum in toto *l. quæ de tota ff. de rei vendic. Federic. de Sen. cons. 159. in fin. vers. non obstat.* secus eueniret, si S. Capella consideraretur tanquam quid separatum ab ipsa Cathedrali, quia tunc non posset applicari, quod diuina officia celebrata in Cathedrali censeãtur celebrata in honorem S. Capellæ.

Ex quibus resultare visum fuit tertium argumentum, nempè, quod si S. Capella non fuisset comprehensa in erectione, sed remansisset quid separatum, & prout erat prius, oporteret dare duo ca-
13 pita in Ecclesia Lauretana quod esse † monstruosũ, & insolitum per ea, quæ latè deducta fuerunt in hac eadem causa die 20. Iunij 1616. coram me. Vnde visæ fuerunt applicari vulgares conclusiones, quod
14 illa sit capienda interpretatio † ne sequatur absurdum, aut insolitum, vel repugnas naturæ actus, qui geritur *ad text. in l. cum inter de except. Gem. cons. 73. num. 10. vers. Item statutum. Cald. cons. 13. in fin. de testam.*

Quartò loco mouit Dominos, quod idem Pontifex in Bulla erectionis Militum Lauretanorum, edita post annum in procemio, post plures in Deiparam Virginem laudes, narrat se in honorem eiusdem Virginis Sacrosanctam Domum Lauretanam decorasse dignitate Episcopali, & ex Collegiata erexisse in Cathedralem; Hæc autem narratiua, quod ipse Domum prædictam in Cathedralem ere-
15 xerit tanquam narratiua † Papæ de facto proprio, visa fuit omninò probare *ad text. in Clem. vnica de probat. Vital. ibidem à nu. 14. vsque 19. Lap. alleg. 67. Verall. decis. 286. par. 2. Rot. de. is. 266. par. 2. diuers.* & multos allegat *Gabr. de probat. conclus. 2. num. 2. cum plur. seqq.* maximè cum principaliter pertineret ad factum, de quo agebatur in illa Constitutione, nempè ad ornamentum huius S. Domus, ad quem finem fiebat erectio Collegij prædictorum Militum, vt habetur in eadem Constitutione.

Nec placuit Dominis responsio, quod Bulla ere-
16 ctionis in Cathedralem, vnde nil † magis probat, quàm relatum. Nam præter quod Bulla erectionis Lauretanorum non vtitur aliquo verbo relatiuo, etiam si operetur, obiectum posset procedere, si ex Bulla Lauretanorum deduceretur noua dispositio circa erectionem Cathedralis, secus quando hoc deducitur per viam declarationis, quia vna scriptura
17 declarat aliam iuxta notata *in l. qui filiabus, & in l. si seruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. Bart. in l. si vtrum in princip. ff. de petit. hæred. Alex. cons. 170. num. 5. lib. 5. Dec. cons. 336. numer. 2. Grauett. cons. 226. num. 6.* & declaratio non dicitur noua dispositio *l. hæredes palam §. si quid post factum de testament. gloss. in cap. per tuas verb. de nouo de donation. Felin. in cap. super quæstionum numer. prim. de offic. delegat. Decian. in l. edita numer. 47. C. de eden.*


Non obstat, quod ex Bulla erectionis detegatur Papã non intellexisse remouere Protectoriam huius Sanctæ Capellæ, cum mandauerit Episcopum pro sua dote debere recipere certam portionem ex prædijs

dijs Sanctæ Domus declarandis per Cardinalem tunc Protectorem; fuit enim responsum ex hoc benè inferri, quod Papa noluerit tollere Protectoriam quoad bona temporalia, sed non exinde sequi quin voluerit erigere prædictam S. Capellam in Cathedralem cum omnibus, quæ veniunt ex consequenti necessariò dictæ erectionis, qualia non videntur esse
18 bona †temporalia Ecclesiæ, quæ vt docet praxis in multis locis administrantur separatim ab Episcopo, vt sunt redditus pro Fabrica ipsiusmet Cathedralis, pro celebratione officiorum, & similiũ, & fuit ponderatum, quod attento hoc argumento Papa nullam fecisset erectionem, quia & ipsa Ecclesia materialis, in cuius medio est S. Capella, & ipsa Collegiata, & vniuersus Clerus, quin, & Populus Lauretanus non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus erant per prius sub Protectoria Sanctæ domus Lauretanæ.

Minus facit, quod non sit inconueniens in vna
19 †Ecclesia adesse Capellam exemptam à Titulato illius Ecclesiæ, quia hoc admittitur posse euenire, sed negatur euenisse in hoc casu, stantibus circumstantijs facti, de quibus supra.

Neq; etiam obstat, quod Papa discretiuè loquutus fuerit de Ecclesia, & Capella, & proinde erigendo Ecclesiam non videatur comprehendisse Capellam, quia fuit negatum Papam discretiuè loquutum fuisse de Ecclesia, & Sancta Capella; non enim enũciauit Ecclesiam, & Capellam tanquam corpora diuersa, putà, si dixisset in Oppido Lauretano duas Ecclesias, alteram Collegiatam sub Inuocatione Sanctæ Virginis, alteram vero sacrum Cubiculum, in quo B. Virgo nata fuit &c. sed enunciauit tanquam vnum, & idem, vt supra demonstratum est. Præte-
20 rea conclusio† deducta à discretiua loquutione, non est nisi quædam coniectura, nõ enim concludit pernecessè, vt patet ex illo Euangelij Marci cap. 16. Dicite Discipulis eius, & Petro, quæ aliàs concluderet Petrum non fuisse Discipulum, & proinde
21 †cessare debet concorrentibus validioribus coniecturis, prout visæ fuerunt concurrere in hoc casu ex supra deductis.

Non denique visum fuit obstare, quod Papa expressè non derogauerit iuri Protectoris, nec fecerit de illo mentionem, quia hæc non sunt necessaria in concessione de sui natura præiudiciali, vt latè fuit dictum coram *me in Cæsaraugustana iurisdictionis 5. Februarij 1609.* & quod Papa voluerit detrahere de iure Protectoris est plusquam certum; tum quia nõ dubitatur supposuisse nouo Episcopo Ecclesiam continentem, necnon Clerum, & Populum Lauretanum, quæ prius erant sub Protectore, vt supra põderatum est. Tum etiam, quia in clausulis derogatorijs fecit mentionem de Præsule Lauretano, qui tunc non erat alius, quàm Protector Sanctæ Capel-
22 læ, & clausulæ† derogatoriæ exequutiuæ declarant continentiam dispositiuarum, *Ias. in l. pupillari numer. 2. de vulg. pupill. Felyn. in cap. nonnulli nu. 27. conclus. 15. de rescript. Achill. decis. 3. num. 4. qui fil. sint legit. Seraph. decis. 1321. & fuit dictum in Romana legitima 16. Decembris 1616. coram me.*



REVERENDISS. DVNOZETTO ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Salernitana Parrochialis.

Lunæ 23. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Gesta lite pendente sine dubio dicuntur attentata, quando quoque emanauit inhibitio. Attentata cessant, quando constat de re iudicata, quæ tamen ad hunc effectum non sufficit allegare, nisi etiam transportentur acta, vt cognosci possit an sint iustæ sententiæ latæ, & hoc maximè, quando allegans rem iudicatam non possidet.

SVMMARIVM.

1 *de Attentatis, quando dicatur constare.*
2 *Lite pendente, & insuper stante inhibitione, quis nisi attentatè potest aliquid litigiosum exigere.*
3 *Lite pendente tunc gesta sine dubio dicuntur attentata, quando etiam emanauit inhibitio.*
4 *Attentata cessant, quando adest res iudicata.*
5 *de Re iudicata non potest dici constare, donec non transportentur acta,*
6 *Ex quibus scilicet possit constare an sententiæ sint iustæ.*
7 *Rem iudicatam non sufficit allegare quando quis non possidet, nisi per finalem executionem suum habuerit effectum, alias dicitur lis pendere.*

¶ Vide decisionem 79. in præcedenti Tomo, quæ est in præsenti causa.

DECISIO DCLXXXVII.

DOMINI dixerunt constare de attentatis, ea
1 moti ratione, †quia cum fuerit in hac causa resolutum Lunæ 5. Iulij 1611. coram Illustrissimo Cardinali Ludouisio in Ecclesia S. Marci ad Rotam adesse duo beneficia distincta, & vtrumque fuisse in possessione percipiendi fructus pro medietate, Rectoresq. in tali possessione manutenendos, non poterat postea Thomas non obstante litis penden-
2 tia, ac inhibitione †Rotali exigere, prout exegit omnes fructus, vt ipse articulauit, & deponunt testes per ipsum examinati absque vitio attentatorum, quę
3 in hoc casu sine difficultate resultant † non solum propter litem, sed etiam propter inhibitionem Rotalem *tot. tit. nil. nou. appell. pend. Lancell. de attentat. cap. 20. ampliat. 11. nu. 4. Achill. decis. 29. nu. 6. de appell. Rota decis. 785. num. 6. par. 1. & fuit sæpissimè decisum.*
4 Non obstat exceptio †allegata rei iudicatæ in fauorem d. Thomæ ab eodem D. Cardinali Ludouisio, ex cuius capite ipse prætendebat cessare attentata,
5 Dominis enim visum fuit †non posse obijci rem iudicatam cum non fuerint transportata acta, *cap. cupientes. vers. cum omnibus actis de elect. lib. 6. Doct. in l. qui ad ciuilia C de appell. Gabr. concl. 5. num. vlt. tim. tit. de appell. Cassad. decis. 2. num. 10. eod. tit.*
6 ex quibus constare †possit de iustitia d. sententiæ, & quod Thomas probauerit omnes fructus aliquando ad suum beneficium spectasse, itaut parti incumberet onus probandi aliquam dismembrationem.

Placuit etiam responsio quod quando quis non
7 possidet, † non sufficit allegare rem iudicatam, nisi per finalem executionem suum habuerit effectum, quia

quia tunc dicitur lis pendere, *Put. decis. 311. lib.2. Sarnen. de annal. q.44.*
Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. DVNOZETTO.
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Pampiloneñ Beneficiorum de Tafalla.

Veneris 7. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Commissio tribuit iurisdictionem conditionalem stante clausula, dummodo, & clausula posita in prima commissione censetur repetita in sequentibus. Executio iuxta opinionem, quam seruat Rota dicitur cœpta post relaxationem executorialiũ. Clem. Auditor. de rescript. intrat semper vbicũque subest eadem causa euitandi circuitum.

SVMMARIVM.

1 *Commissio si habeat clausulam dummodo, non tribuit iurisdictionem nisi ea purificata.*
2 *Clausula in prima commissione posita, censetur etiam in subsequentibus repetita.*
3 *Executio iuxta opinionem, quam sequitur Rota dicitur cœpta post relaxationem executorialium.*
4 *Et idem sentit signatura dum agitur de sententijs Rotalibus.*
5 *Causa, quando est legitimè deuoluta ad Rotam non est opus nouo processu.*
6 *Clem. Auditor. de rescript. extenditur etiam ad ea, quæ non sunt commissa, dummodo sint dependentia, & ab eo fonte promaneant.*
7 *Clem. Auditor. de rescript. habet locum etiam vbicumque subest eadem causa euitandi circuitum.*

¶ Decisio hæc est in eadem causa, quæ in precedenti Tomo est decisio 27.

DECISIO DCLXXXVIII.

HAC die consului Dominos, vtrum moderanda esset inhibitio iuxta decisionem in hac causa coram me factam, & Domini examinatis rationibus hinc exinde deductis censuerunt locum esse expeditioni causæ, mihique ordinarunt, vt moderarer inhibitionem, nulla habita ratione vltimæ commissionis coram me præsentatæ, ea maximè ratione, quia cum in prima commissione vigore cuius fuit inhibitum opposita esset clausula, dummodo executio
1 non sit cœpta, quæ non † dabat iurisdictionem nisi limitatam, vt ex pluribus fuit decisum, eadem clau-
2 sula censetur repetita in commissione eidem † Auditori porrecta, *Rot. decis. 321. num. 1. par. 4. diuers. Mart. de clauf. par. 2. clauf. 11.*

Quæ clausula fuit iure meritoque per signaturam adiecta, quia iam per relaxationem executorialium
3 cœpta fuerat † executio iuxta opinionem quã sem-
per Rota seruat, & quam vbi agitur de sententijs
4 Rotalibus † etiam à signatura seruari tradit *Mart. lib. 1. cap. 2. fol. 398. num. 19.*

Quoad interesse Capituli hæc obiectio tollitur ex deductis in d. decisione.

Quod ad nullitates bene tolluntur per informantes, & præcipuè ea quæ deducitur ex eo quia de nouo non fuit citata pars pro executione litterarum
5 Apostolicarum; causa † enim legitimè deuoluta ad Rotam non opus erat nouo processu *Clem. Auditor*
6 *de rescript.* quæ etiam extenditur ad ea, † quæ non sunt commissa, dummodo sint dependentia, & ab
7 eodem fonte promaneant vbicumque subest † euidens ratio circuitus, prout in hoc casu, vt in specie fuit decisum *coram R. P. D. meo Pirouano, in vna Tuden. parochialis 27. Iunij 1614.* & in omnem euentum nulla suberat iurisdictio ex deductis in dicta decisione.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Nucerina Prædij.

Luna 17. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiæ, vt dicantur solita locari, ad hoc vt iterũ possint locari sine solemnitatibus quidnam probandum veniat. Confirmatio facta in forma communi, nihil de nouo concedit, quamuis adesset clausula, de nouo concedimus. Legatus de Latere non potest authorizare alienationem bonorum Ecclesię, & si asserat habere talem facultatem ei credendum non est. Bona Ecclesiæ, quando detinentur à consanguineis Rectorum, non currit contra eam aliqua præscriptio.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiæ quando sunt solita locari, possunt iterum locari absque solemnitatibus.*
2 *Locari res dicitur solita, si præcedat vna locatio solemnis, vel duæ minus solemnes.*
3 *Insertum factum in instrumento à priuatis de iure non probat, & num. 10.*
4 *Assertioni eorum qui sunt prohibiti aliquid facere, non est standum.*
5 *Confirmatio facta in forma communi, nihil de nouo concedit, aut operatur.*
6 *Quod procedit, etiamsi adsit clausula de nouo concedimus.*
7 *Legatus de Latere non potest authorizare alienationem bonorum Ecclesiæ.*
8 *Legato de Latere asserenti se habere facultatem authorizandi alienationem bonorum Ecclesiæ non est credendum.*
9 *Confirmatio sine confirmabili non operatur.*
11 *Locatio aliud est, & aliud locationis acceptatio.*
12 *Bona Ecclesiæ locari solita vt dicantur ex duabus locationibus minus solemnibus, requiritur etiam obseruantia 40. annorum.*
13 *Bona Ecclesiæ, quando detinentur à consanguineis Rectorum non currit contra eam aliqua præscriptio, vel obseruantia,*
14 *Et præsumitur toto illo tempore vacare, cum careat defensore non suspecto.*

¶ In eadem causa habetur in præcedenti Tomo altera decisio in ordine 171.

DECISIO DCLXXXIX.

PROPOSITA per me causa super resolutis die 13. Martij 1614. coram me, Domini restrinxerunt difficultatem, an bona, de quibus agitur possint dici solita locari, itaut renouatio facta Galuano sine solemnitatibus requisitis in locatione ad longum tem-

tempus rerum Ecclesiæ valuerit; etenim prædictas
1 solemnitates non requiri, quando †res est solita locari, fuit pluries decisum in Rota, & quia tunc demum ad effectum de quo agitur, res dicatur solita
2 locari si præcedat vna locatio † solemnis, vel duæ minus solemnes per spacium 40. annorum effectum sortitæ iuxta communem, de qua per *Ias. conf.* 115. *lib.2. Rot. decis.* 162. *par.2. diuers. cum alijs in prædicta decisione in hac causa deductis*, ideo remanebat videre, an in proposito casu constaret de altero, ex prædictis requisitis, & visum fuit Dominis non constare, & consequenter in hoc stan. in decisis coram me dicta die 13. Martij, quia non datur nisi vnicum instrumentum nempe de anno 1524. acceptationis per Rectorem de quadam locatione, seu permutatione facta cum approbatione Cardinalis Papiensis Legati de anno 1521. quod quidem instrumentum non potest deseruire pro altero ex prædictis duobus requisitis.

Et quidem nō potest deseruire pro vna locatione solēni nēpe de anno 1521. cum auctoritate Legati, primo, quia de prædicta locatione anni 1521. nō cō-
3 stat nisi †per insertum anni 1524 quod quidē insertū factum à priuatis de iure nō probat *Glos. in cap. Abbate, verbo fiat, vers. sed certè, & ibi Hostien. n.9. Butr. num.20. de verb. signif. Afflict. decis.273. numer.4. in fin. Rota in Ferrarien. dotis 4. Maij 1616. coram* R. P. *D. Buratto, & in Parmen. status 13. Iunij eiusdem anni coram me*, & eo minus quando
4 personæ sunt prohibitæ contrahere † sine solemnitatibus, non enim statur illorum assertioni in supplendis solemnitatibus, *Dec. conf.* 142. *num.6. vers. licet partes Crauett. qui de communi conf.* 175. *num.2. Paris. conf.62. nu.7 & 8. lib.1. Rota decis.* 752. *n.2. & 3. par.1. & decis.* 160. *num. 4. par. 2. diuers.* Secundo dato, & non concesso, quod ex inserto anni 1524. probaretur confirmatio facta per Cardinalem Papiensem, adhuc non posset deseruire ad effectum, vt de vna locatione solemni constare diceretur, quia Cardinalis duo facit, primo confirmat subrogationem, quæ ibi fiebat de pecunijs in locū fructuū, qui prius soluebantur, secundo confirmauit assertam lotionem bonorum pro quibus soluebātur illi fructus, quoad primum illa subrogatio non potest deseruire pro vna concessione solemni, vt de se patet, quoad secundum cum Cardinalis non inseruerit tenorem enunciatæ locationis, nec asseruerit se de illa habere notitiam, sed vsus fuerit verbis, vt sua petitio continebatur &c. & verbis aliaque faciendi prout in concessione dictorum bonorum apparere latius dicitur, & in alijs verbis, prout de præmissis constare
5 dicitur. Hæc †confirmatio diceretur in forma communi, quæ propterea nihil de nouo concederet aut operaretur, *cap. propter diuersitatem, & ibi glos. verbo forma communi. de conceß. præben. Dec. consil.* 142. *num.6. in fine, Franc. decis.2. num.32. cum alijs allegatis in prædicta decisione 13. Martij 1614.*
6 *corā me facta*, †etiāsi adsit clausula de nouo concedimus, *Ias. in l. more. n.36. ff. de iurisd. omn. iudic. Rota decis.738. num.3. par. 1. diuers. & in causa Britonorien. S. Columbani 24. Ianuarij 1611. coram Illustriss. D. Card. Lancellotto.* Tertio etiam si probaretur prætensa approbatio Cardinalis Pa-
7 piensis adhuc non suffragatur, †cum non possit Legatus authorizare alienationem rerum Ecclesiæ, *Villadieg. de leg. q.11. num.9. cum alijs alleg. per D.*
8 *Aduocatum Ronconium*, adeout neque † etiam illi credatur asserenti se habere hanc facultatem, *Dec. conf.288. num.9. Rot. decis. 33. par.1. diuers. cum alijs alleg. per eundem in iure scribentem.*

9 Non obstat quod † Paulus Quartus confirmauerit prædictam narratam sibi locationem anni 1521. quia confirmatio sine confirmabili nihil operatur, *Tiraq. de ll. connub. Glos.4. num.26. in fin. Vinc. de Franc. decis.204. nu.24.* & ex prædictis cessat quod probatur alterum requisitum, nempe duæ locationes minus solemnes, primo, quia prætensa locatio, vt supra enunciata de anno 1521. vel alia ante illam
10 nullo modo†probatur per insertum in dicto contractu de anno 1524. vt supra dictum est, secundo quia etiamsi probaretur locatio minus solemnis de anno 1521. non posset dictus contractus de anno 1524. deseruire pro alia locatione minus solemni, cum
11 verè non fuerit †locatio, sed acceptatio locationis, quæ prætendebatur facta de anno 1521. vel prius, tertio, quia deficit obseruantia quadraginta annorū
12 requisita simul cum duabus locationibus minus solemnibus, vt supra dictum est, etenim Ecclesia fuit semper detenta à Rectoribus consanguineis illorum
13 quibus fuit †facta locatio, quo casu nō currit tempus in præiudicium Ecclesiæ, cum careat defensore
14 † non suspecto *cap. si Sacerdos 16. q.13. Bart. in l. qui fundum. §. si tutor. vers. & idem dico in Prælato. ff. per emptor. Bal. in l.1. num.1. in fin. C. de bon. matern. Gozzad. conf.33. vers. item & præscriptione, Rebuff. tract. de rer. Eccles. alien. nu.36. Guidop. decis.150. num.1.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Domus ad Turrim sanguineam.

Lunæ 23. Aprilis 1617.

ARGVMENTVM.

Dotem, quando quis restituit, non præsumitur suum iactare velle, iterum eam soluere velle. In remedio adipiscendæ, quando admittuntur ea, quæ respiciunt petitorium. Iudicia de sui natura retrotrahuntur ad diem petitionis, etiam quoad fructus rei petitæ. Fideicommissum cōstituens testator super omnibus suis bonis, si aliquid non habuit pro suo, non præsumitur illud in fideicommisso comprehendisse.

SVMMARIVM.

1 *pro Dotis residuo quod aliquid fuerit datum, ex quo appareat.*
2 *Dotem, quando quis restituit, non præsumitur voluisse iterum eam soluere.*
3 *Iactare suum nemo præsumitur voluisse.*
4 *Executio non potest fieri super bonis fideicommisso subiectis.*
5 *Possessio alicuius semel probata, præsumitur continuata à possidente vsque ad mortem.*
6 *Fideicommissario agenti remedio possessorio sufficit probare possessionem defuncti de tempore mortis.*
7 *in Remedio adipiscendæ, quando incontinenti docetur de non iure petentis, quo ad petitorium, talis exceptio admittitur.*
8 *Immissioni non est locus, quando etiam agitur remedio adipiscendæ, quando incontinenti fuit doctum de non iure in petitorio.*
9 *Fideicommissario non datur immissio super bonis defun-*

defuncti, si non probauerit illius possessionem de tempore mortis.
10 Iudicia de sui natura retrotrahuntur ad diem petitionis, etiam quo ad fructus rei petitæ ab ipsa die petitionis, & sic seruat Rota.
11 Alimenta petita non dicuntur amplius præterita, sed futura.
12 Iudicium inceptum à defuncto, si prosecutus fuerit ab hærede, dicitur idem, & diuerso iure censeri non debet.
13 Hæres repræsentat personam defuncti.
14 Hæres dicitur eadem persona cum defuncto.
15 Instantia, & lis videntur habere nescio quid realitatis.
16 Res super qua litigatur contrahit vitium litigiosi.
17 Ius, quod quis habet super aliqua re litigiosa, illud penitus amittit succumbendo in lite.
18 Fideicommissum super omnibus suis bonis, dum testator constituit, si aliquid pro suo non habebat, non præsumitur id, in eo voluisse comprehendere,
19 Cum ad hunc effectum sufficiat illius sola opinatio quod ea res non esset sua.
20 Exceptio non comprehensionis admittitur etiam in iudicio possessorio, & ad impediendam immissionem.
21 Vsusfructus morte vsufructuarij expirat.
22 Fideicommissum non potest cadere super eo, quod per mortem vsufructuarij expirat.
23 Alimenta non petita non debentur.

¶ Allegatur præsens decisio supra in præcedēti Tomo in decisione 7. quæ est in eadē causa.

DECISIO DCXC.

VISVM fuit non constare domum, de qua agitur fuisse in bonis Lucretiæ senioris ad effectū de quo agitur, scilicet, vt cadat sub fideicommisso dictæ Lucretiæ, nam & si ex deductis pro parte Lucretiæ iunioris apparet hanc domum per quandam transactionem fuisse consignatam dictæ Lucretiæ seniori, & trāsactionem per subsequutam possessionem dictæ Lucretiæ fuisse effectuatā, nihilominus ex deductis pro parte Octauiani constat etiam, quod in prædicta transactione Lucretia reseruauit sibi in casu molestiarum facultatem redeundi ad primæua iura, quas molestias cum ipsa Lucretia prætenderet esse sequutas, fecit super dicta reuersione committere Senatori Vrbis causam, qua causa pendente obijt, & Gaspar illius filius, & hæres prosequendo causam, obtinuit votum Assettamēti ad sui fauorem, quod ex pluribus saltem iunctis, visum fuit DD. probari effectuatam reuersionem ad primæua iura.

1 In primis, † quia domus fuit data pro residuo, & supplemento dotis, vt sonant verba transactionis, ibi, pro residuo verò, & supplemento dotium, prout in instrumento de quo in summ. Octauiani num. 10. & 11. apparet Gasparem per mortem matris recepisse dotem in pecunia numerata, ergo concludenter trāsactionem non habuisse effectum quoad domum, quia alias Gaspar tāquam hæres Lucretiæ non fuis-
2 set amplius creditor dotis, † nec esse verisimile illos,
3 qui soluerunt dotem voluisse iactare † suum contra vulgares regulas. Secundo fuit quia idem Gaspar hæres non posuit hanc domum in inuentario bonorum Lucretiæ. Tertio, quia Paulus & Alexander fratres de Paluzzellis vocati ad fideicommissum dictæ Lucretiæ senioris 16. Octobris 1593. obtinuerūt quod mandatum contra bona Gasparis, & illud fecerunt exequutioni demandari super domo, de qua
4 agitur, † signum euidens quod illam habuerunt pro non subiecta fideicommisso, sed propria ipsius Gasparis.

Non obstat quod Lucretia senior possederit in vi-
5 ta, & quod talis † possessio præsumatur continuata de tempore mortis, & quod fideicommissario suffi-
6 ciat probare istam possessionem † de tempore mortis, quando vt in proposito casu agit remedio possessorio adipiscendæ, vt plures fuit decisum, quia fuit responsum pluribus modis.

Primò quod, & in remedio adipiscendæ, quando
7 incontinenti † docetur de non iure petentis quoad petitorium talis exceptio admittitur *Bart. & Bald. in l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen. Angel. cons. 135. num. 2. Gozad. cons. 7. num. 2. & 3. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 381. Osasch. decis. 26. num. 1. cum seq. Put. decis. 308. num. 3. lib. 1. in nou. Seraph. decis. 89. num. 4. & fuit decisum in causa Ariminen. bonorum 27. Octobris 1586. coram Bubalo, Romana de Rusconibus 24. Nouembris 1614. coram me*, & alijs sæpè; & proinde cum ex prædictis satis constare visum fuit de non iure Lucretiæ iunioris in
8 † petitorio decisum fuit non esse locum immissioni.

Secundo principaliter fuit responsum, quod ex quo Lucretia senior intentauit dimissionem istius domus mediante reuersione ad primæua iura dotalia, & Gaspar illius hæres talem reuersionem prosequutus fuit, & in effectu obtinuit quod talis reuersio debet retrotrahi, & est perinde ac si Lucretia senior ab initio obtinuisset, & sic desijsset possi-
9 dere † de tempore mortis, qua possessione tempore mortis cessante, sine dubio non daretur immissio, *Bart. in d. l. fin. num. 21. Grat. cons. 149. nu. 6. lib. 2. Natt. cons. 439. nu. 11. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 64. num. 21.* Quod autem idem sit, quod Lucretia senior obtinuerit à die petitionis, vel pro illius persona hæres expressè patet, quia iudicia de
10 † sui natura retrotrahuntur ad diem petitionis etiā quoad fructus rei petitæ ab ipsa die petitionis, *l. certum vbi gloss. & l. scribentes. C. rei vendic. Speculat. tit. de fruct. & interess. §. 1. num. 9. Seraph. decis. 1245. num. 1.* & passim seruat Rota, & sic videmus
11 alimenta † petita non dici amplius præterita, sed futura, *Verall decis. 22. num. 2. & decis. 24. num. 1. par. 1. Guidobon. decis. 44. Rota diuers. decis. 764. nu. 5. par. 1.* aliud exemplum tradit *Ias. in l. si idem cum eadem num. 6. ff. de iurisdict. omn. iudic. Rota dicta decis. 754. num. 6. par. 1. cum multis similibus.*
12 Et licet non obtinuerit ipsa † Lucretia, sed illius hæres, attamen cum iudicium sit idem, & hæres ad
13 illud venerit repræsentando † personam defunctæ, non videbatur quod diuerso iure deberet censeri, ad *not. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. iuxta l. si cum hominem* ibi iudicia in eam transferri, *ff. de fideiussor, & in l. si petitor. ff. de iudic.* dicitur enim
14 hæres † eadem persona cum defuncta, vt latè per
15 *Ancbar. cons. 244.* & facit † quod instantia, & lis videtur habere nescio quid realitatis, qua ratione
16 videmus, quod res, de qua † litigatur contrahit vitium litigiosi, vt per *Surd. decis. 110. num. 3.* licet igitur domus remanserit in hereditate Lucretiæ senioris, hoc tamen fuit cum affectione litis cœptæ per eandem Lucretiam, & consequenter quicquid iuris

17 †Lucretia in illa habuit fuit resolubile per euentum litis iuxta petitionem Lucretiæ.

Tertio fuit responsum, quod Lucretia non fecit fideicommissum particulare super ista domo, sed ge-
18 neraliter †disposuit de suis bonis, & propterea cum ex præcedenti petitione coram Senatore appareat, quod ipse non habebat domum pro sua, sed volebat redire ad primæua iura sua dotalia videtur domum non comprehendisse in fideicommisso, quia ad istud
19 effectum, †sufficit illius sola voluntas, siue opinatio quod non esset sua ad *l. quo loco. §. 1. vbi glos. verb. alterum, Castr. num. 2. ff. de hæred. instit. Soccin. cons. 124. num. 4. lib. 4. Paris. cons. 19. nu. 67. lib. 2. Crau. cons. 18. nu. 15.* & ista exceptio non compre-
20 hensionis admittitur etiam † in iudicio possessorio, & ad impedien. immissionem, *Grat. cons. 149. nu. 6. Peregr. de fideic. art. 44. num. 3. Rota in causa Ferrarien. de Tassonis de præsenti anno coram Pamphilio.*

Senserũt etiam aliqui ex DD. quod in transactione census annuus scut. 100 auri fuisse assignatus Lucretiæ seniori pro dote, & hanc domum vna cum alia pro donatione propter nuptias, vnde inferebant quod cum vidua habebat in donatione propter nu-
21 ptias solum † vsumfructum, quod illa mortua talis vsusfructus expirauerit, & consequenter super hac
22 domo †nullum potuerit cadere fideicommissum, & quatenus dicebatur per informantes pro Lucretia iuniori transactionem fuisse factam nedum pro dote & donatione propter nuptias, sed etiam pro alimẽtis debitis Lucretiæ seniori per 30. annos, fuit respõsum obiectum non subsistere, neque in iure, cum ta-
23 lia †alimenta non appareant ab initio dicti temporis petita per Lucretiam, neque in facto, cum nullibi appareat super talibus alimentis fuisse litigatum, vel transactum &c.

R. P. D. VBALDO.

Romana Prælationis vineæ.
Lunæ 22. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Venditio, quando est prohibita, an dicatur etiam prohibita permutatio. Item etiam an prohibita alienatione, censeatur prohibita permutatio.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non vendendo rem alteri, quam consorti, est in iure validum.*
2 *Venditio aliud est, & aliud permutatio.*
3 *Venditio, quando est prohibita non censentur prohibiti alij contractus.*
4 *Alienatio, quando est prohibita, censetur etiam prohibita permutatio, tanquam species alienationis*
5 *Dictio, qualibet, est vniuersalis.*

¶ Præsens decisio est in eadem causa, de qua supra est decisio 210. in præcedenti Tomo, ibique habes alias decisiones in hac causa emanatas.

DECISIO DCXCI.


CVM Vinea, de qua agitur, esset communis inter Antonium Carcarasium, & Virgilium Fucciũ, Fuccius medietatem ad se spectantem permutauit cum Olympia sua vxore in quadam apoteca, & domo, & cum Antonius prætenderet prælationem in dicta medietate ex pluribus capitibus, emanauit sẽtentia ab A.C. de cuius confirmatione, vel infirmatione hodie fuit actum in Rota, Domini autem firmarunt solum, competere Antonio prælationem vigore pacti, de quo mox dicetur, cum reseruatione, vt de alijs capitibus si opus esset videretur.

Pactum enim fuit initum inter Antonium, & Virgilium, quod nemo possit vendere, nec alienare suam medietatem dictæ vineæ nisi requisito socio per duos menses ante, an ipse velit, alias quælibet venditio, &
1 † alienatio cẽseatur stipulata ad fauorem consortis, quod pactum est in iure validum, *Doct. in l. qui Romæ. §. cohæredes ff. de verb. oblig. Bart. in l. si eum. §. qui iniuriarum in fine. ff. si quis cautionibus, cum alijs per Seraphin. decis. 805 num. 1.*

Nec obstat, quod pactum videatur loqui de ven-
2 ditione & sic non possit trahi † ad permutationem, cum aliud sit venditio, aliud permutatio, vt *in l. 1. ff. de contrahen. empt.* & quod prohibita venditione
3 non censeantur prohibiti †alij cõtractus dixit *Frãc. in cap. vnic. col. 1. de excessib. Prælat. in 6.* quem sequitur *Rebuff. in l. alienationis col. 6. vers. quarto, probibita. ff. de verb. signific. & fuit dictum in vna Romana saluiani 10. Ianuarij 1611. coram me,* quia fuit responsum, quicquid esset dicendum si prohibita esset solum venditio socio irrequisito, in hoc casu cessare difficultatem, quia est prohibita etiam alie-
4 natio, † quæ comprehendit etiam permutationem tanquam speciem alienationis, *§ alienationis Auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles. cap. nulli de reb. Eccles. non alien. Imol. in cap. 1. num. 3. & 4. eod. tit. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 6. nu. 21. & seq. Rebuff. in d. l. alienationis. col. 3. vers. duodecimo permutatio. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. num. 34. & fuit dictum in vna Lucana bonorũ 26. Martij 1610. coram R.P.D. meo Pamphilio, & in alia Lucana Terrarũ 16. Decembris 1613. coram*
5 *me*, & tanto magis cum sit addita illa dictio †vniuersalis, quod quælibet venditio, & alienatio censeatur stipulata ad fauorem consortis, *cap. solitæ, & ibi glos. in verbo quodcumque, & Abb. in vlt. notabili. num. 7. de maiorit. & obedient. Tiraq. d. §. 1. glos. 7. num. 1. Rot. decis. 364. num. 1. par. 1. diuers. Surd. post plures relatos cons. 453. num. 8. lib. 3.*

Non obstat, quod non fuerit ab Antonio seruatum pactum in soluen. pretium medietatis socij intra duos menses, vt fuit expresse conuentum sub illis verbis, *& cosi, & non altrimente il compagno debba esser preferito*, quia placuit responsio, quod tunc demum ad dictam solutionem Antonius tenebatur si fuisset à socio requisitus per duos menses ante, vt clare sonant verba pacti, quæ requisitio nullatenus hic interuenit. Imò eius omissio dedit causam præsenti iudicio super prælatione, quam ex prædictis ratione pacti intrare concluserunt Domini licet Antonius deduxerit etiam alia capita, quæ vt dixi Domini reiecerunt ad aliam inspectionem.

Et ita decisum.



EMI-

EMINENTISS. D. CARD VEROSPIO SEN.

Romana Bonorum.

Lunæ 22. Maij 1617.

ARGVMENTVM.

Pro validitate contractus mulieris facti cũ debitis solemnitatibus statutarijs stat præsumptio, donec cõtrarium probetur. Mulier fauore dotis sine solemnitatibus validè se obligat. l. pactum, quod dotali. C. de pact. quando intret. & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris obligatio inualida est, si non seruentur solemnitates statutariæ.*

2 *Mulieris obligatio dicitur valida, si sit facta cum solemnitatibus à statutis requisitis, donec contrarium probetur.*

3 *Consanguinei illi non adhibentur in contractibus mulierum, vel minorum, qui habent interesse in eo contractu.*

4 *Statuta loquentia de contractibus mulierum dotis causam non comprehendunt.*

5 *Partes, quando volunt contrahere iuxta dispositionem alicuius statuti, eo non seruato contractus remanet inualidus, etiamsi alias sustineri potuisset.*

6 *Clausula omni meliori modo apposita in contractu, quid operetur.*

7 *Ratificatio deseruit pro subscriptione.*

8 *Mater pro filia dotanda non potest nec cum Viro simulse obligare.*

9 *Contraria tamen est magis communiter recepta.*

10 *L. pactum, quod dotali C. de pact. loquitur de futura successione, vel quando tota hæreditas, vel eius quota esset promissa, secus vero si quota bonorum.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in præcedenti Tomo decisione 19.

DECISIO DCXCI.

TARQVINIVS Caballutius, & Tarquinia illius Vxor Liuiam communem filiam naptui tradiderunt Equiti Antonio Pancratio, cui promiserunt Dominũ Fuscum Camillæ fratrem daturũ pro dote scut. 4. mil. nec non eidem pro dotis complemento tertiã partem bonorũ suorum tam præsentium, quã futurorum post ipsorum obitum consignandã super quibus confectum fuit Instrumentum cum authoritate Iudicis, & ob consanguineorum defectum cum interuentu Curatoris ad id specialiter deputati Mortuo Domino Fusco, fuerunt à dd. Coniugibus aliæ pariter duæ communes filiæ nuptui traditæ Hieronymo Tonclæ, & Liuio Calderino cum promissione dotis scut. 8. mil. pro qualibet, & tertiæ partis omnium bonorum post eorundem obitum consignandæ. Cũ verò dicta Camilla nuper obierit filiabus æqualiter institutis hæredibus, Eques Antonius in primis, & ante omnia scut. 4. mil. de bonis hæreditarijs prætendebat, pro vt Hieronymus & Liuius habuerũt qui è contra excipiebant Equitem prædictum scut. 4. mil. à Domino Fusco habuisse, ac proinde bona Camillæ inter ipsos esse æqualiter diuidenda non obstante Instrumento dotis, & promissione tertiæ partis bonorum quod
1 nullum asserebant ob non † seruatam dispositionẽ Statuti Vrbis in cõtractibus mulierum adhibendã. Vnde super hoc dubio per me proposito, Domini contractum esse validum censuerunt, cum in eo adhibitæ reperiantur solemnitates in cõtractibus mulierum ex statuto *cap. 151. lib. 1.* requisitæ, videlicet Curatoris auctoritas in defectum consanguineorũ,
2 & Iudicis decretum † pro cuius validitate præsumitur, donec contrarium probetur *Menoch. de probat. lib. 2. præsumpt. 75. nu. 12. Surd. decis. 231. nu. 2.*

Non obstat D. Fuscum Camillæ fratrem, qui Romæ tunc aderat in contractu adhibitum non fuisse.

Quia cum ipse haberet interesse, ex quo per Capitulorum subscriptionem debitum scut. 4 mill. agnouerat non potuit ad authorizandam Camillæ
3 personam interuenire, quia regulariter † consanguinei non adhibentur, dum agitur de illorum interesse *Tiraq. de leg. Corn. in glos. 8. num. 14. Alex. cons. 106. num. 2. ad fin. lib. 1 Ias. in l. 1. §. fuit quæsitum num. 4. ff. ad Treb. prout etiam idem in supradicto statuto disponitur.*

Præterea nec dictæ solemnitates in huiusmodi casu necessariæ videbantur, quia statutum loquens de
4 † contractibus mulierum, dotis causam, tamquam specialiter priuilegiatam nõ comprehendit. *Salyc. in l. fin. in 4 not. C. de iu. dot. Negus. de pign. part. 8. membr. 1, num. 28. Cephal. cons. 13. num 43. Natta cons. 52. num. 16. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. glos. 14. num. 91. Rota Florentina decis. 86. num. 4. Gabr. de leg. & Const. conclus. 1 num. 10 & tenuit Rota in Senogallien. dotis 10. Martij 1599. coram Illustriss. D. Lancellotto.*

Et in terminis statuti Vrbis *Put. decis. 60. lib. 3. in nou. Verall. decis. 3. lib. 3. & dec. 199. lib. 3. & fuit dictũ in Romana euictionis Palatij 27. Martij 1588. coram Card. Blanchetto.*

5 Nec valet dicere voluisse † partes iuxta dictum statutum contrahere, quo non seruato contractus remaneret inualidus etiamsi alias sustineri potuisset. Nam vltra quod hic seruatæ fuerunt solemnitates non subsistit in facto partes illis adstringi voluisse, cum in contractu fuerit apposita clausula
6 omni meliori modo quæ operatur, † vt eo modo quo potest valere, substineatur *Caputaq. decis. 91. num. 5. par. 1. Aym. cons. 141. num. 3. & cons. 301. col. fin. Cephal. cons. 41. num. 16. lib. 1. Ruin. cons. 11. n. 16. lib. 2.*

Nec obstat Camillam se obligasse tanquam ex Capitulis matrimonialibus ipsa teneretur, & sic ex falsa causa, nam dicta Capitula per eamdẽ subscriptã non reperiuntur; cum enim illa prædicta capitula
7 ratificasset, † perinde est ac si eadem ab initio subscripsisset *l. fin. C. ad Macedon. l. si pecunia C. de neg. gestis l. semper vers. sed si quis ratum habuerit ff. de reg. iur.*

Et in omnem euentũ satis apparet de illius obligatione cum ad cautelam in contractu denuò ad huiusmodi dotem, & tertiam partem bonorum præsentium, & futurorum se obligauerit.

8 Nec releuat mulierem etiam pro communi filia dotanda non posse cum Viro simul obligari ex *Alex. in l. 1. num. 39. ff. solut. matr. & alijs.*

9 Quia contraria opinio † magis communiter est recepta, illius videlicet obligationē subsistere *Bald. in l.1. num.1. vers. quartum decimum ff. solut. matr. Socc. cons. 80. nu. 27. lib. 4. Ruin. cons. 194. num. lib. 1. Bald. nou. de dote par. 6. priuil. 3. ad fin. & priuil. 12. num. 2. Franc. Marc. quæst. 508. nu. 18. par. 1. Aluar. Valasc. consult. 127. num. 2. cum seq. Put. decis. 160. lib 3.*

Neque obstat promissionem tertiæ partis bonorum fuisse inualidam ex *l. pactum quod dotali C. de*
10 *pact.* Nam dicta lex † in pacto loquitur de futura successione, & quando vel tota hæreditas, vel eius quota esset promissa, secus autem vbi fuit promissa quota bonorum, vt in casu nostro; tunc enim promissio substinetur *Bellon. cons. 5. numer. 16. vers. non obstat tertio Paris. cons. 26. nu. 85. & 103. lib. 2. Dec. in l. pactum quod dotali num. 10. vers. secundo limitatur C. de pact. Osasch. decis. 100. Cras. de success. §. successio ab intestato quæst. 9. num. 16. vers. contrarium verò.*

Et ita vtraque &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Algaren. Dismembrationis.

Lunæ 8. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Læsionem allegans, non sufficit, vt id asserat sed requiritur transportatio actorum, ad hoc vt merita causæ perpendantur Præsumptio pro integra transportatione actorum, quando intret, ita vt contrarium dicenti incumbat onus probandi, & quando cesset, & sic asserenti acta esse integra, talem integritatem probare teneatur, licet iuris præsumptio sit in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Læsionem allegans, debet acta transportare, vt merita causæ perpendantur.*
2 *Acta causæ præsumuntur integrè transportata, & qui contrarium dicit, tenetur id probare.*
3 *Acta tunc præsumuntur integrè transportata, quando fuerunt tradita à* Notario *actuario, vel ab eius successore.*
4 *Acta, quando non fuerunt transportata à* Notario *actuario causæ, tunc si quis dicat ea esse integra, incumbit onus probandi.*
5 *Probatio, quæ non concludit, non releuat.*
6 *Attestationi eius non est standum, dum non attestatur de re ad suum officium non spectanti.*
7 *Vicarii officium est iudicare, non autem attestari de re, quæ spectat ad Notarium actuarium.*
8 *ad* Notarium, *& non ad alium spectat attestari an acta trasportata sint integra.*
9 *Acta aliqua tantum fuisse facta in certa causa, non sufficit, vt id quis asserat, sed etiam, vt iustificet.*
10 *Et maximè, quando adest aliqua præsumptio in contrarium.*

¶ Allegatur hæc decisio supra in decisione 20. quæ est in præsenti causa.

DECISIO DCXCIII.

FVIT in hac causa die 14. Nouembris præteriti iudicatum obstare moderno Rectori Concordiā, quia illa facta fuit ex causa recessus à lite, & à Sede Apostolica confirmata, nec de læsione, quæ ad illā infringendam plene, & concludenter probanda erat, constare poterat, quia non fuerunt transportata acta Iudicij quod tempore dictæ transactionis pendebat, sine quibus impossibile est læsionem consi-
1 derare, † cum adhunc effectum necesse sit merita causæ perpendere, & dubium litis euentum æstimare, vt pluribus fuit in dicta decisione deductum.

Vnde exhibitis pro parte dicti Rectoris post dictā decisionem aliquibus scripturis, denuo dubitari cōtigit, an constet de integra transportatione actorum, itaut sit recedendum à decisis, & Domini censuerunt non constare, ac propterea standum in decisis,
2 quia licet regula sit quod † acta præsumuntur integra, & qui contrariū dicit id probare tenetur *Bart. in rubr. de nou. oper. nunc num. 8. & fuit dictum in Calaguritana beneficij de Ariola 17. Decembr. 1593 coram bon. mem. Gypsio*, hoc tamen procedit quan-
3 do illa fuerunt à Notario † actuario tradita, secus vero vbi, prout in casu isto illa fuerunt tradita ab alio, qui non est actuarius, nec illius successor in officio, tunc enim cessat illa præsumptio cum imo in hoc casu dici possit non constare de aliqua tran-
4 sportatione, & qui prætendit illa † esse acta illius Iudicij, & non extare alia, id probare debet *iuxta reg. text. in l. 2. ff. de probat.*

Nec releuat attestatio Vicarij Curiæ Arboren. quod mandauit perquiri illa acta in archiuio, & nō fuit aliquid repertum, quia fuit responsum, quod di-
5 cta attestatio non † concludit, cum possit esse, quod acta reperiantur extra Archiuium penes Actuarum vel etiam in alio loco, & quatenus concluderent
6 negatiuam, quod alia acta † non extent, non videtur ei standum, quia Vicarij Officium est iudicare,
7 non † autem attestari, quod ad Notarium actuarium,
8 & non† ad alium pertinet *glos. in cap. quoniam contra, & ibi Innocen. num. 8. Abb. num. 26. de probat.*

Non obstat quod dicitur fuisse in illo iudicio præsentatas tantummodo litteras delegationis, & à
9 Iudice citationem cum inhibitione decretam, nec aliquid vlterius actum, quia in facto hoc non iustificatur, prout necesse esset, cum præsertim adsit præ-
10 sumptio † in contrarium ex eo quod in Apostolica confirmatione dictæ concordiæ dicitur fuisse coram Archiepiscopo Arboren. ad nonnullos actus processum &c.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Narnien. Bonorum.

Lunæ 19. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Aduersus etiam tres sententias datur restitutio in integrum constito de bono iure eam petentis Præsumptio l. quintus, ff. de donat. inter vir. & vxor. quando cesset.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum aduersus sententias datur con-*

consilio de bono iure petentis, etiam contra tres conformes.
2 *Obseruantia 30. annorum facit præsumi omnia solemnia in contractu interuenisse.*
3 *Mulier, si aliquid acquisiuerit, & bona alicuius administrauerit, præsumitur ex dictis bonis illud acquisiuisse, vt euitetur suspicio turpis quæstus.*
4 *Hæres agens vti hæres non potest impugnaee factum defuncti.*
5 *Mulier, si sit industriosa, tunc cessat præsumptio de qua in l. quintus ff. de donat. inter vir. & vxorem.*
6 *in Rationis redditione venit restitutio reliquatus.*

¶ Decisio ista est in eadem causa vt est decisio 294. supra in præcedenti Tomo, & decisio 682. supra in hac Appendice.

DECISIO DCXCIV.

DVBITAVI an hæredibus Thomæ esset danda restitutio in integrum, ita vt esset standum, vel recedendum à decisis in hac causa, & pro ipsis hæredibus solum informantibus fuit tentum, quia ex decisionibus in hac causa factis constat de
1 bono iure dictorum, hæredum, quo † casu datur restitutio in integrum, & contra tres conformes Cappell. *Tolos. decis. 54. Cass. decis. 1. de rest. in integrum multos adducit Mascard. de prob. concl. 1274. num. 28. & post lapsum quatriennij Rota decis. 857. & decis. 1359. lib. 3. diuers. Ves. decis. 11. numer. 4. part. 2.*

Et quantum ad bonum ius, visum fuit non obstare aliquas difficultates, alias pro parte hæredum Alexandri excitatas, quia obiectum cessare visum
2 fuit ex effectuatione vltra 30. annos, † quæ facit præsumi omnia solemnia interuenisse *Rol. à Valle cons. 99. num. 34. & 75. lib. 2. Surd. decis. 28. num. 23. Seraph. decis. 180. nu. 7. Hond.* & visum fuit obstare secundum nempe quod Martia donando scut. 200. remanserit indotata cum habuerit pro dote solum scuta mille, quia fuit responsum non constare quod Martia non habuerit alia bona immo dari magnum sumum de contrario ex dispositione vnius Testis dicentis q̄ Martia erat industriosa, & faciebat multas mercaturas, scilicet visum fuit non obstare tertium q̄ scilicet Martia fuerit Tutrix Alexandri, & quod propterea ad euitãdam suspicionem turpis quæstus
3 præsumendum † sit quod pecuniæ fuerint Alexandri iuxt. notata *in l. quintus ff. de donat. int vir. & vxor.* quia fuit responsum in primis Alexandrum egisse,
4 tamquam hæredem Martiæ † & ideo non posse impugnare illius factum ad *l. cum à matre C. de rei vẽdic. Menoch. cons. 89. num. 5. Rota diuers. decis. 110. in princ. par. 2.*

Secundo fuit dictum illam præsumptionem cessa-
5 re cum Martia † esset industriosa, vt dictum est. Tertio tolli omnem difficultatem, ex eo q̄ Martia reddidit rationem suæ tutelæ. Vnde cessat præsum-
6 ptio quod † ex bonis Alexandri retinuerit in manibus, cum in redditione rationis veniat reliquatus.



EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Romana Palatij.

Veneris 23. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Testis vnicus non probat, & multo magis si sit de auditu à principali, vel si deponat de credulitate. Intentio aliud est, & aliud effectus. Ex pretij qualitate arguitur, quid veniat in venditione.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus non probat.*
2 *Testis de auditu à suo principali non probat. Testis de credulitate non attenditur num. 2.*
3 *Tractatus non concludit implementum.*
4 *Intentio concedendi aliquam gratiam per Curiales practicos habetur pro re valde diuersa ab ipso obtentu gratiæ.*
5 *Verba de iure intelliguntur cum effectu.*
6 *In contractibus interpretandis multum defertur consuetudini.*
7 *Ex pretio arguitur, quid veniat in vnditione.*
8 *Impossibilium nulla est obligatio.*
9 *Viam eam, nemo cogitur eligere, per quam sua consilia non possunt habere suum effectum.*

¶ Est in eadem causa de quibus supra decisiones 37. & 681.

DECISIO DCXCV.

RESOLVTVM fuit non constare de adimplemento R. P. D. Viues reseruato tamen vt videretur an DD. de Ferantinis possent dare de dicto non adimplemento, *& quo ad illud quod D. Viues non adimpleuerit,* moti fuerunt DD. quia in apoca confecta sub die 24. Aprilis 1614. *in qua se fundat D. Viues* habetur, quod Fuluius faciet instrumentũ modo D. Viues obtineat gratiam, quod possit fieri aggregatio alicui monti pro summa scutorũ 15500. *vel inueniat modum, vt haberi possint scuta 7000. pro vsibus propriis ipsorum de Ferratinis,* Vnde D. Viues, quatenus prætendat impleuisse, debet probare alterum se ex prædictis fecisse, *quorum neutrum visum fuit probatum*; nam quatenus prætendat adimpleuisse circa aggregationem montis, testes ad hoc dati, visi fuerunt nihil concludere, nam primus solum deponit, quod D. Viues dixit se velle de hoc tractare cum Sanctissimo, & quod tractauit cum Illustrissimo D. Cardinali Serra, & cum Bulgarino, secundus verò deponit super eodem tractatu de auditu à D. Viues, & de sua credulitate.

Verùm præterquam quod dictus tractatus non pro-
1 batur per primum testem, † cum sit vnicus *ad not. in l. iur. iur. religione, C. de testib. cap. veniens, il primo. de testib. glos. in l. Theopompus. verb. quantitas. de dot. prælegat.* Etenim secundus de † auditu ab ip-
2 so principali, & de sua credulitate nil probat *Bart. in l. vnica. ff. si tab. testam. glos. & Doct. in Testium, C. de testib. Dec. cons. 429. num. 2. Cas. de Grass. decis. 75. num. 1. 2. & 3. de testibus* etiam si probare-
3 tur tractatus, *hoc † non concluderet implementum, quia D. Viues promisit obtinere gratiam, non autem simpliciter* tractare, & non obstare visum fuit, quod stete-

steterit per Ferratinos, cum ipsi non adinuenerint modum assecurandi montem, vnde cum per ipsos steterit, implementum pro parte D. Viues haberi pro facto, quia visum fuit DD. hoc posse habere locum, *si D. Viues probaret se verè obtinuisse* gratiam à Papa, puta, quia obtinuisset per Sanctissimum signari Chrographum, vel quid simile, & postea gratia non potuisset habere effectum ob non datam cautionem à Ferratinis, sed in proposito non probatur obtenta gratia, sed ad summum simplex tractatus, & licet primus testis conetur deponere, fuisse datam de hoc bonam intentionem D. Viues,
4 *attamen* ista bona † intentio per Curiales practicos *habetur pro re valde diuersa ab ipso obtentu gratiæ*, vt promisit D. Viues.

Quantùm ad aliud, quod D. Viues impleuerit alteram partem, alternatiuè, *cum scilicet inuenerit modum, vt Ferratini habere possint scuta 7000 pro vsibus propriis*, cum proposuerit, quod obtineretur derogatio à Sanctissimo pro scutis 4000, plusquam fuit tractatum inter ipsos fratres, cum quibus quidem 4000. fuisset auctum multiplicum, & sic Ferratini habuissent dicta scuta 7000. pro vsibus proprijs, fuit responsum in primis promissionem D. Viues de inueniendo modo, vt *haberi possent scuta* 7000. non debere intelligi *de simplici consilio, sed de*
5 *ipso effectuali modo*, etenim † de iure, intelliguntur cum effectu, *l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisq. iur. l. 2. C. com. de leg. & dixit Rota in Romana legitimæ 27. Ianuar. 1617. coram me*, & visum fuit *omnino inuerisimile*, quod Fuluius fecerit contractum correspectiuè ad simplex consilium, cum in Curia non desint, qui in similibus negocijs consulant gratis, imò etiam aliquando non requisiti, vulgo appellati Arcicogolanti, sed potius quod Fuluius habuerit rationem, quod D. Viues ob gratiam, quam meretur apud Sanctissimum, & vniuersam Rempublicā Christianam ob insigne opus propagationis fidei Catholicæ, quod incepit, & pro quo tentauit, & tentat acquirere Palatium, de quo agitur, *esset cum effectu operatum*, & quod Ferratini possent impli-
6 care *dicta scuta* 7000. in vsibus proprijs. in † interpretandis autem contractibus, multum defertur verisimilitudini, *Surd. cons. 145. num. 26. volum. 1. & fuit dictum in Romana census 6. Iunii 1603. co-*
7 *ram me, qua ratione arguimus ex pretio* † quid veniat in venditione, *Oldrad. cons. 252. num. 3. Alex. cons. 26. in fin. lib. 4. Menoch. cons. 395. num. 15. Rota in Romana scutorum 25. annuorum 30. Ianuarii 1606. coram me, secundo principaliter fuit dictum*, quod modus obtinendi derogationem pro dictus scu. 4000. plus non est opportunus, qui etiam si hoc cōcederetur à Sanctissimo, non suffragaretur, quia non esset conformis concordiæ, cuius vigore fuit à fratribus de Ferratinis datum mandatum ad vendendum. Etenim dicta concordia est restricta ad alienationem bonorum pro scutis 30. mil. Vnde si fieret pro scutis 34. mil. deficeret mandatum in Fuluio, *propterea modus debet inueniri talis, vt non*
8 *repugnet mandato*, ne † alias partes videantur sensisse *de modo sibi impossibili contra not. in l. impossibilium, ff. de reguur. in § si impossibilis instit. de inutil. stipulat. gloss. in cap. ad audientiam. verb. habere,*
9 *de spons. & matr.* vel eligere viam, † per quam sua consilia non potuissent habere effectum, *ad not. in l. si duo, & ibi scribentes, ff. de acquir. hæred. l. si v.* *vbi Ias. num. 5. ff. si cert. petat. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 2. num. 25. Surd. cons. 307. num. 15.*

REVERENDISS. DVNOZETTO.
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Cesenaten. Separationis Thori.

Mercur. 28. Iunij 1617.

ARGVMENTVM.

Vxor dedignata, si discedat è domo viri & secum portet iocalia, ex quibus probetur ea non esse propria, sed ipsius viri, & ex quo diluitur ea non fuisse donata à viro eius vxori, vel à socero nurui.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes de facto proprio & reddentes optimam rationem sui dicti plenè probant.*
2 *Testes duo regulariter sufficiunt in qualibet materia.*
3 *Oppositiones contra testes, si sint leues non attenduntur.*
4 *Confessio extraiudicialis fortius probatur per testes, quando est adminiculata.*
5 *Testes, quando dicantur deponere de certa scientia quod iocalia vxoris sint mariti.*
6 *Testis si sit famulus, & singularis, debilitatur satis eius fides.*
7 *Limitā tamen hoc, quando concurrunt plura ac diuersa adminicula, veritatis factum suadentia.*
8 *Vxor non tenetur ad restitutionem iocalium, quæ ei fuerunt donata ab eius socero.*
9 *Iocalia, quando sunt magni valoris, non præsumuntur vxori, ab eius viro vel socero donata. Sed potius accomodata ad vsum ipsius vxoris, vt honestius, decentiusque incedere possit.*
10 *Vxori non est credendum, dum asserit eius virum vel socerum ei donasse iocalia.*
11 *Maritus dando iocalia vxori, si vtatur verbo, donare, intelligi debet quo ad vsum, & quo ad proprietatem, & num. 12.*
13 *Vxor, quæ discessit ab eius viro, vt cogi possit ad restitutionem iocalium eidem datorum ab d. viro, quid sit discutiendum.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in decisione 10. in præcedenti Tomo, quæ est in eadem causa vbi discutitur id, quod in fine huius decisionis reseruatur videri.

DECISIO DCXCVI.

PROPOSITO per me dubio. Vtrum constet D. Mariam Felicem cum à Domo viri in Monasterium confugit detulisse rerum gemmas, & iocalia, de quibus deponunt Testes, itaut ea teneatur restituere D. Fabio eius marito. Visum fuit Dominis respondendo primæ parti dubij constare de transportatione, & eadem Iocalia esse Viri.

Et Primo ipsam dd. Iocalia asportasse à Domo Viri, eaque dum in Monasterio S. Catherinæ moraretur penes se habuisse, & demum cum Romæ vna cum fratre iter aggressa est secum detulisse, probatur per depositiones duarum Monialium conteilium,
1 quæ deponunt † de facto proprio, & reddunt optimam

mam causam scientiæ. Vnde concludens elicitur
2 probatio, cũ in ore duorum testium † stet omne verbum *l. vbi numerus. ff. de testib.* concurrente, & præsum tione *l. Quintus Mutius. Gabr. conclus. 15. de præsumpt.*

Quoad exceptiones datas cõtra personas dd. Mo-
3 nialium visæ † sunt satis leues, aut non probatas non concludere.

Quod verò d. iocalia fuerint mariti, & ab eo vxori data ad ornatum satis iustificatur ex confessione
4 d. D. Mariæ † Felicis extraiudicialis probata per dictas Moniales, quæ venit adminiculata ex depositione sexti testis, qui deponit de certa scientia, cum
5 fuerit præsens † quando emit D. Fabius dd. iocalia, quæ postea d. Mariæ Felici ad eius ornatum fuerunt consignata.

Et licet dicatur debilitari dictum d. 6. testis, cum
6 sit famulus † d. Fabij & singularis, tamen si coniungitur cum d. confessione extraiudiciali, & cum præ-
7 sumptione iuris, † vsuq. communi satis cõcludentem probationem facere visum fuit.

Nec obstat, quod dicitur dd. gemmas, seu ioca-
8 lia fuisse d. Mariæ Felici † à Socero donata, & ita non teneri ad eorum restitutionem, cum enim dd. gemmæ fiat magni valoris non censentur donatæ,
9 † sed potius commodatæ ad vsum ipsius vxoris, vt honestius, decentiusq. incederet *l. sicut certo. §. interdum. ff. commod. l. sed et si vir. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. id vestimentum. ff. de pecul. Bart. in l. penult. §. seruus. num. 2. ff. sol. matr. Corn. cons. 114. num. 7. lib. 4. Clar. in §. donatio. q. 10. num. 3.* & ex multis cumulatis *fuit decisum in vna Ferrarien. lucri dotis 13. Martij 1618. coram R.P.D. meo Manzanedo.*

Et licet secundus testis deponat d. D. Mariam dixisse illa iocalia fuisse sibi donata à Socero, vltra
10 quod non † statur eius dicto in sui fauorem, illud verbum donare, debet intelligi quoad vsum, & non
11 quoad † proprietatem, *Bart. in l. 1. §. nec Castrensem num. 10. ff. de vi bon. rapt.* fusissimè *Honded. cons. 30. num. 29. & seq. lib. 2.* vbi hanc quæstionem ex professo disputat, & fuit dictum *in d. Ferrarien. dotis coram R.P.D. Manzanedo*, vbi etiam plenè re-
12 spondetur obiectioni, quæ fit ex † præsumpta donatione, quæ inducitur ex nobilitate mariti, vel vxoris.

Quoad alteram dubij partem: An maritus constante matrimonio ad sui libitum possit cogere vxo-
13 rem † ad restitutionem dd. iocalium, cum hæc decisio dependeat à meritis causæ, & iudicij super separatione thori coram me introducti, vtrum scilicet d. D. Maria Felix iustam habeat causam confugiendi ad Monasterium, ideo Domini iudicarunt mereri dubium particulare.

Et ita decisum vtraque parte informante.

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Lauretana Iurisdictionis.

Lunæ 13. Nouembris 1617.

ARGVMENTVM.

Declaratur an constet de tali obseruantia, per quam dici possit, quod Bulla erectionis Cathedralis Lauretanæ non comprehendat Sanctam Capellam, & pro negatiua resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam super iurisdictione spirituali in locis omnibus existentibus intra limites suæ Diœcesis.*
2 *Capella vna, si sit in medio Ecclesiæ, & nihilominus non subijciatur in spiritualibus Prælato, qui est superior illius Ecclesiæ, est opinio satis noua, & insolita.*
3 *Capellæ regulariter sequuntur naturam Ecclesiæ intra cuius ambitum sitæ sunt.*
4 *Capellæ, quare in particulari non consacrentur.*
5 *Erectio præsumitur facta iuxta solitum, & qui dicit contrarium, ei incumbit onus probãdi, & n. 6.*
7 *Interpretationis praeambulum necessarium, est ipsa dubietas verborum.*
8 *Dispositionis vna pars, quando interpretatur, potior est coniectura, quæ desumitur ex alia parte eiusdem dispositionis.*
9 *Et hoc multo magis procedit, quando non solum sequeretur diuersitas, sed etiam contrarietas.*
10 *Obseruantia nihil aliud est, quam mera coniectura, ex quo aliud est, quod ita sit scriptum.*
11 *Præsumptiones contrarijs præsumptionibus eliduntur, & conquaßantur.*
12 *Consuetudo proxima est attendenda.*
13 *Conseruatores Vrbis, & Priores Capitum Regionum retinent Claues Sanctorum Apostolorum, & Capellæ Saluatoris in Ecclesia Lateranensi.*
14 *Gesta ab aliquo cum probibitione aduersarij non habentur in consideratione.*
15 *Actus pauciores tunc attenduntur, quando ex regulis, & præsumptionibus iuris, sunt magis adminiculati.*
16 *Obseruantiam ad sui fauorem facere in potestate vnius partis esse non debet.*
17 *Obseruantiæ vis in eo consistit, quod ita factum fuerit, sciente, & patiente illo, qui poterat, & debebat consentire.*
19 *Præsumptio, quæ potest oriri ex facto vnius eliditur, & conquaßatur ex dissensu alterius.*
20 *Probare quis non tenetur id, quod in eo non se fundat.*

¶ Præsens decisio est in eadem causa, de quibus supra decisiones 34. & 686.

DECISIO DCXCVII.

CVM aliàs nempè sub die 21. Aprilis proximi inhærendo Decisioni per prius, nempè 23. Ianuarij eiusdem anni factæ fuerit resolutum Sanctam Capellam comprehendi in erectione Cathedralis Lauretanæ, & non adesse obseruantiam, quæ posset contrarium interpretari, insteterunt informantes pro Illustriss. D. Protectore audiri super hac secunda parte decisionis, & sic videri, an constet de tali obseruantia, per quam possit dici Bullam erectionis Cathedralis Lauretanæ non comprehendere Sanctam Capellam, quo dubio per me sub hac die proposito, Domini negatiuam partem amplectendo steterunt in decisis, pro quo vltra alias dicta, nonnulla fuerunt in primis obseruata.

Primo, quod Illustrissimo D. Cardinali Episcopo non incumbit onus probandi, quod dicta Bulla in verbis compr. hendat Sanctam Capellam, sed sufficit sibi, quod in verbis non excludatur, etenim su-

per

per iurisdictione spirituali ipse habet fundatam in-
1 tentionem † etiam super Sancta Capella, eo ipso,
quod illa continetur intra limites Diœcesis sibi as-
signatæ pro suo Episcopatu, *cap. omnes Basilicæ 16.*
quæst. 7. cap. cum Episcopus. de off. ord. in 6. cap. cum
Capella de priuileg.

Secundo, quod ista prætensio, quod vna Capella
2 sit in medio Ecclesiæ, † & nihilominus non subij-
ciatur in spiritualibus Prælato qui est superior illius
Ecclesiæ, est satis noua, & insolita, quia regulariter
3 Capellæ † sequuntur naturam Ecclesiæ intra, cuius
4 ambitum sunt sitæ, qua ratione neque etiam † con
secrantur in particulari, vt probatur *in cap. Ecclesia*
il 2. de consecrat. distinct. 1. & cap. 7. & tot. tit. de
consecr. Eccles. vel Alt. Lambert. de iurepatr. lib. 1.
par. 1. q. 4. art. 9. in fin. vers. an Capella. Cum igi-
tur non controuertatur D. Cardinalem Episcopum
Lauretanum esse etiam Episcopum Ecclesiæ, intra
cuius ambitum continetur Sancta Capella, resultat
præsumptio, quod sit Episcopus, & ipsiusmet Sanctæ
5 Capellæ, quia erectio † præsumitur facta iuxta soli-
6 tum, & qui dicit contrarium † tenetur probare *l. cer-*
ti conditio. §. qui nummos. iuncta glos. in verb. quo-
tidie. ff. si cert. pet. l. vel vniuersorum. ff. de pignorat.
act. Alex. cons. 46. num. 8. lib. 5. Crauett. cons. 763.
num. 25. ideoq. non est probandum à D. Cardinali
Episcopo quod Sancta Capella sit comprehensa in
Bulla erectionis, sed potius D. Cardinali Protecto-
ri, quod sit exceptuata, & ideo pro parte dicti D.
Cardinalis Protectoris essent ostendenda verba so-
nantia in exceptionem, itaut ex subsecutis actibus,
& obseruantia potuerit recipere interpretationem
7 exceptiuam, alias deficit † præambulum necessarium
interpretationi, hoc est ipsius dubietas verborum,
Natt. cons. 318. num. 1. Rot. decis. 121. nu. 29. par. 1.
& decis. 37. num. 29. & decis. 39. num. 11. par. 2. di-
uers. Surd. cons. 426. num. 44. Card. Seraph. decis.
1108. num. 7.

Tertio fuit obseruatum quod tantum abest, quod
verba Bullæ erectionis habeant verba, quæ sonent in
exceptionem, quod potius incalescant in compre-
hensionem, vt fuit pōderatum in alijs decisionibus,
vnde etiamsi adessent aliqua verba, quæ possent so-
nare in exceptionem, essent in primis, & ante om-
nia concordanda cum verbis importantibus inclu-
8 sionem, quia in interpretanda † vna parte disposi-
tionis, potior est coniectura, quæ desumitur ex alia
parte eiusdem dispositionis *vulg. l. qui filiabus ff. de*
9 *leg. 3.* hoc vero multo magis, † quando non solum
sequeretur diuersitas, sed etiam cōtrarietas, *Alciat.*
de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 28. num. 2. Honded.
cons. 33. num. 58. lib. 1. Laderch. cons. 1. nu. 18. vers.
veram enim, Peregr. cons. 15. num. 7. lib. 3. Card. Se-
raph. decis. 375. in fin. vt sequeretur in proposito,
cum aduersentur comprehendere, & non compre-
hendere.

Quarto fuit obseruatum, quod pro inclusione ne-
dum concurrant regulæ, & verba de quibus supra,
sed magna veresimilitudo deducta ex decore, & alijs
quæ mouerunt Papam ad faciendam prędictam ere-
ctionem, vt aliàs fuit ponderatum in prædictis deci-
sionibus.

Ex istis videbatur constitutus D. Cardinalis Pro-
tector in magna necessitate probandi suam obseruā-
tiam interpretatiuam admodum claram, & incon-
10 cussam, cum enim talis obseruantia, † nihil aliud sit
quam mera coniectura ex quo aliud est, quod ita sit
scriptum, aliud verò quod ita sit factum, cum non
aduersētur, quod vno modo sit scriptum, & alio mo-
do vel propter impotentiam, vel propter inaduer-
tentiam, sit obseruatum, sequi videbatur quod eo
11 potentior requiratur obseruantia, † quo potentiores
sunt coniecturæ contra ipsam obseruantiam, quia
præsumptiones contrarijs præsumptionibus elidun-
tur, & conquassantur.

Talis autem nempè inconcussa, & clara visa fuit
Dominis non esse obseruantia deducta pro parte
12 D. Protectoris, primo, quia † non est proxima ipsi
erectioni prout esse debet, *Bald. in proœm. ff. num. 7.*
Socc. cons. 6. num. 2. lib. 1. Card. Mantic. de coniect.
vlt. vol. lib. 3. tit. 8. num. 8. & tit. 9. num. 5. & appro-
bauit *Rota in decis. 37. num. 34. & 35. decis. 39. nu-*
mer. 12. par. 2. diuers. & in Ianuen. iurisdictionis
3. Iunij 1607. coram Illustriss. D. Card. Ludouisio.
Secundo, quia vt plurimum cōcernit administratio-
nem temporalem ipsius Sanctæ Capellæ, quæ non
controuertitur pro parte D. Cardinalis Episcopi si-
cut signāter visum fuit concernere illud in quo fie-
bat magnum fundamentū nempè quod super Porta
Sanctæ paruæ Capellæ fuerit tenta Tabella negans
ingressum in illa sine licentia D. Protectoris vel Gu-
bernatoribus sub pœna excommunicationis, quia
hoc potuit euenire ratione rerum pretiosarum, quæ
conseruantur in illo loco, & sunt sub custodia ipsius
Domini Protectoris, & eodem modo respondetur
ad retentionem clauium ipsius Sanctæ Capellæ, &
pro hoc allegabatur simile de clauibus Sanctorum
Apostolorum, & Capellæ Saluatoris in Basilica La-
13 teranensi in Vrbe, † quæ retinentur per Conseruato-
res, & Priores Capitum Regionum absque eo quod
ipsi aliquid prætendant, vel prætendere possint super
iurisdictione spirituali in dicta Ecclesia Lateranen.
Vltra quod neque hæc probantur de tempore pro-
ximo erectioni vt esset necessarium ex supra addu-
ctis, & in omnem euentum, neque etiam conclu-
dunt priuatiuè quoad D. Cardinalem Episcopum,
quem in Capitulis Cardinalis Vastauillani, & ex te-
stibus datis in summ. num. 5. apparet aliàs habuisse
partem in deputatione Custodum S. Capellæ. Ter-
14 tio quicquid † fuerit gestum à Protectoribus vide-
batur non attendendum ex quo pro parte Episcopo-
rum semper adfuit contradictio vt apparet ex dedu-
ctis pro parte Domini Cardinalis Episcopi, & etiam
ex concordatis, qui allegantur per ipsummet Cardi-
15 nalem Protectorem, sed signanter adsunt actus † iu-
risdictionales facti per Episcopum, qui licet sint pau-
ciores, tamen in proposito casu visi fuerunt suffice-
re, tum quia ex regulis, & præsumptionibus iuris de
quibus sunt magis adminiculati, tum quia magis
conformes verbis erectionis, tum etiam quia facti à
minus potenti, cum de illo tempore Protector esset
Cardinalis, & Episcopi tantum Prælati. Tum deni-
que quia onus probandi obseruantiam non incum-
bit D. Episcopo per ea quæ dicta fuerunt supra, vnde
sufficit sibi, quod ex istis verbis colligantur duo.
Primo non acquiescentia Episcoporum quę videba-
16 tur necessaria, nè aliàs sit in potestate † vnius partis
facere obseruantiam ad sui fauorem, dicebatur enim
17 vim obseruantiæ consistere in eo, quod ita † fuerit
factum sciente, & patiente illo, qui poterat, & de-
bebat dissentire, nam eo ipso, quod non dissentit ori-
tur præsumptio, quod ita fuerit intellectum ab initio,
sed

18 sed si dissentit, præsumptio, † quæ posset oriri ex facto vnius eliditur, & conquassatur ex dissensu alterius. Secundo ex dictis actibus iurisdictionalibus factis ab Episcopis resultat difformitas obseruantiæ,
19 † quæ obseruantia difformis nõ suffragatur ex allegatis in aliis Decisionibus. Et D. Cardinali Episcopo sufficit tollere obseruantiam prætensam ad fauorem Protectoris nec habet opus probare obser-
20 uantiam ad fauorem Episcoporum, † cum non se fundet in illa, sed in regulis, & præsumptionibus Iuris, & in verbis Bullæ Erectionis, quæ incalescũt in sui fauorem, vt latè supra, & in alijs Decisionibus deductum est.

Et ita tentum, &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO.

Nepesina Tutelæ.

Lunæ 29. Ianuar. 1618.

ARGVMENTVM.

Notariatus alicuius de aliquo tempore ex quo probari possit, & quid stante communi existimatione. Cassatura in Instrumento licet non probet, quando non constat de approbatione Notarij, tamen id nõ procedit quando fuit facta ab eodem Notario rogato, & multò magis si adsint adminicula veritatis.

SVMMARIVM.

1 *Notarius de tempore præsenti, non præsumitur Notarius in futurum limita vt num. 2.*
3 *Notariatus existimatio alicuius in aliquo loco, inseruire non potest pro diuerso loco.*
4 *Testis deponens super existimatione Notariatus alicuius, quando non dicatur se restringere ad certum locum.*
5 *pro Notario si quis ab omnibus existimabatur, id satis videtur esse ad eiusdem deputationis validitatem.*
6 *ex Testium rogitu etiam rogitus Notarij præsumitur.*
7 *Et hoc præsertim quando scriptura in prothocollo fuit reperta.*
8 *Dies in vno instrumento apposita, an censeatur repetita in sequenti instrumento.*
9 *Cassatura, & lineatura in instrumento absque vlla Notarij rogati approbatione fidem non meretur.*
10 *Cassatura in instrumento quando est facta de ipsius Notarij rogati manu, non eget approbatione.*
11 *Cassatura in instrumento facta de manu Notarij rogati, censetur facta de mandato partium.*
12 *Amplia multo magis id procedere, dum ex subsequentibus constat de ipsius veritate, & nu. 13.*
14 *Et sine dubio ea conclusio procedit, quando apparet de obseruantia.*
15 *Testium defectus suppletur ex numero.*
16 *Testibus contra partis confessionem non est fides adhibenda.*
17 *Articulans non dicitur fateri.*

¶ Præsens decisio est in eadem causa de qua supra in præcedenti Tomo decisio 53. & ibi in fine annotatum habes plures alias decisiones in hac causa factas.

DECISIO DCXCVIII.

HAERES q. Antonij Plodij cum decisioni sub die 27. Februarij præteriti coram me facta non acquiesceret, denuo super ijsdem causa proposui, & Dominis visum fuit standum in decisis rationibus ibi deductis, quibus non obstat Angeli Petronij Notariatum non probari saltim de anno 1591. de quo tempore fuit ille rogatus de Antonij deputatione in Tutorem, cum super tali Notariatu textes examinati de anno solum 1594. deponant, & sic infertur Angelum potuisse de anno 1594. non autem de anno 1591. Notarium reputari, cum quis
1 † de tempore præsenti Notariatus in præteritum talis non præsumatur *Alex cons. 198. num. 3. & 4. & lib. 7. cum aliis allegatis.*

Quia fuit responsum illius Notariatum per aliud
2 publicum † instrumentum ab eodem Agelo sub die 27. Martij 1591. & sic de tempore dictæ deputationis rogatum probari.

Non obstat huiusmodi Notariatus existimationẽ
3 iuxta † depositionem testium in Castro Ciuitellæ solum viguisse, & sic eam inseruire non posse pro Castro Liprignani. Testes enim se non restrin-
4 gunt ad Ciuitellæ Castrum tanquam ibi solum Angelus Notarius haberetur, sed ad reddendam sui dicti rationem, quia nimirum eundem Ciuitellæ prætorem agnouerunt, & sic dicendum illum se pro Notario gessisse & pro tali fuisse ab omnibus habitum
5 satis † videtur ad huius deputationis validitatem *l. Barbarius de offic. Præt. Rota decis. 1. de offic. Vic. in nou. Socc. cons. 32. num. 19. lib. 1.*

Non obstat exceptio de defectu rogitus Notarij cum clausula testibus rogatis &c. de rogitu testium non autem Notarij sit intelligenda &c, Nam ex ro-
6 gitu testium etiam Notarij rogitus præsumitur. *Bero. cons. 92 num. 9 lib. 3. Alex cons. 14. numer. 32. lib. 6. Rim. Iun. in l. si mancipati num. 58. C. de collat. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 81. numer. 11. lib. 2. fuit dictum in Romana dotis de Sfortia 23. Februarij 1615. coram R. P. D. meo Manzanedo* quando
7 † præsertim scriptura fuit in Prothocollo reperta *Gurt. Iun. cons. 162. nu. 1. vers. confirmat Ruin. cons. 139. num. 12. lib. 4. Seraphin. decis. 909. num. 23.*

Nec releuat in deputatione nullam fuisse diem expressam, nec adesse verbum dicta die &c. per quod illa præcedentis actus repetita censetur, quia
8 nihilominus intelligitur superioris actus dies apposita *Bart. in l. si quis ex argentarijs §. si quis initium num. 18. & 19. ff. de eden. Menoch. de arbitr. cas. 64. num. 6. & 7.*

Non obstat Angelum Petronium dictæ deputationis tempore non fuisse Terræ Liprignani Vicarium, ex quo Annuncius Alfarabius de mense Septembris 1590. erat ibi constitutus ad 6. menses cũ prorogatione ad alios 6. qui solum de mense Septembris anni 159[illegible]. expirabat, & consequenter de mense Augusti, quo fuit rogata dictum Angelum Vicarium esse non potuisse, cessat enim obiectum ex dicti Annuncij Syndicatu de mense Martij 1591. subsecuto. Vnde satis patet illius Vicariatum vltra primos sex menses non processisse, & consequenter effectum non habuisse prorogationem ad alios sex menses indultam.

Non obstat cassaturam, & lineaturam absque
9 vlla † Notarij rogati approbatione fidem non mereri

teri ex *Paul. de Castr. in l. si vnus numer. 5. C. de testam.* nam contraria opinio receptior videtur nō esse videlicet necessariam approbationem vbi cassa-
10 turam de ipsius Notarij † rogati manu fuisse factā apponitur *Castr. cons. 131. col. 2. vers. nec nocet lib. 2. Aym. cons. 88. num. 4. Paris. cons. 28. numer. 48. lib. 2. Alex. cons. 14. col. fin. lib. 6. plures relati per* Modern. Roman. *de falsitate quæst. 143. numer. 28. vers. quid dicendum.*

11 Quia tunc de mandato † partium talis cassatura facta præsumitur *Alex. cons. 14. numer. 16. lib. 6. & cons. 104. num. 6. lib. 7. Paris. cons. 28. num. 45. lib. 2. Aym. cons. 88. num. 4.*

12 Quando præsertim † ex subsequentibus constat de illius veritate *glos. fin. in cap. cum venerabilis de relig. domib. Abb. quem sequitur* Felin. *in cap. ex litteris num. 14. vers. idem ex litteris de fid. instrum. Alex. dicto cons. 14 lib. 6. Natt. cons. 133. num. 2. Paris. d. cons. 28. num. 46. Surd. cons. 16. num. 29. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 721. & cons. 887. nu. 15.*

13 Et vbi ex hac pariter † authentica scriptura eadē habet adminiculum *Felin. in cap. ex litteris nu. 14. vers. idem si per aliam scripturam de fide instrum. Paris. cons. 4. num. 47. lib. 2. Surd. cons. 16. numer. 11. & 30. Berous cons. 90. num. 8. lib. 3. Natt. cons. 132. num. 2.*

Hic autem adminiculatur dicta lineatura ex ob-
14 seruantia † subsecuta, nec non ex instrumento Societatis Officij in alia decisione ponderato vbi Antonius Plodius Dominici Tutor nuncupatur, & vlterius ex testibus de publica voce, & fama deponentibus eundem se pro tutore gessisse.

Non obstat exceptio de non recognita Notarij rogati manu, cum ex quinque testibus duo errauerint vnam scripturam pro manu Camilli Salconij recognoscendo, quæ tamen ab Angelo Petronio scripta, & subscripta legitur, nam respondetur istum errorem quoad hoc decretum non obesse, cum illud
15 dicti testes bene agnouerint, & in omnem euentū sufficit alios tres extitisse, qui in huiusmodi recognitione non errarunt *l. vbi numerus ff. de testibus vulg.*

Non obstat Dominicum articulasse dictum decretum fuisse ab Annuncio rogatum & propterea
16 testibus † contra partis confessionem deponentibus non esse fidem adhibendam, quia cum dictus liber esset inscriptus actorum Annuncij de facili Dominicus credere potuit ab Annuncio tale decretum fuisse rogatum. Vnde cum postea de veritate constiterit dictus articulus parti nocere non debet cum
17 † regulariter articulans fateri non dicatur *Alexan. cons. 80. num. 10. lib. 2. Seraph. decis. 1154. lib. 2.*

EMINENTISS. D. CARD. SACRATO.

Ariminen. Bonorum.

Lunæ 26. Martii 1618.

ARGVMENTVM.

Sententia, & immissio eius vigore facta quando subiaceant vitio nullitatis, & iniustitię.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis immissio regulariter operatur expulsionem tam à ciuili, quam à naturali possessione. & num. 6.*
2 *Quod procedit tamen, quando ritè, & rectè processit.*
3 *Sententia lata post tres menses præfixos à constitutione Marchiæ in locis, vbi ea seruatur, est nulla.*
4 *Sententia lata post lapsum fatalium est nulla.*
5 *Statutum determinans certum tempus ad ferendā sententiam, illud succedit loco fatalium.*
7 *Transactio habet vim rei iudicatæ.*

¶ Est in eadem causa de qua supra decisio 67.

DECISIO DCXCIX.

PRO informante fuit tentum, scilicet Riccardellis esse dandum mandatum de manutenendo, quia de eorum possessione constat ex testibus, & alijs deductis per eos, & quamuis fuerit contra
1 illos † per Iudicem à quo data immissio per quam regulariter causatur expulsio, tam à ciuili, quam à naturali, vt per scribentes in *l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. de acquir. poss.* hoc tamen procedit
2 † & quatenus Iudex ritè, & rectè procedat *Corn. cons. 193. num. 4. lib. 3. & fuit coram me dictum in Romana de Pinis die 13. Nouembris 1617. & aliàs* Ideoq; cum in proposito casu Iudex potulerit suam sententiam extra tres menses præfixos à Constitutione Marchiæ lib. 6. cap. 9. vers. hoc tamen, quæ
3 Constitutio † seruari in partibus Romandiolæ præsupponitur, visum fuit huiusmodi sententiam nullitatis vitio subiacuisse, nam sicut sententia lata
4 post cursum fatalium à Iure † communi præfixorū est nulla *Gabr. cons. 54. num. 2. lib. 1.* Ita debet esse nulla, si feratur post lapsum fataliū à particulari
5 statuto, vel consuetudine præfixorum, † cum hæc subrogentur loco illorum. *Franc. in cap. ex parte quæst 6. num. 24. de appellat. Neuiz. cons. 41. num. 3. Card. Seraph. decis. 598. num. 6.* Indeque Ricciar-
6 dellos eorum possessione non † priuasse per supra allegata, in quam sententiam Domini, eo facilius deuenere, quia non potuerunt imaginare causam, quare d. Iudex aduersus transactionem per istas
7 partes factam pronunciauerit † cum huiusmodi transactio habeat vim litis finitę *l. fratris tui C. de transact. Rot. decis. 157. par. 1. diuers.*

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO SEN.

Bononien. Aquarum.

Lunæ 2. Aprilis 1618.

ARGVMENTVM.

Aquæ dominium si quis asserat ad eum spectare, id cōcludenter probare tenetur, & ad hoc docendum nō releuant actus possessorij. Aquæ dominium regulariter spectat ad eum, in cuius fundo illa nascitur.

SVMMARIVM.

1 *Aquam, si quis asserat ad eum pertinere, cum in hoc sit actor, debet id probare.*
2 *Testes nullam reddentes rationem non probant.*
3 *Dominium non probatur per testes deponentes de auditu, & credulitate.*
4 *Dominium non probatur per illos actus, qui inferunt tantum ad possessionem.*

5 Possi-

5 *Possideri potest vna & eadem res diuersis respectibus.*
6 *Reo sufficit excludere actorem, per eius non ius.*
7 *Aquæ dominium regulariter spectat ad eum in cuius fundo illa nascitur.*
8 *Aqua, si fuerit probatum, semper deseruisse pro vsu alicuius ex tali possessione dominium etiam illius esse præsumitur.*

¶ Decisio hæc est in eadem causa, de qua in precedenti Tomo decisio 222.

DECISIO DCC.

ORTA inter Comitem Barbatiam, & Dominũ Siluium Albergatũ super cuiusdam aquæ dominio controuersia, causa coram me introducta, dubitaui ad quem nam illa spectaret, & Dominis visum fuit non probari dictam aquam ad D. Siluium pertinere; Comes enim Barbatia est reus, & pos-
1 sessor, vnde † onus incumbit D. Albergato plenè, & concludenter aquæ dominium probandi *c. Abbate sanè de re iud. l. in rem actio ff. de rei vendic. Dec. cons. 62. num. 1. vers. & certè Ruin. cons. 13. num. 6. vers. sed præmissis lib. 4.* Quod pro eius parte præsti-
2 tum non apparet, † cum testes ab eodem adducti nullam reddant rationem per quam dominium huiusmodi concludatur, sed possessio dumtaxat riualis arguitur, pro qua nec testes sufficientem rationem,
3 tanquam de certa scientia † non deponentes, sed vt plurimum de auditu, & credulitate, vnde non releuant. *cap. licet ex quadam & c. litteris de test. cap. tua vbi Abb. de consang. & affin. Alex. cons. 152. vers. secundus testis lib. 5. Caputaq. decis. 278. nu. 1. & 2. par. 3.*

Et quamuis nonnulli testes afferant Albergati Colonos in dicto riuali quasdam arbores incidisse, hoc tamen de auditu deponunt, & in omnem euentum non concluderent dominium, sed possessionẽ,
4 quæ tantum † releuaret quantum actus possessorij valent incisionis arborum in loco, vbi Aqua nascitur, existentium, vnde Albergatum esse in possessione in dicto loco arbores incidendi, Barbatia verò vtendi ad sui libitum Aqua, nec vna possessio alteri
5 esset præiudicialis, cum † eadem res diuersis respectibus valeat à duobus possideri. *Oldr. cons. 257. n. 41. vers. nec est inconueniens Angel. Aret. cons. 19. n. 19. & 20. Alex. cons. 99. num. 23. lib. 5.*

6 Accedit Albergati probationem satis dubiam reddi per Comitem Barbatiam, † cui tanquam reo sufficit Albergatum excludere. *c. 12. de prob. l. fin. C. de rei vendic. Bart. in l. 2. num. 5. C. de except. rei iud. Rota decis. 6. eodem tit. in antiq.*

Datur enim Instrumentum acquisitionis 15. torturarum Terræ per Antecessores dicti Comitis factæ, quæ quantitas iuxta mensuram includit pari-
7 ter situm, vbi hæc Aqua † nascitur, & istum etiam locum Barbatiæ testes deponunt ipsius esse, & per consequens ad eundem spectare huius Aquæ dominium *l. procul. ff. de dam. inf. l. aquam, & l. præter. C. de seruit. & aqua. Paris. cons. 112. in princ. & 129. num. 3. lib. 4.*

8 Vlterius cum fuerit probatum huiusmodi Aquam semper Comitis Alexandri vsibus † deseruisse, ex tali possessione dominium etiam illius esse præsumitur *§. commodum Inst. de interd. Bart. in l. quidã in suo num. 4. ff. de condit. instit. Socc. sen. cons. 112. num. 23. lib. 4. Abb. in cap. cum ad sedem num. 2. de rest. spol. Rip. in l. rem quæ nobis num. 52. ff. de acqu. poss. Boer. decis. 42. num. 8. Menoch. præs. 63. num. 11. & seq. lib.* Cum præsertim hæc Aqua non reperiatur in suo naturali statu tanquam de præterito habita non fuit in cõsideratione, sed supra illam adsit opus manufactum alicuius releuantiæ, per quod ipsa deducitur, vt deponunt testes; Vnde non redditur verisimile, dictam Aquam si fuisset Albergati, & eius auctorum ab eisdem retroactis temporibus neglectam fuisse, ac derelictam.

Et ita vtraque.

R. P. D. REMBOLDO.

Pacen. Præheminentiarum.

Veneris 22. Iunii 1618.

ARGVMENTVM.

Actus merè facultatiui licet non tribuant aliquod ius, vel possessio considerabilis, tamen concurrente fauore cultus diuini, & longo tempore, quamuis ab initio fuerit merè voluntaria, postea tamen efficitur necessaria, & alia de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *in Iudicio manutentionis sufficiunt leuiores probationes.*
2 *Cæremoniale Romanum in materia subiecta facit ius commune.*
3 *Ius, vel possessio aliqua non acquiritur ex actibus merè facultatiuis.*
4 *in Cerimonialis Romani executionem id, quod fit, non potest dici fieri ex mera voluntate.*
5 *Facultatis meræ ea etiam, quæ sunt ab initio, fiunt ex cursu longissimi temporis fauore cultus Diuini necessitatis.*
6 *Actus, qui dederunt causam liti, & metu censurarum sunt facti, non sunt habendi in aliqua consideratione.*
7 *Protestatio debet repeti in quolibet actu.*
8 *Possessio capta non obstante protestatione partis, dicitur acquisita si ad dictam possessionem fuit processum.*
9 *Testibus illis maior fides est adhibenda, qui sunt numero plures.*
10 *Testibus in concursu illis est danda maior fides, qui super affirmatiua deponunt.*
11 *Testibus deponentibus secundum dispositionem iuris communis, plus tribuendum est.*
12 *Defuncti possessio non transit in hæredem absque noua apprehensione.*
13 *Ceremoniale Romanum lib. 1. cap. 24. quo casu loquatur.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in præcedenti Tomo decisione 54. quæ est in hac eadem causa.

DECISIO DCCI.

DOMINI dixerunt dandum esse mandatum de manutenendo Ecclesiæ, & D. Petro Ecclesiæ, scilicet quoad possessionem missas in ea solemniter

niter decantandi per Parochum & Clericos loci de Alconal in Paschatis & alijs solemnioribus anni festiuis diebus, D. Petro vero quoad possessionem recipiendi à Subdiacono, dum sacra peraguntur, osculum Pacis.

Nam de vtriusque possessione abunde constat ex testibus, tam pro parte D. Petri, quàm etiam Clericorum examinatis, vt ex decreto Reuerendiss. Pacen. quod ex ijsdem testibus apparet fuisse executioni demandatum, cum præsertim in hoc iudicio
1 † sufficiant leuiores probationes *Menoch. de retin. remed. vltim. num.* 34. *Rota diu. decis.* 196. *numer.* 6. *part.* 1. *Card. Seraph. decis.* 624. *num.* 5. & dicta quoque possessio fuerit ab antiquissimo tempore continuata, & quoad decantationem Missarum ei assistat fauor cultus Diuini, respectu verò deosculationis Pacis Cæremoniale Romanum lib. 1. cap. 24. quod in
2 materia † subiecta facit ius commune ex *not. per Mohed. decis.* 5. *de fid. Instrum.* & dictum Ordinarij decretum, quod fuit per Illustrissimam Congregationem Rituum approbatam, ac denique per particulare etiam Breue Sanctissimi Dom. N. confirmatum.

Nec propterea obstat quod dicitur, quod licet per dictos Clericos fuerint per aliquod tempus dictæ Missæ decantatæ, & pax à Subdiacono per dictũ Petrum deosculanda, porrecta, non tamen ex dictis
3 actibus tanquam mere † facultatiuis fuit aliquod Ius, vel possessio dictæ Ecclesiæ ac D. Petro acquisita, in qua manuteneri debeant ad *not. in l. Proculus ff de damn. infect. cum simil.*

Nam quoad deosculationem Pacis, actus prædicti dici non possunt prouenisse ex mera Clericorum
4 voluntate, sed ita disponente dicto † Cæremoniali, & mandante Ordinario quò verò ad Missæ decantationem vltra quod ex depositionibus dd. testium apponitur quod dictæ Missæ non fuerunt ex causa mere voluntaria decantatæ, sed propter participationem eleemosynarum ac aliarum oblationum quasi dicti Clerici habent, & ex causa quoque stipendij, quod à Confraternitate recipiunt in omnem etiam euentum cum dictæ Missæ fuerint per longissimum temporis spatium, vt dictum est, decantatæ, fuit inde Ius Ecclesiæ quæsitum, quia ea quoque
5 quæ merè † voluntatis ab initio sunt, fiunt ex cursu longissimi temporis fauore cultus Diuini necessitatis, vt ex *Abbat. in cap. suam num.* 8. *Fel. in cap. ad Apostolicam num.* 3. *de Simon. & aliàs resolutum fuit in causa Segobien. Cantoriæ* 11. *Februar.* 1604. *coram Illustriss. D. Card. Lancell.*

Nec obstat quod decretum Ordinarij dicitur de-
6 disse † causam liti, & actus factos fuisse metu censurarum quia in facto hoc non iustificatur, nec de aliqua protestatione legitima docetur, & quòd fue-
7 rit in singulis † actibus prout requiritur, repetita *Card. Seraph. decis.* 1411. *num.* 4 *& fuit dictum in Placentina voti* 27 *Nouembris* 1615. *coram R. P. D. meo Verospio.* vltra quod, nec etiam dicta protestatio releuaret, quia possessio etiam ea non obstante
8 † acquirit quando ad dictam possessionem fuit processum *Card Seraph. decis.* 876. *num.* 4.

Non obstant Testes Clericorum qui deponere, & coarctare conantur negatiuam, quod scilicet à Subdiacono non fuit D. Petro pax data, quia maior
9 † fides adhibenda videtur testibus D. Petri non solũ quia sunt plures numero *l. ob Carneno §. si testes & ibi gloss. ff. de testib. cum alijs per Gabr. eodem tit. conclus.* 4 *num.* 4. sed etiam quia deponunt super af-
10 firmatiua, † & testes Clericorum super negatiua *Gabr. loc. proximè citato num.* 1. & deponunt iuxta
11 dispositionem iuris † communis, vt dictum est, *Gabr. eodem loco num.* 22.

Non obstat quod testes deponunt de possessione D. Antonij, quæ, ipso defuncto non potuit † tran-
12 sire † in Petrum sine noua apprehensione, quia ex illorum lectura apponitur quod etiam de possessione Petri deponunt, & non ex simplici auditu, sed ex certa scientia.

Non obstat quod Cæremoniale intelligi debet de
13 Magnis Dominis † qualis non est D. Petrus, quia vltra quod dicitur ex nobilissima, & antiquissima familia descendere, obiectum etiam ex dicta declaratione Illustrissimæ Congregationis Rituum & ex Breue Sanctiss. D. N. ac etiam ex ipsis verbis dicti Cæremonialis tollitur, ex ijs enim apponitur, quod loquitur de omnibus Dominis locorum &c.

R. P. D. VBALDO.

Melphien. seu Nauellen. pecuniaria.

Mercurij 5. Decembris 1618.

ARGVMENTVM.

Sententia lata in spretum supersessoriæ habitæ à Signatura Iustitiæ est nulla. Citatio, ad sententiã, vt valeat, debet esse præcisa ad ipsam. Litteræ executoriales, vt validè relaxentur debent iustificari ex actis. Carceratio ex quibus satis dicatur iniusta, itaut obligatio extorta à carcerato ab eo, qui illum carcerare fecit dicatur nulla, & aduerte tunc etiam esse nullam obligationem eorum, qui se obligarunt pro excarceratione carcerati.

SVMMARIVM.

1 *in Iurisdictionem, quando dicatur consensum.*
2 *Sententia lata in spretum supersessoriæ habita à Signatura Iustitiæ est nulla.*
3 *Episcopus, & Vicarius faciunt vnum idemq. Tribunal.*
4 *Citatio ad sententiam vt valeat, requiritur, vt sit præcisa ad ipsam, & non sufficit si afferat ad audiendam voluntatem, vel prouisionem faciendam.*
5 *Sententia an sit diffinitiua, necne colligitur ex verbis eiusdem*
6 *Litteræ executoriales si non iustificentur ex actis, dicuntur nulliter relaxatæ.*
7 *Mandatum relaxatum vigore obligationis Cameralis, quæ tamen non legitur in instrumento, est nulliter relaxatum, num 6.*
8 *Clausula cum facultate capiendi &c. posita in instrumento non importat obligationem Cameralem, si sit sic cæterata.*
9 *Instrumentum si nullatenus contineat obligationem, vel aliam viam executiuam, ordinariè, & non executiuè tunc est procedendum.*
10 *Carceratio satis dicitur apparere iniusta si auctoritate propria ipsius creditoris, debitor fuerit captus.*
11 *Carceratio dicitur iniusta, dum absque alia probatione debiti, quis fuerit captus.*
12 *in Carceribus dum est facta obligatio, & ad fauorem*

rem eius, qui carcerationem inualidè procurauit, est nulla.

13 *Carceris metus ex iniusta carceratione non dicitur purgatus ex eo, quia is, qui metu carceris se obligat, in actu ipso obligationis extra caceres fuit constitutus,*

14 *Si postea fuerit ad carceres reductus donec accederet alicuius ratificatio.*

15 *Carceris metu si facta sit obligatio est nulla, qua nullitas influit etiam in nullitate obligationis eorum, qui se obligant pro excarcerando carceratũ.*

16 *Actorum transportatio præsumitur integra.*

17 *Absolutio à iuramento non est necessaria, quando contractus est ipso iure nullus, & iniustus.*

¶ Allegatur hæc decisio sup. in præcedenti Tomo decis. 251. q̃ in hac eadẽ causa emanauit.

DECISIO DCCII.

FVIT dictum sententiam Vicarij Adrien. esse infirmandam ex capite nullitatis, & iniustitiæ quoad nullitatem fuit deducta, primo ex defectu iurisdictionis, secũdo ex defectu citationis, iurisdictionis quidem, primo quia causa fuerat commissa Episcopo, seu Vicario Adrien. & auocata ab Ordinario Minerbien. sub narratiua quod in eius iurisdictionem non fuerat consensum, nec causa coram eo instructa, & tamen ex actis constat de opposito ex multiplicatis inuicem comparitionibus vtriusque partis, product. iurium, testium examine, transportatione actorum coram Ordinario Minerbien. & alijs,
1 de quibus latè per informantes, ex quibus dicitur in iurisdictionem consensum *l. 1. ff. de iudic.* & causa plenè instructa *glos. in cap. cupiens. §. si vero in verb. instrui de elect. in cap. ex parte tertia de rescrip. Crescen. decis. 1 num. 1. de iudic.* & sic rescriptum auocatorium sub illa falsa narratiua tribuit iurisdictionem, *Caputaq. decis. 156. par. 1. Crescen. d. decis. 1. in princ. de iudic. & decis. 5.* vbi distinguit *de rescript. Cassad. decis. 1. eodem tit. Oldrad. cons. 257. num. 29. 31. & seq.* Secundo quia dicta sententia fuit lata in spretum supersessoriæ obtentæ ab Illustriss. D.
2 Card. Signaturæ Iustitiæ † Præfecto, & dicto Vicario intimat., & causat nullitatem, *Aegid. decis. 623. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. num. 128.* nec facit quod supersessoria esset directa Episcopo, quia nihilominus
3 videbatur Vicarium afficere, † cum Episcopus, & Vicarius faciant vnum Tribunal, *Mohed. decis. 5. de appellat. num. 1.* ex defectu vero citationis fuit nulla sententia, quia citatio emanauit ad audien. vo-
4 luntatem, † vel prouisionem faciendam, quæ non sufficit, sed requiritur præcisè ad sententiam *glos. in clem. sæpe. §. sententia in verbo ad id de verb. signific. Felin. in cap. consuluit num. 26. de off. deleg. Rota decis. 17. de re iudic. in nou. Ferrett. decis. 95. nu. 3. lib. 5. fuit dictum in vna Regien. beneficij 15. Nouembris 1613. coram R. P. D. meo Dunozetto, & alias sæpè,* nec est verum quod sententia fuit interlo-
5 quutoria, quia quod immò fuerit diffinitiua † apparet ex verbis ipsius sententiæ, præterea addebat vnus ex Dominis pro nullitate dictæ sententiæ, quod illa mandat litteras exequutoriales relaxatas per Episcopum Melphien. debitæ exequutioni demandari contra Donatum Antonium, & consortes, & tamen non apparet quod litteræ exequutoriales iustifican-
6 tur ex actis cum fuerint † relaxatæ vigore obligationis Antonij in cuius instrumento non legitur obligatio Cameralis, aut quarantigiata, vel alia clausu-
7 la † exequutiua, sicut nec similis clausula legitur in commissione directa Ordinario Adrien. nec videba-
8 tur obstare clausula, de qua † in dicto instrumento, cum potestate capiendi &c. quia est cæterata, nec apparet quod contineat obligationem Cameralem,
9 † vel aliam viam exequutiuam, & hoc stan. non erat proceden. via exequutiua, sed ordinaria, & post rem iudicatam exequutiuè, & secundum ordinem *l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. & l. ordo. C. de exec. rei iud.*

Quo verò ad iniustitiam de ea constare dicebant Domini, quia illa continet vt redactus ad carceres Donatus, Antonius, & Cæsar de Aletta, vel facto deposito per Donatũ, Antonium prædicti audiantur super eorum iuribus, nõ autem carceratio fuisset iniusta non potuit iustè condemnari Donatus, Antonius, vt ad carceres reduceretur, quod autem carceratio esset iniusta apparebat ex eo quod diceba-
10 tur ficta † auctoritate propria ipsius prætensi creditoris seu fratris, & procuratoris Episcopi Melphien. cuius Episcopi bona per nonnullos menses
11 Antonius administrauerat, & † absque vlla legitima probatione crediti, & alijs requisitis, de quibus per *Becc. decis. 215. num. 34. Afflict. decis. 149. nu. 2. & fuit dictum in vna Foroliuien. nullitatis obligationis 20. Maij 1613. coram Reuerendiss. Damasceno.*

Nec releuat obligatio Antonij in primo instrumento de mense Martij celebrato, quia tanquam
12 † facta in carceribus ad fauorem eius qui illum carcerauerat, & stan. iniusta carceratione fuit ipso iure nulla ad *l. qui in carcerem, vbi DD. ff. de eo quod met. caus. Alex. cons. 241. in fine lib. 6. Rol. cons. 2. numer. 47. lib. 1. Surd. cons. 37. sub num. 20. vers. idem est lib. 1. & fuit latè deductum in d. Foroliuien.* in
13 qua etiam decis. firmatur quod non † dicatur purgatus metus illatus ex iniusta carceratione ex eo, quia is, qui metu carceris se obligat in actu ipso obligationis fuit extra carceres constitutus, si postea fuit ad carceres reductus ex ibi plenè allegatis pro-
14 ut contingit in hoc casu in quo † Antonius fuit immediatè retrusus in carcerem donec superueniret ratificatio Cæsaris vnius ex filijs, qui de tempore factæ obligationis reperiebatur absens, & prædicta nullitas videbatur influere etiam in nullitate obliga-
15 tionis † eiusdem Cæsaris, & aliorum qui in eadem obligatione pro Antonio excarcerando interuenerunt iuxta *trad. per Afflict. decis. 149. num. 2.* cum alijs per *Farin. q. 39. num. 24. & seq.*

Nec subsistit in facto allegata non integra transportatio actorum à Curia Melphien. ad Minerbien. & idem vltimus Iudex potuerit reuocare ea quę coram Minerbien. facta fuerunt, quia contrarium fuit
16 deductum ex ipsis actis, quæ † alias præsumuntur ingra donec oppositum probetur *Bart. in rubr. ff. de nou. oper. nunc. num. 8. Rot. decis. 64. par. 1. diuers. fuit dictum in Augusten. hospitalis 9. Febr. 1612. coram me, & alias sæpè.*

Ad allegatam exceptionem periurij quidam ex Dominis respondebant illam non obstare stante
17 † nullitate contractus ipso iure ob iniustitiam carcerationis iuxta tradita in his terminis per *Rolan. cons. 2. num. 82. & seq. lib. 1. & post Natt. & alios plures relatos tradit Surd. d. cons. 37. sub num. 21.* vbi benè distinguit, & facit *decisio Seraph. 771. n. 14. par. 1.*

par. 1. Alijs vero hoc obiectum videbatur extra dubium conceptum super confessione, vel infirmatione sententiæ, quam esse infirman. ex prædictis DD. resoluerunt.

Et ita decisum &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Orioleñ Canonicatus.

Veneris 11. *Ianuarij* 1619.

ARGVMENTVM.

Canonicatum, & Dignitatem habens ex dispensatione in eadem Ecclesia, sufficit, vt resideat in digniori & eidem competunt duo vota.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatum, & dignitatem obtinens, vel duo beneficia alias inæqualia ex dispensatione, vel consuetudine, residere debet in digniori.*

2 *Beneficia duo residentiam requirentia, si quis obtineat, non potest naturaliter in vtraque sede residere, sed virtualiter, & ciuiliter residendo in alterutra satisfacit vtrique.*

3 *Beneficia duo obtinenti in eadem Ecclesia, competunt etiam duo vota.*

4 *Iura duo si concurrant in eandem persona, quorum quodlibet producit ius dandæ vocis, debet talis persona habere duas voces, vide rationem, n.* 5.

¶ Allegatur præsens decisio supra in precedenti Tomo decis. 94. quæ est in eadem causa.

DECISIO DCCIII.

PROPOSITO dubio, quæ sedes, & quot vota debeantur D. Thomæ obtinenti auctoritate Apostolica dignitatem Archidiaconatus, & Canonicatum in eadem Ecclesia, Domini altera parte sæpius citata non comparente, in omnibus ad eiusdem D. Thomæ fauorem responderunt, videlicet *ipsi deberi sedem Archidiaconi, & duo vota.*

1 Nam quoad sedem, certi iuris videbatur, † quod obtinens dignitatem, & Canonicatum, vel duo beneficia alias inæqualia, ex dispensatione, vel consuetudine, residere debet in digniori, *iux. not. per Abb. in cap. extirpandæ. §. qui vero. num.* 5. *de præbend. Gemin. in cap. non potest. §. illud. num.* 11. *& ibi Franch. num.* 5. *eod. tit. in* 6. *& fuit dictum in Seguntina præcedentiæ* 17. *Martij* 1613. *coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Neque huic iuris dispositioni refragari visum est statutum in quo disponi dicitur, quod quilibet sedeat in propria sede, alias perdat horam, quia præterquam quod D. Thomas satisfacit statuto residendo in sede Archidiaconi, cum illa sit propria ipsius sedes, vt ex supradictis apparet, dictum etiam statutum intelligi debet de obtinentibus vnum beneficium, & sic vnam sedem tantummodo, non vero de obtinentibus ex dispensatione, seu consuetudine

2 † duo beneficia, & per consequens duas sedes, quia cum isti naturaliter in vtraq; sede residere non possint, virtualiter, & ciuiliter residendo in alterutra, satisfaciunt vtrique, *ad trad. per Felin. in cap. at si clerici, §. de adulterijs, num.* 16. *vers. fallit secundo de iudic.*

Quo vero ad vota, pariter dubitatum non fuit

3 † quin vnum dicto D. Thomæ, vti Caonico debeatur, alterum vero vti Archidiacono, *iuxta receptissimam Doctorum sententiam in cap. cum olim. de re iudic.* vbi omnes, & præcipuè, *Abb. num.* 2. *Felin.*

4 *num.* 1. tradunt, quod si duo iura † concurrunt in eadem persona, quorum quodlibet producit ius dandæ vocis, debet talis persona habere duas voces,

5 quia † censetur iure diuersorum, & quod hæc sit Communis, & verissima opinio testatur post alios, *Cou. var. variar. resolut. cap.* 13. *num.* 6. *post med. lib.* 3. & dixit *Rota in Senen. Archipresbyteratus* 23. *Iunij* 1606. *coram Illustriss. Card. Lancellotto.*

REVERENDISS. COCCINO.

Imolen. Bonorum emphyteuticorum.

Mercur. 16. *Ianuarij* 1619.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis, quando est aperta, renouatio facienda est proximioribus defuncti, & quid si dicti proximiores non sint hæredes, & tunc distinguitur, aut emphyteusis est hæreditaria, & tunc ea qualitas est necessaria, aut non est hæreditaria, & tunc id non requiritur, & quare vide latè in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusi finita dominus tenetur inuestire proximiores.*

2 *Emphyteusi finita, tunc dominus, tenetur inuestire proximiores, quando sunt hæredes defuncti, alias non.*

3 *Quæ conclusio tamen vera est, quando emphyteusis esset hæreditaria, secus vero, si non haberet hanc qualitatem.*

4 *Ius petendi renouationem emphyteusis, regulatur ab ea qualitate, quæ præstare potest succedendi potestatem.*

5 *Caldas. de renouat. emphyt. lib.* 1. *quæst.* 9. *nu.* 20. *reijcitur.*

6 *ab Opinione communi optima ratione munita non est recedendum.*

7 *Emphyteusis si non sit concessa hæredibus, sed consanguineis, ista sola causa præbet titulum consanguineis, quamuis non hæredibus petendi renouationem.*

8 *Emphyteusis, quando non est hæreditaria, non est necesse vt succedere volens, sit hæres.*

9 *Renouatio emphyteusis extinctæ quando fit proximioribus, dicitur fieri ex æquitate.*

10 *Emphyteusis non hæreditaria est mera concessio personalis, quia conceduntur personis nominatis absque eo quod hæreant aliquo titulo hæreditario.*

11 *in Concessionibus personalibus, ad effectum vt successor subrogetur, cum sit contemplata persona, & non hæreditas, attenditur successio sanguinis, & non bonorum.*

12 *Emphyteusis eo modo datur successori, quo fuit concessa antecessori.*

13 *Emphyteusis renouatio, si non fuerit petita in tempore, non potest amplius peti.*

14 *Emphyteusis renouationem petere possunt proximiores defuncti etiam intra spatium* 30. *annorum quando extraneus fuit inuestitus.*

15 *Et ista est verior, & communior opinio.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in præcedenti Tomo decis. 105. quæ est in eadem causa.

DE-

DECISIO DCCIV.

IN hac propositione strictè quæsitum fuit An Illustrissimus Commendatarius teneatur inuestire fœminas proximiores, de quibus in dubio, cum non sint hæredes vltimo loco inuestiti. Conclusio
1 enim † quod Dominus finita linea teneatur inuestire proximiores, de qua *Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiu.* quam exornat *Abb. in cap. bonæ il 1. num. 17. & 28 de conceß. præben.* videtur
2 habere locum quando † illi proximiores sunt hæredes alias secus *Alex. conf. 10. sub num. 11. lib. 3. Anchar conf. 38. in fin.* cum alijs per *Gabr. de iur. emphyt. conclus. 1. num. 18.*

Et Domini resoluerunt teneri, quia licet vera sit prædicta conclusio, procedit tamen quando emphy-
3 teusis † est hæreditaria, secus quando non est hæreditaria, prout est casus noster, nam ius petendi reno-
4 uationem regulatur † ab ea qualitate quæ præstare potest succedendi potestatem, & propter quam defunctus successit, & illam fuit consecutus, prout est originale dictum *Decij in conf. 78. num. 3. iuncto numer. 5. in fin. vers. vel secundo respondetur,* & ibi *Addentes in verbo hæredes, Ruin. conf. 12. num. 20. & 21. & conf. 150. num. 6. & 21. vers. illud procedit lib. 1. Gabr. conf. 30. num. 10. lib. 1. Rip. in l. 1. num. 8. de priuil. credit. Præpos. in cap. 1. ante nu. 4.* quemadmodum feuda ad filios pertineant *Iaf. in l. 2. nu. 22. in fine, C. de iur. emphyt. Grat. conf. 110. Soccin. iun. conf. 9. num. 11. vol. 3. Valasc. de iur. emphyteot. q. 38. num. 16. Alex. conf. 80. num. 11.* vbi de communi testatur *iuncto num. 12. vers. & hæc procedunt lib. 1.* hanc quoque sententiam tenuit Senatus Lusitanus, vt per *Gamb. decis. 326. num. 2. ad fin. & num. 3.* & fuit admissa apud nos, *vt in decisione Seraph. 610. num. 10. Gabr. de iur. emphyt. conclus. 1. num. 19.*

5 Non obstat quod *Caldas.* † *de renouat. emphyteosis lib. 1. q. 9. num. 20.* contrariam sententiam acerrimè tueatur, quia non est receden. à prædicta com-
6 muni opinione, quæ optima ratione † munitur, scilicet, quod cum emphyteosis non sit concessa hæredibus, sed consanguineis, ista sola causa præbet
7 titulum † ad petendam renouationem, & quamuis idem *Caldas. d. loco num. 29.* impugnet hoc dictum sub prætextu quod nec auctoritate, nec ratione sit corroboratum, attamen visum fuit satis esse funda-
8 tum, quia quando emphyteusis non † est hæreditaria, non est opus quod ille, qui succedere debet sit hæres, & propterea quando agitur de noua inue-
9 stitura facienda successori, quæ fit ex † æquitate, vt dicit *Bartol. loco supra citato,* cum emphyteosis nō sit hæreditaria æquitas non suadet, quod successor debeat esse titulo hæreditario, & non sufficiat, quod
10 sit solus successor sanguinis, emphyteosis † enim non hæreditaria est mera concessio personalis, quia bona conceduntur personis nominatis absque eo quod hæreant aliquo titulo hæreditario. Vnde sufficit quod petens renouationem sit proximior absq;
11 eo quod alio titulo † hæreditario vtatur, & in istis concessionibus personalibus ad effectum quod successor subrogetur cum sit contemplata persona, & non hæreditas attenditur successio sanguinis, & non
12 bonorum cum eadem † ratione concedatur successori qua fuit concessum antecessori, vt colligitur ex notat. per *glos. in cap. fin. distinct. 100. & per Abb. in cap. bonæ il 2. num. 28. de conceß. præbend.*

Minus etiam facit quod istæ mulieres non petie-
13 runt † in tempore renouationem, & propterea hodie non possunt petere, quia fuit responsum, quod cum fuerit inuestitus intra annum extraneus, pro-
14 ximiores petere possunt † renouationem huiusmodi inuestituræ etiam spatio 30. annorum *Gloss. in cap. 1. §. Titius in vers. per annum in fine si de feud. fuer. controu. inter domin. agnat. Alex. conf. 15. num. 10.*
15 *lib. 5.* qui dicit hāc sententiam † veriorem, & communiorem prout dicit *Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos. 10. num. 9. & dixit Rota in causa Brixien feudi 29. Aprilis 1587. coram Bubalo, & aliàs sæpius.*

Ad alia quæ deduci possent satis respondet decisio facta sub die 18. Iunij superioris anni, *cum qua Domini transierunt.

Et ita conclusum &c.

Impressa est apud Fenzon. ad Statuta Vrbis decis. 66.

S.MO D. N. INNOCENTIO X

Carthagineñ Translationis Monasterij.

Veneris 1. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

Licentia stante Sedis Apostolicæ transferendi Monasterium in alium locum, si Ordinarius iudicet non esse locū d. translationi iniustè dicitur iudicare Causæ iustæ transferendi Monasterium in diuersum locum, multæ sunt, quarum hic nonnullæ recensentur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla, si lata sit sine citatione.*
2 *Citationis negatiua probatur ex inspectione actorum.*
3 *Monasterij translatio sine dubio est admittenda stante licentia Sedis Apostolicæ.*
4 *Monasterij translatio ex quibus causis soleat permitti, de quibus vsque ad num. 8.*
9 *Monasterium de loco ad locum licitè potest transferri, nempe ex difficultate loci, & aris intemperie.*
10 *Monasterij locus infirmus esse non debet.*
11 *Monasterij, vel Ecclesiæ locus non debet esse aliquo modo periculosus, aliàs in diuersum transferri debent.*
12 *Monasterij translationis causa sufficiens reputatur ipsa melioratio.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in præcedēti Tomo decisione 362. quæ est in eadē causa, & infra habentur aliæ, nempe sub die 18. Martij 1620. coram eodem Sanctiss. D.N. & 1. Iulij 1620. coram bon. mem. Card. Verospio sen. & 26. Nouemb. 1621. coram bo. me. Vbaldo.

DECISIO DCCV.

PRO Religione informante, quod scilicet sententia de partibus sit infirmanda, non solum,
1 quia est † nulla tanquam lata sine citatione *Clem. sæpe. §. sententiam, vbi gloss. verb. ad id de verb. sign. Clem. pastoralis. §. cæterum de re iudic.* cum simil. prout constat ex inspectione actorum per quā nega-

2 negatiua † citationis probatur *Castr.cons.81. nu.3. lib.2. Afflict.decis.107. sub num.5. & fuit dictum in causa Senogallien. siluæ relata inter impress. decis.64. num.2. par.1. diuers.*

Sed etiam quia est iniusta, cum per eam denege-
3 tur translatio monasterij, quæ tamen † est permitten. stante licentia Sedis Apostolicæ, iuxta text. *in cap. 1. de exceß. Prælat. in 6.* pro parte Religionis obtenta, vt ex litteris S. Congregationis Illustrissimorum Cardinalium super Regularibus D. Episcopo directis in quibus describitur etiam modus in huiusmodi translatione seruan. necnon iusta causa, de qua per testes qui dantur 14. & 16. super 2. deponen.
4 inter alia, quod Monasterium † transferen. est in situ humido, & insalubri, & per peritos, qui medio iuramento retulerunt idem monasterium esse fundatum inter duos montes in Valle cooperta ab aere
5 australi, & admodum humida propter † aquas, quæ ab altero ex dictis montibus cadunt, ac insuper tam testes quàm periti conueniunt etiam in hoc quod vnum corritorium monasterij iam cecidit, & alterũ
6 sustinetur à palis, & † adhuc minatur ruinam, ac non est sufficiens ad effectum vt quælibet ex Monialibus iuxta regulam ipsarum suam Cellam habere possit, & quod situs Monasterij adeo est subiectus tum Ecclesiæ parrohiali, & quibusdam vijs loci, vt
7 ex eis † Moniales intra claustra videri possint, nec istis, & alijs similibus inconuenien. occurri potest, tum propter qualitatem situs, tum etiam propter paupertatem Monialium, nam vt testes deponunt quædam mulieres, quæ pro fundatione, & dotatione Monasterij promiserunt ducat. 12. mill. in solutione defecerunt, & dictæ Moniales semper magna
8 inopia, ac necessitate ac pluribus † alijs incommodis laborarunt, & propter angustiam, & paupertatem loci eleemosynis, vel alias subueniri, & regulam in omnibus obseruare non possunt prout poterunt in proxima Ciuitate Giennen. quæ cum sit satis commoda & opulenta, supradictis inconueniẽtibus piorum eleemosynis alijsq; commoditatibus facilè occurri poterit, ex quibus omnibus saltem simul iunctis, non solum visum fuit, quod in casu isto
9 † concurrat altera ex tribus causis, de quibus *in cap. tribus de consecrat. distinct. 1.* nempè difficultas loci, & intemperies aeris, de qua *in cap. quorumdam dist. 74.* & notat *gloss. in d. cap. tribus verb. difficultas de consecrat. dist. 1. & in cap. Ecclesias 16. q.7.*
10 vbi quod † locus monasterij infirmus esse nõ debet, neque aliquo modo periculosus, alias monasterium,
11 seu Ecclesia transmitti † debet in alium locum, & sequitur *Lap. alleg.68. num.2.* sed etiam causa meliorationis, quæ pariter pro translatione mona-
12 sterij † sufficiẽs reputatur *cap. si quis 16. q.16. gloss. in d. cap. tribus verb. difficultas de consecr. distin. 1.* & supradictas causas refert etiam *Mãdos. de Signatura Gratiæ tit. de translatione col. 2. & 3. vers. translatio Ecclesiæ, & Rebuff. in prax. tit. de translatione Episcoporum num.7.* Et ita &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Vrbeuetana fideicommissi.

Lunæ 27. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Copiæ instrumenti producti in actis fides adhibenda est, & quidnam adhoc sit necessarium. Registrum dicitur, quasi res gestas continens, & quando est cum debitis solemnitatibus confectum, sine dubio probat, & d registra regulariter fiunt de consensu vtriusque partis &c.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta, quæ producuntur registrata de verbo ad verbum, in actis perpetuò faciunt fidem, etiam, quod originale perdatur.*
2 *Registri fides adhibenda est, secundum Constitutionem Innocentianam.*
3 *Instrumenti producti copiæ vt fides adhibeatur, debet constare de toto illius tenore penes acta, quia sic productio censeretur de actis non autem tenor instrumenti.*
4 *Id tamen verum intellige, quando productio fuit verbalis, vel totum instrumentum non fuit productum.*
5 *Instrumentum totum, quando non fuit productum, tunc oblatio verbalis est de actis, & non tenor instrumenti.*
6 *Alex. in auth. si quis in aliquo, num.9. C. de edend. & alij quo casu loquantur, & num.10.*
7 *Acta Notarij aliud sunt, & aliud registrum.*
8 *Registrum dicitur, quasi res gestas continens.*
9 *Registro, quando cum debitis solemnitatibus est confectum, standum est.*
11 *Registro tunc est adhibenda fides, quando parte citata fuit factum.*
12 *Partis citatio nullatenns est necessaria, quando ipsa est præsens.*
13 *Registra fiunt pro commodo vtriusque partis, & de voluntate, seu mandato partium, vel alterius earum.*
14 *Registrum, quod fuerit factum de mandato vtriusque partis, quando non possit dubitari.*
15 *Registrum, quando dicatur factum parte præsente.*
16 *Instrumentum originale, quando fuit productum & petitur illius restitutio, dimittitur copia collationata in actis, vltra registrum, quod sit. Registro, vel an potius copiæ collationatæ, videatur standum, num.16.*
17 *Protocollum productum, si accommodetur, quando restituitur, solet id annotari in broliardo.*
18 *Copia instrumenti, quæ reperitur apud acta, inferri non potest, quod sit copia authentica dimissa, quando originale fuit restitutum, cum de aliqua restitutione non constet.*
19 *Vrbeuetana fideicommissi 2. Maij 1603. coram claræ me. Card. Pamphil. declaratur.*

¶ Præsens decisio est in eadem causa, de qua supra in præcedenti Tomo decis. 139. & 255.

DECISIO DCCVI.

CVM penes acta reperiatur quædam copia testamenti, de quo agitur, quæ in multis discordat à testamento registrato. Dubitaui, an sit standum registro, vel dictæ copiæ, & Domini resoluerunt standum esse registro, nam protocollum Notarij rogati fuit productum, per Ardicionum de Ardicionis 15. Nouembris 1574. & eadem die Comes Petrus principalis illud repetijt, & in specie repetijt testamentum de quo agitur, & alia iura, & pars citata ad dicendum contra opposuit generalia, &c. vt

vt patet ex Broliardo, & ex Regestro, in quo testamentum reperitur registratum, quare regula est certa, quod quando instrumenta, quæ producuntur, registrantur de verbo ad verbum, in actis perpetuò faciunt fidem, etiam quod originale perdatur, *Bart. in l. Chirographis, num. 2. ff. de administr. tut. Bald. in l. fin. num. 4. C. de fid. instrum Marant. de ord. iud. par. 6. in tit. de action. edit. num. 3. vers. quandoque, Alex. in authent. si quis in aliquo, num. 9. C. de eden.*
2 qui alios allegat, & † loquitur expresè in exemplo facto per modum regestri, & de fide adhibenda regestris habemus *Constitutionem Innocentianam 13 in §. 6.*

Non obstat, quod hoc esset verum, si penes acta
3 Notarij reperiretur copia, † & propterea non sufficit, quod testamentum fuerit productum, nisi etiam constet de toto eius tenore penes acta, quia sic pro-
4 ductio censeretur de actis, non † autem tenor instrumenti, *Innoc. in cap. cum iure peritus, in fin. de off. deleg. Alex. loco supra citat. vers. tamen dictam conclus. Abb. in cap. quoniam, num. 36. de probat. Maranta loco supra allegato*, Quia fuit responsum, quod allegati Doctores loquuntur quando produ-
5 ctio fuit verbalis, † vel totum instrumentum non fuit productum, quia tunc oblatio verbalis est de actis, non tenor instrumenti, & ita loquitur *Alex.*
6 *Abb. & Maranta locis citatis*, † vt clarè patet ex eorum lectura, at in casu nostro productio fuit realis, vt patet ex tenore ipsiusmet productionis.

Neque etiā obstat, quod hoc procederet, si exemplū reperiretur penes acta Notarij, secus autem cum reperiatur in regestro, aliud enim sunt acta Notarij,
7 † aliud regestrum, quia fuit responsum aduertendum esse, quod originale fuit productum, & iuxta stylū omnia quæ apud actuarium gesta fuere, & quæ ipse in memorialibus suis mixtim cum alijs causis, & in diuersis etiam Codicibus, ac Filtijs, vel etiam Sacculis adnotat, & custodit in vnum Codicem exem-
8 plata fuere, † qui regestrum, quasi res gestas continens appellatur, *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 1. in princ. & num. 1.* & ibi *Grauat.* Quare cum Notarius
9 confecerit regestrum exemplauerit, & † in publicum dederit exemplum testamenti producti standū est illi per supradictas rationes, & in specie *ex dicto*
10 *Alexandri*, qui loquitur † in exemplatione facta per modum regestri, & ex Constitutione Innocentiana.

Minus etiam facit quod hæc forte procederent, si
11 regestrum huius † testamenti fuisset factum parte citata, vt dicit *Alex.* loco prædicto *vers. secunda est restrictio*; nam fuit responsum citationem partis
12 non esse necessariam, quando † adest præsentia ipsius met partis, vt dicit idem *Alex. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de rescript. præsentatione, §. 1. in verb. essemus*; hic autem adfuit præsentia partis, quia
13 † regestra fiunt pro commodo vtriusque partis, & de voluntate, seu mandato partium, vel alterius earum, vt dicit *Vestr.* loco prædicto, & nunquam de aliqua discordantia fuit oppositum, immo quod plus
14 est † Ioannes Baptista de Leonardis Procurator partis aduersæ soluit partem suam regestri, & soluit pro folijs, intra quæ adest registratum testamentum de
15 quo agitur, vnde negari non potest, quod † dictum regestrum fuerit factum parte præsente.

Denique non obstat, quod stylus se habet quod
16 post originalium productionem, quando † illorum petitur restitutio, dimittitur copia collationata in actis Notarij vltra regestrum quod fit, vnde videtur magis standum huic copiæ, quæ reperitur in actis, quam regestro: Nam placuit responsio non constare,
17 quod Protocollum productum † de anno 1573. fuerit restitutum, quæ solent annotari in Broliardo, & ideo non posse inde inferri, quod copia quæ reperi-
18 tur apud acta, sit copia authentica dimissa, † quando originale fuit restitutum, cum de aliqua restitutione non constet.

Vltimo non facit, quod saltim illa copia videtur esse illa collationata ab originali producto de anno 1549. vt sensit *decisio bo. me. Card. Pamphilij 2. Maij*
19 1603. quia † ibi non fuit actum, an sit attendendum regestrum, vel dicta copia, sed fuit dicta copia deducta adminiculatiue ad regestrum, & è contra ad probandum in genere testamentum, non autem ad effectum, vt dicta copia deberet attendi, quam verè nec constat esse illam collationatam dimissam de anno 1549. maximè cum destruat fideicommissum factum fœminis, cum disponat affirmatiuè, si filij essent, & tamen secundùm bonum sensum videtur legendum, cum negatiua, qui filij masculi si non essent. Et ita conclusum, &c.

S.^mo D. N. INNOCENTIO X.

Taruisina Feudi

Lunæ 10. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Arbitrium pro non reuocatione attentatorum non intrat, quando ea sunt clara. Sententia lata in possessorio, si habeat complicationem cum petitorio, datur ab ea appellatio, ideoq. gesta pendente tempore dato ad appellandum, vel post dictum tempus, quando legitimè fuit appellatum, dicuntur attentata. Statuta non capiunt bona existentia extra territorium statuentium.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Attentata, quando sunt clara de iure veniunt reuocanda.*
3 *Arbitrium non intrat pro reiectione attentatorum, quando sunt clara.*
4 *Sententia lata in possessorio, quando contineat mixturam cum petitorio.*
5 *Sententia lata in possessorio, si contineat mixturam cum petitorio, ratione huius complicationis datur ab ea appellatio.*
6 *Appellatione pendente, vel post appellationem legitimè interpositam, nihil absque vitio ateentatorum innouari potest.*
7 *Attentatis, an dicatur renunciatum, si pars passa fuerit prosequi causam.*
8 *Attentatis, quando non dicatur renunciatum, nec per Iudicem, nec per partem, quamuis lis fuerit prosecuta.*
9 *Statuta non intrant in bonis existentibus extra territorium.*
10 *Statuta* Laicorum *silent in foro ecclesiastico, & quando agitur de bonis ecclesiasticis, etiam vbi agitur inter laicos, & clericos.*

Est

¶ Est in hac eadem causa supra in præcedenti Tomo decisio 270. vbi in fine annotantur quamplures aliæ decisiones pariter in hac causa emanatæ.

DECISIO DCCVII.

STANTE rescripto Signaturæ, quod in hac causa procedatur reiectis attentatis arbitrio Rotæ proposui dubium; An intret arbitrium ad istum effectum,
1 & Domini negatiuè responderunt, † quia arbitrium regulatur à Iure, *Bart. in extrauagan. ad reprimen. verb. videbitur, num. 8. Cæs. de Graff. decis. 7. num. 6. in fin. & num. seq. & decis. 8. num. 2. de re iudic.* &
2 de iure, quando attentata sunt clara, † veniunt reuocanda, *cap. non solum,* & ibi *Doct. de appell. in 6. Rot. decis. 4. vt lit. pend. in nou. Lancel. de attent. cap. 30. num. 53. cum seqq.* & in his terminis, quod tunc
3 non † intret arbitrium, fuit resolutum *in causa Narnien. fideicommissi 26. Iunij 1617. corā R. P. D. meo Andrea, & coram me in causa Toletana Parrochialis 26. Iunij 1609. & in causa Perusina Attentatorum 19. Aprilis præteriti,* & aliàs sæpè.

In casu autem, de quo agitur attentata sunt satis clara, quia Sententia Ordinarij Tarnisini, per quam declaratum fuit Dominos Fratres de Rustica inuestiendos fore, & esse portione feudi, de quo agitur, necnon D. Augustam, & Sorores cogendas esse ad
4 dimittendam vacuam, & liberam † illius possessionem dicitur cōtinere mixturam cum petitorio, *Soccin. in l. rem quæ nobis, num. 14. vers. circa sextam princip. quæst. ff. de acquir. poss. Cæsar. de Graff. decis. 2.*
5 *n. 3. de caus. poss. & propriet.* sicq. ab ea sine † difficultate dabatur appellatio, *Doct. in l. vnica, vbi Bald. num. 8.* & latè *Contard. in princ. & num. 9. & seqq. C. si de moment. posses. Menoch. de recuper. remed. 9. num. 320. Cæs. de Graf. d. decis. 2. num. 1. & sub n. 4. vers. etiam in summa, de caus. poss. & propriet. Put. decis. 7. de Aegid. & fuit dictum in causa Firmana Spolij, relat. int. impress. decis. 323. in fin. par. 1. diuers.* Vnde cum dicta Sententia lata fuerit die 16. Ianuarij 1618. non potuit die seq. 17. eiusdem absque vitio attentatorum ad immissionem deueniri, prout fa-
6 ctum fuit, cum tam infra † tempus ad appellandum, quàm post appellationem pro dictis Sororibus legitimè interpositam nihil esset innouandum, *dicto cap. non solum,* & ibi *Doct. de appell. in 6.*

Non obstat, quod dictæ Sorores passæ fuerint per
7 Iudicem secundæ instantiæ † cognosci causam super negotio principali, quia non censentur propterea attentatis renunciasse, cum tam in principio dictæ instantiæ, quàm in illius prosequutione sæpissimè institerint pro illorum reuocatione, prout etiam fecerunt paulò ante, & post Sententiam in dicta instantia latam, maximè quia dictus Iudex attenta etiam instantia pro reuocatione attentatorum pro parte dictarum Sororum sibi facta per eius Decretū auocauit ad se possessionem sine præiudicio iurium
8 partium, tam in petitorio, quàm in possessorio, † & apposuit sequestrum reseruata sibi facultate decidēdi articulum attentatorum tempore diffinitiuæ Sententiæ, quo casu neque ex intentione Iudicis, neque partium attentatis renunciatum dici potest ex deductis *in causa Cremonen. Iurispatronatus 26. Februarij 1603. coram Illustrissimo D. Cardinali Ludouisio,*

Nec subsistit allegata res iudicata, quia adsunt
9 tantùm duo Sententiæ, † & Statutum Paduæ de duabus conformibus non potest habere locum in bonis sitis extra Territorium, *iuxta doctrinam Bart. in l. cunctos populos, quæst. 7. num. 33.* & ibi *Bald. nu. 19. & cæteri, C. de summ. Trinit. & fid. Cathol. Alexan. cons. 16. & cons. 128. nu. 1. lib. 1. Put. decis. 351. lib. 1.* & minus in foro Ecclesiastico, & super bonis Eccle-
10 siasticis, † etiam vbi agitur inter laicos de illorum vtili dominio, ex veriori, vt tenuit *Rota in causa Romana Domus de Scappuccis 19. Ianuarij 1611. coram R. P. D. meo Decano.*

Et ita, &c.

REVERENDISS. MANZANEDO

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Domus.

Lunæ 17. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Sententia dicitur nulla, dum lata est per contradictas, & non præcessit aliqua citatio personalis. Sententia iniusta satis apparet, si fuerit declarata caducitas emphyteusis ob non solutionem canonis, & tempus ad hoc à iure præfixum, non dum transactum est.

SVMMARIVM.

1 *Possessio manutenibilis probatur ex confessione partis aduersæ.*
2 *Possessione quis non priuatur per sententiam Iudicis, eiusq. immissionem, quando Iudex nulliter, & iniustè processit.*
3 *Sententia est nulla, quando fuit processum per contradictas non præcedenti prima citatione personali.*
4 *Iudex iniustè procedit declarando caducitatem emphyteusis ob non solutionem canonis, quando tempus ad hoc à iure præfixum non est lapsum.*
5 *Dominus directus, si contra emphyteutam non soluentem obtineat mandata executiua, non potest deinde agere ad deuolutionem ob non solutionem Canonis.*
6 *Caducitas censetur remissa ob solam canonis petitionem.*

¶ Decisio ista est in eadem causa, de qua supra in præcedenti Tomo decisio 383. & infra habetur altera sub die 21. Iunij 1621. coram eodem Manzanedo.

DECISIO DCCVIII.

DOMINI dixerunt Cæsari informanti dandum esse mandatum de manutenendo, cum de eius possessione de tempore motæ litis constet ex
1 confessione partis in monitorio, quæ † sufficit ad huiusmodi effectum, *Rota decis. 802. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 551. num. 2. & 347. num. 1. par. 2. rec-*
2 *cent.* nec dicta possessione fuit † priuatus per sententiam Vicarij, & immissionem subsequutam ad fauorem Fratrum B. M. de Populo stante illius nullitate, & iniustitia, *d. decis. 802. & fuit dictum in Vrbinaten. Parrochialis 15. Ianuar. 1611. coram me.*

Quod autem dicta sententia sit nulla deducitur, quia

3 quia fuit † contra Cæsarem processum per contradictas non præcedenti prima citatione personali prout requiritur *Clement. 2. de re iudic. Caput. decis. 117. p. 1 Seraph. decis. 1276. num. 4. Rot. decis. 237. nu. 2. par. 2. recent.*

Iniustitia verò deducitur, quia per Fratres Beatæ
4 Mariæ de Populo fuit actum ad caducitatem ob † nō solutionem Canonis ante lapsum biennij ad hunc effectum requisitum, *cap. potuit de locat. cap. hoc ius, §. qui rem 10. quæst. 2. Rot. decis. 400. num. 11. par. 1. recentior. Corbul. de iur. emphit. tit. de caus. priuat. ob non solut. Canon. in princ.* Canon enim duorum annorum erat scutorum 52. & ex parte Fratrum fuit obtentum mandatum executiuum pro scutis 44. tātùm quod denotat de tempore moti iudicij non fuisse transactum biennium, quia aliàs egissent Fratres pro scutis 52.

5 Vltra, quod ex † quo Fratres egerunt pro Canonibus, & pro his reportarunt mandata videntur re-
6 misisse caducitatem, quę etiam per solam Canonis petitionem censentur remissa, *l. post diem, ff. de leg. commissor. Ruin. cons. 119. nu. 4. vol. 5. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 64. Surd. cons. 86. numer. 15. & decis. 317. num. 1. & 14. Corbul. de iur. emphit. tit. de priuat. ob non solut. Canon. limit. 21. num. 9.*

R. P. D. REMBOLDO.

Romana Fabricæ.

Lunæ 9. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Ad fabricam aliquam construendam, si quis tantùm constitutus à volenti fabricare, cum pacto, vt eam curaret, fieri cum pecunijs ipsius volentis fabricare, dubitatur modo, si ille constitutus asserat in fabrica expendisse de propria crumena, an satis dicatur id iustificasse per meras præsumptiones, & deciditur hic id esse plenè, & concludenter probandum, maximèq. si expensa fuerit magni valoris.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum quando dicatur datum capitulariter.*
2 *Expensæ magnæ quantitatis regulariter non solent fieri pro alijs, quidquid sit de modicis.*
3 *Fabricam suscipiens in se facere pro alio, non de pecunijs proprijs, sed de illius, si postea asserat eam fecisse proprijs sumptibus, concludenter tenetur id probare, num. 4. 10. & 13.*
4 *Pecunia in dubio præsumitur soluentis.*
5 *Probatio præsumptiua non releuat, vbi plena, & concludens requiritur.*
6 *Ex pecunijs proprijs, quod quis aliquid non fecerit, ex quibus satis dicatur probatum.*
7 *Confessio in Iudicio facta non nocet tertio, & maximè emanata in diuerso iudicio.*
8 *Probationes, quando resoluuntur in meras præsumptiones non attenduntur, quando est necessaria plena probatio.*
11 *Contractus præsumitur initus iuxta præcedentem conuentionem, & num. 12.*
13 *Verisimile quod non est, imaginem falsitatis habet.*
14 *Scriptura non probat ad fauorem scribentis.*

¶ Decisio hæc allegatur supra in præcedenti tomo decis. 330. quæ est in hac eadem causa.

DECISIO DCCIX.

DICTVM fuit sententiam Rotalem esse confirmandam. Non enim subsistit, quod dicitur de defectu mandati illius, qui comparuit pro RR. Patribus sanctæ Mariæ super Mineruam ex eo quod in dicto mandato nō reperiuntur nominati dicti RR. Patres, quia de contrario constat ex eiusdem man-
1 dati lectura, † cum in eo legantur nomina singulorum Patrum vocatorum ad sonum campanæ, *iuxta notat. in cap. in causis ad med. de elect. Abb. in cap. quanto, num. 7.* de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli, *Card. Seraph. decis. 1247. num. 1.*

Et iustitia dictæ sententiæ satis superque colligitur ex pluribus decisionibus, in quibus firmatum fuit non probari ab hæredibus Ioannis de Lusar, quod dictus Ioānes fecerit expensas in fabrica de suo proprio, prout tenebatur omninò probare, & quidem plenè, & concludenter, maximè quod omnis præsumptio, quod expenderit de suo, tollitur non solùm
2 ex eo, † quod agitur de expensis magnæ quantitatis, quæ non facilè fiunt pro alio de proprio quidquid sit dicendum de modicis, *Bald. cons. 356. in fin. l. 5.*

Sed etiam, quia constat ex Instrumento solidationis de mense Decembris anni 1573. inter dominum Episcopum ex vna, & Executorem testamentarium Ioannis, & Hieronymum Politum ex altera celebratum dictos Ioannem, & Hieronymum suscepisse
3 curam construendi † dictam fabricam cum pecunijs ipsiusmet Episcopi, & vlterius probatur, quod dictus D. Episcopus subministrauit ad dictum effectum dicto Ioanni plures, & diuersas pecuniarum quantitates, nam hoc stante censeri omninò debet dictam fabricam fuisse cum dictis pecunijs, & iuxta præcedentem conuentionem sumptibus nempè do-
4 mini Episcopi non autē ex † proprijs pecunijs Ioannis constructam, & contrarium asserenti incumbit onus id plenè, & concludenter probandi, vt pluribus fuit in alijs huius causæ decisionibus firmatum.

Nec propterea obstat, quod prætenditur fuisse probatum tam ex testibus examinatis pro parte heredum, quàm etiam ex partitis librorum Banchi, quod dictæ expensæ factæ fuerunt de proprijs pecunijs Ioannis, quia ex dictis testibus, & partitis probatur quidem aliquas pecunias fuisse à dicto Ioanne operarijs solutas, verum inde non resultat probatio, saltem concludens, & prout in casu isto, vt dictum est, requiritur, quod solutio facta fuerit de proprijs pecunijs dicti Ioannis, sed ad summum præsumptiua
5 tantùm; quia scilicet † pecuniæ in dubio præsumuntur soluentis, *l. & magis, ff. de solut. l. cum pecuniā, & l. qui vtiliter, ff. de reg. gest. Bart. in l. 2. num. 2.*
6 *C. pro soc.* quæ tamen præsumptio † in casu isto stātibus supradictis non militat,

Et maximè, quia ex ijsdemmet partitis colligitur, quod D. Episcopus consignauerat dicto Ioanni diuersos ordines, quibus mediantibus ipse plures pecuniarum summas à dicto Bancho exegit, & nonnullas ad ipsius creditum in eiusdem Banchi libris ad-
7 scribi curauit, † ita quod dictæ partitæ non solùm deseruire non possint ad probandaum, quod pecuniæ erant Ioannis, sed immo potiùs ex illis colligatur,

tur, quod solutiones à dicto Ioanne factæ fuerint ex pecunijs sic exactis, & ad creditum dicti Ioannis positis non autem de proprijs dicti Ioannis pecunijs.

Et sic non obstat etiam, quod Petrus hæres Ioannis prætendat probasse dedisse dictis operarijs vinum in propria eius vinea recollectum, nam vltra quod
8 hoc non deducitur, nisi ex Constituto dicti † Hieronymi in iudicio criminali, quod non potest dictum Episcopum afficere, redditur etiam ex supradictis admodum verisimile, quod si dictum vinum exposuit, illius loco pretium sibi retinuerit ex dictis pecunijs ad eius creditum positis.

Nec pariter faciunt aliæ probationes pro dicto Ioanne deductæ, quia omnes resoluuntur in meras
9 † præsumptiones, & redduntur ex supra deductis equiuocæ, cum tamen deberent esse admodum certæ, & concludentes tum quia agitur, vt dictum est
10 de expensis † magnæ quantitatis, quo casu requiritur plena probatio, *Bald. d. cons. 356.* tum etiam quia cum Ioannes assumpserit in se curam tantùm construendi fabricam sumptibus Episcopi, præsumitur
11 dicta † fabrica dictis Episcopi sumptibus, iuxta præcedentem scilicet conuentionem constructa, &
12 præsertim quia ex subsequutis † apparet pecunias fuisse ad dictum effectum ab Episcopo Ioanni assignatas *ad trad. per Felin. in cap. sicut, num. 35. de sent. & re iudic. & per Bart. in l. Nesennius, nu. 5. ff. de neg. gest. & in l. cum seruus, num. 4. ff. de verb. oblig.*

Non obstat, quod prætenditur probatum Ioannē expendisse plures pecunias in dicta fabrica ante annum 1570. & sic antequam fuerint consignatæ aliquæ pecuniæ à D. Episcopo, ideòq. saltem dictæ pecuniæ ante dictum tempus expensæ præsumi debent
13 propriæ dicti Ioannis, † quia præterquamquod inuerisimile admodum est, quod dictus Ioannes, qui fuerat tantùm constitutus ab Episcopo vnà cum Hieronymo curaret fabricam fieri cum pecunijs ipsius Episcopi, voluerit in illa proprias pecunias erogare, nec satis in facto iustificatur, quod dicta fabrica fuerit ante annum 1570 incœpta; quinimmo potiùs constat de contrario ex Instrumentis celebratis cum muratoribus in fine anni 1569. non probantur etiā dictæ expensæ ex partitis quæ dantur, quia cum illæ
14 sint descriptæ † ab eodemmet Ioanne, & Hieronymo, non probant ad fauorem scribentium, *vt fuit in hac eadem causa 29. Maij 1589. coram Reuerendissimo Perusino, & 15. Decembris 1606. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno resolutum*, & vlterius dictæ partitæ non concludunt dictas pecunias expensas fuisse pro hac fabrica, cum sint adnotatæ inter expensas vineæ communis Ioannis, & Hieronymi, vt legitur in vltima ex partitis datis *in summario hæredum, num. 6.* tenoris infrascripti, videlicèt per rauinar il torrone della vigna, &c.

R. P. D. V B A L D O.

Ferrarien. Decimarum.

Veneris 31. Ianuarij 1620.

A R G V M E N T V M.

Agitur in præsenti decisione quid veniat in iudicio euictionis, scilicet vt quis non tantùm teneatur ad pretium solutum, sed etiam ad auctum vsque ad tempus emptionis, quæ conclusio multo magis habet locum, quando fuerunt promissa damna, & interesse.

S V M M A R I V M.

1 *In euictionis iudicio tenetur quis non solùm ad pretium solutum, sed etiam auctum vsque ad tempus euictionis.*
2 *Clausulæ omni meliori modo, qualis sit effectus.*
3 *In euictionis iudicio, tunc quis multò magis tenetur ad pretium auctum, quando damna, & interesse fuerunt promissa.*
4 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
5 *Verba sententiæ qualiter sint declaranda.*
6 *Sententia debet esse conformis petitioni.*
7 *Statutum Ferrariense disponens de solutione interesse declaratur, & num. 8. & 9.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in præcedēti tomo 227. quæ est in eadem causa.

DECISIO DCCX.

POSTQVAM fuit per plures decisiones resolutum non constare de causis restitutionis in integrum aduersus sententiam de partibus, quæ transitum fecerat in iudicatum, & nouissime commissa fuit *in Rota* causa liquidationis, dubitaui, ad quam summam sit liquidandus valor Decimæ siue ius decimandi decimæ præteritæ expensæ damna & interesse, & propter varias difficultates Domini in hodierna causæ propositione resoluerūt solùm liquidationem esse faciendam iuxta valorem de tempore euictionis, reseruantes, vt de alijs postea videretur, & quidem sententia prima in partibus lata declarat petitas subhastationes rerum contentarum in tenuta esse committendas pro quantitate pecuniarum dumtaxat respicien. decimam, seu ius decimandi, & fructus decimales euictā euictum, & euictas iuxta liquidationem faciendam in executionem dictæ sententiæ, nec non pro damnis & interesse, iuxta formam Statuti. Ex quibus verbis informantes pro serenissimo Duce elicere conabantur. Primò quod D. Dux non fuerit condemnatus nisi ad pretium de tempore contractus solutum, quod fuit *lib. 12.* mille non autem ad augmentum. Secundò, quod fuit condemnatus pro damnis, & interesse, iuxta formam Statuti Ferrariæ per quod taxatur interesse ad rationem octo pro singulis centenarijs, vnde cum condemnatio fuerit pro pretio tantùm soluto ex prædictis liquidatio debuisset fieri ad dictam rationem à Statuto taxatam pro rata pretij soluti.

Quibus tamen non obstan. Domini firmarunt liquidationem esse faciendam iuxta valorem de tempore euictionis, non autem de tempore contractus, quia id est conforme dispositioni Iuris, secundùm
1 quam in iudicio euictionis tenetur † quis non solùm ad pretium solutum sed etiam auctum vsque ad tempus euictionis saltem ex actione exempto, siue illud sit pretium siue interesse, *l. si cum quæstio, l. empti actio, leg. cum successores in fin. C. de euict. leg. euicta prima, l. si in venditione l. venditor hominis, l. si cum venditor, § fin. vbi glos. vlt. ff. eod. tit. Bart. in l. Titius 1. num. 4. ff. de act. empt. post glos. in leg. idemq. in verb. deterior, cod. tit. Magon. decis. Florent.*

rent.110. num.2. & nu.11. in fin. Peregr. cons.91. num.4. lib.3. & sensit Rota in causa S. Sepulchri bonorum 12. Maij 1596. coram bon. mem. Card. Blanchetto, nec videtur dubium hic fuisse actum etiam actione exempto, cum in petitione pro hæredibus fuerint appositæ clausulæ satis prægnantes veluti, quod inhærebant pacto executiuo in instrumento venditionis, & cuicumque iuri & facultati sibi ma-
2 gis competenti, cum † clausula omni meliori modo cuius effectus post alios ponit *Surd. cons.273. nu.6. & 7. lib.2. Hond. cons.54. num.43. & seq. lib. 2.*

Et hoc tanto magis quia in instrumeto venditio-
3 nis non soluta fuit promissa † euictio, sed expresse etiam damna & interesse, quæ deberi fuit resolutum in hac causa die 25. Maij 1616. coram R.P.D. Pirouano prout fuerat reseruatum de ijs particulariter videre 26. Iunij 1615. *quæ est decis.684. in fin. par.1. in recent.*

Non obstant verba sententiæ supra relata. Quia prima sententia quæ fuit postea confirmata per secundam præterquam quoad duplicem concedit petitas subhastationes rerum contentarum in tenuta capta pro hæredibus in proc. exhibita, sed in tenuta continetur non solum pretium per Sereniss. Ducem persolutum, sed etiam aliæ summæ pro decimis decursis non solutis, & pro expen. & demum tenuta dicitur capta pro omni eo quod hæredum interest, vel interesse poterit in futurum si euictio secuta non fuisset, necnon pro alijs eorum damnis, & interesse, & expen. tam factis, & passis quam facien. & patiendis iuxta formam Statuti superinde disponentis, ideo dum sententia se refert ad res in tenuta contentas, & tenuta reperitur capta pro omnibus prædictis, dici non potest D. Ducem fuisse in sententia condemnatum tantum ad pretium persolutum,
4 † cum relatum sit in referente, cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto. ff. de hæred. instit. Aym. cons.46. num.4. & cons.143. num.14.* cum alijs per *Surd. cons.105. num.30. lib.1.*

Non obstant illa verba sententiæ pro quantitate
5 pecuniarum dumtaxat respiciẽte † decimam seu ius decimandi, quia & ipsa referuntur ad liquidationem post facien. quæ per eundem Iudicem reperitur facta iuxta valorem de tempore euictionis non autem de tempore contractus.
6 Ex quibus etiam cessat quod dicebatur † sententiam non esse conformem petitioni, cum in petitione fuerit petitum concedi subhastationem rerum comprehensarum in tenuta quæ comprehendebat omnia quæ supra dicta sunt, sententia verò committit dd. subhastationes cum relatione ad liquidationem facien. quæ reperitur facta super omnibus petitis; & an iustificetur erit postea agendum.

Quo vero ad statutum de quo fit mentio in sententia, & etiam in petitione placuit responsio quod
7 † statutum loquatur solùm de interesse ratione moræ debitoris, vt denotant illa verba à die notificationis tenutæ vsque ad diem adiudicationis, vel solutionis, & statutum nihil aliud videtur facere quam tollere difficultatem probationis damni, interesse, & expensarum post captam tenutam, & ita impel-
8 lere debitorem ad soluen. Vnde non videtur trahen. ad interesse partium in instrumento † promissum ex causa euictionis maximè cum fuerit in eodem instrumento conuentum vt quoad damna & interesse staretur nudo & simplici verbo emptorum, quod pactum non erat necessarium prout nec erat necessaria illa liquidatio quãtitatis decimarum si damnum & interesse huiusmodi erat taxatum per statutum, & id adhuc clarius colligitur ex ipsa petitione in qua expresse distinguitur hæredum interesse ibi, & pro omni eo quod ipsorum interest, vel interesse poterit in futurum si euictio prædicta secuta non fuisset & postea subditur, necnon pro alijs eorum damnis, & interesse, & iuxta formam statuti, & sic sententia
9 quatenus se refert ad statutum circa † interesse debet intelligi iuxta petitionem ratione illius interesse quod est taxatũ propriè à statuto videlicet post moram debitoris, & in pœnam retardatæ solutionis nõ autem de primo quod venit ex natura contractus propter euictionem secutam, & ex expressa partium conuentione vt dictum est.

Et ita fuit decisum.

REVERENDISS. COCCINO.

Romana deuolutionis Domus.

Mercur. 11. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Bona, vt validè alienentur, illa duo copulatiuè requiruntur, causa scilicet, & solemnitas, nec vnum sine alio sufficit, & quando vtrumque dicatur deficere, & aliqua circa Beneplacitum Apostolicum requisitum in d. alienatione bonorum Ecclesiæ, quando scilicet præsumatur interuenisse, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta, quando sunt probata in genere, tunc antequam deueniatur ad executionem præfigitur terminus ad ea liquidanda in specie, quo elapso proceditur ad executionem.*
2 *Sententia transit in iudicatum, si intra 10. dies ab ea, non appelletur, & an requiratur alia declaratoria Iudicis, num.3.*
4 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ, necessaria sunt illa duo copulatiuè interuenire, scilicet causa, & solemnitas.*
5 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ satis dicitur deficere solemnitas, quando non adest beneplacitum Apostolicum.*
6 *Beneplacitum Apostolicum supplet defectum solemnitatis in alienatione bonorum Ecclesiæ.*
7 *in Locatione bonorum Ecclesiæ nõ requiritur alia solemnitas, quando sunt solita locari.*
8 *Bona Ecclesiæ, vt dicantur solita locari requiritur, vel vna locatio solemnis, vel duæ effectum sortitæ spatio 40. annorum.*
9 *Locatio solemnis bonorum Ecclesiæ non probatur ex vnica enunciatiua.*
10 *Assertioni partis non statur in probibitis.*
11 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ præsumitur interuenisse beneplacitum Apostolicum stante obseruantia 30. annorum, & quando id non procedit, num.12.*
13 *in Alienatione bonorum Ecclesiæ cessat illa præsumptio interuentus beneplaciti Apostolici ex temporis lapsu, quando obseruantia est minoris temporis 30. annorum, & num.14.*
15 *Bona Ecclesiæ solita locari, licet absque solemnitatibus iterum licitè alienentur, tamen id non procedit, quando illud solitum alteratur.*

16 *In-*

16 *Indultum, seu gratia concessa in certo casu non extenditur ad diuersum.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in præcedenti Tomo decisio 241. quæ est in hac eadem causa.

DECISIO DCCXI.

FVIT resolutum esse locum exequutioni præfixo prius termino ad liquidandum melioramēta in specie, quia cum de illis constet in genere, præfigendus est terminus ad liquidandum in specie,
1 † quo elapso procedi poterit ad exequutionem iuxta opinionem quam Rota seruat, vt per *Put. decis. 461. lib. 2. in nou.* constat enim in hoc casu de re iudicata, quia non fuit appellatum intra decem
2 † dies à sententia rotali confirmatoria alterius sententiæ, ad quem effectum non requiritur aliqua de-
3 claratoria † Iudicis *cap. quoad consultationem vbi DD. de sent. & re iud. Marant. in speculo par. 6. art. 2. principali in verb. & quandoq. appellatur num. 214. in fin. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. appellat. pend. ampliat. 2. num. 16. Papien. in praxi in form. appellat. à sent. diffinit. in gloss. coram vobis num. 2. vers. quæritur quot modis*, constat etiam de iustitia ipsius rei iudicatæ, nam bona Ecclesiæ fue-
4 runt alienata absque solemnitate & † causa quæ duo copulatiue requiruntur. *Doct. in cap. sine except. 12. quæst. 2. vbi Laurentius de Rodulphis numer. 17. Dec. in auth. qui rem num. 21. C. de Sacros. Ecclesijs, & cons. 142. num. 5. in princ. Bertrand. cons. 256. in princ. volum. 2.*

Quod autem deficiat solemnitas satis patet quia
5 non † interuenit beneplacitum Apostolicum quod requiritur, vt in *extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles.*
6 *non alien.* & † supplet defectum solemnitatis, *Abb. in cap. 1. num. fin. de confirmat. vtil. vel inutil. & cons. 41. lib. 1. Bald. in l. per illum textū. C. quand. decret. opus non est, Rot. dec. 65. num. 1. par. 2.* Nec euitari potest hoc motiuum ex eo, quod quando res
7 est solita locari † non sit necessarium beneplacitum Apostolicum, *cap. 2. de feud. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 4.* Quia ad hunc effectum requiritur, vel vnica locatio solemnis, vel duæ non solemnes
8 † effectum sortitæ spatio 40 annorum *Præpos. in cap. 1. num. 23. & seqq. qui feud. dar. poss. Alex. cons. 9. num. 6. lib. 3. vbi adden. Ias. cons. 155. num. 16. vers. non obstat secundum, vbi de communi lib. 2. Rota decis. 160. num. 5. par. 2.* quæ quidem locatio solem-
9 nis † hic non adest, non enim probatur ex illa enunciatiua facta de anno 1556. Francisco Furronio, cū enūcietur solum deuolutio cuiusdam Violantis, quæ dictam domum habebat ad vitam, nec ista enunciatiua dicit concessionem fuisse factam cum beneplacito Apostolico, & quatenus hoc diceret nihil pro-
10 baret, cum † in huiusmodi terminis ex assertione partium hoc non probetur, sed debeat aliunde probari *Bart. in l. si fortè. ff. de Castr. pecul. Paris. consil. 62. num. 7. lib. 1.* qui de communi *Aym. cons. 175. num. 2. idem Bart. in auth. si quis in aliquo nu. 12. & ibi Dec. num. 36. C. de eden. Alex. cons. 17. nu. 6. lib. 4. Rota decis. 160. num. 4. par. 2. & fuit dictum in causa Auersana tenimenti 24. Nouembris 1587. coram Cantuccio*, nec dictum beneplacitum potest
11 præsumi † ex obseruantia subsecuta spatio 30. annorum, quæ facit præsumere beneplacitum Apostolicū interuenisse, *Feli. cap. Alberic. num. 4. vers. si autem in instrumento de testib. Put. decis. 355. lib. 2.*
12 quia vltra quod ista conclusio non † videtur procedere in istis terminis, quia sic plus operaretur vnica locatio cum obseruantia 30. annorum quam duæ, quæ non tangerent metam 40. annorum, vt fuit cōsideratum in causa *Pisana bonorum 20. Februarij 1585. coram Cantuccio, & in causa Romana domus 13. Ianuarij 1586. coram bon. mem. Card. Blanchetto*, cessat omnis difficultas, quia dicta locatio facta
13 de anno 1556. fuit obseruata solum † vsque ad annum 1567. de quo per monasterium fuit declarata deuolutio, vt habetur in instrumento confecto de anno 1570. de quo etiam anno prædictus Franciscus retrocessit domum monasterio quod facit nouam concessionem Matthæo Canonico S. Celsi, & Iuliæ vxori Prosperi cum reseruatione beneplaciti Apostolici, quæ locatio durauit vsque ad annum 1596. de quo fuit inita transactio inter monasterium, & Venturam, seu Victorium nominatum à Ventura nepote Baptistæ nominati per Iuliam vxorem Prosperi, vt in instrumento locationis factæ Xenophon-
14 ti, vnde siue agatur de probanda † obseruantia, itaut prima locatio dicatur solemnis, & non interuenit cursus 30. annorum, vt patet ex serie facti, supra deducta, siue deducantur duæ locationes effectum sortitæ spatio 40. annorum, nec minus adsunt cum super ista concessione lis pendeat in Rota, vt patet ex confessione facta in concessione vltimo loco facta Xenophonti, & in omnem euentum, vt bene consideratur in decisione Reu. P. D. mei Vbaldi solitum
15 † in concessione vltima fuit alteratum, vnde concessio non tenet etiam quod res esset solita locari *Curt. iun. de feud. par. 2. q. 6. Dec. in auth. qui rem. num. 2. & 22. & ibi Cagnol. num. 58. C. de sacros. Eccles. Alex. cons. 9. num. 2. lib. 3. & cons. 5. nu. 18. lib. 5. Clar. in § emphyteosis q. 6. vers. scias tamen, & q. 28. vers. aut vero.* Nec tandem iuuat quod sit indultum Generali ex gratia Greg. XIII. quod eius
16 † consensus sufficiat, quia hoc indultum non releuat cum non probetur interuenisse dictum beneplacitū Generalis, & si probaretur non releuaret, cum indultum prohibeat fieri locationes vltra duas generationes, vel nominationes absque licentia Sedis Apostolicæ, nec adest euidens vtilitas Ecclesiæ, vt statim dicetur.

Quod autem deficiat causa satis patet, quia hæc
17 domus ante † concessionem locabatur pro scut. 90. & alia pars pro scut. 30. quæ constituunt annuam summam scut. 120. & tamen concessio fuit facta pro scutis 33. vnde clarè apparet, quod locatio cessat ex defectu causæ, & quamuis replicetur quod locatio pro scutis 90. esset pro furno, & granario cum cæteris membris, tamen quicquid sit de hoc, residuum domus locabatur pro scut. 30. vt deponunt testes monasterij. Vnde negari non potest quin etiam attenta ista lectura esset causa, cum indubitatum sit quod furnus longe vltra scuta triginta annua locabatur. Et ita &c.



RE-

REVERENDISS. D. VNOZETTO.
ARCHIEPISCOPO SELEVCIEN.

Romana Domorum de Zacconibus.

Lunæ 16. Martii 1620.

ARGVMENTVM.

Immissio Iudicis, quando est nulla, & attentata non est habenda in consideratione, cum non pariat iuris effectum. Sententia lata etiam in mero possessorio si simus in bonis Ecclesiæ non intrat Ægidiana, & ideo Iudex tenetur deferre appellationi, alias procedendo ea reiecta, nulliter, & attentatè procedit.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur ei, qui auctore Pratore possidet.*

2 *Quod tamen intellige, quando ille ritè, & rectè processit, alias secus.*

3 *Immissio concessa à Iudice dicitur nulla, & attentata, si data sit intra terminum datum ad appellandum.*

4 *Sententia, quando est lata in mero possessorio, non datur appellatio, & sic executioni potest mitti absque vitio attentatorum.*

Appellationi Iudex non tenetur deferre, quando sumus in mero possessorio, num. 4.

5 *Aegidiana non intrat, quando agitur de bonis Ecclesiæ.*

6 *Signatura quando admittit appellationem ad vtrumque effectum, tunc causa sine dubio dicitur appellabilis.*

7 *Signatura, quando dubitat an intret Aegidiana, necne, qualiter soleat rescribere.*

8 *Statutum, si continuet possessionem patris in filios, huius vigore potest eis dari manutentio.*

9 *Statutum continuans possessionem patris in filios, vt in ea manuteneantur, debent iustificare possessionem patris.*

10 *Manutentio, quando frustra petatur.*

¶ Allegatur hæc decisio supra in præcedenti Tomo decis. 298. quę est in hac eadem causa.

DECISIO DCCXII.

DVBITAVI vtrum Io. Baptistæ, vel potius Petro, & fratribus de Zacconis dan. esset mandatum de manutenen. in possessione domorum cōtrouersa, quo dubio proposito reseruata inspectione quoad manurentionem Ioan. Baptistæ, Petro, fratribusq. denegan. esse mandatum de manutenen. Domini responderunt, † licet enim regulariter debeatur manutentio illi, qui auctore Prætore possidet, hæc regula tunc demum militat quando Iudex ritè, & rectè seruato iuris tramite processit *l. 4. §. conclamatum. ff. de re iud. cum simil. l. fin. C. si per vim. Abb. in cap. conquerente. num. 9. de rest. spol.* aliàs despoliare.

In hac autem facti specie visum fuit immissionem concessam à Iudice fuisse nullam, & attentatam tanquam factam post interiectam appellationem, & pendente termino ad appellandum *cap. non solum de appell.* & fuit millies in Rota decisum.

Non obstat quod dicitur sententiam esse latam in mero possessorio, † vnde sequitur eam potuisse sine vitio atteratorum executioni demandari, cum Iudex non teneretur deferre appellationi vigore Constitutionis Aegidianæ in Terris Ecclesiæ obseruatæ.

Huic enim obiectioni respōsum fuit quoad vnam
5 domum subiectam emphyteusi Ecclesiæ nō † intrare Aegidianam ex deductis *in vna Romana de Scapuccijs coram R.P.D. meo Decano 19. Ianuar. 1611.* Quo vero attinet generaliter ad omnes domos, in signatura vtraque parte informante fuisse admissam appellationem quoad vtrumque effectum, & ita
6 stante hoc † rescripto hodie non potuisse amplius controuerti, vtrum deferen. sit appellationi necne, stylus siquidem signaturæ notissimus est in his causis, quando controuertitur inter partes si sit locus
7 Aegidianæ apponere clausulam directam † Iudici, cui eam committitur (constito quod locus sit Aegidianæ exequatur, sin minus causam appellationis cognoscat,) sed dum vult simpliciter causā iudicare appellabilem committit causam appellationis sine alia clausula, sicut inter easdem partes, dum ageretur de possessione vineæ fuit rescriptum.

Nec etiam obstat quod dicitur Petrum, fratresq. continuasse possessionem istorum domorum, quam
8 habebat † ipsorum pater, & sic vigore Statuti Vrbis ipsi danda esset manutentio. Nam vltra quod ipse, fratresq. non probarunt incolatum, multumq. fuit
9 dubitatum si possessio † paterna satis esset iustificata certum est d. Petrum, fratresq. si quam prætendere poterant possessionem vigore Statuti Vrbis illam amisisse, dum omisso remedio retinendæ iudiciū adipiscendæ petentes à Iudice immissionem, quam cōcessam ratam habuerunt, cum vigore dictæ senten-
10 tiæ † possessionem domorum fuerant adepti, & ita frustra petunt manutentionem ex deduct. per *Couar. pract. quæst. cap. 17. num. 3. Caputaq. dec. 43. lib. 3 fuit dictum in vna Ciuitatis castelli de Medoruscis 20 Iunij 1587. coram Platto,* & postea *in vna Hispalen. praeminentiarum 16. Iunij 1606. coram R.P.D. meo Pamphilio.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

S. D. N. INNOCENTIO X.

Carthagineñ Translationis Monasterij.

Lunæ 18. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Monasterij translatio ex quo capite iustè dicatur petita, & quando est facienda non solum ad diuersum situm eiusdem loci, sed etiam ad diuersum locum.

SVMMARIVM.

1 *Monasterij translatio iusta ex causa dicitur fieri, propter intemperiem aëris, & malam qualitatem ipsius Monasterij.*

2 *Item propter paupertatem Monasterij, & particularium personarum loci, vbi degit.*

3 *Vniuersitas, quando citatur, vt valida dicatur citio, quid requiratur.*

4 *Citatio facta Vniuersitati quando dicatur valida, si fuerit citatus ille, qui eam repræsentat.*

5 *Monasterium, si transferendum veniat alibi propter aeris intemperiem, & malam qualitatem Monasterij tunc ea translatio debet fieri ad alium situm eiusdem loci, & non ad alium locum.*

6 *Qua*

sententia cum publicatione bonorum in gratia subsecuta comprehenduntur, & restitutus illa recuperat *Doct. in l. Gallus. §. & qui tantum, vbi Castr. numer. 14. & Ias. num. 74. ff. de liber. & posthum. Felin. in cap. inter quatuor. num. 4. vers. limita primo de maior. & obed. Natt. cons. 471. num. 2. 5. & 6. Rolan. cons. 45. num. 25. lib. 4. Bursatt. cons. 54. numer. 26. & seq.* & de communi testantur *Odd. de restit. in integrum q. 99. art. 10. num. 74. & 94. Farin. in praxi q. 6. num. 36. vers. contrariam*, quam sententiam sequuta est, *Rota apud Aegid. decis. 744. Seraph. decis. 998. num. 8. & 9. in par. 2. rec. dec. 465 num. 6.* quod procedit etiamsi bona essent propter
2 delictum, † & sententiam translata in substitutum ex dispositione testatoris *Odd. vbi supra, Seraph. d. decis. 998. num. 8. & 9. Rol. d. cons. 1. num. 32. vers. pariter non obstat.*

Quæ facilius videntur admittenda respectu bonorum subiectorum fideicommisso, quod fuit purificatum de tempore, quo dictus Eques erat restitutus,
3 & consequenter habilis ad succedendum † ad hunc effectum sufficiat quem esse habilem de tempore purificati fideicommissi, vt est text. *in l. Aristo 46. ff. de manum. testam. l. eum qui 104. ff. de condit. & demonstr. Socc. sen. in l. si cognatis num. 9. ff. de reb. dub.*

Nec obstat prædicta non procedere in effecto seruo penè prout erat Eques Liuius, qui fuerat dam-
4 natus † ad mortem, & sic tanquam nouus homo nõ poterat recuperare per restitutionem ius succedendi in fideicommisso iuxta text. *in l. interdicit 59. ff. de condit. & demonstr. quia dispositio d. l. procedit*
5 quando † bannitus efficitur seruus pœnæ, & libertatem amittit, quod non contingit in casu nostro, quia
6 dictus Eques fuit condemnatus † in contumaciam, nec vnquam incidit in posse Curiæ, quo casu non potest dici seruus pœnæ effectus, vt declarando *gloss. in §. cum autem instit. quib. mod. iuspat. pot. solu.* notat *Angel. ibi num. 8. vers. aduertas tamen. Clar. in §. testam. q. 19. num. 2. vers. aut vero fuit condemnatus, Aretin. l. eius qui. §. num. 4. vers. vnus est. ff. de testam. Corn. 55. num. 27. lib. 2.*
7 Vltra quod hodie nullus † efficitur seruus pœnæ, & consequenter cessat *d. l. dispositio*, vt in puncto post *Bald. tradit additio ad Bart. in d. l. interdicit in l. litera A. Soccin. sen. in d. l. si cognatis n. 14. in fine Peregrin. de iure fisci lib. 3. tit. 5. num. 20. vers. & iure nouo.*

Nec facit quod Monaldus habuerit dicta bona ex donatione fel. record. Clem. VIII. sibi facta, quia dicta condonatio non fuit de bonis Equitis Liuij, nec propter delictũ illius, sed de bonis possessis per Cornelium dicti Monaldi patrem cõfiscatis ob eius
8 delicta, neque fuit † facta ex gratia, sed ex iustitia, cum bona confiscata Pontifex restitueret ex eo quod erant subiecta fideicommisso, & consequenter con-
9 fiscari non poterant, nec † per talem condemnationem videtur in aliquo præiudicatum fuisse Equiti Liuio vocato ad dictum fideicõmissum, cum potius appareat Pontificem voluisse per dictam condonationem dictum fideicommissum præseruare.

Minus obstat, quod dictus testator priuauerit
10 suos † descendentes ob delicta propter quæ bona venirent confiscanda, & propterea non possit Eques Liuius succedere contra voluntatem testatoris, tum quia non priuauit delinquentes restitutos iure suc-
11 cedendi, † nec hoc est præsumendum, sed solum quando delinquunt bonis ad eum delatis, ne confiscari possint, quod non applicatur casui nostro, cum bona non essent de tempore delicti delata Equiti, tum etiam quia testator in dicta priuatione videtur intellexisse de delicto probato per veras probationes, non autem condemnatione facta in contuma-
12 ciam, vt est † ista Equitis Liuij, cum taliter condemnatus retineat testamenti fruitionem actiuam & priuatam, vt fuit decisum *in Maceraten. hæreditatis 16. Nouembris 1609. coram me.*

Quod autem condemnatio Equitis fuerit in con-
13 tumaciam † apparet ex eo, quod fuit facta ob non paritionem monitorij iuxta *decis. Rotæ 68. num. 1. & decis. 369. part. 1. diuers. Seraph. decis. 354. num. 8. & seq.* Nec ex confessione facta in supplicatione
14 potest inferri ad veras probationes, † cum huiusmodi confessiones fiant occasione processus facti, & condemnationis sequutæ ad cautelam, & ad liberandum se à molestijs, *Rota decis. 313. num. 13. in impress. post 2. vol. cons. Farin. & fuit dictum in dicta Maceraten. coram me.*

Vlterius non obstat quod gratia prædicta contineat simplicem indulgentiam non autem restitutio-
15 nem plenariam, quia contrarium colligitur † ex eius lectura, cum Equiti fuerit concessa libera absolutio, & remissio à quouis banno cum cassatione cuiuscumque processus facti, & remissionis pœnæ incursæ, & cuiuscumque alterius rei in contrarium fa-
16 cientes. † Per cancellationem enim cuiuscumque processus censetur quis plenariè restitutus, *Gozzad. cons. 96. num. 9. Nell. in tract. de bannitis in 1. parte tertij temporis num. 4. Odd. de restit. in integr. q. 93. art. 4 num. 16. & seq.* vbi de magis communi. Ponderando præsertim illa verba *liberamente assol-*
17 *uerlo*, † quæ important pariter plenariam restitutionem, *Felin. in d. cap. inter quatuor num. 6. vers. & dixit Petr. de maior. & obed. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. num. 23. Odd. vbi supra d. q. 93. num. 33.*

Nec releuat quod in dicta gratia non sit facta mentio restitutionis ad famam, quasi propterea di-
18 ctus Eques remanserit incapax, † quia simpliciter restitutus, censetur etiam ad famam, & dignitatem restitutus *Odd. vbi supra q. 95. art. 1. & 2. Alexan. cons. 112. lib. 2.*

Denique visum fuit non subsistere id, quod obijcitur de defectu potestatis Illustrissimi Cardinalis
19 † Aldobrandini, qui gratiam fecit, cum de dicta potestate constet ex lectura amplissimarum facultatũ ipsi concessarum per fel. rec. Clem. VIII. gratiosè absoluendi bannitos pro quibuscumque etiam capitalibus, & iteratis criminibus eisq. gratiam, absolu-
20 tionem, & remissionem † in forma amplissima concedendi cum derogatione quarumcumque Bullarũ in contrarium facien. qua facultate stante, non est dubium potuisse plenariam restitutionem d. Equiti concedere. Et ita resolutum &c.

REVERENDISS. MANZANEDO.
Patriarcha Hierosolymitano
Vrbeuetana Hæreditatis.
Veneris 18. Decemb. 1620.

ARGVMENTVM.

Propter delictum si quis fuerit condemnatus ad mortem

6 Quæ conclusio tamen non procedit stante paupertate monasterij, & particularium personarum illius loci.
7 Monasterium, quando est transferendum, vbi debeat fieri translatio.

¶ Allegatur presens decisio supra in præcedenti Tomo decis. 362. quæ est in hac eadẽ causa

DECISIO DCCXIII.

PROPOSVI dubium super translatione Monasterij, de qua agitur alias die 1. Febr. 1619. &
10. Iunij subsequentis in hac causa resolutũ, & Domini censuerũt esse locũ translationi seruata forma
à Sac. Congregatione tradita, nisi Vniuersitas velit se obligare ad necessaria, de licentia Sedis Apostolicæ constat ex litteris eiusdem Sac. Congregationis,
1 & de †iustis causis præcipuè propter aeris intemperiem, & malam qualitatem, & malum statum ip-
2 sius monasterij, † & paupertatem Monialium, & particularium personarum loci de Pens, quæ pro translatione sufficiunt cõstat ex testibus & alijs dicta die 1. Februarij 1619. in decisione deductis.
Nec obstat quod testes fuerint nulliter exami-
3 nati †citatis tantum Alcaldis ad videndum illos iurare, non autem citato consilio, seu Vniuersitate, quia placuit responsio, quod cum Iudex mandauerit citari Alcaldus, & Consilium, sufficit quod fue-
4 rint †citati Alcaldi Consilium repræsentantes, quicquid mandasset simpliciter citari Consiliũ, seu Vniuersitatem *Bart. in extrauag. ad reprimen. verb. citatum num. 1. vers. & ideo, Socc. in tract. de cit. artic. 20. num. 52. q. 20. vers. & si tu diceres.*
Neque obstat, quod supradictæ causæ circa aeris
5 †intemperiem, & qualitatem, & statum monasterij concludunt solum translationem ad alium situm eiusdem loci de Veas, quia adhuc remanet paupertas monasterij, & particularium personarũ dicti loci propter quam Moniales necessitatibus circa huius-
6 modi† translationem, victum ipsarum, ac alia similia regularem obseruantiam conuenientia subuenisse non possunt, prout poterunt in proxima Ciuitate magis commoda, & opulenta piorum saltem eleemosynis, ad quam propterea placuit faciendam esse translationem, vt dictum est nisi vniuersitas velit se obligare ad huiusmodi necessaria &c.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Vrbeuetana Hæreditatis.

Veneris 3. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Condemnatus si quis fuerit ad mortem, cum publicatione bonorum, dato, quod à Principe fuerit plenariè restitutus, omnia recuperat, & etiam ea bona, quæ amiserat ex præcepto testatoris mandantis, vt in casu delicti priuatus esset sua hæreditate, deferendo eam ad alios, quod multo magis procedit, quando dicta sententia fuit lata in contumaciam, cum tunc presumptiuè, & non verè dicatur probatum delictum.

SVMMARIVM.

1 Condemnatus, quando quis fuit, si postea à Principe fuerit plenariè restitutus, omnia recuperat etiamsi lata sit sententia cũ publicatione bonorũ.
2 Quod procedit pariter quamuis propter delictum, & sententiam translata sint bona in substitutum ex dispositione testatoris.
3 ad Succedendum, vt quis dicatur habilis, attenditur tempus, quo defertur successio.
4 Condemnatus ad mortem, si fuerit absolutus, tunc tanquam nouus homo, non potest recuperare ius succedendi in fideicommisso.
5 L. interdicit. 95. ff. de condit. & demonstrat. procedit, quando quis fuit effectus seruus pœnæ, & libertatem amittit.
6 Seruus pœnæ non potest dici, quis effectus, si in contumaciam fuerit condemnatus, & numquam incidit in posse Curiæ.
7 Seruus pœnæ hodie nemo efficitur, & sic cessat dispositio, l. interdicit. ff. de condit. & demonstr.
8 Bona habere ex gratia, aliud est, & aliud ex priuilegio.
9 Fideicommissaria bona non possunt confiscari.
10 Succedere quis non potest in fideicommisso contra voluntatem testatoris.
11 Testator si priuauerit hæredem sua successione dato, quod commiserit aliquod delictum, si accidat, vt illud committat, itaque bona confiscentur, data absolutione à delicto, an ea recuperet.
12 Testator priuando hæredem hæreditate in casu commissi delicti, intelligi debet, si illud delictum fuerit plenè probatum, non autem per condemnationem tantum factam in contumaciam.
13 Condemnatio, quod fuerit facta in contumaciam satis dicitur apparere ex eo, quod fuit facta ob non paritionem monitorij.
14 Confessio, quæ fit in supplicatione occasione processus facti, & condemnationis secutæ ad cautelam, & ad liberandum se à molestijs, non inducit veram probationem.
15 Gratia, quando dicatur continere restitutionem plenariam.
16 Restitutus plenariè quis satis dicitur stante cancellatione cuiuscumque processus.
17 Absolutio libera, importat plenariam restitutionem.
18 Restitutus simpliciter, censetur etiam restitutus ad famam, & dignitatem.
19 Potestatem quando quis dicatur habere absoluendi quem plenariè, & num. 20.

¶ Præsens decisio est in eadem causa, quæ est sequens decisio.

DECISIO DCCXIV.

LICET in decisione in hac causa facta 14. Aprilis 1614. fuit dictum Equiti Liuio non obstare capitalem condemnationem contra eum secutam propter nonnulla delicta, stante gratia, siue restitutione per ipsum obtenta à Principe. Tamen quia fuit dubitatum an dicta gratia comprehenderet tantum pœnam corporalem, an vero etiam bona, ideo hodie proposui dubiũ an illa suffragetur quoad bo-
1 na, & DD. affimatiuè responderũt, cum †dicta gratia contineat plenissimam restitutionem quo casu bona etiam in alium translata immediatè ex ipsa sen-

tem, cum publicatione bonorum, si à Principe amplissimè fuerit restitutus, omnia bona indistinctè recuperat. Princeps, quando dicatur concessisse alicui amplissimam auctoritatem restituendi condemnatos per sententiam ad mortem, vna cum publicatione bonorum, itaut omnia recuperent.

SVMMARIVM.

1 *Gratia, & absolutio à delicto, quando dicatur concessa in forma amplissima.*
2 *ad Augmentum inducta non debent operari diminutionem.*
3 *ex Procœmio deducitur mens disponentis, & concedentis.*
4 *Dictio, præter, si sit apposita dispositioni affirmatiuæ, auget, & includit, non autem excludit.*
5 *Verba generalia omnia includunt.*
6 *ad Cautelam abundantiorem ea, quæ fiunt, nocere non debent, nec tollere aliquid iam concessum.*
7 *per Priuilegij noui concessionem non censentur sublata alia prius indulta.*
8 *Bonis propter delictum, si hæres sit priuatus à testatore, an data absolutione plenaria à Principe, illa recuperet.*
9 *Condemnatus propter delictum cum publicatione bonorum, si amplissimè sit restitutus à Principe, recuperat etiam bona in alium translata propter delictum ex dispositione testatoris.*
10 *Successionis capax an quis sit, necne, attenditur tempus successionis, & num. 11.*

¶ Est in eadē causa, quæ est præcedens decisio.

DECISIO DCCXV.

DOMINI steterunt in decisis nempè gratiam, siue restitutionem obtentam ab Equite Liuio suffragari etiam quoad bona, cum ex adductis in decisione constet tàm de voluntate, quàm de potestate Illustrissimi Cardinalis Aldobrandini restituendi quoad illa.

Non obstant posteriores facultates concessæ eidem Cardinali in quibus ipsi datur potestas restituendi ad bona etiam fisco incorporata condemnatos ab ipso Cardinali, vel à suis Delegatis, quasi nō potuerit gratiam facere Equiti Liuio, qui fuit condemnatus ab Aud. Cameræ, quia cum in prioribus litteris ipsi Cardinali esset attributa facultas generalis restituendi bannitos, etiam ad bona, vt patet ex illis verbis, absoluendi, & liberandi bannitos, eisque gratiam, & absolutionem, & remissionem in
1 forma † amplissima concedendi, quæ important etiā restitutionem ad bona, quia aliàs gratia non posset dici in forma amplissima, vt de gratia in forma plena, seu plenaria notant *Paris. cons. 1. num. 37. lib. 4. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. num. 22. Menoch. præs. 46. num. 11. lib. 5. Farinac. in prax. q. 6. numer. 28. vers. limita primo, & 38* Dicta facultas generalis non censetur restricta per dd. posteriores litteras, quæ emanarunt ad augendam facultatem Car-
2 dinali concessam in dictis prioribus, ne † inducta ad augmentum operentur diminutionem *l. quod fauore C. de leg. cap. quod ob gratiam de reg. iur. in 6. Bart. in l. 2. nu. 2. C. de præposit. agent. lib. 12. Honded. cons. 71. num. 54. lib. 2. Surd. decis. 195. num. 5. & cons. 335. num. 17.*

Quod autem dictæ posteriores emanauerint ad
3 augen. priores litteras, & illas non restringant colligitur ex procœmio in quo expresè dicit Summus Pontifex, quod intendit augere, & confirmare priores, & ex dispositiua in qua asserit se præter alias facultates iam concessas, velle etiam alias concedere
4 ponderando dictionem, † præter, quæ adposita dispositioni affirmatiuè auget, & includit, non autem excludit, *Paris. cons. 95. num. 8. lib. 2. Menoch. præsump. 145. num. 3. lib. 4.* & insuper subiungit velle facultates ampliare ad omnia, & singula, cum in
5 prædictis litteris expressa, † quam ad alia quæcumque quomodolibet in præmissis, & alijs quibuscumque necessaria, & opportuna etiam non expressa, quinimò maiora expressis etiā si specialem expressionem requirerent, & generaliter ad ea omnia, quę ipsemet Pontifex facere potuisset; ex quibus verbis clarè apparet omnia, quæ concessit Illustrissimo Cardinali Pontifex posterioribus litteris non fuisse ad restringendam potestatem quam sibi in prioribus litteris concesserat, sed potius ad illam augendam, & consequenter dicendum videtur, quod facultas absoluendi condemnatos à Cardinali, vel suis Delegatis fuit concessa ampliatiuè, quatenus scilicet dicta facultas non comprehenderetur in primis litteris, &
6 † potius ad abundantiorem cautelam, quæ propterea nocere non debet, nec tollere generalem potestatem antea concessam, cum per concessionem
7 † noui priuilegij non censeantur sublata alia prius indulta, *Bart. vbi supra. Put. decis. 83. nu. 1. lib. 3. in nouis impressis, Honded. d. cons. 71. num. 54. Surd. de aliment. tit. 1. q. 8. nu. 9. Menoch. cons. 85. nu. 113.*

Minus obstat quod bona, de quibus agitur, non
8 comprehendantur † in gratia ex eo, quod illis fuit priuatus Eques Liuius à testatore propter delicta per eum commissa, quia placuerunt Dominis re-
9 sponsiones datæ in decisione nempe stante † amplissima gratia etiam bona in alios trāslata propter delictum ex dispositione testatoris recuperari posse *Seraphin. decis. 998. num. 8. & 9. cum alijs ibi addu-*
10 *ctis*, & de tempore purificati fideicommissi † Equitem Liuium fuisse habilem propter dictam gratiam iam obtentam. Dispositionem autem testatoris loqui de delinquentibus, qui non sunt habiles ad ex-
11 cludendum † fiscum, non vero de restitutis, & sic habilibus ad succedendum de tempore, quo fideicommissum purificatur.

Verum quia allegabantur pro parte heredum Lauiniæ, quod etiamsi Eques esset restitutus ad bona, tamen propter homicidium, & alia delicta per ipsum commissa remansit perpetuò incapax successionis ex dispositione diuersarum Bullarum Summorum Pontificum. Ideo Domini steterunt in decisis, nisi obstent Bullæ Pontificiæ super d. incapacitate, de quibus videatur.

R. P. D. VBALDO.

Firmana Fideicommissi.

Veneris 20. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Donatio facta alicui de bonis existentibus in aliqua Ciuitate comprehenduntur etiam ea, quæ adsunt in locis Territorij eiusdem Ciuitatis, & maximè concurrentibus adminiculis, & verisimilitudine, alijsque coniecturis, de quibus in præsenti decisione.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Loci qualitas adiecta legato restringit legatum, quamuis vniuersale.*
2 *Castrum reputatur eiusdem territorij, illius Ciuitatis sub qua subest.*
3 *Donatio facta de bonis in loco alicuius Ciuitatis, bene potest comprehendere bona sita in Castro dicta Ciuitatis.*
4 *Dictio, dictus, repetit omnia præcedentia.*
5 *Donator, quid voluerit donare, bene colligitur ex qualitate oneris iniuncti.*
6 *Verba generalia posita in donatione quid operentur.*
7 *ex Procemio colligitur mens disponentis.*
8 *Gratum, si quis dicat velle se alicui ostendere, non præsumitur rem satis leuem voluisse ei donare.*
9 *Donatio, quando fit coniunctæ personæ latè debet interpretari.*
10 *Donatio ratione coniunctionis sanguinis præsumitur*
11 *Pater & filius censentur vna, eademq. persona.*
12 *Inuerisimilitudo in omnibus dispositionibus reijcitur.*
13 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*
14 *Bona iam donata non possunt venire in secunda donatione.*
15 *Donatio facta absenti, & sine stipulatione, & clausula constituti, & iuramento, videtur inualida.*
16 *in Donatione facta absenti, requiritur acceptatio saltem ad effectum acquisitionis dominij, & possessionis.*
17 *Paria sunt non valere, vel non habuisse effectum.*
18 *Donatio prima per secundam dicitur reuocata, si in ista adsit clausula constituti.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in decisione 428. quæ est in hac eadem causa, & ibi ab ista decisione receditur.

DECISIO DCCXVI.

SENTENTIA de partibus, in qua fuerat pronunciatum Hieronymam Firmanam teneri ad restitutionem Alberto Formono omnia bona mobilia, & stabilia q. Francisci Formoni existentia tàm in Ciuitate, & territorio Firmi, quàm in Castro, & territorio Griptæ Azzolinæ fuit in gradu appellationis confirmata in Rota, & cum hodie in alia instantia, dubitarem, an sententia Rotalis esset confirmanda vel infirmanda, placuit Dominis firmare tantum bona Griptæ Azzolinæ esse comprehensa in secunda donatione. Præcipua enim difficultas excitabatur per informantes pro Hieronyma contra sententiam ex eo quia Franciscus de anno 1594. donauerat Ludouico eius patrueli bona existentia in loco Firmi cũ perpetuo fideicommisso ad fauorem proximiorum de familia prout fuit in causa resolutum 15. Aprilis 1516. coram R.P.D. meo Remboldo, vnde difficile videbatur donationem extendere etiam ad bona extra locum Firmi, sed posita in Castro, & territorio Griptæ Azzolinæ, cum pro hac parte vigeat regula vulgaris quod † qualitas loci adiecta legato 1 restringat legatum quamuis vniuersale, *l. nam quod liquidè. §. si ita legetur. ff. depen. leg. l. quæsitum. §. 1. & ibi gloss. ff. de leg. 3. cum alijs per Gard. Mãt. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 3. num. 13. & per Surd. decis. 240. num. 1.* Et tamen sententia condemnat Hieronymum ad restituen. bona etiam sita in dicto territorio Griptæ Azzolinæ, vt dictum est.

Cæterum his non obstantibus, Rota censuit, vt dixi etiam dicta bona comprehendi in secunda donatione. Primo, quia cum d. Castrum Griptæ sit sub
2 eadem Ciuitate Firmi, † dicitur facere vnum territorium, & bona reputantur pro vno eodemq. loco, quæ sunt sub eodem territorio *Rim. sen. cons. 31. numer. 41. lib. 1. per tex. in l. quicumque. C. de omn. agr. desert. lib. 10.* bene facit *Aym. cons. 673. num. 2.*
3 *lib. 4.* Vnde donatio facta † de bonis in loco Firmi, bene potest comprehendere bona sita in dicto Castro præsertim concurrentibus alijs de quibus mox.

Secundo, quia Franciscus non donauit simpliciter bona existentia in Ciuitate Firmi, sed postquam se enunciauit de Firmo, donauit Ludouico ex loco prædicto Firmi, dominij Firmani, Status S.D.N. Papæ bona sita, & existentia in dicto loco Firmi, & sic per illam dictionem, dicto loco videtur repetere alia verba dominij Firmani, Status S.D.N. quæ benè sunt apta comprehendere bona Griptæ Azzolinæ, quæ
4 indubitanter sunt dominij Firmani, cum † dictio illa dicto repetat omnia præcedentia, *Alex. cons. 140 numer. 30. in fin. lib. 6. cum alijs per Surd. cons. 163. num. 14. lib. 2. & cons. 414. num. 63. lib. 3.*

Præterea donator iniunxit onus Ludouico alendi fratrem Clericum donec vixerit, quod fieri non posset ex bonis tantum existentibus in Ciuitate Firmi, cum ibi donator tantum haberet medietatem domus, & vites cuiusdam vineæ vt patet ex inuentario, quod datur, & ex qualitate oneris iniuncti ar-
5 guitur quod † voluerit donator comprehendere etiam bona in Comitatu Firmi existentia iuxta tradita per *Surd. de alim. tit. 2. q. 3. num. 8.* præsertim ne donatio esset damnosa donatario *Surd. cons. 143.*
6 *num. 36.* Et tanto magis stantibus † verbis donationis maximè generalibus, & prægnãtibus ibi de omnibus, & quibuscumque bonis tàm mobilibus, quã immobilibus, ac iuribus quibuscumque cuiuscumque sortis ipsius Francisci, quæ verisimiliter non debent restringi ad medietatem domus, & quasdam vites per donatorem in Ciuitate possessas.

Accedunt pro eadem parte aliæ coniecturæ. Pri-
7 ma quia † in procemio ex quo elicitur mens iuxta *vulg. l. fin. ff. de her. inst.* donator dicit se velle gra-
8 tum ostendere † erga Ludouicum, quæ gratitudo fuisset satis leuis, si bona tãtum in Ciuitate donasset.

Secunda, quia donatio est facta fratri patrueli, &
9 sic † coniunctæ personæ, ideo latè interpretanda, cũ
10 soleat etiam ipsa donatio præsumi † ratione coniunctionis *l. præcula. ff. de prob. Corn. cons. 192. nu. 3. vers. iuuantur lib. 1.* quem sequitur *Surd. cons. 112. num. 47. & idem Surd. cons. 173. num. 36.*

Tertia, quia prima donatio facta patri Ludouici de anno 1549. exprefsè erat de bonis Griptæ Azzolinæ, & pater erat mortuus tempore secundæ donationis. Vnde hæc debet recipere interpretationem
11 à prima cum † pater, & filius censeantur vna, & eadem persona *l. vlt. C. de impub.* nec præsumatur mutata affectio in donante.

Accedit quarto quod reliquit vsumfructum bonorum donatorum Portiæ vxori Ludouici si ei superuixerit. Et quinto quod adiecit prohibitionem alienationis, & induxit fideicommissum perpetuum ad fauorem proximiorum vt supra dictum, & penitus
12 videtur † inuerisimile, quod vsusfructus fuit relictus, vel fideicommissum in rebus tam modici valoris

quales essent res, & bona possessa per donatorem in Ciuitate.

Vltimo accedit adminiculum ex confessionibus eiusdem Portiæ, de quibus deponunt testes, quod ipsa tanquam vsufructuaria possidebat bona dictæ Griptæ Azzolinæ, & quod post eius mortem recadebant ad proximiores de familia, vt in summ. Al-
13 berti num. 6. Vnde Hieronyma tanquam filia, † & hæres Portiæ non videtur posse impugnare eius cõfessiones, *arg. l. cum à matre. C. de rei vendic.*

Non obstat, quod dicta bona fuissent antea in specie donata per eumdem Franciscum Petroctio patri Ludouici de anno 1549. & sic non videantur venire
14 † in secunda donatione generaliter concepta, vt supra ex traditis per *Grauett. cons. 234. sub nu. 1. vers. facit. Card. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 25. nu. 6. & 11.* quia fuit responsum in primis primam donatio-
15 nem videri inualidam tanquam absenti † factam, & sine stipulatione, & clausula constituti, & iuramento *l. absenti. ff. de donat. Seraph. decis. 724. num. 1.* & quatenus fuisset valida non constat eam fuisse acceptatam, vel habuisse effectum, quæ acceptatio re-
16 quiritur † saltem ad effectum acquirendi dominij, & possessionis vt latè per *Caph. cons. 440. num. 30. & seqq. lib. 3. Rot. decis. 683. num. 4. par. 1. diuers.* quā decisionem sequitur *Card. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 7. num. 25. fuit dictum in Romana donationis 20.*
17 *Aprilis 1614. coram me*, & alias paria sunt † non valere, vel nõ habuisse effectum ad tradita per *Surd. cons. 3. num. 29* & solum potuisset sustineri in vim fideicommissi si habuisset legitimum numerum testium, vt per *Mant. loco citato num. 27.* Et addebat vnus ex Dominis quod si bona Griptæ Azzolinæ sũt comprehensa in secunda, donatione prout fuit ex
18 prædictis resolutum. Prima esset † per secundam reuocata propter clausulam constituti, quæ legitur in secunda, *Alex. cons. 14. in fin. lib. 1.* quem sequitur *Hippol. singul. 82. in fin. Gabr. in tit. de empt. & vend. concl. 2. num. 8.*

Et ita fuit decisum &c.

R. P. D. V B A L D O.

Leodien. Abbatiæ,

Lunæ 17. Maij 1621.

A R G V M E N T V M.

Papa si indulxerit Canonicis Cathedralis Ecclesiæ alicuius loci, vt nemo possit aspirare ad maiores dignitates eiusdem loci, nisi sit Canonicus d. Ecclesiæ, dubitatur modo, si aliquas obtinuerit Canonicatum in d. Ecclesia, & aliquas ex dd. dignitatibus impetrauerit, & deinde Canonicatum resignauerit, an prædicta dignitas vacet, itaut requiratur perseuerãtia in Canonicatu, & respõsio est negatiua, & quare.

S V M M A R I V M.

1 *Canonicatus qualitas momento temporis an acquiratur.*
2 *Qualitas aliqua quando requiritur de tempore electionis, sufficit, vt ea adsit de eo tempore, licet postea deficiat.*
3 *Alimentorum legatum factum puero, sufficit vt de tempore testamenti sit puer legatarius, licet postea efficiatur homo.*
4 *Qualitas sufficit adesse de tempore dispositionis actus, licet postea deficiat.*
5 *Qualitas requisita in eligendo, sufficit eam concurrere de tempore electionis.*
6 *Qualitas requisita in personis, quibus causæ committuntur à Sede Apostolica vt sint in dignitate constituti,*
7 *Sufficit, vt sint tales de tempore commissionis, licet postea desierint habere dignitatem, veluti Canonicatum &c.*
8 *Consultor eligendus de certo Collegio, sufficit, vt sit talis de tempore electionis.*
9 *Vxor dum est inops tempore mortis mariti, consequitur quartum, in bonis illius.*
Quod retinet, etiam si postea efficiatur diues.
10 *Qualitas, quando requiritur de certo tempore, sufficit eam adesse in tempore requisito, & num. 10.*
11 *Qualitas, quando consideratur non solum per modum fiendi, sed etiam per modum essendi, tunc nõ sufficit, vt ea adsit tantum de tempore actus, sed requiritur perseuerantia.*
12 *Qualitas aliqua in eligendo dicitur considerata per modum fiendi, quando adiuncta est electioni.*
13 *Qualitas, quando dicatur tantum adiecta electioni, & num. 14.*
15 *Menti Legis, quando est satisfactum, tunc aliud non est quærendum, & num. 16.*
17 *Priuatio numquam inducitur, nisi in casibus iure communi, vel speciali expressis.*

¶ In eadem causa sunt supra in præcedenti Tomo decisiones 333. & 400.

D E C I S I O D C C X V I I.

VBERTVS Canonicus Ecclesiæ maioris Leodien. idemq. Abbas Collegiatæ Ecclesiæ Cinaceñ resignauit Canonicatum ad fauorem Nicolai de la Pierre, & Capitulum elegit in Abbatem Vvinandum de Marotte, quasi per dimissionem Canonicatus Abbatia vacaret, postmodũ idem Vbertus Abbatiam resignauit ad fauorem eiusdem Nicolai, qui per executorem fuit in possessionem immissus, quã tamen Rota resoluit fuisse attentatam, vt in decisione 6. Nouembris præteriti coram D. Cardinali Sacrato, & proinde apposito sequestro, dubitaui, an constaret de bono iure partium, & Domini resoluerunt constare de bono iure Nicolai, & quidem alijs pro nunc omissis tota difficultas reducebatur ad vacationem Abbatiæ, an scilicet per resignationem Canonicatus Leodien. factam ab Vberto vacauerit Abbatia, quia si non vacauit, potuit eam Vbertus resignare, prout resignauit, & consequenter Capitulum non potuit eligere Vvinandum, nec gratia Apostolica confirmatoria electionis valuit, *Seraphin. decis. 997. num. 1.* An autem vacauerit necne, dependet ab intelligentia indulti Apostolici cõcessi per fel. recor. Sixtum V. in quo disponitur ne principales dignitates existentes in quibusdam Ecclesijs Diœcesis Leodien. inter quas adest Abbatia Cinacen. de qua agitur, aliæ personæ præterquam Canonici eiusdem maioris Ecclesiæ actu prebendati, & personaliter in ea residentes eligi possint, &
1 debeant, vnde punctus in eo consistit, an † qualitas Canonicatus requiratur momento temporis, vel successiuè, vt declarat *Gemin. in cap. licet canon. numer. 6. vers. primo casu. de elect. in 6. Bald. in l. generaliter 40. nu. 7. vers. sed ego dico. C. de Episcop.* &

& Cleric. & latè Lazar. Fenutius de momento temporis, cap.10.num.5. & num. 34. & Domini existimabant nos versari in actu potius momentaneo, quia indultum dicit, quod nullæ personæ præterquam Canonici eligantur, & sic qualitas Canonicatus re-
2 quiritur de tempore † electionis, vnde sufficit adesse de eo tempore, prout Vbertus erat Canonicus de tempore electionis, licèt postea desierit esse, *l. mela ait, in princ. ff. de alim. & cit. leg.* vbi legatum alimentorum factum puero debetur, si tempore
3 † testamenti legatarius sic puer, etiam quod postea efficiatur homo, & quod sufficiat qualitatem adesse
4 de tempore dispositionis actus, licèt † postea deficiat, *not. Bart. & Doct. in l. ex facto, in princ. & ibi Rip. num.17 ff. de vulg. Bald. in d. l. generaliter sub num 6. & 7. C. de Episc. & Cleric. Marsil. in l. fin. num.102. & seqq. ff. de iurisd. omn. iud. Soccin. sen. cons.81. num.7. vol.3. Tiraq. in tract. cessante causa, limit.4. Lazzar. Fenut. de moment. temp. cap.29. n.9. Rota decis.733. sub. num.8. par.2. in recent.* & in
5 terminis qualitatis requisitæ † in eligendo, quod sufficiat illam concurrere tempore electionis, *est text. in cap. dudum il 1. de elect. & cap. si eo tempore rescript. in 6. Alex. cons.91. num.4. vers. confirmantur prædicta, lib.7. Paris. de resign. lib.1. quæst.11. num.10.* & hinc videmus, quod qualitas requisita
6 † in personis, quibus causæ committuntur à Sede Apostolica †, quod sint in dignitate constitutæ, vel sint Canonici Cathedralium, *iuxta text. in cap. Sta-*
7 *tutum de reseruat. in 6.* sufficit, quod adsit tempore commissionis, licèt postea desierit habere dignitatem, vel canonicatum, *Gemin. in cap. licèt canon. sub num.6. vers.1. casu de elect. in 6. glos. in d. cap. Statutum, in ver. Canonicis in fine, de rescript. in 6. Castr. cons.289. num.3. lib.1.* vbi idem dicit de consultore
8 eligendo † ex certo Collegio sufficere, quod sit talis de tempore electionis, *Dec. in cap. quoniam Abbas, num.56. & seq. vbi de communi de offic. deleg. Tiraq. in d. tract. caus. cess. lim.4. num.4 Paris. qui alios cumulat vbi supra d. quæst.11. num.6.* & ad hoc propositum bene faciũt tradita *per Dec. in authent. præterea, num.23. C. vnde vir. & vxor,* vbi dicit, quod
9 si † vxor est inops tempore mortis mariti, consequitur quartum, *iuxta d. authent.* quod retinet etiã, si postea efficiatur dives, & ratio est, quia quando
10 aliqua causa certo † tempore requiritur, sufficit, quod illa qualitas concurrat in tempore requisito, *& in terminis dictæ authent. idem tenet in cons.24. vers. sed bis non obstantibus.*

Nec obstat, quod illa qualitas Canonicalis non
11 solùm fuerit considerata per modum fiendi, sed etiã per modum essendi, prout aliquando considerari solet, *Cald. in l. omnia in fin. C. de Episc. & Cleric. Tiraq. in d. tract. cessante causa, limit.12. num.23.* quia in casu nostro fuit solummodo talis causa conside-
12 rata per modum fiendi, cum fuerit adiuncta verbo electionis, vt sunt clara verba indulti ex illis verbis, nè aliæ personæ præterquam Canonici eligi potue-
13 rint, † quæ denotant tempus ipsius electionis, & non aliud, *Oldr. cons.223. num.2. vers. & per hoc ap-*
14 *paret*, & denotant qualitatem † personæ, quæ eligi debet, *Alex. cons.185. num.19. vers. præterea, vol.2. Decian. cons.44. num.59. vers. quinimmo, lib.3.* & cum
15 indultum verisimiliter requirat qualitatẽ † ad hoc, vt Abbatiæ personis magis dignis conferantur, parum interest, quod postea deficiat illa qualitas Canonicalis, ex qua oritur præsumptio meritorum, cum etiam ea deficien. adhuc tamen remaneat præ-
16 sumptio † honestatis, bonitatis, & meritorum personæ propter qualitatem illam præcedentem *ad tract. per Gemin. in d. cap. statutum, sub num. 8. de reser. in 6. & Paris. d. quæst.11. sub num.14.*

Placebat etiam aliud motiuum, quod ad effectum inducendi vacationem, & sic priuationem beneficij
11 requiritur clara, & expressa dispositio, cum † priuatio nunquam inducatur, nisi in casibus à iure cõmuni, vel speciali expressis, *Caputaq. decis.98 nu.3. par 3. Gonzal. ad reg.8. glos.15.* vbi latè, *num.136.* quæ clara dispositio in indultorem non habetur, quãdo scilicet cessante Canonicatu, cesset Abbatia, cum de solo tempore electionis loquatur ex supradictis.

Et ita decisum, &c.

R. P. D. VBALDO.

Ferrarien. Decimarum.

Veneris 28. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Deducuntur in hac decisione non nulla circa probationem liquidationis fructuum, quæ cum sit materia difficilis probationis, ideòq. in eorum iustificatione admittuntur probationes etiam leuiores, & diluuntur non nullæ obiectiones circa validitatem examinis testium, & præsertim circa præstationem iuramenti.

SVMMARIVM.

1 *Valor fructuum solet deduci ad rationem 5. pro centenario.*
2 *Ad valorem rei taxandum attendi debet perceptio fructuum, spatio 20. annorum facta, non autem trium præcedentium annorum tantùm.*
3 *Ex fructuum collectione facta trium annorum, arguitur quantitas recollecta alijs etiam annis.*
4 *Testis quando dicatur probare valorem rei, & n.5.*
6 *Fructuum liquidationis materia reputatur difficilis probationis, ideòq sufficiunt leuiores probationes etiam per coniecturas.*
7 *Iudex in materia liquidationis fructuum potest etiam capere informationem extraiudicialem. Amplia num.8.*
9 *In summa maiori continetur etiam minor.*
10 *Statutum Ferrarien. qualiter taxet interesse.*
11 *Examen est nullum, si deficiat citatio ad videndum iurare testes. Limita vt num.12.*
13 *Circa solemnitates examinis testium standum est Statutis locorum.*
14 *Testem iurasse non probatur ex eo, quia Notarius asserat tantùm testis iuratus.*
15 *De actu præterito non statur attestationi Notarij, de quo fortè non est rogatus.*
16 *Testis præsumitur præstitisse iuramentum eo modo quo debet, licèt Notarius asserat testis iuratus tantùm, quando concurrunt coniecturæ, & n.17.*
18 *Identitas bonorum non est necesse, vt probetur quando iam aliter est probata.*
19 *Testes interessati non probant.*
20 *Testium numerus supplet eorum defectus.*
21 *Appellationem, si postquam pars interposuerit, redeat ad eundem iudicem, videtur recessisse ab appellatione.*

22 *Protestationes, vt releuent, debent in quolibet actu
repeti, alias censetur ab eis recessum.*

¶ Decisio ista allegatur supra in precedenti Tomo decis. 317. quæ est in hac eadem causa.

DECISIO DCCXVIII.

PROPOSITO dubio in hac causa die 31. Ianuarij 1620. ad quam summam sit liquidandus valor decimarum, seu iuris decimandi decimæ præteritæ, expensæ, damna, & interesse in casu, &c. Domini resoluerunt tantùm, liquidationem esse faciendam iuxta valorem de tempore euictionis, & reseruarunt, vt de alijs videretur, vnde post confirmatam dictam resolutionem per duas alias decisiones 12. Iunij, & 18. Octobris præteriti, hodie iterum proposui dubium principale supra propositum, & fuit resolutum liquidationem esse faciendam ad summam contentam in Sententia liquidatoria de partibus; nam quoad primum caput Sententiarum continens liquidationem decimarum, seu iuris decimandi in scutis sexmille septingentis iustificatur ex depositione testium primi examinis, qui particulariter interrogati per capita cuiusdam listæ, continentis valorem istius iuris decimandi respectu annorum 1603. 2604. 1605. respondent de valore dictorum
1 annorum, prout in dicta lista, † qui valor apparet taxatus ad rationem quinque pro centenario, *iuxta glos. in auth. perpetua, C. de sacr. Eccles. & ibi Doct. Corn. cons. 265. sub num. 1. vol. 1. Ias. in l. si fundatum per fideicommissum, num. 5. fuit dictum in Romana vsusfructus 16. Nouembris 1612. & 26. Aprilis 1613. coram me.*

Nec obstat, quod debeat attendi perceptio fru-
2 ctuum 20 † annorum, non trium tantùm ad effectum taxandi rei valorem, *iuxta tradita per Paul. Castr. in d. auth. perpetua, C. de sacr. Eccles. & per Cagn. in C. 2. num. 23. C. de rescind. vend. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 9. num. 5. Surd. cons. 151. nu. 6.* quia placuit duplex responsio, prima est, quod conclusio ita intelligenda sit, & verus rei valor ad quem ascendunt annui redditus viginti annorum, sed non propterea infertur, vt sit necessaria probatio fructuum per 20. an-
3 nos, immo videtur sufficere † probatio trium annorum, quia inde arguitur quantitas recollecta alijs etiam annis, *Pinell. de rescind. vend. par. 3. cap. 1. n. 30. Rota decis. 343. num. 3. par. 1. in recent. fuit dictum in Foroliuien. Primiceriatus 27. Aprilis 1589. coram bon. mem. Card. Platto, & in Tiburtina Castri Arsularien. 24. Aprilis coram Illustrissimo Card. Millino, tradit Menoch. cons. 844. num. 55. lib. 9.* & tantò magis, quia dicti testes deponunt de dicto valore habita ratione redditüum, computato vno anno cum alio iuxta eorum practicam, cognitionem, & peri-
4 tiam, quam habent in bonis articulatis, † quæ probatio ad probandum valorem in teste admittitur, *Cagnol. in d. l. 2. n. 241. C. de rescind. vend.*

Secunda fuit responsio, quod obiectio procedit quoad veram & communem æstimationem, sed hic agitur de pretio aucto de tempore euictionis, quod esse attenden. fuit firmatum in supradictis decisionibus in hac causa factis, vnde quicquid sit dicendum de fructibus præcedentium annorum ante euictionē,
5 tamen potuit Auctor articulare † tantum pretium circa tempus euictionis, ad quod tanquam interesse intrinsecum tenebatur reus, vt fuit iam resolutum, & supradicta eò magis videbatur Dominis amplecten-
6 dum, cum in hac materia liquidationis fructuum, † quæ reputatur difficilis probationis, sufficiant leuiores probationes etiam per coniecturas, *Bald. in l. 1. n. 22. C. de fruct. & lit. expens. & cons. 323. n. 5. lib. 2. Natt. cons. 510. num. 4. Surd. cons. 293. num. 31. lib. 2. Rot. decis. 25. in fin. de præben. in nou. Serap. decis. 955. nu. 3. & decis. 1132 fuit dictum in Bonon. de Fannolinis 28. Aprilis 1614. coram R. P. D. meo Manzanedo in Mantuana bonorum 18. Decembris 1615. coram me,* & alias sæpè, & materia est valde arbitraria, *Seraph. d. decis. 955. num. 4. fuit dictum in causa Romana liquidationis fructuū 26. Octob. 1592. coram Orano, & in dicta Bonon. de Pannolinis, &*
7 *in dicta Mantuana bonorum.* Immo in ea † potuit à Iudice capi extraiudicialis informatio, *Bart. in l. si quod ex Pamphila, num. 3. ff. de leg. 2. Cagnol. in l. quatenus, num. 24. & seq. ff. de reg. iur. cum alijs adductis per Rot. in causa Romana bonorum de Ceulis 3. Maij 1606. coram Reuerendiss. Lugdunen.* ma-
8 ximè stan. pacto † inter partes conuento de stando assertioni iuratæ ipsorum emptorum, quod parum valet saluo iure probandi excessum, *Bart. & Doct. in d. l. vlt. ff. de pret. stip. Cagnol. in l. vnica, num. 114. C. de sent. quæ pro eo quod inter, cum alijs alleg.* & hic accedunt pro adminiculo testes vltimi examinis deponentes de pluribus annis post euictionem, & de maiori fructuum perceptione, in qua summa maiori
9 vtique inest minor per Iudicem taxata, *l. 1. §. stipulanti, ff. de verb. oblig. Seraph. decis. 1397. num. 1.*

Circa alia capita Sententiæ non videbatur immoran, quia secundum caput respiciens decimas annorum 1603. 1604. 1605. illud iustificatur ex depositione supradictorum testium primi examinis. Tertium verò respiciens decimas perceptas ante dictum annum 1603. & quas fuerunt emptores coacti restituere vigore Sententiæ, & mandati Rotalis *coram bon. mem. Penia,* iustificatur ex ipsa sententia, & solutionibus factis, de quibus constat per publica Instrumenta quietantiarum, de quibus *in Summario hæred. Thomæ à Flumine, num. 3.* Quartum demum caput continens damna, & interesse à die intimatæ
10 Tenutæ ad rationem octo pro centenario † iustificatum remanet ex Statuto Ferrarien. ad quod se refert sententia, & de cuius interpretatione, & intellectu latè fuit actū in decisionibus corā me in causa factis.

Nec obstare videbantur nullitates ex aduerso oppositæ, quia in primis quæ obijciuntur contra secundum examen non sunt attenden. cum pars hæredum illis testibus non vtatur.

Quantum verò pertinet ad primum examen, non
11 obstat, quod † deficiat citatio ad videndum iurare testes, quia immo constat de hac citatione ex processu primæ instantiæ fol. 5. & secundæ instantiæ fol. 5.
12 & † vnica citatio sufficeret *ex forma Statuti Ferrarien. lib. 1. cap. 26.*

Secundò non obstat, quòd examen fuerit factum à potestate milliarij cum non fuerit commissum tale examen, sed sola receptio Iuramenti testium, quia obiectum cessat ex facto, nam fuit ostensum ex actis, *& datis in summario hæred. in memor.* quod examen fuit factum non à dicto Potestate, sed à Paulo Gozzio Notario, & Examinatore publico Ferrariæ, qui fuerat extractus procuratore partis præsente iuxta formam Statuti, & dictus Gozzius non
13 † tenebatur post extractionem aliter iurare de fideliter

liter exercendo officium, cum in principio anni hoc præstent examinatores electi de tempore electionis, vt eodem Statuto cauetur. Potestas autem milliarij solùm detulit iuramentum testibus, vt fuerat sibi ordinatum prout ex actis.

Nec obstat tertiò, quod examen sit nullum ex de-
14 fectu præstiti iuramenti, cum Notarius † dicat tâtum testis iuratus videlicet; ex verbis enunciatiuis Notarij non creditur, quia attestatur de actu præte-
15 rito, de quo † fortè non est rogatus, *Verall. dec.* 123. 146. *par.* 2. *& decis.* 2. *& decis.* 285. *&* 295. *par.* 3.
16 Quia respondebatur † ab hac regula recedi ex cōiecturis *vt fuit resolutum in causa Veneta legitimitatis* 8. *Iunij* 1598. *coram bon. mem.* Penia in Ianuen. pecuniaria 16. *Martij* 1612. *coram me, quæ est decis.* 393. *num.* 9. *& seqq. par.* 1. *in recent. & in Calaguritana decimarum* 7. *Nouembris* 1614. *coram R.P.D. meo Caualerio*, hic autem non sola assertio Notarij adest, sed etiam relatio Potestatis milliarij,
17 qui fuit † deputatus ad recipiendum, quod illud fuit testibus præstandum, vnde præsumendum est illud præstitisse eo modo, quo debuit *d. decis.* 293. *num.* 9.

Contra tertium examen opponebatur, quod fuerit receptum à Notario non actuario, sed fuit responsum fuisse receptum à Ioanne de Rainaldis vno ex dictis examinatoribus publicis, iuxta formam Statuti extracto, *vt in processu coram Prætore fol.* 12.

Non obstat, quod dicitur ex depositionibus testiū non constare de identitate istorum bonorum; quia
18 † de illa satis constat ex mandato rotali, cuius vigore bona fuerunt euicta, & ablata ab emptoribus.

Nec facit, quod testes sint de terra Milliarij, &
19 sic interessati, † quia ex aduerso negabatur tale interesse, & in omnem euentum numerus suppleret,
20 si † aliquem pateretur defectum, *Gabr. in tit. de test. concl.* 6. *num.* 1. Rota *decis.* 289. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. Seraphin. decis.* 241. *num.* 2.

Non obstat demum defectus iurisdictionis in Iudice primi examinis, ex quo fuerat ab eius sententia appellatum, quia pars sæpè redijt ad eundem
21 † Iudicem qui etiam fecit decreta à parte acceptata, & ideò videtur recessisse ab appellatione, *Gabr. in tit. de appell. concl.* 2. *num.* 1. *Moder. in eod. tractato quæst.* 17. *limit.* 2. *num.* 14. nec refragantur protestationes coram eodem Iudice facta, *vt per Gabr. dicta*
22 *concl.* 2. *num.* 24. quia † non fuerunt in singulis actibus repetitæ, *vt apparet in summ. hæred. num.* 6.

Ex quibus Domini censuerunt liquidationem esse faciendam ad summam in sententia contentam, sed quia opponebatur testes nō deducere impensas, quæ necessario fiunt pro decimis colligendis, placuit Dominis, vt haberetur respectus ad dictas expensas, quæ consistunt in mercede decimatoris, publici currus bouum seu equorum pro decimis conducendis, & similium.

Et ita fuit decisum, &c.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Romana Deuolutionis Domus.

Veneris 25. *Iunij* 1621.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis Ecclesiastica aperitur, dum emphyteuta cessat in solutione canonis per biennium, hoc tamen est verum, si dictum tempus fuerit lapsum, aliàs non. Et quid si fuerit conuentum, vt solutio fieret de semestre in semestre, & additum fuit iuramentum de obseruando omnia contenta in instrumento, si modo emphyteuta deficiat in solutione alicuius semestris, an incidat in caducitatem. Absens, si non soluat venit excusandus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica deuoluitur, si emphyteuta cesset in solutione per biennium, & num* 2.
2 *Emphyteuta incidit in caducitatem non soluendo etiam minori tempore à iure præfixo stante promissione de soluendo de semestre in semestre, & iuramēto de seruādo omnia contenta in instrumēto.*
3 *Sed contraria opinio est verior, eamq; plures secuti sunt.*
4 *Ob periurium an quis incidat in caducitatem.*
5 *Promissionem iuratam, si fecerit defunctus, dum hæres illam non obseruat, non incidit in periurium.*
6 *Hæres tenetur seruare iuramentum defuncti; si tamen illud non obseruet in pœnas periurij, & n.* 7.
7 *Absentia excusat à mora, & caducitate,*
8 *Emphyteuta, si sit absens, itavt non soluat canonem, non incidit in caducitatem.*
9 *Dominus directus obtinendo sequestrari pensiones domus, quia emphyteuta non soluit canonem, & inquilini sequestrum acceptauerint.*
10 *Quare, si dictas pensiones non exegerit, id sibi, & non emphyteutæ debet imputare, & maximè stante eius absentia.*

¶ Decisio ista allegatur supra in præcedenti Tomo decis. 383. quæ est in hac eadem causa.

DECISIO DCCXIX.

FVit in hac causa, Cæsare solum informante, resolutum 17. Iunij 1619. * ei dandum esse mandatum de manutenendo. Verùm postea vtraq. parte informante super eisdem causa reproposita 4. Februarij 1620. Domini dixerunt, quod videretur de bono iure. Vnde hodie super dicto Iure causam proposui, & cum illud Monasterium, & Fratres sanctæ Mariæ de Populo fundarent in deuolutione ex diuersis Capitibus, Domini dixerunt deuolutionem non intrare quoad Canonem non solutum, & & quod de alijs videretur, & mouebantur, quia quando versamur in emphyteusi Ecclesiastica, vt est ista de qua agitur, ad hoc vt quis ob Canonem non solutum incurrat caducitatem, requiritur quod
1 per biennium † cessauerit à solutione dicti Canonis, *cap. posuit de locat. Mantic. de tac. & ambig. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 1. In casu autem nostro Cesar non retardauit Canonis solutionem per tantum tempus, vt patet ex mandato relaxato ad instantiam dd. fra-
2 trum contra † Cæsarem pro Canone scut. 43. si enim lapsum fuisset biennium de illo tempore, petijssent scuta 52. ad quæ ascendebat Canon duorum annorum non autem scutorum 43.
3 Non obstat quod caducitas † incurratur minori tempore propter promissionem de soluendo de semestre, & iuramentum de seruando omnia contenta in Instrumento, *glos. fin. in cap. quærelam in fin. vbi Bald. in fin. vers. vltimo cōcludo de iur. iur. Alex conf.* 85. *per totum lib.* 1. *Ias. in l.* 2. *num.* 47. *vers. nono*

quæro

quaro, C. de iur. emphit. cum alijs allegatis per informantes.

4 Quia contrarium † tenent *Curt. Iun. in repetit. l. si quis maior num. 19. C. de transact. Couar. in cap. quamuis pactum §. 4. in prima parte num. 5. vbi de veriori Clar. in §. emphyteusis quæst. 8. num. 2. vers. & hoc quidem vbi de æquiori*, & sic si attendetur ista opinio requiritur etiam stante iuramento lapsus biennij.

Si verò attendatur prima, cum Doctores illam tenentes fundent se in periuro, in cuius pœnam nō
5 autem ob non solutionem Canonis emphyteuta priuatur emphyteusi, vt patet ex illorum lectura, vt notat *Rip. in cap. ex parte num. 20. vers. & si dixeris de rescript. Surd. cons. 86. num. 19.* Cæsar Hæres pri-
6 mi acquirentis, qui fecit dictam † promissionem iuratam, non potest incurrere dictam pœnam, quia
7 licet hæres † teneatur seruare iuramentum defuncto præstitum, tamen contrafaciendo non efficitur periurus, nec in eo habet locum pœna † periuri *Cagnol. in l. si quis maior numer. 203. C. de transact. Menoch. cons. 355. numer. 7. & seq. Surd. cons. 424. num. 11.*

Vltraquod in omnem casum Cæsar videtur excu-
8 sandus à caducitate cum fuerit absens, & † absentia excuset à mora, & caducitate *Dec. consil. 138.*
9 *num. 9. vers. postea quam*, quod procedit † etiam in emphyteuta si canonem soluere iurasset *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 10. num. 5.*

Quæ facilius videbantur admittenda, ex quo Mo-
10 nasterium, & fratres obtinuerunt sequestrari † pensiones domus de qua agitur pro Canonibus decursis & Inquilini sequestrum acceptarunt, vnde debebant dictas pensiones exigere, quod cum non fece-
11 rint sibi imputent, † non autem Cæsari qui erat absens. Et conclusum.

Est supra in hac Appendice decisio 708.

REVERENDISS. COCCINO.

Interamnen. Legitimarum.

Veneris 17. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Filij legitima semis est quando eam petit, nō ob mortem patris, sed quia eius bona fuerunt confiscata. Et plura habes in facto circa probationem identitatis, & æstimationis bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filij non triens, sed semis quando agitur de legitima debita occasione confiscationis, non autem obitus patris.*

2 *Domus, quod in aliquos sit communis ex quo probetur. & num. 3. & 4.*

5 *Probationes factæ in iudicio Criminali, si fuerint reproductæ in iudicio Ciuili inter eiusdem personas probant.*

6 *Identitas ex quo remaneat probata. & num. 7. & aliqua habentur circa æstimationem bonorum à num. 8. vsq. ad num. 19.*

20 *Peritorum æstimatio præsumitur iusta, qui contrarium tenet, debet excessum probare.*

21 *Relationi tertij periti standum est in ijs, in quibus cum alijs concordat.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in præcedenti Tomo, decis. 357. quæ est in hac eadem causa.

DECISIO DCCXX.

IN hac causa fuit resolutum sub die 22. Aprilis 1613. quòd Victoriæ erat debita legitima ex persona Agabiti, & Hiorij filij in bonis confiscatis Scipionis mariti, & patris respectiuè, & quod ista legi-
1 tima † erat semis, non autem triens ex quo agebatur de legitima debita occasione confiscationis, non autem obitus, & reseruatum videre, an Victoria fuerit satisfacta de legitima, & ad effectum huius cognitionis fuit subdelegatus Iudex in partibus, & resolutum sub die 17. Iunij 1620. æstimationem factam per peritos esse validam, reseruato vt videretur de excessu; Propterea hodie dubitaui an constet de corporibus bonorum, & illorum identitate, ita vt in æstimatione fuerit excessum.

Et quantum attinet ad primā partem dubij quoad sequentia tantum visum fuit Dominis cōstare de corporibus bonorum, & eorum identitate. Primo vt patet ex relatione tertij periti à Iudice subdelegato electi de qua in Summario num. 9. fuit æstimata domus in Regione, vt dicitur dell'Adulterini apud bona hæredum Ioannis Baptistæ Castelli, & bona Ioannis Baptistæ Mancutij, & viam publicam, quā quidem domum fuisse communem inter Scipionem,
2 & Annibalem eius fratrem contra † quem agit Victoria, probatur ex lista bonorum communium data in partibus Iudici criminali, dum cognoscebatur super delicto Scipionis, de qua in Summar. num. 1.
3 probatur etiam † ex relatione peritorum tunc electorum ad æstimandum bona in dicta lista data, vt in Summar. num. 4. & ex diuisione facta inter An-
4 nibalem † prædictum & Dianam eius matrem, quæ emerat Iura Fisci quoad portionem Scipionis, vt in Summar. num. 8. huiusmodi enim probationes factæ in alio Iudicio criminali, cum fuerint reproductæ
5 † in hoc iudicio, & agatur inter easdem personas probant *l. cum antea 5. ad finem. C. de receptis arbitr. & ibi glos. fin. l. iubemus. C. de liberal. caus. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 175. ff. de acquir. possess. Osasc. decis. 1 num. 40.*

Secundo constat de identitate quoad petium ter-
6 ræ æstimatum † per tertium peritum in vocabulo via noua, quia concordat dicta lista data in iudicio criminali, necnon venditio facta Archangelo Simonetto.

Tertio idem tertius peritus æstimauit possessionē
7 Sancti Petri † in Campo apud bona Iobilei Serbartoli, bona Iosephi Castelli, & viam publicam, cum qua æstimatione concordat dicta lista, nec non diuisio prædicta.

Quarto æstimauit prædictus tertius peritus duo
8 petia Casalis vel † olivueta in vocabulo Valle, cum viridario &c. & cū hac æstimatione concordat prædicta lista, æstimatio facta in iudicio criminali, instrumentum prædictum diuisionis, nec non duo instrumenta venditionum, quæ dantur in Summario num. 6. & 7.

Quin-

9 Quinto fuit æstimatum Oliuetum cum domo in vocabulo *la fontana del Forno*, apud bona Grimani Manassei, Christophori Peculi, & viam publicam cum qua æstimatione concordat dicta lista, æstimatio peritorum in iudicio criminali, & instrumentum prædictum diuisionis.

10 Sexto fuit æstimatum petium terræ in vocabulo *delle Nocioche* † apud bona Ecclesiæ *di S. Alò*, hæredum Buroni Sciamannæ, *Consalui della Porta*, & Tarquinij Letania, nec non viam publicam, cum qua concordat prędicta lista, æstimatio peritorum, nec non & instrumentum diuisionis de quibus supra dictum est.

11 Septimo Idem tertius peritus æstimauit petium terræ vt dicitur † *in selua in vocabulo le sportelle*, cum quo concordat lista, æstimatio, & diuisio tunc facta, de quibus supra, nec non iustrumentum venditionis de quo in Summ. num. 11.

12 Octauo adest æstimatio petij terræ *in vocabulo Colle la Malta commune* † cum hæredibus Io. Baptistæ Castelli apud bona dictorum hæredum cum quo concordat lista, & instrumentum diuisionis factę post iudicium criminale de quibus supradictum est.

13 Nono, Aestimatum fuit petium terræ positum *in confine di Moggio* † *territorij Reatini commune*, cum Iosepho Castello, cum quo concordat lista prædicta, & instrumentum diuisionis.

14 Decimo, Fuit æstimata la chiusa cum domo ad S. Paulum apud † flumen Neræ formam nouam, Roggium, Roggium vetus, & bona Episcopatus, cũ qua æstimatione concordat lista, & æstimatio peritorum.

15 Vndecimo, Fuit facta æstimatio vt dicitur *dello Spazzo con la fornace* † *da far mattoni in vocabulo le Branche*, apud formam Simonis, bona Filesij Leporelli, cui successit Bernardus eiusdē cognitionis, & viam publicã, cũ qua æstimatione pariter concordat lista æstimatio; nec non instrumentum diuisionis.

16 Duodecimo, Reperitur æstimata quarta pars Molendini vt dicitur † *da Oglia*, cum qua concordat nedum lista, æstimatio peritorum, & instrumentum diuisionis de quo in Summ. num. 10.

17 Decimotertio, Aestimata fuit octaua pars molendinorum, quæ sunt in Ciuitate † Interamnæ, cum qua concordat lista, æstimatio, & diuisio.

18 Vlterius visum fuit habendam esse rationem census scut. 2000 † super bonis Francisci Siluy, nec non alterius scut. 2000. super bonis Matthæi de Massa cum concordet quoad illos census, lista, æstimatio peritorum, & instrumentum diuisionis de quibus sæpe dictum est, licet de istis censibus tertius peritus nihil retulerit.

19 Denique dicebatur habendam esse rationem possessionis *in vocabulo Ponte di Rallo*, quia licet non reperiatur æstimata † per tertium peritum, tamen de ea habetur mentio in dicta lista, fuit etiam æstimata per peritos in dicto Iudicio criminali, & concordat etiam instrumentum prædictæ diuisionis.

20 Quantum attinet ad secundã partem dubij quicquid dicendum sit de censibus, & ista possessione ad Pontem Rallum, cum dicta bona fuerint æstimata, non potest dici in æstimatione fuisse excessum, cũ nihil probetur quod releuet, & æstimationi Peritorum, † quæ de iure præsumitur iusta sit standum, *Rot. decis. 531. num. 1. & decis. 540. num. 1. par. 1. in recent.* sicut etiam standum est relationi tertij pe-

21 riti in ijs, † in quibus cum alijs concordat; quia in hoc duo sunt, *Apostill. ad Roman. cons. 255. num. 4. vers. peritis. Riminald. Iun. cons. 335. num. 6. vsque ad finem. Surd. cons. 451. num. 66. lib. 3.*

Et ita conclusum, &c.

R. P. D. VBALDO.

Carthaginen. Translationis.

Veneris 26. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Monasterij translatio ex iustis causis potest fieri non solum de situ in situm. Sed etiam de vno loco, ad diuersum locum, stante paupertate loci vbi degit.

SVMMARIVM.

1 *Monasterij translatio propter insalubritatem aris est permissa.*
2 *Doleri, quis non debet de eo, si habeat remedium in promptum ad occurrendum malo.*
3 *Monasterij translatio sine dubio est permissa stantibus iustis causis.*
4 *Clem. cupientes de pœn. habet etiam locum in Monialibus Mendicantibus.*
5 *Moniales Carmelitæ sunt Mendicantes.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in præcedenti Tomo, decis. 362. quæ est in eadem causa, vbi habentur aliæ deciosines in hac causa emanatæ.

DECISIO DCCXXI.

FVIT responsum pro parte informante videlicet sententiam Rotalem esse confirman. quia ad eius validitatem nihil fuit oppositum & de iustitia constat ex decisionibus in prima & in secunda Instantia factis tàm 1. Februarij 1619. & Maij 1620 *coram R. P. D. meo Pamphilio*, quam 5. Iulij præteriti *coram R. P. D. meo Verospio* In ijs enim continetur permittendum esse translationem Mo-nasterii è loco de Veas vbi in præsenti degunt Mo-
1 niales Discalceatæ tanquam † insalubri & satis incommodo ad Ciuitatem Giennen. propinquam & Episcopalem in qua poterit subuenire necessitatibus Monialium ex piorum eleemonsynis vt latius in dd. decisionibus videbatur cessare quodcunque grauamen Vniuersitati quæ se translationi opponit iuxtà quorum tenorem emanarunt sententiæ Rotales nisi Vniuersitas velit se obligare ad necessaria subministranda Monialibus. Vnde si Vniuer-
2 sitas recusat fieri † translationem habet remedium in promptum constituendi necessaria Monialibus & pro ijs se obligan. sin minus non debet impedire translationem stan. causis necessariis deficien. victus & nimiæ paupertatis Monialium propter aeris intemperiem & incommoditatem situs Monasterii & propter alia in Rota firmata cum stan. causis
3 † certum sit translationem esse permissam iuxtà allegationes Lap. 68. & stante dicta Sedis Apostolicæ de qua constat ex litteris Sac. Congregationis Illustrissimorum Cardinalium super Regularibus quæ tollere videtur impedimentum *cap. vnic. de excess. prael in 6. & clem. cupientes di pœn.* quæ dispositio

haber

4 habet † locum etiam in Monialibus Mendicantibus *Lap.d.cap.vnic.num.1.Franch.num.1.Gemin. sub.*
5 *num.*8. quales sunt Moniales † Carmelitæ *c. vnic. §.sane de relig.domib.in 6.* & secundum modum in dd. litteris præscriptum DD. intelligebant hanc translationem esse faciendam,

Et ita decisum &c.

R. P. D. REMBOLDO.

Papien. Fructuum.

Lunæ 21. Februar. 1622.

ARGVMENTVM.

Fructus beneficii in exacti spectant ad successorem in beneficio, & non ad hæredem defuncti. Spoliorum nomine, quid veniat discutitur adhibita distinctione. Et plura habes, circa Constitutionem Iulii III. circa spolia, & fructus inexactos, editam de anno 1550.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficii inexacti spectant ad successorem non autem ad hæredes prædecessionis.*
2 *Et hoc tam ex dispositione Iuris communis, quam vigore Constitutionis Iulii Tertii, edita de anno* 1550.
3 *Constitutio Iulii Tertii, circa fructus beneficii in exactos an fuerit vsu recepta, & quatenus præsumatur vsu recepta, vtrum illa præsumptio elidatur ex contraria obseruantia.*
4 *Constitutio Papalis postquam est publicata & maximè si habeat decretum irritans, non potest dari de non vsu eius.*
5 *Nec minus pratendi, quod fuerit per contrarium vsum abrogata.*
6 *Constitutione Iulii Tertii, circa fructus beneficii inexactos circumscripta, adest ius commune idem statuens.*
7 *Constitutio Iulii Tertii, circa fructus inexactos, non habet locum, quando in contrarium viget consuetudo, & num.20.& 21.*
8 *Consuetudo contra ius est plenè, & concludenter probanda.& num.25.*
9 *Enunciatiua emanata in litteris Papæ ad suggestionem partis, non releuat.*
10 *Narratiua Papæ intelligi debet prout de Iure.*
11 *Spolia clericorum, quæ verè, & propriè dicantur.*
12 *Spolia sunt rerum ad Beneficiatos spectantium, & quæ in eorum peculio reperiuntur.*
13 *ad Diuersa non fit illatio.*
14 *Sub spoliorum nomine veniunt etiam Iura, & actiones.*
15 *Sed hoc intellige verù dum agitur de interesse Cameræ, & in locis, vbi sunt collectores.*
16 *Collectores spoliorum vbi non adsunt seruatur Cõstitutio Iulij circa materiam spoliorum, & ius commune.*
17 *Fructus beneficiorum non exacti, quando non veniant nomine spoliorum.*
18 *sub Spoliorum nomine non veniunt illa bona, de quibus Clericus potest testari, nec ea, quæ remanent, seu successori.num.19.*
22 *Spolij appellatione non veniunt fructus inexacti, quando non agitur de interesse Cameræ, & num.23.*
24 *Collector spoliorum si ab aliquo loco sit remotus, vt fructus beneficiorum inexacti spectent ad hæredes defuncti.*
25 *Consuetudo in specie probanda est.*
27 *in Episcopo strictior est obligatio quam in Clerico, vt bona vadant ad successorem.*
28 *Consuetudo non extenditur, nec de persona ad personam, nec de casu ad casum.*
29 *Consuetudo interpretatiua, vt inducatur, necesse est vt actus sint certi, & vniformes.*
30 *Consuetudinis probatio est non parum difficilis.*

¶ In eadem causa habetur supra in hoc Tomo, 529, in eadem causa est quoque sequens.

DECISIO DCCXXII.

FVIT pronunciatum ab A.C. contra modernum Reuerendissimum Episcopum Papien. ad fauoré hæredum Episcopi Prædecessoris, fructus à solo separatos inexactos, spectare ad dictos hæredes, non vero ad modernum D. Episcopum successorem. Vnde causa ad Rotam deuoluta. Dubitaui vtrum dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, quia & Domini censuerunt illam esse infirmandam, quia certum est, quod non solum ex dispositione iuris
1 communis dicti fructus inexacti † spectant ad successorem, non autem ad hæredes prædecessoris, vt per multa iura concludit *Calder. cons.2.nu.2, vers. tertius casus de pecul.Cleric. Ias. cons.75. num.6. & seq.vol.3.Cardin.cons.*110.*num.*2. *& fuit dictum in Palentina fructuum 26.Februar.*1580.*coram bo.*
2 *mem.Card. Lancellotto Seniore.* Verum † etiam vigore Constitutionis Iulij III. æditæ anno 1550.
Nec obstat, quod dicta Constitutio non fuit vsu
3 recepta, vel quod saltem præsumptio obseruantiæ dictæ Constitutionis eliditur ex pluribus ponderatis in Mediolanen. fructuum 9. Martij 1592. coram bo.me. Orano, quia præterquamquod videbatur,
4 quod cum † dicta Constitutio fuerit publicata, habeatque decretum irritans non possit dari de non
5 vsu ipsius, nec minus prætendi quod † fuerit per contrarium vsum abrogata ex adductis per *Gabr. de clauf.clauf.*3.*num.*40.*lib.*6. *Rota decis.*197. *num.*3. *par.*1.*in recent.* cessat etiam difficultas, ex quo etiã dicta Constitutione circumscripta dicti fructus ine-
6 xacti spectant ex dispositione iuris communis ad successorem vt dictum est, non verò ad hæredem.
Nec obstat quod dicta dispositio locum non ha-
7 bet, quando in contrarium viget consuetudo *Calder.dicto cons.2.ante fin. vers. puto concludendum Couar.in cap.cum in officijs num.6. de testam.* quia nõ probat quod adsit aliqua consuetudo in contra-
8 rium in Ciuitate Papien. quæ tamen plene, † & cõcludenter probanda esset *gloss.in l.*1 *in verb.probatis C.quæ sit longa consuetudo Alex cons.*131. *nu.*9. *lib.*2.*Surd.cons.*313.*nu.*32.*Cæsar. de Graß. decis.*6. *num.* 5. *de præbend. cum alijs per Mantic. in tract. de tacit.& ambig.conuent lib.*3.*tit.*9.*num.*72.
Nec dici potest, quod dicta consuetudo sit probata ex quadam enunciatiua eiusdem Iulij Tertij in Breui, seu litteris anni 1553. quarum Copia datur, quia quicquid esset dicendum an dictæ literæ sint
9 in forma probanti, & vtrum dicta enunciatiua † vtpotè quæ emanauit ad partis suggestionem probet, & præsertim quia vt aliqui ex Dominis dicebant

Papa

Papa in dicto Breui non dicit quod dicta Consuetudo
fuerit legitime probata, sed fuit deducta, vt appa-
ret ex lectura d Breuis ibi, Et insuper deductum fuit.
Visum fuit quod dum Papa narrat, quod in statu Me-
diolani antiqua viget consuetudo, quod spolia per-
sonarum Ecclesiasticarum ad eorum hæredes tran-
10 seant † huiusmodi narratiua intelligi debeat de fru-
ctibus exactis, & in horreum reconditis aut bonis
11 ex fructibus sic exactis † emptis, quæ verè, & pro-
priè dicuntur spolia Clericorum quia spolia sunt re-
12 rum ad beneficiatos spectantium, † & quæ in eorũ
peculio reperiuntur, vt in puncto fuit dictum in
Romana, seu Vercellen. pecuniaria coram *bon. me.
Card. Seraph. quæ est inter impress. decis. 594. n. 15.*
non autem de fructibus inexactis, quos idemet Iu-
lius III. per Constitutionem, vt supra dictum est,
antedictum Breue æditum, voluit pertinere ad suc-
cessores, ad eo quod dicta narratiua non possit de-
13 seruire † ad probandam aliquam consuetudinem
quoad dictos fructus inexactos, qui sunt extra con-
trouersiam.

Nec obstat, quod sub nomine spoliorum veniunt
14 etiam † iura, & actiones, atque ita fructus in-
exacti, vt per *Redoan. in tractat. de spol. quæst.
prima num. 7.* quia hoc procedit quando agitur de
interesse Cameræ, & in locis vbi sunt Collectores
15 † & per consequens dicti fructus inexacti à Camera
vti spolia ex particulari consuetudine, seu priuile-
gio vendicantur iuxta declarationem Iulij III. dictæ
eius Constitutionis secus autem in alijs locis, in
quibus nõ adsunt dicti Collectores nec intrat dicta
16 declaratio, sed seruatur dictæ Constitutionis Iulij
Tertij & iuris communis dispositio, tunc enim di-
cti fructus inexacti non veniunt nomine spoliorum,
17 † quia pertinent ad successores & sub nomine spo-
liorum non veniunt nec illa bona, de quibus potest
18 Clericus testari, nec ea quæ remanent Ecclesiæ seu
successori *Nauarr. in tract. de spol. §. 1. sub num 3.
uers. quinto. Card. Seraphin. dicta decis. 594. nu. 16.
& seq.* & propterea cum narratiua dicti Breuis non
emanauerit ad fauorem Cameræ, sed imò ad effe-
ctum remouendi Collectorem deputatum ab eodẽ-
met Iulio. Tertio in Statu Mediolani, meritò non
19 potest censeri † quod sub nomine spoliorum, de
quo in dicto Breui veniant fructus inexacti.

Nec dicatur, quod Papa non remouisset Colle-
ctorem, nec mandasset neminem super spolijs mo-
lestari, nisi adfuisset consuetudo in dicto Statu Me-
20 diolani etiam quod fructus inexacti ad hæredes be-
neficiatorum transirent, quia hoc suppositum non
subsistit, cum imo videatur dubitari non posse, quod
Papa eandem dispositionem fecisset, si sciuisset, quod
21 ex antiqua cõsuetudine † in dicto statu fructus exa-
cti transibant ad hæredes, & inexacti ad successores.

Nec videtur vis facienda in eo quod non fuit in
dicto Breui facta mentio fructuum inexactorum,
quia non propterea potest dici, quod sub illa con-
suetudine de qua testatur Papa, veniant dicti fru-
ctus inexacti, tum quia Papa non loquitur in dicto
22 Breui de fructibus, sed de spolijs quorum † appel-
latione, vbi non agitur de interesse Cameræ non ve-
niunt fructus inexacti, vt supra probatum fuit, tum
quia cum dictum Breue emanauerit ad effectum tã-
tum remouendi Collectorem, prius ab eodem Papa
deput. tum in illis partibus, mirum est, quod nulla
23 fuerit habita † ratio fructuũ inexactorum quia sicu-
ti Collectores non deputarentur pro fructibus ine-
xactis tantum, vbi fructus inexacti pertinerent ad
hæredes, ita etiam remouentur, vbi dicti fructus
exacti pertinent ad hæredes nulla habita ratione
fructuum inexactorum, ita quod ex eo quod fuit re-
24 uocatus Collector, † dici non possit, quod fructus
inexacti pertineant ad hæredes, sed potius ad suc-
cessorem iuxta dictæ Constitutionis Iulij Tertij ac
iuris communis dispositionem.

Et in omnem euentum ad effectum de quo agitur
sufficit, quod ex dicta narratiua Breuis non remanet
clare probatum quod adsit in Statu Mediolani talis
consuetudo etiam quoad fructus inexactos, cum
25 † maximè huiusmodi consuetudo esset plenè, &
concludenter probanda ex supra allegatis.

Et quidem etiam in specie, hoc est quod talis
26 consuetudo vigeat in specie in † Episcopis, vt in
puncto *Sarmient. de reddit. Eccles. par. 2. cap. 8. nu. 1.*
vbi reddit rationem, quare in partibus Hispaniarũ
consuetudo, quæ viget in Clericis non comprehen-
dit Episcopos, quia scilicet strictior est obligatio in
27 Episcopo vt † bona vadant ad successorem, & in
Ciuitate Papien. quia consuetudo non extenditur,
28 nec de persona ad personam, nec de † casu ad casũ,
vt post alios *Surd. cons. 308. num. 6. & cons. 407. n. 3.
& decis. 131. num. 9. Decian. respons. 51. nu. 24. lib. 2.
Cephal. cons. 27. num. 21. & cons. 70. num. 17. Card.
Seraph. decis. 326. num. 2.*

Nec aliquid faciunt testes, & iura pro parte hæ-
redum Episcopi defuncti adducta, quia dicta iura, &
testes saltem cõquassantur ex alijs iuribus pro par-
te moderni D. Episcopi deductis ita quod neque ex
eis possit deduci obseruantia interpretatiua narrati-
uæ dictæ Breuis cum ad hunc effectum requirantur
29 actus † certi, & vniformes *Bart. in l. 2. in princip. ff.
solut matrim. Corn. cons. 296. per tot. lib. 4. Dec. cons.
215. num. 2. Aym. cons. 313. numer. 4 Rota decis. 72.
num. 28. par 2. diuers. cum alijs latè cumulatis per
Modern. discept. for. cap. 572. num. 87.* nec minus
30 elici probatio dictæ prætensæ consuetudinis quæ
est multum difficilis, vt inquit *Dec. dicto cons. 215.
sub num. 2. Aym. cons. 325. num. 1. Fulgos. cons. 6. in
fine &c.*

R. P. D. REMBOLDO.

Papien. Fructuum.

Lunæ, 15. Maij 1623.

ARGVMENTVM.

Sumpto Breuis quibus concurrentibus plena fides ad-
hibenda veniat, tamquam ipsi originali, & quid si in
illius transumptione aliqua solemnitas defecerit.
Scripturæ informi an & quando Iudex possit præ-
stare fidem.

SVMMARIVM.

1 *Sumpto Breuis est adhibenda fides, dum consta
de veritate, & existentia d. Breuis, & num. 9.*
2 *Officiali attestanti de rebus pertinentibus ad eius
officium credendum est.*
3 *Breue, quod ritè fuerit transumptum ex quibus
doceatur.*
4 *Sumpto, quando eadem fides est adhibenda quàm
ipsi originali.*
5 *Sumpto sine dubio adhibenda est fides quando iam
in*

in pluribus iudicijs illud fuit productum, & approbatum. & num. 10.

6 *Sumpto, quando sit adhibenda fides, quamuis in eius transumptione aliqua solemnitas desecerit.*

7 *Scripturæ informi est etiam danda fides, quando concurrunt aliqua indicia, quæ inducunt animũ Iudicis, ad credendum illi.*

8 *Probationes sunt arbitrariæ.*


¶ In eadem causa sunt duæ decisiones 529. & 722. quæ est præcedens.

DECISIO DCCXXIII.

DOMINI dixerunt esse adhibendam fidem sumpto Breuis Iulij Tertij facto Mediolani,
1 quia de † existentia dicti Breuis, & sic de veritate, ac substantia dicti sumpti constat ex fide Officialis Secretarij Breuium, qui testatur, quod in libro repertorij dd. Breuium, in quo describuntur summaria minutarum Breuium postquam fuerunt expedita, adest dicti Breuis summarium, dicto autem
2 Officiali creditur † ex ijs, quæ spectant ad eius officium ad tradita per *DD. in l. quædam §. nummularios ff. de eden. Abb. cons. 34 num. 1. par. 2. Rom. cons. 205. num. 3. cum alijs per Gabr. de testib. conclus. 1. num. 19.* & ex lectura dicti sumpti apparet illud fuisse ad instantiam Antonij de Palludijs transumptatum per quendam Notarium Rodulphum in au-
3 dientia Archiepiscopali ab ipso originali exhibito coram Vicario, quodque dictum sumptum fuit ab eodem Vicario lectum, & collationatum cum dicto Originali etiam cum interpositione decreti eiusdẽ
4 Vicarij quod dicto sumpto adhibeatur eadem fides prout originali.

Quinimo & dictum sumptum fuit in pluribus
5 causis † productum, neque vnquam hactenus illius fides controuersa, vt apponitur ex *cons. Riminald. Iun. 716. num. 31. & seqq. & ex decis. Borgnin. 22.* in quibus totus tenor dicti sumpti refertur.

Vnde quatenus etiam dictum sumptum non esset in forma probanti eo quod fortassis deficiat aliqua
6 solemnitas in huiusmodi transumptatione requisita, de quibus per *Hostien. in cap. cum P. Tabellio de Instrum. num. 8. Abb. num. 1. & seqq. Couar. pract. quæst. cap 21. num. 3. Put. dec. 327. lib. 2. in nou.* Saltem erit ei adhibenda fides, eo quod etiam scriptu-
7 ra † informi fides adhibetur, quando concurrunt aliqua indicia, quæ inducant animum Iudicis ad
8 credendum illi, † quia probationes sunt arbitrariæ, vt per *Caputaq. decis. 324. par. 1.* Et in casu isto non videtur de veritate dicti sumpti dubitari posse, eo
9 ipso † quod, vt dictum est de substantia dicti Breuis illiusque expeditione constat ex dicto libro repertorij minutarum Breuium, vt dictum sumptum factum fuit adhibitis tot solemnitatibus per publicum
10 † Notarium, & Iudicis auctoritate interueniente, illudque fuit in pluribus causis productum ad tradita per *Crauett. cons. 101. numer. 4. Rota decis. 113. num. 11 part. 1. diuers. Caputaquen. dicta decis. 234. part. 1. &c.*



REVERENDISS. MANZANEDO Patriarcha Hierosolymitano.

Vrbeuetana Hæredicatis.

Mercur. 14. Iunij 1623.

ARGVMENTVM.

Renunciationes cum sint stricti iuris, & strictè veniant interpretandæ, ideoq. in eis non est admittenda extensio; vnde si quis renunciauerit omni iuri sibi competenti, & competituro, censetur renunciasse iuri sibi competenti ex causa de præsenti, non autem ex causa de futuro; cum illud præsumatur sibi incognitum, & ad effectum renunciationis certa scientia est necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso ad eius fauorem purificando, quando quis dicatur renunciasse.*

2 *Renuncians omni iuri sibi competen. & competituro, censetur renunciare iuri sibi competen. ex causa de præsenti, non autem de futuro.*

3 *Renunciatio est stricti iuris.*

4 *in Renunciationibus stricta est facienda interpretatio.*

5 *Renunciatio, vt sit valida, requiritur renunciantem habere scientiam eius, quod renunciat.*

6 *Ius, quod quis ignorat, non præsumitur voluisse renunciare.*

7 *Scientia qualis requiratur ad effectum validæ renunciationis iuris sibi competentis.*

¶ Allegatur præsens decisio supra in hoc Tomo decis. 523. vbi habes longam annotationem in hac materia.

DECISIO DCCXXIV.

DOMINI de Capizucchis ad effectum excludendi D. Catherinam Clementinam à successione fideicommissi Monaldi senioris opposuerũt de renunciatione per eam facta Monaldo iuniori fratri, & facta iam resolutione super validitate prædictæ renunciationis remanebat videre de comprehensione super qua hodie proposita causa Domini dixerunt renunciationem non comprehendere fideicommissum ad fauorem Catherinæ, & licet ipsa se esse bene instructam, & certificatam quod stante fideicommisso Monaldi senioris, ac Statuto Vrbeuetano non succedit in bonis paternis, seu maternis stantibus masculis, nihilominus si aliquod ius forsan super bonis paternis, & maternis sibi quouis iure competeret renunciauit eius fratri illiusq. filijs, & descendẽtibus vsq; in infinitum omnẽ ius omnemque
1 actionem ipsi Catherinæ, † siue eius hæredibus quouis iure, & causa forsan competentibus super bonis paternis, & fideicommissarijs, & alijs quouis nomine nuncupatis tam ex testamẽto, quàm ab intestato siue donationibus, seu alias quomodocumq; & qualitercumque. Ex quibus verbis videbatur in hac renunciatione comprehensum fideicommissum ad fauorem Catherinæ purificatum.

Attamen contrarium visum fuit Dominis, cum ex eisdem verbis renunciationis appareat, quod quia stante dicto fideicommisso, & statuto erat exclusa, sed imò in defectum masculorum vocata.

Non obstat quia per illa verba, omnem actionem omne-

omneque ius sibi suisque hæredibus quomodolibet competen. & competiturorum videatur renunciatum iuri de futuro, & sic fideicommisso purifican.
2 quia fuit responsum, † quod illa verba debent intelligi de iure dictæ Catherinæ competenti de tempore renunciationis, & masculis extantibus non autem de iure competituro in futurum deficientibus dd. masculis, & sic de tempore præsenti non autem de futuro, iuxta *cons. Bald. 38. num. 1. vers. tertia ratio, & vers. 6. ratio lib. 2. Alex. cons. 208. nu. 6. lib. 6. Curt. iun. cons. 101. nu. 7. & 10. Gabr. cons. 84. num. 11. lib. 2. Rot. decis. 549. num. 3. par. 1. rec.*
3 Versamur enim in renunciatione, quæ † cum fit stricti iuris per *l. quicquid sit astringen. ff. de verb.*
4 *oblig.* stricte facienda est † de eis interpretatio, *l. si domus, & ibi gloss. ff. de seruit. vrban.* & in omnem euētum etiam quod prædicta verba essent acta comprehendere fideicommissum purificandum, attamen
5 quia non constat † d. Catharinæ de illo habuisse scientiam iuxta *tex. in l. de his. C. de transact.* non censetur illi renunciatum.

Nec prædicta scientia potest induci ex eo, quod in principio renunciationis eadem Catherina dixit se esse bene instructam constante fideicommisso Monaldi sen. erat exclusa quia fuit responsum ex illis verbis eam fuisse certificatam dumtaxat de fideicommisso, per quod erat exclusa nempe stantibus
6 masculis † non autem de illo per quod erat vocata linea masculina extincta, & sic non apposuisset dictionem forsan ex quo fuisset certa de iure sibi ex dicto fideicommisso competituro, & perinde vel illud non censetur comprehensum in dicta renunciatione vel quatenus esset comprehensum D. Catharina non habuit scientiam illius qualis requiritur ad inducen. renunciationem fideicommissi *d. l. de his, & de communi, Afflict. in l. qui Romæ. §. duo fratres num. 24. ff. de verb. oblig. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 21. Rot. decis. 802. num. 7. par. 1. rec.*

Et ita resolutum &c.

REVERENDISS. PIROVANO.

Aquitanieñ Prioratus.

Veneris 19. Aprilis 1624.

ARGVMENTVM.

Æquites Hierosolymitani sunt penitus incapaces ad consequendum dignitates, & commendas vacantes, quando de tempore vacationis, & seu smutitionis sunt debitores ærarij, & quando satis dicatur probatum aliquem æquitem esse incapacem ob dictam causam, itaut ipse teneatur probare contrarium, vel docere de solutione.

SVMMARIVM.

1 *Lex solet remouere futuras dubitationes.*
2 *Onera, & commoda sequuntur possessorem, & onerant eum ad implendum.*
3 *de Casu à lege, vel à statuto approbato non est dubitandum.*
4 *Debitum, quando fuit probatum, non præsumitur sublatum, nisi à debitore probetur extinctio.*
5 *Inhabilitatem alicuius, quando quis adducit, onus eam probandi ad eum spectat.*
6 *Negatiua regulariter probanda est ab allegante,*
7 *Negatiua non est probanda ab allegante, quando consistit in iure opponentis.*
8 *Probationis onus affirmatiuæ, quando transferatur in reum conuentum, si actor alleget negatiuā.*
9 *in Qualitate legis, vel statuti se fundans eam probare tenetur.*
10 *Obiectum quando est de iure dantis, dum potest excludere aduersarium, non excedit terminos ordinariæ probationis.*
11 *Solutio non præsumitur nisi probetur.*
12 *Delegatio pro liberatione debitoris releuans non est absque acceptatione creditoris principalis.*
13 *Aeques Hierosolymitanus, quod non sit debitor communis ærarij, quando non probetur ex fide Secretarij communis ærarij.*
14 *Contraria dicuntur, quæ repugnant ratione eiusdem finis, & subiecti.*
Contraria mutuo se expellunt.
15 *Testi deponenti contra producentem aliquid plus videtur tribuendum.*
16 *Testes, quando sunt hinc inde contrarij, non probant.*
17 *Administratores non dicuntur debitores, nisi reddita administratione.*
18 *Debitum quando est certum, & determinatum semper quis dicitur liquidus debitor, etiamsi sit administrator, & non reddiderit rationes.*

¶ In eadem causa est supra in præcedenti Tomo decisio 371. & sequens est pariter in hac causa.

DECISIO DCCXXV.

POST resolutionem in hac causa factam sub die 11. Aprilis 1622. per quam fuerunt confirmatæ sententiæ latæ ad fauorem fratris Iacobi super validitate smutitionis, & prouisionis Prioratus Aquitaniæ, superuenerunt nouæ probationes factæ per fratrem Simonem, cum quibus causa super eisdem reproposita Domini à decisis recesserunt.

Visum enim fuit stabilimentorum dispositionem sub rubrica de communi ærario cap. 24. & cap. 26. claram esse, quibus cauetur debitores ærarij de tempore vacationis, & seu smutitionis esse penitus incapaces ad consequendum dignitates, aut commendas vacantes, & per eas determinari potentiam,
1 & modum tanquam per casum legis, † ex quo solent remoueri vlteriores disputationes, *l. ancillæ. C. de furtis, Osasch decis. 28. num. 23. Surd. decis. 195. numer. 2.* idem sentiens de ordine claro, *Grauet. consil. 317. num. 1. Lancell. Gall. cons. 123. num. 6. idem Surd. cons. 333. num. 12.* Similiter & stabilimentorum qualitates probantur nedum ex originali, & reali obligatione ipsarum dignitatum, & commendarum, quæ tenentur certam respōsionem fructuum cōmuni ærario reddere pro sustinendis oneribus, &
2 incommodis † eiusdem Religionis, & cum quibus transeunt, & obligant possessorem ad implendum, *l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. l. alienatio. ff. de cōtrab. emption. l. Pomponius. §. cū quis. ff. de acquir. possess. Becc. cons. 24. num. 28. Surd. decis. 32. num. 5.* Sed etiam quia inter debitores extantes fuit idem frater Iacobus relatus, & transmissus ad Præsidentes communis ærarij, per receptores Religionis, de quorum fide, & veritate expressorum in proprijs cō-
3 putis dubitari † non potest tanquam à lege, & stabilimento cap. 52. de communi ærario firmata, & ap-

probata, *Bart. in l. quadam. §. numularios. nu.2. de edendo*, *Crauett. de antiq. temp. par. 1. in particula 4. limitatur num.62. Menoch. de arbitr. cas. 91. numer.12. Mantic. decis.230. num.1.* atque ita cum originale onus, & certa relatio percutiant fundamentum potentiæ, & modi ascendendi ad dignitates, & commendas, de intentione fratris Iacobi etiam erat iustificare debiti extinctionem, dum possideret Prioratum Campaniæ habentem responsionis
4 onus annexum, quod sublatum † non præsumitur, nisi à debitore probetur extinctio, *Innocent. in cap. super his nu.12. de accusat. Gabr. de probat. conclus.6 num.21. Becc. cons.105. num.12. Surd. cons.86. nu.2.*

Ex quibus remouetur prima responsio data in decisione, nempe quod frater Simon non probauerit fratrem Iacobum de tempore smutitionis esse debitorem communis ærarij, quasi esset de illius inten-
5 tione hoc iustificare, † dum tendit ad obiectum scilicet inhabilitandum eum, qui alias capax est huius Prioralis dignitatis, tam ex gratia expectatiuæ, quam ex particulari smutitione in Lingua Franciæ.

Quia etsi frater Simon fundet se in negatiua, quæ
6 regulariter † ab allegante est probanda, *Bart. in l. in illa stipulatione num.5. ff. de verb. oblig. Alexand. cons.39. num.1. lib.1. Crauett. cons.112. num.6.* at-
7 tamen regula semper limitatur, † quando negatiua consistit in iure opponentis, vt hic propter originale onus dignitatum, ac certi debiti relationem, ac stabilimenta prædicta, & tunc quia sufficit illi negare solutiones tanquam de aliquo dando, vel facien-
8 do, onus probationis affirmatiuæ transmittitur † in reum conuentum, *Salicet. in l.2. num.15. C. de iur. emphit. Rip. in l. in illa stipulatione. n.13. ff. de verb. oblig. Bald. in l. in contractibus. §. illo. C. de non numer. pecun.* & comprobant idem *Becc. d. cons.105. num.12. & Surd. cons.86. num.1. & 2. vol.1.* Nec contrarium inferre potest certa dies ad quam se restringit stabilimentum, ibi, *al tempo che si douerà fa-*
9 *re la smutitione sarà debitore*, & in qua videtur † se fundare frater Simon, vt ideo ab eo sit probanda, ex Bart. Crauett. & alijs relatis per *Surd. decis.75. numer.10.* quia generalis illa conclusio, sic firmata non tollit effectũ negatiuæ in iure opponentis consistente, sed determinat effectum regulæ principalis, quod præsupposita ab allegante sint probanda, quod non impugnatur quatenus non essent de iure opponentis, vt iam dictum est, nec ex eo quod dictum fuerit hanc exceptionem sapere obiectũ, quod ideo mutatur pertinentia probationis, nam quic-
10 quid sit in mera exceptione obiecti, vt quando † tamen est de iure dantis dum potest excludere aduersarium nõ excedit terminos ordinariæ probationis, *Rot. decis.18. de excep. in antiq.* & idem fuit dictum *in Casalen. Præpositura coram Gipsio*, quæ data fuit, & nihilominus frater Simon affirmatiuam quod de tempore smutitionis extaret debitum valde corroborat per partitas extractas ex computo noui receptoris Campaniæ nuncupati *la Vau*, & datas in summario fratris Iacobi num.2. in quibus ponitur receptio dictarum librarum 3716. 3. 8. vigore arresti, sub die 8. Decembris 1619. ab affictuarijs Prioratus, qui de ordine fratris Iacobi se obligarunt ad solutionem summæ prædictæ, vnde, de excomputatione post diem smutitionis dubitandum
11 non est, & alia solutio † præsumi nõ potest, nisi probetur, neque dicatur ante diem 20. Iunij 1619. factam fuisse delegationem per fratrem Iacobum de residuo, quod erat persoluendum à quodã de la Loge affictuario Prioratus, qui se obligauerat in pede Ordinis eidem directi ad eundem effectum, vt patet ex relatione facta in Couentu per nouũ receptorem,
12 quia delegatio pro † liberatione debitoris releuans, non est absque acceptatione creditoris principalis, qui est commune ærarium, & pro eo Cameræ Præsidentes, nõ autem receptor, *glos. magna in l. quamuis. §. si mulier il 2. ff. ad Velleian. Soccin. sen. consil.267. num.3. vol 2. Alba. cons.2. num.13. Surd. decis.23. num.6.* de qua, cum non constet, nullum potest constitui fundamentum pro liberatione fratris Iacobi.

Neq; obstat fides Acarigij Secretarij cõmunis æra-
13 rij attestantis fratrem Iacobũ non † apparere debitorem de aliqua re ad communem Thesaurum vsq; in diem 19. Iunij 1619. quia aut compatibilis est cũ relatione receptoris, vt quod ad listas, aut libros eiusdem ærarij non reperitur, in alia parte tamen reperiatur, prout in his terminis sæpè Rota ponderauit in *Burgen. canonicatus 19. Ianuarij 1602. coram Papa Greg. XV. & in alijs relatis in Albanen. beneficiorum 9. Aprilis 1612. coram me*, aut ex alia fide eiusdem Acarigij, quæ datur pro fratre Simone in summ. num.11. in qua negantur solutiones præter eas, quæ factæ fuerunt in die 20. & 21. Iunij 1619.
14 tanquam † ex contrario, & repugnanti tollitur effectus primæ attestationis, *l. 1. C. de furt. l. nam ad ea, ff. de condit. & demonstr. Mantic. de coniect. lib.6. tit 4. num.8. Surd. cons.230. num.13.*

Secunda principalis responsio data in decisione facile etiam euitatur, nam etsi pro fratre Iacobo dati fuerint testes deponentes de consuetudine, vt quoad effectũ reddendi aliquem incapacem ad consequendum dignitates, & Prioratus non soleant attendi computa receptorum in Conuentu transmissa, sed tunc demum quando Camtra nuncupata de Conti declarauit aliquem esse debitorem discussis rationibus & computis, ac demum eo relato inter debitores communis ærarij, & libris eiusdem descripto, ac etiam allegetur constitutio capitularis 76. de referendis debitoribus in lista, attamen confunditur dictum illorum ex testibus fratris Simonis primo, & secundo, in Curia examinatis & primo, & quarto pro fratre Iacobo vigore remissoriæ receptis, cum ratione eorum dicti, quia practici, & viderunt obseruare, quibus vel tanquam † à parte productis, & in suf-
15 ficienti numero, saltem iunctis alijs standum est, *Seraph. decis.289. num.1. Roman. cons.104. num.6. Ioseph. Ludouic. concl.70. vers. illud quod dicitur*, † vel
16 alij vti contradicentes cõsuetudini affirmatæ per testes fratris Iacobi impediũt releuantiam illius, *Rot. decis.511. & decis.521. num.3. par. 1. recentior.* neque præsumptio, quæ deducitur ex constitutione capitulari 76. deseruire potest testibus fratris Iacobi, quia in ea non disponitur, quod non descripti in libris non habeantur pro debitoribus, sed quod non scripti referantur in publicis Assembleis, quod non impugnatur; Quod si dicatur iuris interpretatione
17 ita censeri debere, prout de administratoribus † dicitur, qui non dicuntur debitores, nisi reddita administratione, patet etiam responsio, quia quantitas soluenda per Priores, & Commendatarios certa, & determinata est, itaut interim semper dicantur liquidi debitores, *Soccin. in l. pecuniam quam, num.10. ff. si*

ff. si cert. pet. Gramm. decis. 58. num. 10. Franc. decis. 291. num. 2. Et ita fuit resolutum.

REVERENDISS. PIROVANO.

Aquitanieñ Prioratus.

Lunæ 10. Iunij 1624.

ARGVMENTVM.

Eques Hierosolymitanus, vt dicatur debitor ærarij, & sic reddatur inhabilis ad obtinendas dignitates, & commēdas Religionis sufficit sola possessio rei eiusdem Religionis, quamuis litigiosa, & declaratur statutum circa hanc materiam, de quo in cap. 48. de commun. ærar.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Religionis Hierosolymitanæ cap. 24. & cap. 26. de commun. ærario quid disponat.*
2 *Onus rei quis sentire non debet, si non habeat eiusdem rei possessionem.*
3 *Debitor Religionis Hierosolymitanæ quis constituitur ex sola possessione quamuis litigiosa.*
4 *citra Ius, & nomen veri possessoris quid fieri nequeat.*
5 *Fructus, qui percipit præsumitur possidere.*
6 *Possessionis consumatio probatur per suos effectus.*
7 *Confessio prouenicns à procuratore non habente speciali mandato ad confitendum, potest quandocumque reuocari.*
8 *Procurator non potest declarare aliquid itaut sit contra voluntatem Domini.*
9 *ex Litis contestatione non infertur ad reuocationem mandati.*
10 *per Procuratorem promissa quando principalis dicatur approbasse.*
11 *de Priuationis pœnam incurrendo ob non solutionem, quando agitur, requiritur contumacia, & renitentia, & contemptum.*
12 *Statutum Religionis Hierosolymitanæ cap. 48. de communi ærario, tria determinat, & quæ sint vide num. 13. & 14. eorumq. declarationem habes num. 15. 16. & 17.*

¶ In eadem causa est supra in præcedenti Tomo decisio 371. & proxima anterior decisio est pariter in eadem causa.

DECISIO DCCXXVI.

DICTVM fuit standum in decisis diei 19. Aprilis huius anni 1624. ex rationibus, & fundamentis in eadem decisione deductis, certum est enim quod tunc deducebatur, scilicet fratrem Iacobum extare debitorem communis ærarij pro responsionibus Prioratus Campaniæ anni 1617. finem recipientis in die vltima Aprilis 1618. nedum ex reali obligatione, quam sustinent dignitates aduersus commune ærarium, sed etiam ex formali debito per receptores in Couentum transmisso contra eundem fratrem Iacobum, quibus plena fides ex forma stabilimentorum Religionis adhibetur, vnde succede-
1 bat dispositio statutorum † cap. 24. & 26. de communi ærario, inhabilitans debitores ærarij prædicti ad ascensum ad dignitates, & per consequens fratrem Iacobum, qui de tempore smutitionis repertus fuit debitor, fuisse, & esse incapacem huius dignitatis controuersæ.

Non obstat, quod etsi probetur existentia debiti, quia verè responsiones non fuerint solutæ communi ærario, non tamen dici possit probatum, quod frater Iacobus pro illis soluendis esset debitor, dum de tempore smutitionis, quod contigit die 19. Iunij 1619. neque esset Prior, & Dominus Prioratus, stāte adiudicatione Prioratus Campaniæ, Simoni Aubigny per sententias Rotales, neque esset possessor, ex quo de tempore adeptæ possessionis per fratrem Iacobum vnius Cameræ dicti Prioratus Campaniæ vigore executorialium relaxatarum à Consilio completo, aderat possessio alterius collitigantis ante-
2 rior, qui anticipatè † pro illo anno recepit libras viginti mille, nec vnquam habuit se pro spoliato, vt propterea fratri Iacobo non potuerit adscribi debitum talium responsionum.

Quia prædicta omnia visa sunt ex facto tolli, præ-
3 misso quod debitor † Religionis, quis constituitur ex sola possessione quamuis litigiosa ex stabilimēto 48. de communi ærario, datur enim transactio facta per procuratorem fratris Iacobi, die 4. Septembr. 1620. in qua fatetur fratrem Iacobum possedisse, & fructus percepisse pro anno 1617 completo in vltimo die Aprilis 1618. & pro illis assignat libras quindecim mille, & pro alijs libris 4315.3.8. promittit tradere intra tūc tempus octo mensium attestationes Dominorum de Thesauro solutionis illarum factæ
4 pro oneribus dicti Prioratus, † quæ omnia citra ius, & nomen veri possessoris, & fructuum perceptoris fieri non solent, & per consequens non effectuatæ
5 possessionis per illius competitorem adeptæ, † quia qui percipit fructus præsumitur possidere, *Cæs. de Grass. decis. 19. num. 3. de caus. possess. & propriet. & in recentiorib. decis. 269. num. 2. par. 1.* ita multo ma-
6 gis, qui soluit perceptos, ex quo consumatio † possessionis probatur per suos effectus.

Neque releuat responsio data, quod illa confessio emanata in transactione proueniat à procuratore
7 mandato speciali † carente, quæ potest quandocūque reuocari docto de errore, quia mandatum non deest, & quidem indiuiduum ad transigendum, cum Boismoset, & ad soluendum concordata.

Non obstat, quod transactio superuenerit post diem smutitionis, nempè de mense Septembr. 1620. de quo tempore pendebat lis super isto Prioratu, in qua sustinet non teneri ad responsiones, cuius con-
8 trarium non potuit declarare procurator † tanquam respiciens contrariam Domini voluntatem, *Bart. in l. ambitiosa num. 9. & 11. ff. de decret. ab ordin. faciend.*

9 Quia ex litis contestatione non † infertur ad reuocationem mandati, & nihilominus comparibile est, quod frater Iacobus prætenderet se non teneri ad onera, & tamen esset obligatus tanquam fructuum perceptor, prout exinde declarauit, licet non ante
10 diem smutitionis in communi † ærario soluēdo omnia promissa per procuratorem, *l. ad solutionem. C. de re iudic. Afflict. decis. 18. nu. 3. & Vrsill. ad eundem, nu. 8. Surd. conf. 104. num. 1. vol. 1.*

Non obstant quæ secundo loco dicebantur de statuto 48. de communi ærario seruando, vbi agitur de incurrendo pœnam priuationis, non autem statuta 24. & 26. quæ non loquuntur de possidentibus dignitates

11 gnitates litigiosas, & tunc † requiri contumaciam, & renitentiam, & contemptum secundum *Felin. in cap. sciscitatus. num.14. de rescript* de quibus adhuc dicebatur non constare.

12 Quia contextus ille, cap.48. † tria videtur determinare; primum quod possidentes soluant onera, non obstante quod dignitates, vel commendæ sint
13 litigiosæ, secundum † quod tales possidentes commendas recusando soluere, statim incurrant pœnam
14 priuationis, & cadant ab eorum iuribus, † tertio quod contra similes procedatur tanquam contra inobedientes, & rebelles.

15 In prima igitur determinatur † quæstio veri, vel non veri debitoris onerum lite introducta super cõmendis, vt interim debitores dicantur possessores, dum illos grauat ad soluendum responsiones Religioni, & in hac parte remanet declaratoria ad statuta 24. & 26.

16 In secunda parte pœna † ampliatur, quia potest esse, quod quis sit debitor, & incapax ad ascensum ad dignitates, sed potest etiam esse, quod lis vertatur super aliis non dependentibus à statutis 24. & 26. & in illis casibus possessor amittat ius suum.

17 In tertia continetur pœna † personalis, & non realis, nempe inobedientiæ, & rebellionis, de quibus non curat frater Simon, & si de illis esset agendum, non nisi præuia monitione, & contumacia ad exequutionem esset deueniendum. Et ita &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Colimbrieñ Canonicatus.

Sabbati 23. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM.

Propter crimen hæresis quis eo ipso dicitur incidere in priuationem omnium beneficiorũ, & quatenus super hoc feratur sententia, ad quid ea deseruiat. Et quid sit dicendum si Papa contulerit alicui beneficia eius, qui incidit in hæresim, & asserat illum fuisse priuatum eis per sententiam, atque probetur talem sententiam latam fuisse, post dictam collationẽ.

SVMMARIVM.

1 *Rota non solet attendere sententias ab alijs Iudicibus latas, nisi iustificentur ex actis.*
2 *Rota adhibet fidem sententijs latis à S. Officio, etiam actis non exhibitis, cum prædicta acta non soleant exhiberi.*
3 *in Alternatiuis sufficit alterum verificari.*
4 *Beneficiorum priuatio ipso iure inducitur, dum quis incidit in hæresim, & sententia solum requiritur pro declaratoria.*
5 *Beneficia lapsi in hæresim possunt impetrari, etiam antequam feratur sententia super tali crimine, & num.7.*
8 *Gratiæ fundamentum potissimum attendi debet.*
9 *Clausula, licet sit positiua in parte executiua, tamen potest deseruire pro declaratione dispositionis.*
10 *à Fide de quo tempore, quis dicatur recessisse.*
11 *in Hæresim, si quis sit lapsus, & sic eius beneficia vacent, si incontinenti resipiscat ea recuperat.*
12 *ob Hæresim, quod quis non sit priuatus beneficijs, ex quo minimè inferatur.*
13 *in Hæresim, postquam aliquis est lapsus, & tanquam impœnitens combustus sui sceleris, & duræ ceruicis pœnas dedit, tunc non est disputandum, quid accidisset, si pœnituisset.*
14 *in Gratiæ substantialibus ea, quæ sunt apposita attenduntur, non autem ea, quæ habentur in executiuis.*
15 *Calumniandi ansa est tollenda, & ideo inuenta fuit pœna talionis.*
16 *Calumniæ omnis suspicio, quando in totum dicatur sublata.*

¶ In eadem causa est supra decisio 619.

DECISIO DCCXVII.

PLACVIT decisio in hac causa facta sub die 4. Iulij 1625 scilicet gratiam Antonij esse iustificatam; quod enim Ferdinandus inciderit in hæresim vltra testes, & alias probationes tunc ponderatas modo dantur alij testes, & datur ipsa sententia lata à Tribunali Sanctæ Inquisitionis contra hæreticam prauitatem, quæ sola sufficit, licet enim Rota
1 non soleat attendere sententias † ab alijs Iudicibus latas, nisi iustificentur exactis, attamen hoc non procedit in sententijs latis à S. Officio, cum illius
2 acta exhiberi † non consueuerint, vt in his terminis fuit dictum in *Conchen. pensionis 6. Martij 1598. coram Peregrino num.7.*

Nec obstare crediderunt, quod in gratia narratum fuerit, iam super hæresis incursu, & priuatione fuisse pronunciatum, & tamen sententia lata est post dictam gratiam. Quoniam Papa in huiusmodi gratia vim fecit, quod Ferdinandus prolapsus fuerit in hæresim, nec curauit, an super hoc sententia lata seu ferenda veniret, vt ibi dicitur, ex eo quod Ferdinandus in hæresim, propter quam carceribus Officij Sanctæ Inquisitionis detinetur prolapsus, & ab eam beneficijs Ecclesiasticis iam per sententiam à Iudicibus desuper latam priuatus seu priuandus venit, vnde cum sententia desuper postea lata fuerit, suffi-
3 cit † alterum ex alternatiuè positis verificari iuxta regulam in alternatiuis de reg. iur. in 6. Nec Domini admittendam putarunt interpretationem datam ab informantibus pro Emanuele, quod scilicet sensus illorum verborum sit, quod quidem sententia lata sit super crimine hæresis, sed non in ea priuatus beneficijs, & ideo secundum Bullam sat sit, quod sententia feratur super priuatione præexistente tamen semper sententia prius lata super hæresi, quo-
4 niam recolendum est, in hac materia † beneficiorũ priuationem ipso iure induci statim ac quis incidit in hæresim sententiamq. solum deseruire pro de-
5 claratoria † iuxta textum *in cap. cum secundum leges, & cap. cum commissi. §. priuãdi de hæretic. in 6.* & fuit firmatum in alia decisione, & addi possunt multi congesti per *Reuerendiss. D. Ricciullum in tract. de iure personar. lib.5. cap.19. num.9.* vbi etiam attestatur de receptiori, & veriori opinione, & ante
6 † sententiam huiusmodi beneficium posse impetrari, vt per *Sanchez. 5 decalog. lib.2. cap.26. num.12.* *Farinac. de Hæresi q.189. num.79. in princ. & propè fin. Reuerendiss. Ricciul. in d. tract. num.11 & ipsa decisio Rotæ 707 num.3. & 4 par. 3. diuers.* & propterea, si Papa dum præsupposuit, Ferdinandum e-
7 sse prolapsum in hæresim, † sciuit etiam, & præsupposuit, fuisse iam priuatum beneficijs, ergo illa verba,

per

pe sententiam latam priuatus, seu priuandus, intelligi debent, scilicet iam declaratus seu declarandus consequenter debet præsupponi quod sententia declaratoria non præcesserit &c. vt patet ad sensum, & ex postremis etiam verbis Domini assequebatur, quod totum gratiæ fundamentum erat positum in
8 eo quod iam † Ferdinandus esset prolapsus in hæresim nō autem in declaratoria, quia in fine iubet Papa, quod si ille non est priuatus, hoc est declaratus
9 omnino iudicialiter declaretur, & licet† ita sit clausula executiua tamen declarat precedentem dispositiuam gratiæ, *Bald. in l. eam quæ. num. 36. C. de fideicomm.*

Nec etiam obstat, quod probationes criminis hæresis non percutiant tempus gratiæ, quia immo testes, & magis sententia ex constitutis in ea relatis
10 attingunt †hoc tempus, & quod tunc Ferdinandus recesserat à Fide Orthodoxa, se Sacerdotem Moysis esse profitebatur, & ritus Iudaicos circa delectum ciborum, & dierum cultum, & alia olim in illa lege præscriptos exercebat.

Minus obstat, quod tempore gratię ipse Ferdinan-
11 dus potuerit †resipiscere, quo casu beneficia recuperasset, quoniam vltra quod hoc non transit ita de plano, præsertim si incontinenti non resipiscat, vt per *bon. mem. Peniam olim Rotæ Decanum in adnot. 145. ad Director. Inquisit. vers. iam tandem, & vers. nos vero, & Sanchez 5. decalog. d. lib. 2. cap. 26. numer. 13.* ex hoc non sequeretur tamen, quin à prin-
12 cipio, & ipso† iure Ferdinandus fuerit verè priuatus, & vacauerint beneficia, sed succedente huiusmodi pœnitentia tunc ex benignitate Apostolica resolueretur vacatio, & impetratio; quæ tamen fuit statim perfecta, nec stetit in suspenso, sed cessat in præsenti
13 difficultas, quia ipse impœnitens combustus sui sceleris, & duræ ceruicis pœnas dedit.

Quæ iterum opponebantur de omissa per Antonium accusatione, & inscriptione Domini crediderunt satis sublata esse ex decisione in qua fuit dictum
14 hæc non fuisse apposita in † substantialibus gratiæ, sed in executiuis, & cum apponantur ad effectum vt tollitur ansa calumniandi, & vt ipse impetrans
15 subeat pœnam talionis, † seu aliam pœnam arbitrio Iudicis *adnot. per Cresc ent. decis. 2. de simon.* & latè *per Farinac. de Hæres. q. 185. nu. 33.* & tunc iam Ferdinandus in carceribus detineretur, & penè cōuinctus esset, vel illa verba errore scribentis irrepserunt, vt ex alijs etiam deprehenditur, vel cum ho-
16 die constet, quod nec quidem † calumniæ suspicio Antonio impetranti adscribi possit non videtur, curandum, quod accusationem, & inscriptionem prædictam omiserit, vt benè per informantes pro eodem Antonio. Et ita in decisis &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Romana Canonum.

Mercur. 27. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM.

Dominium, quando non principaliter, sed incidenter fuit deductum in iudicio veluti ad effectum solutionis canonum, tunc ex quibus satis dicatur iustificatum. Clausula, saluo beneplacito Domini, posita in contractum emphyteutico, qualiter intelligatur. Rota in Curia qualiter admittat probationem recognitionis scripturarum. Clausula sine præiudicio, intelligitur de alio præiudicio in dispositione non expresso.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis, quando est clara sine dubio potest procedi executiuè.*
2 *Dominium, quando deducitur incidenter ad effectum solutionis canonum, probari potest ex ipso instrumento concessionis.*
3 *Dominium, quando deducitur incidenter probatur ex confessione emphyteutæ.*
4 *Dominium, quando deducitur incidenter probatur leuioribus probationibus.*
5 *Obligatio quando est conditionalis, tunc si conditio non verificetur, inefficax redditur obligatio.*
6 *Dominij conditio, si de eo agatur incidenter, ex quibus satis dicatur iustificata.*
7 *Clausula, reseruato beneplacito Domini directi, quatenus opus sit, apposita in dispositione emphyteusis, & quæ ex stylo, seu tacitè semper subintelligitur, ad quid sit referenda, & num. 8.*
9 *Emphyteuta, dum promisit integrè soluere canonem, ex ista sola promissione Dominus directus potest agere ad solutionem eius.*
10 *Verbum, teneatur, importat necessitatem.*
11 *Verbum, promisit, importat propriam ipsius promittentis obligationem.*
12 *Verba, vt asseritur, quando non stent dubitatiuè, sed enunciatiuè.*
13 *Stipulatio Notarij pro omnibus, quorum interest, operatur præsentiam omnium eorum, & etiam consensum.*
14 *Rota cōsueuit in Curia semper admittere recognitionem scripturarum per testes habentes notam manum scribentis, licet non viderint eū scribere.*
15 *Quicquid tamen admittat extra Curiam.*
16 *Scripturarum recognitio admittitur per testes asserentes, se habere notam manum alicuius, iunctis adminiculis.*
17 *Vinea, & hortus in Vrbe promiscuè, & synonimè solet appellari.*
18 *Identitas satis iustificatur ex duobus confinibus.*
19 *Identitatis probatio plurimum adiuuatur ex iteratis confessionibus diuersarum personarum, & num. 20.*
21 *Clausula, sine præiudicio, conseruat omne ius protestantis.*
22 *Clausula, sine præiudicio &c. intelligitur quoad iura, & obligationes non expressas.*

DECISIO DCCXXVIII.

DOMINI perstiterunt in decisis, scilicet relaxandum esse mandatum executiuum contra hæredes, & bona hæreditaria Campritij pro annuo canone scutorum quinque debito Monasterio Sanctorum Io. & Pauli.

Quoniam obligatio Campritij in forma Cameræ
1 ad soluendum † prædictos canones visa fuit clara, & contra eius executionem nulla opponitur exceptio, ob quam veniat retardanda hæcq. obligatio desumitur ex instrumēto cessionis litis inito 14. Martij 1603. inter dictum Campritium, & Capizucchos, de

de quo etiam in decisione bon. mem. D. Buratti, & ex apocha postremo post emanatam illam decisionem in actis producta, sub die 18. Iunij 1603. formiter per testes recognita in qua idem Campritius rursum in forma Cameræ promisit soluere prædictos canones.

Et quoniam etiam dominium directum dicti Mo-
2 nasterij † ad hunc effectum solutionis canonum, censuerunt Domini satis esse probatum ex instrumento concordiæ inito de anno 1573. inter Monasterium, & Sigismundum de Tibaldis auctorem Campritij super hac vinea, seu horto vbi asseritur eam esse sub proprietate dicti Monasterij, & canonum solutio promittitur, & ex alio instrumento de anno 1477. summ. num. 2. ac ex confessionibus eiusdem de anno 1602. & alias sæpius emanatis in
3 quibus † declarauit se tenere dictam vineam in emphyteusim à Fratribus SS. Io. & Pauli summ. nu. 4. & 5. ponderatis etiam in decisione Reuerendiss. D. mei Patriarchæ Hierosolymitani, quæ est impressa *inter recentior. 249. par. 1.* Tum etiam ex cedula depositi super Sacro Monte Pietatis scutorum decem consignan. dicto Monasterio pro terminis canonum duorum annorum decursis, ex quibus om-
4 nibus † saltem simul iunctis ad effectum, non quidem deuolutionis, sed solutionis canonum, satis superq. probari leuiores sufficiat probationes ad tradita per *DD. in l. indicia. C. de rei iud. Paris. cons. 104. num. 82. & 101. lib. 1. Surd. decis. 6. num. 5. & 14. Menoch. cons. 361. num. 15. Caputaqu. decis. 280. num. 4. & 292. par. 1. & Rota d. decis. 249 numer. 2. par. 1. & decis. 19. num. 1. par. 2. recent.*

Non obstat quod dicatur primam promissionem Campritij factam sub die 14. Martij esse conditionalem ex illis verbis (reseruato in primis quatenus opus sit consensu, & beneplacito RR. Fratrum Sanctorum Io. & Pauli, quibus vt asseritur, annuatim occasione dicti horti debentur scuta quinque pro
5 canone,) & proinde † non iustificata conditione, inefficacem remanere obligationem, quoniam vltra quod dominium Monasterij videtur sufficienter iu-
6 stificatum ex supra deductis, & consequenter † purificata prætensa conditio, fuit etiam respõsum clausulam reseruationis beneplaciti ex stylo esse solitam
7 apponi, † & de iure semper intelligi, seu tacitè inesse, illamq. potius esse referendam ad dispositionem contractus, in quo forte dubitabant partes an dictum beneplacitum esset necessarium, quamuis
8 dictus hortus esset emphyteoticus, † quam ad promissionem incõtinenti post dicta verba purè, & simpliciter innouauit Campritius, nulla alia adiecta
9 conditione † in illis verbis (quem canonem integrè soluere teneatur prout promisit,) & sic ex istis verbis possunt agere Fratres SS. Ioannis, & Pauli, vt in similibus terminis fuit dictum *in Romana pensionis 15. Ianuarij præsentis anni coram R. P. D. meo*
10 *Virili*, verbum enim, † teneatur, importat necessitatẽm ad *l. præter in princ. ff. de eden. l. 1. §. 1. ff. quod quisque iuris. Alex. cons. 223. num. 5. in fin. lib. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 15. nu. 1. Rota in Bonon. bonorum de Bouijs 20. Febr. 1598. coram Illustriss. D. Card. Millino.* verbum autem
11 promisit, † importat propriam ipsius obligationem *l. 1. C. de commits. & contrah. stipul. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 24 tit. 1. num. 13. Ro-*
12 *ta decis. 489. num. 5. par. 1. diuers.* & alia † verba (vt asseritur) non sunt dubitatiua, sed enunciatiua, & referuntur ad Dominos de Capizucchis id asserentes, vti informatos.

Minus aduersatur, quod Fratres SS. Io. & Pauli huiusmodi obligationi non fuerint præsentes, quia
13 † stipulatio Notarij pro omnibus quorum interest operatur eorum præsentiam, & consensum, itaut ex ea agere possint, *Grat. cons. 12. nu. 8. lib. 1. Dec. consil. 607. num. 9. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 26. num. 8. 11. & seqq. Rota in Romana dotis 12. Decembris 1611. coram Reuerẽdiss. D. meo Damasceno.*

Ea autem, quæ objiciebantur contra apocham Campritij sub die 18. Iunij 1603. post aliam resolutionem in actis productam, quod scilicet non fuerit
14 sufficienter recognita, cessare visa sunt, ex quo † in Curia consueuit Rota semper admittere recognitionem scripturarum per testes dicẽtes habere notam manum scribentis, licèt non viderint scribere promanum, ut adsunt pro recognitione d. apocæ summ vlt. nu. 3.
15 † quicquid sit extra Curiam *Rota decis. 570. num. 2. num. 2. par. 1. & decis. 124. num. 2. part. 2. diuers. & fuit dictum in Vlixbonen. matrimonij 21. Iunij 1613. coram Card. Sacrato*, & iunctis adminiculis,
16 quæ hic non desunt, admittitur † recognitio per testes dicentes habere notam manum, *Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 389. num. 2. & 6. & in Bononien. apoca 13. Martij 1626. coram bon. mem. Remboldo.*

Non obstat, quod instrumentum concordiæ anni 1537. & aliud instrumentum anni 1477. ac decisio Reuerendiss. D. mei Patriarchæ loquantur de vinea quadam, non autem de horto, super quo ad præsens est controuersia, quia omisso, quod Romani moris
17 est † promiscuè, ac synonimè vineam, & hortum appellare, & vsus prædij potuit immutari, satis etiam
18 remanet probata identitas ex duobus † confinibus designatis in pluribus instrumentis, & reiteratis confessionibus Campritii, & eius auctorum, de quibus in summ. Monasterij num. 4. ad 8. quæ plurimum
19 conferunt † ad probandam identitatem, vt nuper fuit resolutum *in Romana fideicommissi de Victorijs 9. Decembris 1626. coram me.* Immo videtur esse in confesso apud Campritium hæc identitas, dũ ipse nititur sententia absolutoria D. mei Patriarchæ,
20 in qua pronunciatum fuit, † ad ipsum spectare statuas, & lapides in fundo vineæ inuentas, ad excluden. dominium Monasterij in præsenti iudicio, quæ tamen loquitur de vinea, & non de horto *arg. cap. cum venerabilis, vbi Felin. nu. 22. & alij DD. de except. Dec. cons. 558 sub nu. 7. Mobed. decis. 192. num. 1. de regular.*

Nec tandem releuat, quod in cedula depositi de-
21 cem scutorum pro decursis canonibus † adsit clausula, sine præiudicio iurium suorum, quorum appellatione venit exceptio de non dominio Monasterij,
22 quia clausula prædicta intelligen. est de alijs iuribus, & non de obligatione ad soluendum canones in quã expressè Campritius se iniecit, *Cæs. de Graff decis. 1. num. 4. de verbor. significat. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 332. num. 7. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 500. num. 20. in fin. in eius impress.*

Et ita pluries disputato articulo, & proponente R. P. D. bon mem. Buratto fuit resolutum vtraque parte informante &c.

RE-

REVERENDISS. MERLINO.

Foroliuien. Societatis officij.

Veneris 16. Februarij 1627.

ARGVMENTVM.

Societatis officij contractus, si sit initus super officio non vacabili, cũ id repugnet Constitutionibus Pontificijs in hac materia editis, & naturę ipsius contractus in quo requiritur, vt periculum sit commune tam recipienti, quam danti pecunias, ideoq. nullo modo subsistere potest, & sic ex eo non debentur fructus, & si sint percepti restitui debent nulla excusatione admissa bonę fidei consumptionis, consuetudinis &c.

SVMMARIVM.

1 *Societas officij non potest contrahi super officio non vacabili.*

2 *Constitutiones Pontificiæ super creatione societatum officiorum, habent decretum irritans.*

3 *in Societate officij periculum debet esse commune.*

4 *in Societate officij iactura debet esse reciproca, & vnum periculum compensatur cum alio periculo.*

5 *in Societate officij correspectiuitas periculi cessat, quando fundatur super officio non vacabili.*

6 *Societas officij, vt possit contrahi super officijs non vacabilibus, Rota semper reiecit hanc opinionem.*

7 *Fructus societatis officij, dum est inita super beneficio non vacabili, sunt restituendi vsque ab initio.*

8 *Contractus societatis officij non potest aliquo modo gignere fructus, si non habeat præexistente principium.*

9 *Fructus ex societate officij non debētur in eo, quod excedit valorem officij, quia pro illa parte deficit subiectum.*

10 *Fructus non debentur, & quatenus sint exacti, repeti possunt, quando subiectum idoneum societatis officij deficit in totum.*

11 *Fructus in societate officij non debentur quando si euenisset mors illius sub cuius vitæ periculo fuit inita societas non fuisset locus lucro sortis.*

12 *Fructus in societate officij non debentur, quando cessat periculum lucri sortis.*

13 *Fructus societatis officij non subsistentis, non debentur loco damnorum, & interesse, dum non iustificantur requisita Castren. in l. 3. §. fin. ff. quod cert. loc.*

14 *Societas officij non potest dici esse in implicito statu validitatis, vt fructus debeantur, quando defectus subiecti idonei resistit natiuitati contractus.*

15 *Contractus tunc dicitur stare in implicito statu validitatis, quando nullitas oritur ex priuilegio personæ; qui potest, & non potest dare de inualiditate.*

16 *Contractus forma, & subiectum, quando deficit, tunc ab initio ille dicitur nullus.*

17 *Societatis officij ab initio nullæ fructus non debentur, & quatenus sint soluti, restitui debent non obstãte bona fide, consumptione, vel consuetudine.*

18 *Societas officij pro subiecto idoneo requirit officium vacabile, & correspectiuitatem periculi.*

19 *Societas officij, quando remanet mutuum, vt puta, quia non adest periculum amissionis sortis, remanet purum mutuum in quo fructus non cadũt, nec aliqua excussio admittitur.*

¶ In eadem causa est supra decisio 645.

DECISIO DCCXXIX.

FVIT iam sub die 16. Martij anni præteriti resolutum, societates initas super Cancellaria Ciuitatis Foroliuien. esse nullas ex defectu subiecti idonei, nempè quia dicta Cancellaria† non est officium
1 vacabile, sed transitorium ad hæredes, & propterea nedum repugnant Constitutionibus Apostolicis in
2 hac materia †emanatis, quæ habent decretum irritans, & formam inducunt, sed etiam repugnant naturæ societatis officiorum, in quibus periculum†de-
3 bet esse commune tàm recipienti, quàm danti, & sic officium, quod est subiectum contractus ipsius societatis debet esse vacabile, quia si officialis moritur amittit officium, & è contra si decedat is, super cuius vitæ periculo inita fuit societas, tunc amittit suũ
4 capitale, † & proinde reciproca est iactura, & vnum periculum compensatur cum alio periculo, vt considerauit *Rota in Romana societatis 29. Ianuarij 1601. coram Illustriss. D. Card. Millino, quæ est decis. 28. num. 9 post Modern. Roman. de societ. & in alia Romana societatis 14. Ianuarij 1613. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Pamphilio, quæ est*
5 *decis. 61. num. 10.* quæ correspectiuitas† periculi cessat vbi officium non est vacabile, quia cum sit transitorium ad hæredes, numquam amittitur, & propterea Rota semper huiusmodi societates contractas
6 super † officijs non vacabilibus reiecit, & nullas declarauit, vt coram bon. mem. Corduba, Card Lancellotto, & Card. Sacrato, ac Reuerendiss. D. meo Pamphilio in causis relatis in d. decis. 16. Martij anni præteriti, qua præsupposita resolutione, cui vtraque pars acquieuit, dubium hodie proposui, an fructus per D. Thomam percepti essent restituendi, &
7 Domini responderũt esse restituendos vsque ab initio, quoniam si vsque ab initio contractus societatis fuit nullus eo quod defecerit subiectum saltem idoneum societatis, nulla consequenter fuit societas
8 apta producere fructus, & pecunia illa, † seu sors principalis tanquam sine præexistenti cõtractu proportionato non gignit fructus, & quemadmodum non debentur fructus ex societate in eo quod exce-
9 dit † valorem officij, quia pro illa parte deficit subiectum, vt in illis decisionibus Rota resoluit coram Illustriss. Card. Millino, & Reuerendiss. Patriarcha Pamphilio, supra relatis, & aliàs sæpius, ita nec de-
10 bentur fructus, & si fuerint exacti, † repeti possunt quando subiectum idoneum deficit in totum, sique euenisset mors illius sub cuius vitæ periculo fuit cõ-
11 tracta † societas, non fuisset locus lucro sortis principalis, vt in eadem Romana coram D. Pamphilio, & aliàs pluries, ita ne detur inæqualitas non debet
12 esse locus exactioni fructuum, qui† non debentur, nisi vbi vice versa idem potest lucrari sortem, *Gabr. cons. 78. num. 3. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 2. num. 17. Rota decis. 753. num. 7. par. 1. diuers. & d. decis. 28. num. 27. post tract. de societ. & decis. 214. num. 6. post Pacific. de salu.*

Neque dicti fructus prætendi possunt loco dam-
13 norũ & interesse, quia† ad hoc opus esset iustificare requisita, *Castrens. in l. 3 §. fin. ff. quod certo loco,* quorum probationem in hac materia semper Rota desiderauit, vt dixi *in Romana societatum 28. Ianuarij 1591. coram bon. mem. Cardin. Blanchetto, quæ est decis. 37. num. 6. post d. Modern. de societ. &*

in

in d. decis. 214. num. 6. post Pacific. de saluiano.
Neque obstat, quod contractus esset in implicito
14 statu validitatis, quoniam hoc est falsum, & † defe-
ctus subiecti idonei resistebat natiuitati contractus
legitimæ societatis officiorum, & nũquam fuit con-
tractus saltem legitimus societatis, huiusmodique
15 nullitas non oritur ex† priuilegio alicuius personæ,
quo casu esset in implicito statu validitatis, & quã-
diu non impugnaretur ab illa persona talis contra-
ctus sustinetur, & fuit resolutum *in Romana census
vitalitij 22. Maij 1626.* & confirmata 29. Ianuarij
præteriti coram me, sed nullitas hic prouenit, quia
16 deficit forma, & subiectum super quo † possit fun-
dari societas, & sic à principio adfuit nullitas.
Nec suffragatur bona fides, consumptio, vel cõ-
suetudo, quia cessante periculo amissionis capitalis,
17 & non existente idoneo subiecto, † remanet purum
mutuum, & nihil excusat à mala perceptione fru-
ctuum nisi probatis dictis extremis *Pauli Castrensis
vt in dicta decis. 214. post Pacific. de Saluian. & in
Romana officij 17. Maij 1602. coram bon. memor.
Ortembergo.*
Cætera verò, quæ pro D. Thoma allegabantur
visa sunt non applicari, quia in diuersis terminis lo-
18 quuntur, & non in materia societatis, † in qua pro
subiecto idoneo requiritur officium vacabile, & cor-
respectiuitas periculi, quibus cessantibus remanet
purum mutuum, in quo fructus non cadunt, nec
19 † aliqua excusatio admittitur pro imputatione, vel
restitutione impedienda, vt supra ostensum, & sæ-
pius alias in Rota resolutum fuit &c.
Et ita vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Bononien. Molendini.

Lunæ 1. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

In lite succumbens tenetur ad expensarum refectio-
nem, limita quando quis statim liti cessit, agno-
scendo bonam fidem. Aqua postquam ingressa est
fundum alterius, ipse ad libitum potest vti ea. In-
terpretatio verisimilis, & non inuerisimilis est at-
tendenda.

SVMMARIVM.

1 *Attentans tenetur attentata purgare.*
2 *in Lite succumbens tenetur aduersario ad expen-
sarum refectionem.*
3 *Relationi periti ritè electi standum est.*
4 *Liti, quando quis statim cessit, dando manus, non
tenetur ad expensas.*
5 *Sententia vna, quando per aliam virtualiter dica-
tur reuocata.*
6 *Aqua post quam fundum alicuius est ingressa, ille
potest ea vti, quomodo vult,*
7 *Etiam inuito Domino inferioris loci.*
8 *Sententiæ ne contineant inter se contrarietatem, &
in compatibilitatem, facienda est interpretatio.*
9 *Interpretatio, quæ non est verisimilis, respuenda
est.*
10 *Interpretatio, quando est verisimilis sequenda est.*
11 *Iura post omnes sententias producta & à Iudice
non admissa, non in eis faciendum aliquod fun-
damentum.*

¶ In eadem causa sunt supra decisiones 32. 58.
75. 151. 300. & 685.

DECISIO DCCXXX.

EX Molendino quodam Francisci Paratæ, aquã
defluebat ad fundum Equitis Bonfioli, qui cũ
eam ducere vellet ad vsum, & pro constitutione
proprij noui Molendini à Parata id illi controuer-
tebatur, super quo introducta pronunciatum fuit
competere Bonfiolo Ius ædificandi Molendinum,
& vtendi aqua postquam ipsius fundum est ingres-
sa ac in expensis fuit condemnatus qui posteaquam
in spretum inhibitionis Rotalis aquam à nouo Mo-
1 lendino diuertere ausus fuit, & sic † attentauit, ac
per Rotam coactus fuit purgare attentata, litem aliã
mouit super prætensa facultate dictum aquæ cursum
impediendi, & alio auertendi ipsoque tantum
informãte, quia Bonfiolus iam cesserat liti, obtinuit
sententiam fauorabilem, & interea cum ageretur
ad taxationem expensarium ad quas in prima sen-
tentia condemnatus fuerat Parata, opposita fuit
per eum exceptio compensationis pro rata aliarum
expensarum quas ipse fecit in secunda lite vnde ho-
die proposui dubium an, & quæ debeantur ex-
pensæ.
Et Domini responderunt Bonfiolo quidem refi-
ciendas esse & eas expensas quæ in primo Iudicio
super constructione Molendini, & quæ super reuo-
2 catione attentatorum fuerunt † factæ cum in vtro-
que iudicio Parata succubuerit iuxta *regul. l non
ignoret C. de fruct. & lit. expens. & cap. calumniam
de pænis.* Paratæ vero solum deberi expensas in se-
cundo iudicio diuersionis aquarum factas, & solum
vsquequo Bonfiolus liti, & huiusmodi secundo iu-
dicio cesserit, quæ reducuntur ad 16. Iulios cum di-
midio ob folia 25. registri vt testatur Parietus in
causa per Rotam electus summario Bonfioli nu 11.
3 cuius † relationi omnino standum est *§. quod autem
in authen. de non alien. aut permutan. reb. Eccles.
Rota in recent. decis. 354. num. 1. part. 1. & coram
Sanct. mem. Gregor. XV. decis. 49. num. 1. ac fuit di-
ctum in Romana scutorom 100. mil. 15. Octobris
1625. coram me*, & bene deducitur per informan-
tes post dictam enim cessionem nulla mala fides vel
calumnia ob quam succumbens in causa, & victus
condemnatur in expensis ad fauorem victoris op-
4 poni potest Bonfiolo cum † cognito bono Iure Pa-
ratæ in hoc secundo Iudicio statim dederit manus,
& à lite recesserit.
Nec obstare visum fuit quod cum in posteriori
iudicio Parata obtinuerit sibi licere aquã fluentem
per suum Terrenum diuertere, itaut non decurrat
ad fundum Equitis Bonfioli consequenter virtuali-
5 ter† censeatur reuocata prima sententia in qua fue-
rat pronunciatum posse eundem Bonfiolum libere
ducere aquam ad vsum eius Molendini, & fuerat
Parata condemnatus in expensis.
Quoniam Domini crediderunt vtramque senten-
tiam simul esse compatibilem, nec vnam alteri ad-
uersarij itaut per secundam prima necessario fuerit
sublata siquidem non implicat quod Bonfiolus quo-
quo velit ducat aquam postquam eius fundum fuit
6 ingressa, & ipsius effecta, cum, & hoc † iure per-
missum sit *l. 1. §. illud labeo ff. de aqu. quotid. & æstiu.
& notat Ias. in l. quominus num. 88. & Rip. num. 84.*
in

in fin. ff. de flumin. Alex. cons. 108. num. 2. lib. 2. Dec. cons. 244. num. 3. & seqq. Paris. cons. 112. numer. 2. Hinded. cons. 79. num. 5. & 6. & num. 19. lib. 1. Rota in Ferrarien. Aquarum 14. Nouembris 1622. coram R.P.D. meo Pirouano, & ita loquitur sententia ad eius fauorem lata, & quod Parata ante quam aqua labatur ad inferius Molendinum Bonfioli eam alio
7 diuertat, & cursum incidat etiam in † detrimentum, & inuito Domino inferioris Molendini vt notat Bald. in l. aquam in princip. C. de seruit. & aquæ. Bart. in l. quominus quæst. 12. & ibi Ias. nu. 88. Rip. nu. 83. & 84. ff. de flumin. Dec. dicto cons. 244. nu. 3. & cons. 373. sub num. 2. & fuit dictum in hac causa 3. Decembris 1618. & 1. Februarij 1619. coram R.P.D. meo Verospio, & in dicta Ferrarien. coram R.P.D. Pirouano, & in hunc sensum accipienda est, & loquitur sententia ac proinde nulla adest in-
8 compatibilitas † seu contrarietas, sed bene concordanter & firma remanet prima sententia in qua Parata condemnabatur in expensis pro quibus ideo mandatum est relaxandum.

Minus obstat, quod in prima instantia Bonfiolus contra Paratam obtinuerit præceptum de nihil innouando ex quo inferebāt informan. vsque ex tunc fuisse motam litem super iure aquam diuertendi super quo demum ad fauorem Paratæ emanauit sententia per quam videtur primā fuisse sublatam. quia fuit responsum illationem non applicari, tum quia
9 illud præceptum non fuit † contra Paratam executum, sed contra quemdam Camillum, qui non erat Procurator tum etiam quia bene potest declarari vt illud præceptum contineret prohibitionem innouationis super iudicio constructionis noui Molendini quam Bonfiolus destinabat, non autem super diuer-
10 sione aquæ postremo intentata quæ, † declaratio vti versim lis est sequenda l. si interpret. ff. de leg. cap. cum dilecti de accusat. ac etiam quia d. præ-
11 ceptum fuit productum † post omnes sententias, & a Iudice non admissum & propterea nullum fundamentum in eo fieri potest.

Neque ex huiusmodi præcepto deprehenditur Paratam vllas passum fuisse expensas, quæ debeantur, & ea quæ contra relationem Periti deducebantur, non sunt visa subsistere, & applicari &c.

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

R. P. D. VBALDO.

Oueten. Iurisdictionis.

Lunæ 22. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Episcopus licet habeat intentionem fundatam super collatione beneficiorum suæ Diœcesis, tamen quando sumus in summarijssimo retinendæ, & testes deponunt de longæua possessione, tunc ea assistentia iuris pro Episcopo non suffragatur, cum possessio longæua etiam contra ius sit manutenibilis. Immemorabilis, qualiter sufficiat probari in possessorio.

SVMMARIVM.

1 *in Manutentionis iudicio attenditur quasi possessio.*
2 *Testes, vt concludant bene circa immemorabilem debent deponere iuxta requisita glos. in cap. 1. de præscript. in 6.*
3 *Testes in iudicio manutentionis ex quibus optimè concludant circa probationem immemorabilis.*
4 *Testes contra producentem multo magis probant.*
5 *Episcopus habet intentionem fundatam circa collationem beneficiorum suæ Diœcesis.*
6 *Possessio, quando est longæua suffragatur etiam contra ius.*
7 *Episcopus, quando non dicatur habere intentionem fundatam, super collatione beneficiorum suæ Diœcesis.*
8 *Possessio, quando est titulata, eo facilius est manutenenda.*
9 *Titulus nō requiritur ad effectum manutentionis.*
10 *in Collatione Beneficij curati est seruanda forma tradita à Conc. Trident.*
11 *Concil. Trident. non tollit ius competens inferioribus Collatoribus ius conferendi beneficia curata, dummodo fiat concursus.*

¶ In eadem causa est supra in præcedenti Tomo decisio 369 & infra habetur altera sub die 25. Iunij 1629. decis. 735.

DECISIO DCCXXXI.

DOMINI responderunt pro Decano & Archidiaconis Oueten. solum informantibus quod illis sit danda manutentio, in quasi possessione Iuris conferendi beneficia etiam curata existentia in districtibus suis seruata tamen forma Sac. Conc. Trid. in Curatis. Quia cum in hoc iudicio manutentio-
1 nis sola quasi possessio attendi † soleat §. retinendæ instit. de interdict. ea videbatur concludenter probata ex depositione plurium testium, tam primi examinis facti coram Nuncio de anno 1587. quam secundi facti de anno 1597. in vim remissorialium Rotæ qui testes deponunt Decanum, & Archidiaconos Oueten. fecisse etiam ab immemorabili tempore collatores beneficiorum suorum districtuum, easque fuisse effectuatas scientibus, videntibus, & patientibus Episcopis tam beneficiorum simpliciū quam Curatorum, & licet non omnes testes fortas-
2 sis † bene concludant immemorabilem cum omnibus requisitis glos. in cap. 1. de præscript. in 6. Tamen ad effectum manutentionis ista immemorabilis non
3 est necessaria, sed sufficit quod † testes deponant de possessione longæua per plures Collatores comprobata, quinimo sufficeret etiam vnica collatio. Rota diuers. decis. 222. num. 7 par. 1 & decis. 17. nu. 4. p. 2. & in recent. decis. 423. num. 1. & decis. 435. num. 1. & decis. 623. num. 1. par. 2. & dixit Rota in Callien. Iuris conferendi 14. Maij 1621. coram bon. memor. D. meo Vbaldo, & decis. in hac causa facta 8. Aprilis 1622. coram eodem.

4 Et quidem de supradicta quasi † possessione non videtur posse dubitari, cum de ea deponant etiam testes examinati pro parte Episcopi contra quē propterea multo magis probant Abb. in cap. præsentiū num. 6. de testib. Gabr. de testib. conclus. 1. num. 14.

Non obstat, quod agatur contra Episcopum qui
5 habet intentionem fundatam in † iure conferen. omnia beneficia suæ Diœces. cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. Felin. in cap. cum venerabilis numer. 32. de except.

except Rot. diuers. decis. 416. num. 1 par. 2. in recent. Quia cum agatur in summarijssimo retinendæ, &
6 † testes deponant de longæua possessione ea suffragatur & si sit contra Ius *iuxt. not. per Abb. in cap. cum venissent num. 8. de instit. & Franc. in c. cum persona, §. fin. de priuileg in 6. Rot. decis. 595. num. 4. par. 1. diuers. & decis. 685. num. 3. par. 1. in recent. & coram fe. rec. Gregor. XV. decis. 370. vbi adden. sub numer. 10. vers. quando possessio temporis considerabilis.*

Deinde cessare videtur etiam assistentia iuris
7 Episcopi ex statuto libri † nuncupati regula Alba in quo apparet diuisa Iurisdictio per districtus & in suis districtibus assignata Archidiaconis vt in Sum. num. 4. *Rot. diuers. decis. 121. num. 1. & seq. par. 1. in recent.* Iste enim liber potest etiam huic parti inser-
8 uire pro titulo suæ † possessionis adeout eo facilius sit conceden. manutentio *cap. licet causam vbi Felin. num. 9. de probat. Verall decis. 336. par. 2. & fuit consideratum in d. decisione* in hac causa facta licet
9 ad effectum † manutentionis iste titulus non requiratur *Bart in l. quod meo num. 1. ff. de acquir. poss. Rota decis. 275. num. 5. par. 1. in recent. & decis. 559. num. 11. par. 2.*

Non obstat, quod prædicta possint procedere quoad beneficia simplicia, non autem quoad Curata, quia testes deponunt etiam de quasi possessione circa beneficia Curata, & dantur Collatores etiam de illis & ideo fuit resolutum manutentionem esse dan-
10 dam etiam † quoad Curata seruata tamen forma Sac. Concil. Trident. præuio scilicet concursu per Episcopum facto, quando Concilium non tollit Ius competens inferioribus Collatoribus, dummodo fiat concursus iuxta declarationem Sac. Congregationis de qua per *Garz. de benef. par. 9. c. 2. §. 1. num. 121. vsque ad 126. Gonzal super. reg. 8. in §. 3. per empt. num. 16. & 17.* Et ita in decisum &c.

REVERENDISS. MANZANEDO.

Patriarcha Hierosolymitano.

Ariminen. legatorum.

Mercurij 17. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Contumacia stante in non parendo mandatis Rotalibus procedendum est ad aggrauatoriam, quod maximè procedit stante nimia proteruia ne ex proprio delicto glorietur, & quibus seruatis detur d. aggrauatoria &c.

SVMMARIVM.

1 *Mandatis Rotalibus, quando quis parere recusat procedendum est contra cum ad aggrauatoriam.*
2 *ad Aggrauatoriã antequam procedatur debet prius seruari quatuor termini, ad videndum se aggrauari, qui singuli ad p. d. seruantur, cum interuallo decem dierum inter vnum, & alium.*
3 *in non Parendo quando adest nimia contumacia omnino procedi debet ad aggrauatoriam.*
4 *de Contumacia nimis proterua, ne quis glorietur occurrendum est.*

¶ In eadem causa adsunt plures decisiones, quæ allegantur supra in decisione 318. quæ est pariter in eadem causa.

DECISIO DCCXXXII.

POSTQVAM re maturè discussa vigore sententiæ Rotalis per me in hac causa latæ fuerunt relaxatæ exequutoriales, & in partibus fratribus de Ricciardellis intimatæ, & in Rota reproductæ fuerint, quam seruari quatuor termini de stylo seruari soliti ad docendum de paritione, fuit tandem sententia declaratoria ipsis intimata, & publicata de mense Aprilis præteriti, & in actis reproducta, sed cum dd. fratres de Ricciardellis per spatium nouem mensium, & vltra in excommunicatione & censuris persistant. Dubitaui An contra dd. fratres esset dedanda aggrauatoria, & DD. affirmatiue responderunt. Constat enim ex datis in Summario D. Eleonoræ declaratoriam fuisse affixam, & publicatam in locis solitis, dictosque fratres à die publicationis fuisse non solum per decem dies, sed per nouẽ men-
1 ses expectatos, & quod † non curant mandatis Rotalibus parere ideo est procedendum contra illos ad dictã aggrauatoriam, iuxta praxim, & stylum in huiusmodi casibus solitum seruari, de quo testantur *Vestr. in praxi lib. 8. cap. vltim. num. 16. vers. quod si sic moniti, & num. 19. Marches de comm. par. 1. fol. 215. num. 212. & seqq. & fuit dictum in Vallisoletana pensionis 29. Nouembris 1624. coram D. meo Merlino relata in Legionen. Canonicatuum 14. Maij 1625. coram me*, quod tamen est ita intelligen vt dicitur præallegata legionen. dummo-
2 do † prius seruentur quatuor termini ad videndum ad fratres aggrauari, qui singuli ad primam diem inseruantur cum interuallo tamen decem dierum inter vnum, & alium à singulorum publicatione vt habetur in formulario Rotali num. 5. & 8. & notat *Vestr.* vbi supra dicto num. 19. & tanto magis est ad supradicta contra dd fratres procedendum, cũ sint elapsi menses nouem post intimatam illis declara-
3 toriam. Vnde stante † nimia eorum pertinacia in non parendo debet omnino procedi ad vlteriora ne
4 † valeant de tàm proterua contumacia gloriari iux. notata per *Soccin. in cap. perpendimus nu. 148. vers. quæro trigesimo & seq. de sent. excom & fuit dictum in dicta legionen. Canonicatuum coram me*, vbi aliæ decisiones allegantur.

Et ita resolutum &c.

REVERENDISS. MERLINO

Castren. Pecuniaria.

Mercur. 21. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Appellatio, quando dicatur deserta, ita vt aliquo velamine excusari nequeat, quin sententia transitum non fecerit in rem iudicatam. Diligentia, quando sufficiat ostendendo præsentatam, ad hoc vt sententia non transeat in rem iudicatam, & quando ea nihil operetur ad prædictum effectum.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi interpositæ censetur renunciatum, quando ea deserta remansit.*

2 Sen-

2 *Sententiæ iustitia ostenditur ex decisionibus in causa factis.*
3 *Sententiæ validitas deprehenditur ex solutione actorum.*
4 *Causa, quando fuit commissa sententia non transit in iudicatum, etiamsi non fuerint petiti Apostoli.*
5 *Id tamen verum intellige, quando constat causam intra legitimum tempus, & terminum Iuris fuisse commissam.*
6 *Appellatio, vt euitetur, sufficit, vt intra terminũ Iuris fuerit præsentata commissio à Domino Regenti.*
7 *Sed hoc intellige verum, quando fuerunt dati Apostoli reuerentiales secus verò, quando fuit datus terminus Iuris, quia tunc appellans omnino tenetur redire pro Apostolis.*

¶ In hac eadem causa habetur supra altera decisio in ordine 644.

DECISIO DCCXXXIII.

DOMINI responderunt constare de re iudicata ad fauorem Capitanei Pazzagliæ, quia post interpositam appellationem, & præfixum terminum Iuris nempè 30. dierum, Marcucius appellans intra dictum terminum non rediit pro Apostolis, neque causam committi curauit, & sic appellatio re-
1 mansit † deserta, & ei renunciatum fuisse præsumitur *Clement. quamuis de appellat. Franch. in c. personas sub num. 3. eodem tit. Cassador. decis. 4. eodem tit. Rota coram S. mem. Gregor. XV. decis. 583. num. 1. & ibi Addentes plures decisiones cumulant.* Et de iusti-
2 tia sententiæ non † fuit dubitatum ex deductis in alia decisione sub die 11. Martij 1626. coram me, Validitas verò ex reuolutione actorum satis depræ-
3 hendebatur iuxt. *decis. Caputaq. 260. quæst. 1. Rota decis. 589. num. 1. part. 1. diuers. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 429. num. 1.* Ac proinde fuit resolutum rem iudicatam esse exequendam *l. 1. C. de re iudic. l. 2. C. de execut. rei iudic. Rota decis. 144. num. 2. par. 2. diuers. & coram Card. Mantic. decis. 289. num. 6.*
4 Non obstat, quod dicatur † causam fuisse commissam R. P. D. bo. me. Buratto, & consequenter sententiam non transiuisse in iudicatum etiamsi nõ fuerint petiti apostoli quoniam fuit responsum non
5 † constare quod causa intra legitimum tempus, & terminum Iuris fuerit commissa, prout requiritur ad euitandam desertionem appellationis, & impediendum transitum in iudicatum *Caputaq. decis. 38. par. 1. & decis. 115. par. 2. cum alijs.*

Neque excusaretur Mercucius, etiamsi intra terminum obtinuisset præsentatam à Domino Regen-
6 te, † quia illa suffragaretur quando fuissent dati reuerentiales, quo casu sufficit ostendere diligentiam,
7 ostendendo præsentatam, † secus quando datus fuit terminus iuris, quia tunc appellans omnino tenetur redire pro apostolis *Cassador. decis. 4. de appellation. & fuit dictũ in Perusina de Vbaldis 17. Iunii 1576. coram Card. Pamphilio, & aliæ decisiones allegantur per Addent. ad S. mem. Gregor. XV. d. decis. 573. sub num. 14. in fin.*

Et ita decisum vna tantum parte informante &c.

REVERENDISS. MERLINO.

Nepesina Tutelæ.

Lunæ 7. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Tutor non tenetur reddere rationem de his, quæ ad eius manus non peruenerunt, secus vero si probetur contrarium. Examen nouum testium non est indulgendum, quando adest suspicio subornationis testium, & quando dicatur adesse.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non tenetur reddere rationem de his, quæ ad eius manus non peruenerunt.*
2 *ad Tutoris manus an aliquid peruenerit, id probari potest per testes.*
3 *Testes admittere tertia vice super eadem materia non caret periculo subornationis.*
4 *Examen nouum non est concedendũ, quando adest suspicio subornationis testium.*
5 *Articuli, vt non dicantur noui, sufficit, vt idem in substantia articuletur quod antea fuit articulatum, quamuis in cortice verborum sit differentia.*
6 *Examen nouum testium solet denegari quando iam discussa fuerunt dicta aliorum testium.*
7 *Testium nouum examen ex stylo Rotæ solet admitti, quando dicta testium solemniter non fuerunt publicata.*
8 *Sed id intellige verũ quando summariũ solummodo fuit datum procuratori, ideoque secus est dicendũ, quando pars etiam vidit, & ex professo dicta testium fuerunt discussa.*
9 *Examen nouum testium est admittendum, quando cessat suspicio, & materia quæ articulatur est releuans, & est merè prophana.*
10 *Remissoria in prophanis datur sine fumo, data releuantia articulorum.*

¶ In hac eadem causa plures decisiones habentur, nempe decis. 53. 141. 211. 248. 380. 586. 616. 698.

DECISIO DCCXXXIV.

FRANCISCVS Lucretius decessit die 28. Iulij 1591. relicto Dominico filio, cuius tutelam, & curam gessit sola Emilia Mater vsque ad diem 20. Augusti, quo tempore fuerunt deputati Curatores Plodius, & Allæus, & eadem Aemilia, & cum postea dictus Plodius pulsaretur ad reddendam rationem administrationis *Rot. sub die 27. Iunii 1625. coram bon. me. D. Vbaldo*, distinguendo resoluit, ipsũ Plodium non teneri ad redditionem rationis pro
1 frumento † triturato in Area nuncupata del fiore, quia non constat, quod illud frumentum fuerit ei consignatum, cum prius fuerit traditum Aemiliæ; Quo autem ad frumentum trituratum in Area nuncupata, della Vigna, contrarium censuit Rota vi-
2 delicet † Plodium siuè eius hæredes teneri ad redditionem rationis, quia ex testibus tunc ponderatis apparet, hoc frumentum venisse ad manus eiusdem Plodij, & Aemiliæ, vt in decisione postrema b. m. D. Vbaldi.

Ve-

Verùm cum pro parte Dominici Lucretij exhiberentur Articuli, quibus nitebatur probare frumẽtum in vtraque Area trituratum perueniſſe ad manus Flodij, & aliorum; Dedi dubium, an dicti Articuli eſſent admittendi, & contra quos; Et Domini quoad Plodium negatiuè quo autem ad Aemiliã affirmatiuè reſponderunt; Nam quoad Flodium, iam quater fuerunt contra eum dati articuli, & examinati Teſtes, & enixè tentatum, vt probaretur frumentum etiam trituratum in Area floris, ad illius manus perueniſſe, & ipſorum Teſtium ſummariũ traditum fuit vtrique parti, & dicta Teſtium pluries etiam coram bo. me. Vbaldo, & R.P.D. meo Vero-
3 ſpio diſcuſſa fuerunt, † Vnde admittere quinta vice teſtes ſuper eadem materia, nõ careret periculo ſubornationis, præſertim cum Partes ſint inſtructæ ex diſcuſſionibus factis in Rota ſuper depoſitionibus Teſtium, & facili negocio poſſet ſuppleri, & prouideri, vt iuxta intentionem partium, & pro victoria cauſæ Teſtes deponerentur; Et propterea ſtante
4 † hac ſuſpicione non eſt concedendum nouum examen *cap. fraternitatis c. intimauit de Teſtibus authentica at. qui ſemel C. de probat. & in corpore vnde ſumitur §. quia vero auth. de teſtibus Farinacc. de teſtibus quæſt. 75. num. 68. & 69. cum ſeqq.* Rota *apud Card. Seraphinum deciſ. 688. num. 1. & ſeqq.*
5 Et in hac materia ſufficit quod idem † in ſubſtantia articuletur, licet in cortice, & ſtructura verborum ſit differentia *Bart. in auth. atqui ſemel num. 24. C. de probat. Benitend. deciſ. 3. ſub num. 1 Rota coram S. mem. Gregor. XV. deciſ. 497. num 3. & in Pampilonen. Iuris viſitandi 15. Martij 1624 coram me*, vbi alij referuntur, & in his terminis fuit denegatũ
6 nouum examen, eo quia † fuerant iam diſcuſſa dicta aliorum Teſtium, & in reſolutionibus detectę exceptiones, in *Albanen. confinitũ 22. Aprilis 1622. coram R.P.D. meo Pirouano.*

Nec applicatur ſtylus Rotæ admittendi nouum
7 examen, quando non fuerunt ſolemniter publicata dicta Teſtium, ſed ſolummodo Procuratori data copia, vel ſummarium, quia non eſt extendendus, quando pars etiam vidit, & ex profeſſo diſcuſſa
8 † fuerunt dicta Teſtium, & ſic vbi adeſt ſuſpicio, de qua per *gloſ. in dicto cap. fraternitatis, & per Card. Seraph. dicta deciſ. 688. num. 3. & S. me. Greg. d. deciſ. 497. num. 4.*

Quo autẽ ad Aemiliam, viſum fuit poſſe admitti
9 articulos, quia quoad eam ceſſat motiuum † ſuſpicionis, & materia, quæ articulatur eſt releuans, & eſt merè prophana; Vnde etiam ſine alio fumo ad-
10 mittuntur † articuli *l. Iudices C. de fid. Inſtrument. Rot. apud Mant. deciſ. 369. num. 1. & Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ. 124. num. 1.* & alias &c.

Et ita &c.

EMINENTISS. D. CARD. VBALDO.

Oueteñ. Iuriſdictionis.

Lunæ 25. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Ad Cenſurarum relaxationem, quibus concurrentibus, & ſeruatis ſit deueniendum. De contumacia, quæ eſt voluntaria inobedientia, qua quis monitionibus Iudicis parere recuſat, quando dicatur cõſtare. Iudice attentatè procedente, omnia ſunt reuocanda, & in priſtinum reducenda.

SVMMARIVM.

1 *Ad Cenſurarum relaxationem deueniendum eſt, quando quis eſt contumax in parendo.*
2 *Et quoque fuerunt ſeruati quatuor termini ſubſtantiales ſoliti ſeruare.*
3 *de Contumacia in non parendo eo ipſo dicitur conſtare, quando poſt intimationem perſonaliter factã obedire debenti, non docetur de paritione.*
4 *Non Paritio nihil aliud eſt, quàm voluntaria inobedientia, qua quis monitionibus Iudicis parere recuſat, & num. 3.*
Contumacia oritur ex non paritione, propter quã datur declaratoria.
5 *De Contumacia ſatis dicitur conſtare, quando non ſolùm non docetur de paritione, ſed quod peius expreſſa contrauentio, recurrendo ad Iudices laicos.*
6 *Attentata ſunt omnia, quæ geruntur à Iudice, poſtquam cauſa eſt commiſſa in Rota, & num. 7.*
8 *Mandatis Iudicis eſt parendum, & non de illis iudicare.*
9 *Iudex, quando nulliter, & attentate proceſſit, omnia ſunt reucoanda.*

¶ In eadem cauſa eſt ſupra in præcedenti Tomo deciſio 369.

DECISIO DCCXXXV.

PREVIIS deciſionibus in hac cauſa factis corã bon. mem. D. meo Vbaldo fuerunt expedita duo mandata de manutenendo ad fauorem Decani, & Archidiaconorum Eccleſiæ Oueteñ, quæ cum fuerint in partibus intimata Epiſcopo, & Vicario, ſeu Prouiſori, & non ſolùm illis fuit paritum, ſed in multis contrauentum, ideo fuit hodie dubitatum an ſit concedendum Interdictum contra D. Epiſcopum, & declaratoria contra eius Vicarium, ſeu Prouiſorem, & concedeñ excarceratio carceratorum, cum reſtitutione bonorum, & reuocatione attentatorum, & fuit in omnibus affirmatiuè reſolutum; Cum enim tam Epiſcopus, quàm Vicarius,
1 ſeu Prouiſor fuerint contumaces in † parendo, & ſeruati ſint quatuor termini ſubſtantiales ad docendum de paritione, & non fuerit paritum, nihil aliud
2 remanet facien. prout † relaxare cenſuras, *Caſſad. deciſ. 5. num. 7. de Conſtit. Mohed. deciſ. 1. de Sent. excom. Veſtr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 18. & ſeq. & dixit Rota in Cremonen. penſionis 28. Maij 1612. & in Brixien. Parochialis 10. Martij 1621. coram bon. mem. D. meo Vbaldo*, nec dubitari poteſt de cõtumacia vtriuſque Vicarij, ſeu Prouiſoris, & Epiſcopi, nam reſpectu Vicarij, ſeu Prouiſoris de ea eo ipſo dicitur conſtare, quod poſt intimationem
3 ſibi † perſonaliter factam non docet de paritione, *Rot. diuerſ. deciſ. 597. n. 5. par. 2. in recent.* quæ quidem non paritio nihil aliud eſt, quàm voluntaria
4 † inobedientia, quãdo quis monitionibus Iudicis parere recuſat, & ex iſta non paritione oritur contumacia propria, quando datur declaratoria, *l. contumacia, verſ. contumaces non videntur ff. de re iudic. Soccin. in cap. nulli, num. 7. de ſent. excom. cum alijs per Rotam in d. deciſ. 595. num. 5. in fin. & in Aſtoricen. præſtimoniorum 13. Iunii 1622. coram bon. mem.*

mem. D. meo Vbaldo. Quo verò ad Episcopum non
5 solùm † constat de contumacia, quia non docuit de paritione intra terminos assignatos, sed etiam quia ex actibus positiuis per ipsum factis, constat de inobedientia, & contrauentione mandatorum, dum ad impediendam illorum executionem, habuit recursum ad Iudices laicos, retinuit penes se dicta mandata, illaq. restituere recusauit, & quod peius est eludendo Rotam, & partes, dum mandatis debebatur parere, cœpit, super illis cognoscere faciendo
6 se Iudicem esse sub prætextu, † quod fuerit electus executor, & proinde inhibuit Decanum, & Archidiaconos deueniendo postea ad declaratoriam contra vnam ex dd. Archidiaconis, nec non ad executionem realem, & personalem ob contrauentionem dictæ Inhibitionis, & faciendo illum carcerare, & idem fecit contra quosdam clericos, quibus fuerant collata quædam beneficia per Archidiaconos, Idq.
7 non obstan. quod fuit oppositum de defectu Iurisdictionis, de pendentia litis in Rota, & quod Episco-
8 pus debeatur dictis mandatis parere † non autem de illis iudicare, vnde istis sic stantibus non solùm est conceden. interdictum contra Episcopũ propter illius non paritionem, & contrauentionem expres-
9 sas, sed etiam omnia prædicta † per ipsum facta tanquam nulla, & attentata sunt reuocan. *Rot. dec. 329. num. 2. in fin. par. 1. in recent. S. mem. Greg. XV. decis. 486. num.* 17. & sic conceden. prout in dubio excarceratio carceratorum, cum restitutione bonorũ, & reuocatione attentatorum.
Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISS. PIROVANO

Sancti Seuerini Fructuum dotis.

Mercurij 20. Februarij 1630.

ARGVMENTVM.

Fructus dotis mulieri transeunti ad secunda vota, debentur ab hæredibus mariti, quod multò magis procedit, quando super restitutione motum est iudiciũ, & illi possunt peti etiam à secundo viro, & debentur ad rationem quinque pro centenario, vbi non adest particulare statutum super hac taxatione.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis debentur mulieri transeunti ad secunda vota, quando dos ei ab hæredibus primi viri non fuit restituta.*
2 *Hæredes mariti sine dubio tenentur ad fructus dotis, postquam mulier mouit iudicium contra eos super restitutione.*
3 *Vir secundus potest petere fructus dotis ab hæredibus primi viri, quando ipsi sunt in mora soluendi, vel per interpellationem, vel per lapsum diei ab eis promissi.*
4 *Dotis fructus debentur ad rationem quinque pro centenario, vbi non adest Statutum particulare, vel consuetudo super hoc specialis.*

¶ In hac causa sunt supra plures decisiones, & præsens decis. 14. 56. 159. 207. &c.

DECISIO DCCXXXVI.

RELAXATIS iam mandatis contra hæredes Mauritij primi viri D. Sulpitiæ, & satisfacta de sua dote florenorum 5555. supererat quæstio de interusurijs dotis in tempore per dictos hæredes nõ solutæ, de quibus cum hodie quæreretur, an scilicet deberentur, & ad quam rationem itaut mandatũ esset relaxandum, responsum fuit deberi à die restitutæ hæreditatis primi viri, & ad rationem quinque pro centenario.

Fundamentum primæ resolutionis fuit, quia Mauritius, & Franciscus illius pater promiserunt Sulpitiæ in casu restitutionis dotis morte, vel diuortio infra sex menses, iuxta formam Statutorum S. Seuerini dotem restituere, qui dies obitus Mauritij cum contigerit de anno 1610. & in eius testamento eamdem vxorem suam vsufructuariam reliquerit, donec vitam vidualem seruaret, & per biennium post alias nuptias secutas voluerit etiam durare vsumfructum; Secundæ verò nuptiæ Sulpitiæ cum Colunnello Margarutio sequutæ fuerint de anno 1612. cum dote ab hærede primi viri recuperanda, & in iudicio per hæredem moto de anno 1614. contra Sulpitiam hæredem super restitutione bonorum hæreditariorum ipsi coniuges exceperunt de dote restituenda, & interpellauerint hæredem inde duplex desumitur interpellatio, nempè ex promissione primi viri de restituendo dotem infra sex mẽses soluto matrimonio per mortem, & de dote restituenda contra hæredem in iudicio moto super restitutione bonorum hæreditariorum.

Quod prima interpellatio ex tempore sex men-
1 sium sufficiat † dummodo maritus onera matrimonij substineat, tenuerunt *Bart. in cons. 128. num. 3. lib. 1. Seraph. decis. 1423. num. 2. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 45. num. 49. & 50. Gratian. discept. 143. n. 23.*

Secunda verò interpellatio magis vrget contra hæredem, quia contigit de tempore moti iudicij, &
2 de ea non potest dubitari, † quia sufficiat ad illum obligandum pro fructibus dotis non solutæ, *Grat. cons. 56. num. 2. vol. 1. Lup. de vsur. comment. 1. §. 4. num. 90. Plot. de in lit. iurand. §. 11. num. 26. & secundum nouam impress. nu. 455. Surd. de alim. tit. 1. d. quæst. 45. num. 49.* asserentes secundum virum pos-
3 se † petere fructus dotis ab hæredibus primi viri, quando illi sunt in mora soluendi, vel per interpellationem, vel per lapsum diei ab eis promissi.

Secundæ verò partis fundamentum fuit, quod de-
4 beantur ad rationem quinque † pro cẽtenario, quia vbi non adest Statutum particulare, vel consuetudo taxantur tantummodo in rationem quinque, sequendo *glos. in auth. perpetua, C. de sacr. sanct. Eccles.* quam Rota possim admittit, *vt in causa Romana fructuum dotis 28 Iunij 1621. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo Bononien. de Guidalottis 24. Maij 1619. coram bon. mem. Cardin. Caualer. Ariminen. legator. 29. Ianuarij 1619. coram D. meo Durano Bononien. fructuum dotis 25. Martij 1629 coram D. meo Ghisilerio.* Et ita, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Domus de Nocchiellis.

Lunæ 4. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

In emphyteusi Ecclesiastica, licèt non succedant fœminæ, & in prædicta concessione masculinum non concipiat fœmininum, tamen non procedit prædicta con-

cta conclusio, quando ea à principio fuit concessa fœminæ pro se, filijs, & nepotibus, quia tunc veniunt etiam fœminæ, & quare, & vide hic alias distinctiones.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis, quando fuit concessa fœminæ, etiamsi simus in emphyteusi Ecclesiastica veniunt fœminæ descendentes.*

2 *Sexum proprium nemo præsumitur odio habere.*

3 *Emphyteusis simpliciter concessa pro filijs, & nepotibus, non extenditur ad fœminas.*

4 *Sed hoc non procedit, quando versamur in materia indifferenti, & in contractu bonæ fidei, nempè locationis.*

5 *Contractus in dubio ille censetur, qualis à contrahentibus nominatur.*

6 *Emphyteusis contractus est stricti iuris, in quo non receditur à verbis.*

7 *In emphyteotico contractu omissum habetur pro omisso, nec de expresso ad omissum fit extensio, n. 6. In Emphyteusi Ecclesiastica masculinum non concipit fœmininum, ne fiat praiudicium Ecclesiæ.*

8 *Limita tamen, quando ab initio emphyteusis fuit concessa fœminæ pro se, & filijs, & nepotibus.*

9 *A Tituli primordio posterior formatur euentus.*

10 *Fœminæ per quæ verba non excludantur ab emphyteusi.*

11 *Filia primi acquirentis emphyteusim non dicitur esse de descendentibus ex linea masculini, sed initium, & caput lineæ fœmininæ, & vide n. 11. & 12*

13 *Neptis ex filio non dicitur descendere ex linea fœminina, sed masculina.*

14 *In emphyteusis concessione, si adsit clausula, pro masculis tantùm facit, vt concessio restringatur ad masculos tantùm, ita vt deficientibus masculis bona deuoluantur ad Dominum directū, & n. 15.*

16 *Emphyteusis, quod sit concessa pro se, filijs, & nepotibus masculis.*

17 *Et si sit concessa pro se, & suis filijs, & nepotibus quibuscumque per directam lineam descendentiū, & masculorum tantùm.*

18 *Verba à quo reguntur, spectandum est.*

19 *Verba in contractibus non est dicendum, vt stent superfluè.*

20 *In contractibus nō qualitas, sed origo spectanda est.*

¶ In eadem causa est supra decisio 420. in præcedenti Tomo.

DECISIO DCCXXXVII.

PER obitum Rocchi sine filijs masculis, relictis tamen filiabus Anna, & sororibus de Nocchiellis venerabilis Archiconfraternitas Confalonis de Vrbe censebat esse locum deuolutioni domus locatæ à Custodibus eiusdem Archiconfraternitatis, Magdalenæ recipienti, & stipulanti pro se, filijs, & nepotibus legitimis, & naturalibus quibuscumque per directam lineam descendentibus, quamuis extent istæ sorores neptes ex Roccho filio, Domini tamen censuerunt non constare de deuolutione, siquidem concessio cantat ad fauorem Magdalenæ, & suorum filiorum, & nepotum; vnde per existentiam supradictarum neptum sequitur, quod duret concessio, apparet enim hanc emphyteusim fuisse

1 concessam feminæ, quo casu etiam † quod versemur
in emphyteusi ecclesiastica, veniunt feminæ descen-
dentes, quia femina conducens emphyteusim pro
se, & filijs, censetur quoque pro feminis conduxis-
2 se, ex quo non est credendum, † quod ipsa propriū
sexum odio habuerit, *Soccin. in l. gallus, §. nunc de lege, sub num. 5. ff. de liber. & posthum. vbi Aret. Bald. in l. quoties, C. de fideicom. Gozzad. cons. 71. & 79. in fin. Gabr. tit. de verb. signif. concl. 6. n. 98. Bero. cons. 120. num. 6. vol. 2 Cæphal. cons. 185. n. 26 vol. 2. Caldas. de iur. emphit. lib. 3. cap. 15. num. 23. circa finem*, Rubeus *cons. 22. num.* 11. & licèt vera
3 sit conclusio, quod quando emphyteusis † simpli-
citer conceditur pro filijs, & nepotibus, talis concessio non comprehendit fæminas, *Rustic. in l. cum auus, lib. 6. cap. 8. num. 9. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 14. num. 1. & seqq. Seraph. decis. 604. & 1487. Rot. decis. 125. num. 1. & seqq. par. 2. diuers.* in terminis huius Archiconfraternitatis Confalonis, ea tamen
4 non procedit in casu de quo agitur, quia † versamur
in materia indifferenti, & cōtractu bonæ fidei nempè locationis, cum contrahentes locationem nomi-
5 nauerint, & † in dubio contractus ille censetur qua-
lis à contrahentibus nominatur, *Bart. in l. cotem, §. qui mancinos, ff. de publican. & ibi Castrens. Rip. in l. 2. in princ. col. penult. num. 31. ff. si cert. pet. cum alijs per Tiraquel. de retract. lignag. §. 30 glos. 1 num. 7. Crauett cons. 20. num. 1. & seqq. Surd. decis. 326. num. 8.* Rot. *decis. 672. num. 2. par. 2. rec.* non
6 autem in contractu † stricti iuris, qualis est emphi-
teusis, in quo non receditur à verbis, & quicquid est omissum habetur pro omisso, nec de expresso ad omissum fit extensio, *l. quidquid adstringendæ, vbi Doct. ff. de verbor. obligat.* in quibus terminis procedit *d. decis. 125. par. 2. diuers.* ibi enim agebatur de
7 emphiteusi ecclesiastica, in † qua masculinum non
concipit fæmininum, ne fiat præiudicium Ecclesiæ, *Bald. in l. 2. num. 7. post princ. C. de iur. emphit.* vlterius dicta conclusio limitatur, quando ab initio
8 emphitensis † fuit concessa fæminæ pro se, & filijs,
9 & nepotibus, quia à primordio tituli † posterior fir-
matur euentus; vndè cum primò fuerit hæc domus locata Magdalenæ, fæminas comprehendere necessariò sequitur ex supra deductis.

Non obstat, quod postea in eodem Instrumento, verba illa nepotibus quibuscumque per directam lineam descendentibus videantur restricta ad filios, & nepotes quoscumque masculos tantùm, ibi ad vitam ipsius D. Magdalenæ, & suorum filiorum, & nepotum legitimorum, & naturalium per directam
10 lineam descendentium masculorum tantùm, † quia
hæc verba non excludunt neptes natas ex Roccho filio masculo dictæ Magdalenæ, vt potè descendentes per directam lineam masculorum, *Peregrin. de fideicom. art. 26 num. 23. & seqq. Alex. cons. 43. n. 6. lib. 3.* quod est repetitum *cons.* 53. *lib. 6.* vbi distinguit, quod aut agitur de filia primi acquirentis, quæ
11 dicitur † esse de descendentibus per lineam mascu-
linam, sed initium, & caput lineæ fæmininæ, aut agitur de nepte ex filio primi acquirentis, & hæc dicitur de descendentibus per lineam masculinam, cum descendat ex filio masculo, qui est caput lineæ masculinæ; ideo istis sororibus descendentibus ex
12 Roccho filio Magdalenæ conuenit dicta † distinctio
commnniter approbata *ex plurib. relatis à Peregr. vbi supra, num. 29.* quibus existentibus ex masculo primi

13 primi † acquirentis, non est finita linea masculina, neque factus locus deuolutioni, *Bero cons. 77. n. 19. lib. 2. Cephal. cons. 413. num. 10. Menoch. cons. 379. num. 6. vol. 4. Iob. Non. cons. 1. num. 4. Gabr. cons. 90. num. 33. vol. 1.*

Nec Dominis visum fuit obstare clausulam illam
14 pro masculis † tantùm ad hoc vt restringat concessionem, itavt fœminæ sint penitus exclusæ, & pro-
15 pter mortem masculorum bona sint † deuoluta ad Ecclesiam ob lineam finitam, *vt firmauit Rota in Cesenaten. bonorum 1. Decembris 1586. coram bon. mem. Card. Pamph. & in Veneta donationis 14. Nouẽbris 1616. & Rom. fideicom. 6. Nouemb. 1617. coram bon. mem Burratto, & in Rauennaten. emphiteusis 22. Maij 1620. coram Rauerendiss. D. meo Decano*, quia dictæ decisiones loquuntur de conces-
16 sione facta † pro se, filijs, & nepotibus masculis, quæ concessio valdè differt à præsenti locatione, in qua non legitur verbum (*masculis*,) sed prima formula stipulationis fuit concepta pro se, & suis filijs,
17 † & nepotibus legitimis, & naturalibus quibuscũque per directam lineam descendentium masculorũ tantùm, tamen non releuant, quia verificantur in descendentibus ex masculo descendente à Magda-
18 lena, cum † verbum, *descendentium masculorum*, regatur à verbo, *lineam*, immediatè præcedenti, non autem refertur ad verba illa *filiorum*, *& nepotum*, aliâs illud verbum, *tantum* esset superfluum,
19 quia satis esset, † quod fuisset dictum, *descendentium masculorum*, non tamen stat superfluè, sed coarctat, & limitat concessionem locationis ad descendentes ex masculis, & per directam lineam ad exclusionem descendentium ex fœminis, & nepotum ex fratribus, & sic declarat locationem esse factam ad vitam nepotum, qui descendunt per di-
20 rectam lineam † masculinam tantùm, in quibus nõ qualitas masculina, sed origo requiritur.

Quare cum Annas, & sorores neptes Magdalenæ ex filio masculo descendant per lineam masculinam ipsis tantùm informantibus ad eorum fauorem fuit resolutum, &c.

EMINENTISS. D. CARD. VEROSPIO

Romana Fideicommissi de Longhis.

Lunæ 27. Maij 1634.

ARGVMENTVM.

Resoluitur in præsenti decisione, quando hæres possit cogi ad faciendum inuestimentum, iuxta testatoris præceptum, & quando debeat esse non tantùm temporale, sed perpetuum, veluti si causa propter quam illud fuit ordinatum, sit perpetua.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones illæ quolibet anno, & aliquo tempore, quid significent.*
2 *Verbum perueniret, est temporis imperfecti.*
3 *Verbum perueniret in materno sermone, quid significet, & importet.*
4 *Voluntas certa, ac deliberata, ex quo non appareat, sed potius quædam propensio, ac quoddam quasi principium voluntatis.*
5 *In interpretationibus dubijs semper potest recurri ad arbitrium boni viri.*
6 *De voluntate testatoris, quando constat, ea attendenda est.*
7 *Testator, si ordinauerit facere inuestimentum, dum inuestimenti causa est perpetua, ita etiam perpetuum debet esse inuestimentum.*
8 *Interpretatio voluntatis testatoris, quæ inducit æqualitatem inter filios sequenda est.*
9 *Repetitio qualitatum, & conditionum cessat de vno relicto ad aliud, quando ex aliqua circumstantia apparet de causa non repetendi.*

¶ In eadem causa est supra in præcedenti Tomo decis. 31.

DECISIO DCCXXXVIII.

CONFIRMARVNT Domini in dubio, quod hodie proposui decisionem factam in hac causa coram Eminentiss. Cardinali Pamphilio sub die 28. Maij anni 1618. cum ex his, quæ proponebantur pro parte hæredum Decij, ad quorum instantiã propositum fuit hoc dubium, non visæ fuerint tolli rationes, quibus eadem decisio nitebatur. Dubitatum enim fuit. An ex testamento Martini Longhi inductum fuisset onus fideicommissi reciproci tàm inter Honorium, Decium, & Antonium eiusdem Martini filios, & hæredes, quàm inter eorum descendentes, & firmata fuit non solùm existentia eiusdem fideicommissi, sed quia effectus eius dubij erat. An Martinus Iunior filius Honorij posset ex propria persona agere ad inuestimentum scutorum quinquaginta, quo grauata fuit portio Decij, resolutum fuit in eadem decisione, quod posset à Martino vigore eius fideicommissi peti dictum inuestimentum, dubitatum præterea fuit pro quo tempore intelligi deberet grauata portio Decij, an durante illius vita, an vero pro eo solo tempore, quo alij eius fratres viuere debebant simul in communione, & administrationem onorum hæreditatis retinere debebat eorum mater, cuius arbitrio fieri debebat idem inuestimentum; & in hac etiam parte emanauit decisio contra Decium, quam illius hæredes potissimum impugnabant, & Domini hodie confirmãdam esse censuerunt; Et visum fuit ostendi id ex verbis testamenti ipsius Martini, in quibus grauabatur portio Decii; cum enim in iis diceretur, quod ex tertia parte hæreditatis, quæ ad eum perueniret cõuerti deberent quolibet anno scuta quinquaginta in emptionem alicuius rei fructiferæ, vt ex tali summa simul cum fructibus ex ea prouenientibus augeretur prætium suæ hæreditatis, & in casu, quo Decius se opponeret aliquo tempore eidẽ inuestimento posset opportunis iuris remediis ad illud cogi à fratribus, non poterant ea verba hanc restrictionem pati, vt essent intelligenda, quod idem inuestimentum finiri deberet cum administratione matris, aut quod pro solo eo tempore censeretur data actio fratribus Decij, vt eum cogere possent ad dictum inuestimentum, cum contrarium significarent dictiones
1 illæ, qnolibet anno, & aliquo tempore, † quibus sine aliqua præfinitione temporis, vel grauabatur Decius, vel illi prohibebatur, ne dicto inuestimento se opponeret, *argum. text. in l. si in singulos angulos annos, ff. ann. leg. & in l. firmio 26. § vlt. in fine, ff. quand. dies leg. ced. & not. ibi glos. in verbo deficiente, Bart. in l. cum Titio 55. num. 3. ff. ad l. falcid. prob. text.* sumpto argumento à contrario sensu *in l. si cũ præfinitione, ff. quand. dies legat. cedat. vt declarat ibi Bart. & in d. l. si in singulos, ff. de ann. legat. Sim. de Præt.*

de Prat de interp.vlt.vol.lib.4.interp.1.dub.9.n.59.
& facit regula adducta per eumdem *Bart. in l. si iu-*
ris peritos sub num.2. ff. de excusat. quem refert Ias.
in l. sufficit, ff. de cond. indeb. Alex. cons. 213. n.6. vol.6

Neque contrarium visum fuit significare posse id
arbitrium, quod fuit concessum matri Decii super
electione dicti inuestimenti, siue etiam alia verba
testamenti in quibus dicebantur, vt id inuestimen-
tum fieri deberet de ea parte hæreditatis, quæ ad
Decium perueniret, cum ex vtraque hac qualitate,
quæ fuit expressa in testamento, videretur semper
spectatum fuisse idem tempus, quo administratio
hæreditatis futura esset apud matrem ipsius Decii,
Et quidem considerabatur ab illius hæredibus ver-
bum illud perueniret, quia cum concessa illi fuisset
à Testatore administratio suæ hæreditatis, quousque
Antonius communis filius, & vnus ex hæredibus
institutis attigisset vigesimum quintum annum suæ
ætatis, & pro eo tempore concessisset idem Testa-
tor Elisabettæ suæ vxori, ac matri Decij integrum
vsumfructum bonorum eiusdem suæ hæreditatis,
2 dicebatur ex vi illius verbi † perueniret, quod erat
temporis imperfecti significatum fuisse in Decio
etiam imperfectionem respectu actus acquisitionis,
iuxta not. per glos. in l. si in vendentis iu fin. C. de
contrahend. emp. quam secutus fuit ibi, *Bald. sub*
num.2. Salic. sub num.11. Verum non visum fuit ex
hoc probari, quod talis esset volũtas testatoris gra-
uandi Decium pro eo solo tempore, quo ipse habe-
re debebat solam proprietatem dictæ hæreditatis,
quia verbum illud perueniret, quod materno ser-
mone expressum à testatore, dicebat, *che peruereb-*
3 *be*; considerari debebat tanquam probatum de tem-
pore, quo ipse testator adhuc viuens, atque inde
Dominus suorum bonorum transferebat executio-
nem suæ voluntatis in id tempus, quo sibi iam de-
functo succedere debebat, tam ipse Decius, quam
alij eius fratres, quos ille hæredes instituerat; Vn-
de ratio ob quam dicebatur ex qualitate eius verbi
significatum fuisse tempus, in quo portio Decij nõ
transisset in liberum illius dominium tollebatur ex
altera hac ratione ob quam apparebat, quare ita
conceptum fuisset id verbum, *arg. text. in l. 4. ff. de*
adim. leg. & in l. 3. §. bonorum possessio, ff. de bon. poss.
& ob hanc ponderationem tradit *Bald. in d. l. in vẽ-*
dentis, C. de contrab. empt. hæc aut similia verba, ex
quibus non videatur significari posse voluntas deli-
berata, ac certa, sed potius quædam propensio, ac
4 quoddam quasi † principium voluntatis hanc im-
perfectionem designare solùm in contractibus, non
autem in vltimis voluntatibus, *& probat text. in l.*
Pamphilio, §. propositam, ff. de legat.3. vbi id notat
Bart. & in l. serui electione 5. ff. de leg.1. sub num.4.
quem sequitur ibi Castr. sub num.3. & in cons. 137.
num.1. in fin. par.2. Soccin. Iun. cons. 179. num.5.
lib.2. Nat. cons. 250. num.5. lib.2.

Non etiam visum fuit significari posse ex arbitrio
quod habere debebat Mater ipsius Decij super ele-
ctione dicti Inuestimenti, quia hæc cura, quæ illi
commissa fuit non respiciebat substantiam obliga-
tionis, quæ futura erat ipsius Decij, sed solum mo-
dum qui potuisset etiam ab alijs adimpleri, adeout
nolente illius Matre declarare genus inuestimenti,
5 siue etiam ea defuncta † recurri deberet ad arbitriũ
boni viri, qui semper potuisset facere eandem de-
clarationem, vt notatur in *l. si quis arbitratu, ff. de*
verb. oblig. & tradunt ibi Doctores, Bartol. sub n.3.
& 5. Castr. sub num.6. Imol num.3. Ias. num.16. in
fin. & tradit glos. sæpius relata in l. si in vendentis,
C. de contrab. empt. & in l. in persona in verb. gene-
raliter, ff. de reg. Iuris, & fuit dictum in *Fauentina*
Pecuniaria 4. Maij 1622. coram Reuerendiss. Dom.
meo Decano, & in Vrbeuetana rescissionis contra-
ctus 24. Ianuarij 1633. coram R.P.D. *meo Merlino.*
Et quod testator noluerit propter hoc arbitrium
concessum vxori restringere, tempus huius inuesti-
menti ad administrationem illi relictam suaderi po-
terat ex potestate data fratribus Decij, eum com-
6 pellendi ad idem inuestimentum in casu † quo ille
recusaret, cum pro tempore quo durante admini-
stratione Matris fuissent in eiusdem potestate pe-
cuniæ hæreditariæ, ex quibus dictum inuestimentũ
fieri debebat, potuisset illa adimplere hanc volun-
tatem testatoris, neque opus fuisset, vt Decius ad
id cogeretur à suis fratribus.

Confirmari hæc poterant ex ratione, ob quam
Testator dixit se motum fuisse ad grauandam eam
portionem Decij, quæ duplex erat; Et primo ap-
parebat consideratum ab illo, fuisse beneficium suæ
hæreditatis, vt scilicet ex fructibus, qui percipi de-
bebant ex eodem inuestimento augeretur fideicõ-
missum ad fauorem suorum descendentium, & in
eorum defectum ad fauorem Monasterij quod erigi
debebat in oppido Vigium Diœcesis Mediolanen-
sis, ex quo testator erat oriundus. Vnde sicut per-
7 petua erat hæc causa, † ita etiam perpetuum esse
debebat inuestimentum, quod eidem causæ deser-
uire debebat ex notatis per Doctores *in l. si qui hæ-*
redem, C. de instit. & subst. & per Ias. ibi num.14.
in 4. limit. Dec. num.3. per text. in l. si quis ita lega-
uerit, ff. de cond. & demostr. Bald. in l. humanita-
tis, num.30. C. de impub. & alijs substit. & tradit
Gabr. de fideicom. concl. 8. n.10. Molin. de primogen.
lib.1. cap.6. num.19.

Alteram rationem considerauit Testator respe-
ctu personæ ipsius Decij, quia cum ille possideret
aliqua beneficia Ecclesiastica, ideo dixit se grauasse
eius portionem eo onere, quia scilicet commode
viuere poterat ex redditibus eorundem beneficio-
rum, & hæc quoque causa accipienda erat tanquam
perpetua, sicut perpetuum erat commodum, quod
Decius percipere debebat ex eisdem redditibus,
immo hæc coniectura tanquam inducens æqualita-
8 tem inter filios plurimum conferre videbatur † ad
declarationem paternæ voluntatis, itaut tam diù ea-
dem coniectura durare deberet quamdiù vigebat ra-
tio eius qualitatis *arg. tex. in l. vt liberis, C. de*
collat. & in l. cum pater, §. pater pluribus, num.3.
& in l. pater filiam, num.2. ff. de collat. Dot. Bald.
cons. 156. num.1. vol.2. Dec. consil. 59. num.3. & con-
sil. 122. num.3. in fin. Card. Mant. de coniect. vlt. vo-
lunt. lib.6. tit.2. num.5.

Ex declaratione harum causarũ cessare visæ fue-
runt coniecturæ, quæ in contrarium afferebantur ab
hæredibus Decij, & illa præcipuè, in qua diceba-
tur, quod ea summa scutorum quinquaginta quæ in-
uestiri debebat ex illius portione intelligi deberet
correspectiua ad similem quantitatem, quam vo-
luit testator solui debere ab vxore in impensas ve-
stium aliorum filiorum pro tempore, quo illa reti-
nere debebat eorũ administrationem; Quia ex cau-
sæ non poterant restringi ab hanc dispositionem

tam si consideretur fauor ipsius hæreditatis, cuius beneficio cedere debebat id inuestimentum quod faciendam erat à Decio pro quo considerari poterat etiam breuitas, temporis quo à Matre Decij retineri debebat ea administratio, nempe quousque Antonius eius frater perueniret ad annum vigesimum quintum suæ ætatis; qui tempore conditi testamenti dicitur fuisse annorum decem, & septem, quam si consideretur causa propter quam grauatus fuit Decius hoc onere, nempe ratione fructuum, quos ille percipiebat ex redditibus suorum beneficiorum. Quamquam eam causam impensatum quæ facienda erat à matre in vestibus aliorum duorum filiorum, & fratrum Decij apparebat expressam fuisse in oratione diuersa, & in capitulo omnino distincto ab eo, in quo legabatur impositum Decio hoc onus, † quod pariter impedimento esse videbatur ad effectum, vt dici non possit quod facta fuerit repetitio eiusdem temporis Iuxt. regulam propositam per gloss. in l. in repetendis ff. de leg. 3. cū notatis ibi per Bart. & in l. seia §. Caio ff. de fund. instrut. & instrum. legat. Peregr. de fideicomm. art. 16. num. 34. Et ita vtraque &c.

R. P. D. QVEIPO.

Legionen. Puritatis Sanguinis.

Lunæ 26. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Sanguinis puritas quando, & ex quibus probationibus bene remaneat iustificata, & penitus conquassata, & destructa contraria probatione.

SVMMARIVM.

1 *de Puritate sanguinis dicitur constare, si non doceatur de illius impuritate.*
2 *Puritati sanguinis, & ascendentiæ ius assistit, & ideo si quis contrarium asserat, grauatur onere probandi. num. 3.*
4 *Iuris præsumptio pro liquidissima probatione habetur.*
5 *Testibus Sacerdotibus plenissima fides est adhibenda.*
6 *Testes vicini præsumuntur informati de qualitate rerum vicinarum.*
7 *Testibus plenior fides est adhibenda si sint ex primaria nobilitate loci &c.*
8 *Negatiuam, quando testes plene firment.*
9 *Puritas sanguinis probatur per testes deponentes de publica voce, & fama.*
10 *Fama inconcussa in antiquis plene probat, quando habet originem à personis fide dignis, & orta est ex iustis, & probabilibus causis.*
11 *Et ista doctrina maxime procedit in probatione nobilitatis, aut alterius qualitatis.*
12 *Et quando non discordat à præsenti statu, sed ei conuenit, prædicta doctrina non habet contradictorem.*
13 *Puritatis sanguinis probatio, quando facilius remaneat iustificata.*
14 *de Iure reali, quando agitur, veluti de puritate, & nobilitate sanguinis, tunc sententia lata inter duos facit ius, quo ad omnes.*
15 *Sanguinis iura, sunt realia, naturalia, & perpetua omnibus, quos tangit.*
16 *Sententia super puritate sanguinis ad fauorem vnius lata, omnibus prodest de eodem genere.*
17 *Puritas, & nobilitas sanguinis benè probatur quādo aliqui ex eodem genere, & origine habuerunt officia, ad quæ non nisi sanguine puri admittuntur.*
18 *Res inter alios acta, alijs præiudicare, vel nocere, vel prodesse non solet.*
19 *Sed ista regula non procedit in sententia in causa status, cum legitimo contradictore agitata.*
20 *Res iudicata magnam inter omnes præsumptionem inducit.*
21 *Sanguinis impuritas probatur per testes deponentes de publica voce, & fama.*
22 *Testes, qui non concludunt, non releuant.*
23 *Testes non probant famam, si omnes deponunt de auditu ab vno.*
24 *Fama originem habere debet à duobus saltem viris fide dignis.*
25 *Testes deponentes super fama, si tractatur de negotijs grauibus requiritur quod attestent, se audiuisse à maiori parte populi.*
26 *Testes deponentes super fama, debent reddere rationem sui dicti per sensum corporis, veluti, quia audiuerunt à maiori parte populi.*
Et debent dicere à quibus traxit originem, & exprimere causas ex quibus populus fuit inductus ad sic credendum.
27 *Puritatis, & impuritatis sanguinis qualitas sensu corporeo non percipitur, sed intellectu tantum cognoscitur.*
Et ideo testis super hoc deponens etiam non interrogatus rationem reddere debet.
28 *Fama non est antiqua, si non sit centum annorum.*
29 *Fama recens, & præsertim quæ post motam litem ortum habuit non releuat.*
30 *Fama dicitur vana populi vox & falsus rumor vulgi.*
31 *Testis inimicus non probat.*
32 *Amicus, seu domesticus inimici mei non admittitur contra me ad testificandum.*
33 *Testis, & iudicis officio, quis fungi non potest.*
34 *Fama, si habuit initium vitiosum non releuat.*
35 *Fama, vt fidem faciat à fide dignis, & omni exceptione maioribus originem trahere debet.*
36 *Verba in rixa, & controuersia dicta, tamquam calore iracundiæ emanata, non sunt attendenda.*
37 *Mulier aut amat, aut odit, nihil datur medium.*
38 *Vindicta nemo magis gaudet quam fœmina.*
39 *Testes deponentes super fama vt probent requiritur etiam, quod etiam ipsi acquieuerint dictæ famæ, & veram esse credant.*
40 *in Probationum concursu illa præferenda venit, quæ est pro puritate sanguinis.*

DECISIO DCCXXXIX.

CVM sanguinis puritas ex integro latere materno per D. Antonium de Bonal & Azeuedo matrem Don Francisci Vacca Bonal de Mayorga, & ex ascendentia paterna per D. Mariam Vacca matrem Didaci Vacca, & auiam paternam dicti Francisci esset omnino inconcussa certa, & indubitabilis, & difficultas tantum restringeretur ad ascēdentiam paternam ex parte & origine dumtaxat generis

neris de Mayorga; proposui dubium, An Statutum Cathedralis Ecclesiæ Legionensis super puritate sanguinis admittẽdorum ad Canonicatus & Præbendas eiusdem Ecclesiæ obstaret D. Francisco Vacca Bonal de Mayorga; & Dominis nemine discrepante visum fuit non obstare, & constare de eiusdem Francisci sanguinis puritate, etiam respectu generis, & ascendentiæ de Mayorga. Nam vt eiusdem
1 Ecclesijs Statuti vigor excludatur † sat est de sanguinis impuritate non constare, prout in alijs Ecclesij Hispaniarum simile Statutum habentibus, multoties resoluit *Rota*, *vt in decis.163. nu.31. p.1. recent.* vbi in specie de Statuto Ecclesiæ Legionen. *& decis.182.num.4.eadem par.1 & decis.180. nu.1. & 2.par.1.diuers.Mantic.decis.274. nu.1. & coram S.mem.Greg.decis.298.nu.1.& 455.num.2 vbi add. late num.15.*

Impuritas autem eiusdem generis & prosapiæ de Mayorga non solum pro parte Capituli non probatur, sed contrarium patet, tum ex iuris præsum-
2 ptione,† quæ assistit puritati generis & ascendentiæ prædictæ de Mayorga *cap vltim. de præs. cap. qualiter & quando, de accusat. l. merito ff. pro soc.* & pluries resoluit *Rota*, & ratione optima confirmat *decis. 167.num.4 par.1.recent.& coram sanct.mem.Greg. decis.498.num.1.vbi add.* refert alias plures decisiones Rotales, & ex hac Iuris præsumptione etiam
3 in Capitulum onus probandi † impuritatem transferri, notat *tex.in l. vltima in princip. ff. quod met. caus. l. siue possidetis, C. de probat. l. si filius. ff. eodem tit. l. etiam, C. de Iur. dot l. filium eum definimus, ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. Iur.* nam Iuris præsum-
4 ptio pro liquidissima † probatione habetur, *l. licet Imperator, ff. de leg. 1. l. ab ea parte. ff. de probat. cap. quia verisimile, de præs.* & docent *Bart. in l. in illa, in fine, ff. de verb. oblig.* & post multos *Couar. var. resol. lib.2. cap.6. num.1. Menoch de præsumpt. lib.1. cap.4. ex nu.3. Surd. cons.1. nu.39. Molin. de primog. lib.3. cap.4 numer.39 & 40. Rota decis.496. num.2. par.2. recent. & coram sanct. mem. Gregor. decis.498. num.2.*

Tum etiam probatur ex depositione quadraginta trium testium, qui fuerunt in hac causa examinati per Commissarium Capituli, qui omnes specificè deponunt de genere & ascendentia de Mayorga dicti Francisci & de eius sanguinis puritate per publicam vocem & famam, quorum octo sunt Sacerdotes, quatuor sunt Canonici, Archidiaconi, & præbendati eiusdem Ecclesiæ Legionen. & Incolæ, ac originarij eiusdem Ciuitatis quorum fides plenissi-
5 ma † esse debet, tum propter dignitatem Sacerdotalem, *glos. in cap. Monachus 77. dist. Soccin. Iun. cons.31. num.30. lib.2. Grauett. cons.267 nu.1. Gabr. de testib. conclus.4. num.40. Rota coram sanct. mem. Gregor. decis.351. num.10.* Tum quia vicini cùm
6 † præsumantur plenè informati, *l.1. §.1. ibi, aut ex existimatione circumcolentium, ff. de fluminibus, d. l. filium in fin ff. de his qui sunt sui, vel alien. Iur. l. si vicinus, C. de nupt. cap. postquam, de elect. Bart. in l.1. ex num.15. ff. de reb. cred & ibi Alber. num.6. & Fulgos. num.29.* & compluribus relatis *Farinac. de testib. quæst.70. cap.6. ex num.164. Cabedo decis. 73. num.1.* & in terminis similis Statuti, *Oyeda de incompatib. benef. par.1. cap.23. num 148. Lara de Capellan. lib.2. cap.4. num.25. & 26.* & cum magna
7 pars horum testium sint etiam † ex primaria nobilitate eiusdem loci, vltra quod sunt ciues, & originarij illius, propterea maior fides adhibenda venit, *l. testium in princ. ff. de testib.* præsertim dum omnes ab ipso Capitulo & eius Commissarijs inducti sunt. Idque eorum personis nihil obijci potest, *l. si quis testibus, & ibi Bart Bald. & cæteri Doct. C. de test. cap. vltimo § item si quis testibus 4 quæst.3. Gramm. decis.34 num.12 Grauet. cons.188. num.5.* & in terminis similis Statuti, *Mantic. decis.274 num.1.* & considerarunt Domini quod non solum isti testes in eorum dictis concludunt pro puritate, & fama publica generis & ascendentiæ de Mayorga, sed etiam concludunt † pro negatiua impuritatis optimam reddentes rationem, quia alter esse non posset quin scinissent, & audiuissent à suis parentibus maioribus, & conuicinis, propter notitiam plenam om-
8 nium † memorabilium illius Ciuitatis, quomodo negatiuam plenè probari firmat *glos. in § hinc nobis in authent. de hæred. & falcid.* quam *Ang.* ibi communiter approbatam dicit *Castr. in l.1. num.22. ff. de rebus cred. Gabr. dicta conclus.4. num.2. de testib.* & compluribus relatis, *Farinac. de testib. quæst.67. num.222. Rota coram S. me. Greg. decis.325. nu.4.*

Certissimum autem est in Iure, sanguinis puritatem probari per testes deponentes de publica voce,
9 † & fama, vt multoties resoluit *Rot. decis.167. n.49. & decis.494. num.4. par.1. recent. & coram sanct. memor. Gregor. d. decis.498. num.4.* & compluribus relatis *Guttier. lib.3. pract. quæst.14. num.33.* cum
10 in antiquis fama † inconcussa plenè probet, quando habet originem à fide dignis, & orta est ex iustis, & probabilibus causis, *Bart. in l. de minore. § plurimum num.15. ff. de quæstion. & ibi Hippol. nu.108. Valasc. consult.187. num.8.* & post multos *Gars. de Hispan. nobil. glos.18. §.1. ex num.6. tex. in cap. vt parentela 35. quæst.6. l. si arbiter, ff. de probat. Farinac. in prax. crim. quæst.47. ex num.101.* quæ doctrina ma-
11 ximè † procedit in probatione nobilitatis, & puritatis, aut alterius qualitatis secundum *text. in l. prouidendum, C. de postul. vbi not. Bald. Tiraq. de nobil. cap.37. num.84.* cum alijs per *Farinacc. vbi supra.* Et quando non discordat à præsenti statu, sed
12 ei conuenit prædicta † doctrina non habet contradictorem, ex *Abb. in cap. veniens il 1. de testib. Rip. in l. rem quæ nobis in fin. de acquir. poss. Corn. cons. 26. lib.4. Socc. cons.194. in fin. lib.2.* vt refert *Garz. in dicto §.1. ex num.8. Guttier. vbi supra nu.24.*

Quæ eò magis procedunt, dum D. Franciscus Vacca Bonal de Mayorga est in statu & quasi posses-
13 sione † puritatis sanguinis ratione generis, & descendentiæ de Mayorga, cum ex eodem genere, familia, prosapia, & cognatione de Mayorga extiterint tres personæ insignitæ habitu militari Diui Iacobi, & alter fuerit insignitus habitu militari Sancti Ioannis Hierosolymitani, & alij duo sint familiares Sanctissimæ Inquisitionis Hispaniarum, quibus puritatis, & nobilitatis Informationes factæ fuerunt in Ciuitate Legionensi, & Astoricensi, & esse consanguineos dicti Francisci, & ab eodem stipite per genus de Mayorga descendere deponunt quatuordecim testes, quorum maior pars refert gradum consaguinitatis, & interfuit prædictis probationibus, & etiam alij duo eiusdem generis de Mayorga, & coniuncti intra quartum gradum dicto Francisco per idem genus de Mayorga, fuerunt Confratres Confraternitatum S. Isidori, & de Capellanis in

in Ciuitate Legionensi, in quibus viget, & obseruatur simile puritatis Statutum, vt inter alios deponit Don Aluarus de Villafantestis 127. qui prædictarum Confraternitatum Confrater existit, & tamquam Notarius Inquisitionis interfuit plurimarum Informationum, atquè ita est plenè instructus de huiusmodi qualitatibus, vt ipse deponit,
14 & in causa status, † quando agitur de Iure reali, veluti de puritate, aut nobilitate sanguinis, sententia lata inter duos facit Ius quoad omnes, iuxta *regul. text. in leg. ingenuum, ff. de stat. homin. & ibi glos. Bart. & Doct. l. 1. §. fin. l. 2. & 3. in princ. ff. de liber. agnos. Couar. pract. cap. 13. num. 5. Finell. in l. 1. 3. par. num. 50. C. de bon. mater. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fi. §. 1. num. 1. Solis. de censib. lib. 3. cap. 2. num. 4.* latè *Gonzal. ad 8. regul. Cancell. glos. 9. §. 1. ex num. 84.* & similia Statuta puritatis considerauit *Rota decis. 271. num. 2. par. 2. rec. & coram sanct. mem. Gregor. decis. 486. num. 9.* & agens de nobilitate sanguinis *Garz. de nobilit. glos. 6. n. 48.* cum iura sanguinis sint realia, naturalia, & perpetua
15 † omnibus quos tangit, *l. qui aliena, §. fin. ff. de neg. gest. l. Iura sanguinis, ff. de reg. Iur.* ideo immutabilia *§. final. Instit. de iur. nat.* & sententia ad fa-
16 uorem vnius lata † omnibus prodest, vt not. *Angel. in dicta authen vt liceat matri, & auiæ, §. ad hæc,* cum alijs per *Garz. vbi sup.* & in terminis Statuti Legionensis notauit *Rota decis. 68. num. 14. coram D. meo Decano, Rot. decis. 494. num. 5. par. 1. recent. Mohed. decis. 8. Achill. decis. 5. de sent. & re iudic. Crescent. decis. 18. de probat.* & optimè *Sanct. me. Greg. dicta decis. 498. num. 9.* & esse optimum modum
17 probandi nobilitatem † & puritatem sanguinis, quando ostenditur descendentes ab eodem genere, & origine habuisse officia, ad quæ non nisi nobiles, & puri sanguinis admittuntur, millies notauit *Rota* vt apud *Cæs. de Graff. decis. 2. num. 1. vers. quarto qui fil. sint legit. Seraph decis. 297. num. 4. Rota decis. 176. num. 7. par. 1. recent. & decis. 248. post secundum vol. consil. Farinac.* Licèt enim res inter alios acta alijs
18 † præiudicare, aut prodesse non soleat, *l. vnica C. res inter alios act. l. vnica, C. quibus res iudic. non noc. l. sæpe, ff. de re iudic. l. si vnus 27. §. ante omnia, ff. de pact.* non procedit hæc regula in causa status cum legitimo contradictore agitata, iuxta *text. in d. l. ingenuum, & Doct. supracitatos.* Maximè quia
19 quælibet res iudicata magnam † inter omnes præsumptionem inducit *glos. Bart. & Doct. in l. si duo Patroni, ff. de iur. iur. Alex. in d. l. sæpe nu. 70. Couar. pract. cap 12. num. 4* & omnia acta, & instrumenta authentica ipsum factum inter omnes probare, &
20 huius probationis intuitu † prodesse illis, qui in ea causa, vel negotio interfuerunt, receptum est communiter, iuxta *text. in l. gesta, ff. de re iudic. Bart. in l. 2. num. 12. C. de eden.* quam ibi sequuntur *Bald. nu. 18. Alex. num. 14. Felin. in cap. causam quæ il 2. nu. 25 de testib. Couar. pract. cap. 20. in fin. Surd. cons. 429 num. 42.*

Impuritas autem sanguinis dicti Francisci nullo
21 modo † probatur per Capitulum, licet enim probari possit per testes deponentes de fama, & auditu, iuxta *glos. in l. 1. ff. de probat. Alphons. à Castro de iust. hæretic. punit. lib. 1. cap. 7. Gutier. lib. 3. pract. cap. 14 num. 17. Azeued. lib. 6. recopil. tit. 2. in rubr. Salyc. in prax. crim. eccles. cap. 23. num. 20. Lara de capellan. lib. 2. cap. 4. num. 14. Oyed. de incomp. benef. par. 1. cap. 23. num. 140.* huiusmodi fama impuritatis ex genere, & ascendentia de Mayorga, vel alio latere contra dictum Franciscum probata non extat, cùm ex depositionibus quatuor testium, quibus dumtaxat Capituli intentio posse niti videtur, nullo modo probetur; Nam Doctor Antonius Centeno Canonicus Legionen. qui est testis 22. quamuis deponat de fama, & opinione impuritatis dicti Francisci, nullum tamen reddit auctorem nisi proprium parentem iam mortuum, & quòd in quadam discordia, & rixa inter Patrem Francisci, & quemdam Notarium Ciuitatis Legionen. habita à quadraginta annis in circa, Didacus Pater Francisci fuit notatus de impuritate à prædicto Notario, quodq. cõtra eiusdem Francisci puritatem ortus est rumor quidam postquam Bullas sui Canonicatus Capitulo Legionen. præsentauit. Claudius vero Garzia de Rebolledo testis 86. quamuis assertiuè deponat de impuritate Francisci, nullum tamen reddit auctorem nisi proprium parentem iam mortuum, neque aliam rationem, præterquàm quod audierat fuisse aliàs tractatum de matrimonio contrahendo inter certam consanguineam Francisci, & quamdam cognatum suum, neque habuisse effectum, ex eo quod ortus fuit rumor de impuritate dictæ consanguineæ: Et Cruz Arias testis 128. Oppidi de Mirantes, & si de opinione, & fama impuritatis Francisci deponat, nullam tamen reddit rationem neque auctorem; Et Franciscus Lopez Martinez Canonicus Astoricen. audiuisse susurrum & murmur de impuritate sanginis generis de Mayorga illius Ciuitatis, & quòd D. Rodericus de Mayorga miles S. Iacobi in illa Ciuitate Astoricen. non erat purus sanguine, & quod ad obtinendum habitum Diui Iacobi fuerat opus dispensatione Regia, cuius rumoris, & auditus nullum reddit auctorem, neque rationem aliquam, & tandem concludit nescire, an illud murmur contra illos de genere de Mayorga, an vero contra ge-
22 nus, † & prosapiam de Astorga ortum fuerit, vnde eius depositio nihil concludit iuxta regulam *tex. in l. neque natalis, C. de probat.*

Eademque ratione prædicta probatio coadiuuari non potest ex testimonio Petri Centeno Canonici Legionensis deponentis de impuritate Francisci sub conditione si genus de Mayorga trahit originem ab illa de Villa Masian, aut à Villa de Valderas, à quibus locis dictus D. Franciscus nullum originem trahit, neque de tali origine aliquis testis deponit, ex quibus propterea testibus fama impuritatis Frãcisci probata non remanet, quia nullus eorum red-
23 dit auctorem præter vnum, † ideoq. viget regula, *tex. in cap. licet ex quadam 47.* ibi, *non vtique ab vno, cùm non sufficeret ille si viueret, sed duobus ad minus, de testib.* cùm à duobus saltim fidedignis
24 debeat † fama originem trahere, vt ibi traditur, & notarunt, *Gloss. Abb. & Doct. Ruin. cons. 52. n. 7. lib. 5. Mascard. conclus. 749. num. 17.* neque attestan-
25 tur audiuisse † à maiori parte populi, prout in negocijs grauibus exigitur, *Bart. in l. de minore, §. plurimum, num. 20 ff. de quæst. Cassad. decis. 3. num. 1. de probat. Mantic. de contr. lib. 23. tit. 5. num. 9. Mascard. post multos conclus. 749. num. 2 & 9. Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 46. num. 16. vers. quarta est,* neque reddunt causam scientiæ, & dicti sui, prout requiritur, *Mascard. vbi supra num. 11.* ibi, *nam*
26 *eo casu nisi reddant rationem dicti sui per sensum corpo-*

corporis, sui veluti quia audiuerunt à maiori par te populi, & dicant à quibus traxit originem, & exprimant causas ex quibus populus fuit inductus ad sic credendum, non probant, post Ruin. cons. 158. numer. 23. lib. 3. Alexan. cons. 150. lib. 1. Mascard. & Sanch. vbi supra Oyed. dicto cap. 23. num. 140. Nam cum qualitas puritatis, vel impuritatis sensu corpo-
27 reo non percipiatur, † sed intellectu dũtaxat cognoscatur, testis etiam non interrogatus rationem sui dicti concludentem reddere debet, *Bart. in l. solam num. 3. Bald. num. 1. Salyc. num. 2. Castr. nu. 6. C. de testib. Rota coram san. mem. Gregor. decis. 325. numer. 3.* & cum pluribus relatis *Farinac. de testib. quæst. 70. num. 6.*

Præsertim quia prædicta fama, de qua testifica-
28 tur, non est temporis antiqui, scilicet † centum annorum; prout exigitur, *Curt. sen. cons. 82. num. 11. Menoch. cons. 345. num. 41. Mantic. d. tit. 5. num. 10.*
29 cum fama recens, & præcipuè, quæ † post litem cõtestatam incæpit, nullius sit momenti *d. cap. licet ex quadam*, ibi, *& ante litem motam, de testib.* quia
30 ea fama dicitur potius vana † vox vulgi, vel falsus rumor populi, *cap. qualiter il 2. de accus. & ibi glos. verb. & inquirendum, cap. in cunctis 11. quæst. 3. & ibi glos. ver. maledicorum, Mascard. de probat. conclus. 748. nu. 8. Valasc. consult. 177. nu. 8. Mantic. decis. 174. num. 9. in fin. Rot. decis. 494. num. 15. & decis. 167. num. 29. par. 1. recent. Sanchez lib. 2. disput. 46. num. 6.* & ex his corruunt testimonia deponentium de quodam murmure, & susurro orto contra puritatem Francisci post præsentationem litterarum Apostolicarum, de quo deponunt dictus Antonius Centeno testis 22. Et Petrus Centeno Canonicus Legionensis testis 5. & 124. 127. 101. & 92. necnõ alij testes Canonici eiusdem Ecclesiæ, qui omnes deponunt de rumore orto post Bullarum præsentationem, & præter testes 5. & 22. omnes testantur se existimasse rumorem illum esse falsum, eo quod censent ascendentiam Francisci esse puram, & de eodem rumore, & eius falsitate deponunt duo Canonici eiusdem Ecclesiæ Legionen. asserentes audiuisse istum rumorem inter aliquos Canonicos eiusdem Ecclesiæ, & quod omnes censebant esse quid irrisorium, & sine fundamento, qui sunt Doctor Don Rodericus Cabral Archidiaconus Legionen. & licentiatus Alphõsus de Roxas Canonicus eiusdem Ecclesiæ testis 17. & 121. ac alij de quibus supra, de quo rumore post Bullarum præsentationem, & eius falsitate etiam deponunt D. Antonius Pimentel de Quiñonas Ciuis Legionensis testis 26. & D. Ferdinandus de la Bandera testis 28. qui deponit fuisse præsentem rixæ habitæ ab hinc 40. annis inter Didacum patrem Francisci, & quemdam Notarium, & scire nihil contra puritatem dicti Francisci dictũ fuisse, ex quo etiam corruit testimonium Antonij Centeno Canonici Legionen. quod etiam alio vitio laborat orto ex inimicitia capitali inter patrem eiusdem Antonij, & Didacum patrem Francisci, de qua inimicitia deponit testis 127. à quo prædictus rumor originem, & principium sumpsisse videtur, vt apparet ex depositione ferè omnium Canonicorũ, qui dicti rumoris eumdem Antonium reddũt auctorem, prout etiam eodem morbo laborat testimonium Crucis Arias, qui est testis 128. propter rixam magnam inter ipsum, & Frãciscum habitam in Oppido de Madrid, de qua deponit de visu, & auditu Petrus Aluarez Alphonsus Canonicus Legionen.
31 † testis 126. Ideo eorum testimonium fidem non facit, secundum *tex. in authent. si testis. C. de testib.* & cum pluribus relat. agens de his statutis tradit *Oyeda in d. cap. 23. num. 149.* docens istam doctri-
32 nam etiam procedere in amico, seu domestico † inimici, vt sit à testimonio repellendus, *vt not. in cap. repellantur, & in cap. cum oporteat de accusat. & not. Scriben. in l. liberi, C. de inoffic. testam.* Ideo dicti Antonij Centeno testimonium propter imicitias paternas fide carere debet, & eo maximè quia fuit vnus ex Iudicibus Capitularibus huius causæ
33 in Capitulo Legionen. nec potuit Iudicis, & † testis officio fungi, eaq. ratione eius testimonium est nullius momenti secundum *Bart. in l. ne in arbitris num. 6. Bald. num. 7. Alber. num. 1. Salyc. nu. 3. ff de arbitr. Abb. in cap. cum à nobis num. 2. Felin. nu 6. de testib.* & pluribus relatis, *Mascard. de probat. conclus. 124. nu. 2. Farinac. de testib. quæst. 60. ex num. 89.* Et hac etiam ratione dicta omnium Canonicorum eiusdem Ecclesiæ Legionen. nullius momenti, & fidei censeri debent, prout similiter rumor ortus contra puritatem dicti Francisci post Bullarũ præsentationem originem trahens à dicto Canonico Antonio Centeno, secundum dicta ferè omnium testium in consideratione esse nõ debet propter ini-
34 tium † vitiosum, quia fama vt fidem faciat à fide-
35 dignis, & omni exceptione maioribus, † originem trahere debet, secundum *text. in d. cap. licet ex quadam*, ibi, *sed à fide dignis, & omni exceptione maioribus, de testibus, Bart. in d. l. de minore. §. plurimum nu. 15. Osasc. decis. 101. num. 17. Afflict. decis. 337. num. 2. Mascard. dicta conclus. 849. num. 14.* & hæc testium qualitas debet specificè probari, vt tradit *Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num 30.*

Et eodem iuris fundamento euanescunt quædam verba iniuriosa dicta à quibusdam Monialibus Monasterij de Ottero contra alias Moniales eiusdẽ Monasterij descendentes ex genere de Majorca per quæ notabantur de sanguinis impuritate, vt apparet ex depositione quatuor Monialium eiusdem Mona-
36 sterij, quæ omnes conueniunt dicta verba in † quadam rixa, & controuersia inter illas orta iracundiæ calore dicta fuisse prout præsumitur ex fœmineo
37 sexu, nam mulier, aut † amat, aut odit, nihil datur tertium, vt tradit *Petr. Greg. lib. 22. sintagm. cap. 13.*
38 *num. 1. & Iuuenalis, satyr. 17.* ibi, *vindicta † nemo magis quàm fœmina gaudet*, & prosequitur *Decian. tract. crimin. lib. 3. cap. 7. nu. 7.* prout omnes dictæ quatuor Moniales fatentur, quia deponunt plenissimè ad fauorem puritatis D. Francisci, & dictarum Monialium. Ideo ex dictis verbis, & ex prædicto rumore fama generari non potuit, cum probet originem ab antiquo tẽpore, & à personis fide dignis,
39 & quod de ea † deponentes sint omni exceptione maiores ex supra deductis, vlterius requiritur quod acquieuerint prædictæ famæ, & verã esse credant, *Abb. in cap. licet ex quadam num. 3. ff. de testib.* & post multos relatos *Oyeda in d. cap. 23. numer. 140. vers. quarto, Menoch. cons. 60. nu. 21. Sanchez d. disput. 46. num. 16. vers. vltima conditio est*, ex quo etiam fundamento testimonia omnium ferè Canonicorum Ecclesiæ Legionen. deponentium in hac causa dicto D. Francisco officere non possunt, siquidem post relatum ab ipsis prædictum rumorem ortum post Bullarũ præsentationem, deponunt plenissimè

nissimè ad fauorem puritatis Francisci, etiam ex genere, & descendentia de Maiorca, & dicto rumori non acquiescunt, imò deponunt quod non obstante prædicto rumore tenent, & habent, & prout semper habuerunt dictum Franciscum esse nobilem, & purum sanguine absque macula, & nota aliqua impuritatis.

Quapropter cum ex dictis testibus fama impuritatis nõ resultet, non est necesse recurrere ad communem doctrinam sæpissimè à Rota receptam, quæ
40 docet † in concursu probationum præferendam esse probationem pro puritate, *Rot. decis.* 167. *num.* 27. *& decis.* 182. *nu.* 9 *par.* 1. *recent. Oyeda in d. cap.* 23. *num.* 143. *&* 146. *Lara de capell. lib.* 1. *cap.* 4. *ex num.* 35.

Et ita Francisco solum informante parte Capituli sæpius citata, & informare renuente fuit resolutum.

REVERENDISS. MERLINO.

Ferrarien. Spolij.

Lunæ 25. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

In Spolijs, alijsque interdictis, non fit condemnatio ad fructus restituendos, nisi à die litis contestatæ præterquam in spolio violento, & attentato. Spolium, quando non dicatur violentum. Mala fides, in possessore, vt excludatur, sufficit omnis temeraria, & bestialis causa. In donatione se fundans tenetur exhibere donationem validam etiam cum solemnitate extrinseca.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniusta non transit in iudicatum, quamuis qui succumbit intra legitima tempora non appellauerit.*

2 *In Spolijs, & alijs interdictis, non fit condemnatio ad restitutionem fructuum, nisi à die litis contestatæ, præterquam in spolio violento, & attentato num.* 5. *Et hæc est verior, & receptior opinio. Eamq. Rota perpetuo amplexa est, num* 3.

4 *Benintend. decis.* 93. *num.* 11. *reijcitur.*

6 *Spolium non dicitur violentum, quando vis nulla illata est, neque metus, & non fractura commissa, nec alius actus hostilis.*

7 *Attentati vitium, & violentia cessat quando aliquid geritur de mandato Iudicis, peractoq. iudicio, nec alia lite pendente.*

8 *Possessionem rei alienæ apprehendens hoc casu condemnatio fructuum fieri potest à die cõmissi spolij.*

9 *Mala fides ad effectum restituendi fructus, debet esse euidentissima, itaut nulla intret excusatio, nullaq. ratione velari possit.*

Mala fides, vt excludatur sufficit qualibet causa, etiam temeraria, & bestialis, & qualis qualis occasio possidendi, num. 9.

10 *Possessionem apprehendens authore Prætore dicitur esse in bona fide.*

11 *Mala fides euidentissima, vt in possessore inducatur, non rectè infertur à possessione anteriori ad posteriorem, & num.* 30.

12 *Præsumptio stat pro Iudice, & exequutore, & numer.* 32. *&* 33.

13 *Executor præsumitur, quod fecerit diligentias ad rectè exequendum suum officium.*

14 *Vir integer non præsumitur locasse, & exegisse pensionem ex fundo cuius alter nactus est possessionem.*

15 *Possessor, vt non condemnetur in fructibus ante litem motam, in eo, non requiritur bona fides, sed sufficit abesse malam, & num.* 16.

17 *Exceptio non iuris, si notoria est, admittitur etiam in iudicio spolij.*

18 *Donationes, quando fiunt Ferrariæ sunt denunciandæ Gabellarijs, alias nullæ, inualidæ, & nullius roboris ipso iure sunt, num.* 19.

20 *Negatiua rerum probatur ex reuolutione librorũ.*

21 *Donatione, si quis nitatur, tenetur exhibere donationem validam, etiã cum solemnitate extrinseca.*

22 *Statut. Ferrariæ lib.* 2. *cap.* 98. *quibus acquisitionibus resistat, & num.* 34. *&* 40.

23 *Statutum prohibens, ne fiat translatio bonorum in certas personas, illas reddit incapaces etiam respectu possessionis, & num.* 42.

24 *Facta non præsumuntur.*

25 *Donatio si dicatur facta ex mera liberalitate donantis, ex hoc excluditur alia causa.*

26 *Causa publica est præferenda priuato bono.*

27 *Possessio in iudicio spolij est concludenter probanda.*

28 *Donationis contractus si sit nullus, nullius roboris erit clausula, constituti,*

29 *Clausula, constituti non probatur ex scriptura, cui fides à statuto dempta est.*

Iuramentum non probatur per scripturam quoties statutum illi fidem adimit, num. 29.

31 *Possessionis continuatio non præsumitur, quando adest validior præsumptio in contrarium.*

35 *Possessio merè instrumentalis non suffragatur alio existente in possessione.*

36 *Et hoc casu sufficit allegare possessionem tertij.*

37 *Locationum instrumenta, contra tertium absque actuali perceptione fructuum, non probant.*

38 *Quietantiæ continentes simplicem confessionem de recepto, non probant possessionem contra tertium.*

39 *Possessio capta alio existente in possessione auctoritate Iudicis, non suffragatur.*

40 *Possessionis, quando quis est incapax, certè ei non competit reintegratio ad d. possessionem.*

DECISIO DCCXL.

GRIMALDVS Oldouinus creditor bon. mem. Reuerendissimi Rouerelli Episcopi Campaniæ principalis debitoris, & Dominorum Comitum Hyppoliti, Ioannis, & Aurelij de Rouerellis, obtinuit de anno 1614. mandatum exequutiuum à D. Iacobo Spinula Locumtenente Ciuili Ferrariæ, & obtenta etiam fuit immissio in fundo Bundeni, qui eidem Grimaldo tanquam maiori licitatori in subhastatione fuit deliberatus.

Dominus autem Comes Valerius Rouerellus de anno 1621. coram Fantono Locumtenente Ciuile Ferrariæ, intentauit iudicium spolij, & petijt reintegrationem ad possessionem dicti fundi qui Fantonus absoluit Grimaldum, & pronunciauit immissionem, & mandatum exequutiuum ritè, & rectè peracta fuisse.

Ab hac sentẽtia appellauit Dominus Comes Valerius ad Rotam Ferrariæ, quę reuocauit sententiam Fantoni, & pronunciauit intrare spolium.

In tertia verò instantia introducta causa in hoc sacro Tribunali informante tantum Domino Comite

Valerio,

Valerio, responsum fuit constare de re iudicata, quæ
esset exequenda, & non de causis restitutionis in
integrum.

Verum hodie comparentibus, & plura deducentibus hæredibus dicti Grimaldi resolutum fuit recedēdum esse à decisis ex capite iniustitiæ vltimæ sententiæ latæ in Ciuitate Ferrariæ, qua data iniustitia
1 non dicitur sententiam † transiuisse in iudicatum,
quamuis, qui succubuit, intra legitima tempora
non prouocauerit, *cap. inter cæteras. vbi DD. communiter de re iudicat. Alex. cons. 95. num. 2. lib. 6. Rota decis. 311. num. 2. par. 2. diuers.*

Iniustitia verò ex eo potissimum desumpta fuit,
quod vnica verborum structura concessa fuit reintegratio Domino Comiti Valerio, & condemnatus
Grimaldus ad restitutionem fructuum perceptorum
à die commissi spolij, cum tamen verior, & receptior
2 tior sit sententia, vt in spolijs, † prout in alijs interdictis non fiat condemnatio nisi à die litis contestatæ præterquam in spolio violento, & attentato, *Archidiac. in cap. reintegranda. vers. quid de fructibus 3. q. 1 Natt. cons. 14. num. 14. & seqq. Thesaur. decis.*
3 *29. nu. 6. & seqq. & per tot.* & Rota † perpetuo amplexa est hanc sententiam, *vt in decis. 4. num. 2. & decis. 5. num. 1. de restit. spoliat. in nou. Caputaq. decis. 27. la 2.* & alijs omissis *coram bon. mem. Card. Caualerio decis. 586. num. 3. in fin. & decis. 552. numer. 1. & 2. part. 1. diuers. & in Farfen. spolij 17. Maij 1610. coram Eminentiss. D. Card. Pamphil.* vbi quod ita Rota seruat, *& in Romana prætensi spolij 2. Iunij 1614. coram Eminentiss. D. Card. Verospio.*
4 Nec contrarium dicit † *Benintend. decis. 93. n. 11.*
quod scilicet, si citatus non fuerit possessor, condemnatio sit facienda a die commissi spolij, & perperam
5 hoc dixisset, attenta opinione Rotæ, quod † non fit
condemnatio à die commissi spolij, nisi in violento,
& attentato.

Hic vero non versamur nec in spolio attentato,
nec in violento, nulla enim vis illata est neque metus, non fractura commissa, nec alius actus hostilis,
neque facta violentia expulsiua, vel turbatiua perso-
6 næ spoliatæ, vel eius familiæ, † prout requiritur ad
hoc, vt dicatur spolium violentum, *Rota decis. 10. de restit. spoliat. in nou. Put. decis. 9. eodem tit. & fuit dictum in Spoletana spolij 14. Aprilis 1567. corā Grato, & 4. Martij 1571. coram Robusterio.* Attētatum verò omnino cessat, cum de mandato Iudicis,
7 peractoq. † processu, nec alia lite pendente, omnia
gesta fuerint, ex quibus attentati vitium, & violentia etiam excluditur iuxta tradita per *Pont. de spolio lib. 4. cap. 1. num. 22. in fin. Plot. in l. si quando. numer. 375. C. vnde vi.*

Non obstat prætensa mala fides Grimaldi, deducta ex eo, quod Grimaldus non citauerit D. Comitem Valerium qui possidebat, & sic apprehende-
8 rit possessionem † rei alienæ, quo casu condemnationē fieri posse in fructibus à die commissi spolij tradit
Antonin. Thesaur. in addit. ad patris decis. 29. in fin.

Quoniam non quælibet mala fides, sed euidentissima requiritur, itaut nulla intret excusatio, nulla-
9 que ratione velari possit, † ad quam excludendam
sufficit quælibet causa, etiam temeraria, & bestialis,
& qualis qualis occasio possidendi, *Bald. in l. irritū. num. 3 C. de vsucapien. Surd. decis. 211. nu. 7. Menoch. præsumpt. 130. num. 3. lib. 3. Caball. cons. 94. num. 5. lib. 2. Franc. Anton. Costa cons. 41. num. 11. & seqq. Rota decis. 320. num. 2. & decis. 528. num. 7 par. 2. ac decis. 608. num. 1. ac 622. num. 10. par. 4. re-
centior.* at in Grimaldo nedum huiusmodi mala fi-
10 des, sed imò bona fides aderat, dum authore † Prætore fundi possessionem apprehendit, & deinde per
aliam sententiam Fantoni canonizata fuit illius immissio, nec vllibi probatur Grimaldum sciuisse tempore relaxationis mandati exequutiui Comitem Valerium possedisse tenutam, seu fundum, adeo vt esset citandus, & quamuis deducatur possessio anterior ipsius Comitis nempè de anno 1610. ad effectū
11 tamen inducendi † malam fidem euidentissimam,
non recte infertur à possessione anteriori ad posteriorem, cum pro Grimaldo militet validior præsum-
12 ptio quæ stat pro † Iudice, qui tenutam adiudicauit
Grimaldo, & pro exequutore, qui possessionem tradit iuxta doctrinam, *Imol. in cap. inter Monasterium. num. 9. post med. vers. sed verius de sentent. & re iudic. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 21. numer. 16. Mascard. de probat. conclus. 1195. num. 62.*
13 *& seqq.* & præsumitur quod ipse † exequutor fecerit diligentias in perquirendo, quis possideret bona,
prout de iure tenebatur *Castren. in l. fin. num. 16. vers. in dubio autem. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Natt. cons. 654. nu. 5. Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 922. Surd. cons. 39. num. 7. Rota in Fulginaten. bonorum 11. Ianuarij 1611. coram bon. mem. Card. Horatio Lancellot.* Attento præsertim, quod non
est verisimile Reuerendissimum Episcopum Campa-
14 niæ virum † integrum locasse, & pensionem exegisse pro fundo, cuius alter nactus fuisset possessionem,
& attento notabili interuallo temporis, quo Comes
Valerius nunquam reclamauit à possessione apprehensa per Grimaldum, quod auget præsumptionem
bonæ fidei eiusdem Grimaldi, quę tamen bona fides
15 non requiritur, sed † sufficit abesse malam, & quæ
manifesta non sit ex supradictis, *et Antonin Thesaur. in d. additione ad decis. patris 29* signanter loquitur
16 quando apprehendens † possessionem sciebat rem
esse alienam, & suum vitiosum esse titulum, quæ
scientia hic deficit, prout etiam deficit vitium tituli.

Verum ex abundanti ab hac reintegratione reijciendum esse Comitem Valerium Domini existimabant, quia incontinenti notoriè constat de non
17 iure eiusdem Comitis Valerij, quæ exceptio † vbi
notoria est admittitur etiam in hoc iudicio spolij,
Bald. in l. si de proprietate num. 17. C. si à non compet. Iudic. Alex. in l. naturaliter. § nihil commune. num. 28. ff. de acquir. possess. Pontan. de spol. lib. 3. cap. 2. num. 48. Gabr. de restit. spoliat. concl. 1. n. 94. Surd. cons. 166. num. 26.

Non ius autem Comitis Valerij apparet ex eo,
quod in actis exhibuit titulum sui iuris, & possessionem
ex donatione sibi facta, & tamen hæc donatio non
18 † fuit denunciatiua Gabellarijs, prout requiritur ex
dispositione statutorum Gabellarum Ferrariæ rub. 4.
& 18. quæ etiam fuerunt confirmata à Sede Apostolica, qua omissa denunciatione declarantur donatio-
19 nes nullæ, † & inualidæ, ac nullus virtutis ipso iure,
adeo vt nec declaratoria requiratur, & nedum ab
ipsis Gabellarijs, sed & à quolibet tertio hæc nullitas opponi possit, vt egregiè verba dicti statuti examinando tradit *Laderch. cons. 8. num. 7. in fin. & num. 10. & seq. Rimin. iun. cons. 72. num. 1. & 2. ac per tot.*

Hæc vero omissio denunciationis patet ex inspectione

20 ctione librorum in quibus adnotantur similes † de-
nunciationes, vbi hæc non legitur, & inde probatur
deficientia argumento *l. fin. C. de reb. credit. Becc.
cons.40. num.2. Menoch. cons. 98 num. 49. & 50.
Surd. cons.21. num. 1. Rot. decis. 64. num.2. par. 1. di-*
21 *uers.* Imò Comes Valerius dum nititur † donatio-
ne tenetur exibere donationem validam, etiam cum
solemnitate extrinseca, prout dicitur de donatione
cum insinuatione, de resignatione cum publicatio-
ne, & de similibus, vt fuit consideratum in *Perusina
hæredit. 10. Decemb. 1628. coram bon. mem. Card.
Virile.*

Alia etiam nullitate laborat dicta donatio quia
D. Comes Valerius Originarius est Ciuitatis, seu
Diœcesis Cæsenaten. vbi facta est donatio statutum
22 † vero Ferrariæ lib.2. cap 98. resistit acquisitionibus
stabilium in fauorem forensium etiamsi nati sint ex
Ciuibus Originarijs, nisi in ipsa Ciuitate, vel distri-
ctu habitauerint tempore acquisitionis, & postea
saltem per quinquennium perseuerauerint, & susti-
nuerint onera realia, & personalia, & propterea
D. Comes Valerius agens possessorio tenetur proba-
23 re istas † qualitates, vt in terminis istius statuti Fer-
rariæ firmat *Rimin. iun. cons. 352. num.2. & num.28.
& 30. Laderch. cons.133. num. 11. in fin.* Familiaq.
Rouerella est quidem ex antiquioribus, & primarijs
Ciuitatis Ferrariæ, sed requiritur ex dispositione
statuti etiam habitatio, & sustentatio onerum, quæ
24 † cum sint quid facti non præsumuntur, vt per *La-
derch. d. cons. 133. num. 11. & seqq.*

Nec suffragatur, quod donatio emanauerit ex
causa matrimonij, quia de hoc nullum verbum
legitur in instrumento, sed immo ibi dicitur ex
25 † mera liberalitate donantis, & sic excluditur alia
causa iuxta tradita per *Surd. cons. 361. num. 17. Rota
coram Card. Caual. decis. 354. nu. 7.* & quando etiam
hæc causa probaretur obiectum non careret diffi-
cultate, quia onus denunciandi, & soluendi Gabel-
lam est in fauorem Principis, qui Gabellas exigit,
vt Ciuitatem sartam tectam præstet, & in recom-
26 pensationem onerum ipsius Principis, † vnde causa
publica videtur præferēda priuato bono familiariū.

His autem positis nullitatibus donationis, subse-
quitur etiam deficere probationem primi extremi
scilicet possessionis anterioris Comitis Valerij acto-
27 ris, quæ † tamen possessio in iudicio spolij conclu-
denter est probanda, nec sufficit presumptiua proba-
tio, *Rota decis. 165. num. 1. & 5. & decis. 237. in
princ. par. 2. diuers. & decis. 543. num. 3. par. 3. re-
cent. & in Colimbrien. spolij 4. Maij 1618. coram
bon. mem. Archiepiscopo Dunozetto.*

Non enim probatur possessio ex clausula consti-
tuti inserta in instrumento donationis, quia si con-
28 tractus † principalis donationis est nullus, & instru-
mentum, ac scripturæ sunt inefficaces, & nullius va-
loris, clausula etiam constituti tanquam accessoria
corruit *Soccin. sen. in l. 1. §. si vir vxori num. 12. ff.
de acquir. possess. Rota decis. 224. num. 1. par. 2. di-
uers. & coram bon. mem. Card. Caual. decis. 473. nu-
mer. 3. & decis. 868. num. 3. & 4. par. 4. diuers.* Imò
si statutum reddit inefficaces dictas scripturas, & in-
strumentum nullius valoris, hinc dicitur adempta
29 fides instrumento, & scriptura cui † fides à statuto
adempta est, prout in simili de iuramento, quod non
probetur per huiusmodi scripturam, quoties statu-
tum illi fidem adimit tradunt *Surd. cons. 361. nu. 12.
Gratian. decis. Marchiæ 211. num. 6. Mohed. decis. 5.
de præscript. Put. decis. 111. lib. 1. in correct. cum alijs
adductis in Romana pecuniaria 10. Iunij 1624. co-
ram me.*

Sed cessat difficultas, quia in omnem casum clau-
sula constituti, & ipsum instrumentum probaret solū
possessionem de tempore quo fuit conditum instru-
mentū, nempè de anno 1610. non autem probaret
possessionē de anno 1614. quo fuit facta adiudicatio
Grimaldo, atque, vt supra ostensum fuit, non fit il-
30 latio † à possessione præterita ad subsequentem, nec
31 † præsumitur continuatio possessionis, quando ad-
est validior præsumptio in contrarium, prout in casu
32 præsenti vrget præsumptio, quæ stat pro Iudice, † &
pro exequutore ex superius adductis.

Et ex his etiam cessat motiuum deductum ex in-
strumento apprehensæ possessionis ab eodem D. Co-
mite Valerio, quia hic actus gestus fuit de anno
1610. vnde non inducit probationem possessionis de
anno 1614. quo tempore fuit immissus Grimaldus,
nec inducitur præsumptio continuationis stante alia
potentiori præsumptione quæ militat pro validitate
33 actus nempè Iudicis decernentis immissionem, &
exequutoris eumdem Grimaldum in possessionem
immittentis, semperq. obstat statutum quo ipse Co-
mes Valerius tanquam non degens, nec domicilium
34 habens † Ferrariæ de illo tempore erat incapax ac-
quisitionis nedum respectu dominij, sed etiam pos-
sessionis, vt in verbis sancitum est in statuto Ferra-
riensi, & declarant Laderch. & Riminald. in locis
præallegatis.

Sique donatio non erat valida, & inefficax, erat
clausula constituti, vt supra dictum est, consequenter
possessio adhuc dicebatur remanere penes consti-
tuentem, nempe donantem, & sic possessio Comi-
tis Valerij de anno 1610. erat merè † instrumenta-
35 lis, † nec suffragabatur, si adhuc donans erant in
possessione *ad not. per Rotam apud san. mem. Greg.*
36 *XV. decis. 138. num. 2. 3. & 4.* vbi etiam quod † hoc
à tertio potest allegari.

Minus probata videtur possessio Comitis Valerij
37 ex instrumentis locationum, † quia contra tertium
sine actuali perceptione fructuum huiusmodi instru-
menta non probant *Boer. decis. 105. num. 15. Grat.
discept. for. cap. 592. num. 8. apud Card. Mantic. de-
cis. 341. num. 2.* Perceptio verò fructuum non osten-
ditur, nam quietantiæ, quæ dantur, continent sim-
38 plicem confessionem † de recepto, quæ non probat
possessionem contra tertium, vt censuit Rota *decis.
62. num. 4. vers. vltra prædicta post Pacific. de sal-
uian.* & solum cantant de anno 1615. & 1620. & sic
post adiudicationem, & immissionem sequutam de
39 anno 1614. nec officium Grimaldo, † qui tunc tem-
poris authoritate Iudicis possidebat, *Bart. in l. qui
vniuersas. §. quod per colonum. num. 1. ff. de acquir.
possess. Afflict. decis. 325. nu. 1. Soccin. sen. cons. 106.
num. 2. lib. 3. Pontan. de spolio lib. 2. cap. 13. nu. 88.
vers. si tamen tertius. Rota d. decis. 62. num. 3. in fin.
post Pacific. de saluian.*

Et semper obstat D. Comiti Valerio, quod ipse
fassus est se apprehendisse possessionem vigore præ-
dictæ donationis, qui titulus, vt supra dictum fuit, est
40 † omnino notoriè vitiosus, & inhabilis ad acquisi-
tionem ex dicto statuto Ferrariæ lib. 2. rubr. 48. vbi
quod talis est etiam incapax possessionis, & sic non
41 † competit ei reintegratio ad possessionem, vt in
puncto

puncto obseruat Laderch.d.cons.133. num.20. vers. sed quando Statutum, & num. 11. addit istam ex-
42 ceptionem † admittendam esse in quocumque Iudicio quamuis summario Rimin.Iun.cons.352.n.28

Ex quibus deducitur, quod constat incontinenti notoriè de non iure Comitis Valerij, & quod non probatur primum extremum scilicet possessio eiusdem Comitis Valerij, & consequenter si non possidebat, nec erat citandus à Grimaldo in illius apprehensione.

Et ita vtraque parte informante conclusum fuit.

R. P. D. MERLINO.

Cesenaten. Emphyteusis.

Veneris 14. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Acquirens bona emphyteutica titulo oneroso, an possit præiudicare vocatis in inuestitura, miro, & magistrali modo declaratur. Item, quando bona emphyteutica veniant in generali hæredis institutione. Filij in conditione positi, ex quibus coniecturis censeantur vocati.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ super bonis emphyteoticis Ciuitatis, & Territorij Cesenæ, intelliguntur vocatæ, deficientibus masculis.*

2 *Et veniunt ordine successiuo, seruato inter ipsas fœminas gradus prærogatiua.*

3 *Fœminæ, quando succedunt in bonis emphyteoticis deficientibus masculis, succedunt prius filiæ, & postea nepres.*

4 *Bona emphyteutica acquirens titulo oneroso, potest excludere vocatos in eis (quamuis sint in inuestitura comprehensi) & de illis disponere, vti de bonis patrimonialibus.*

5 *Bona emphyteutica acquisita titulo oneroso, non differunt à reliquo patrimonio. Et ista opinio non habet contradictorem, & ita quotidie in practica seruatur, num.6.*

7 *Ius emphyteuticum patris ex pecunia proueniens, extinguit omne ius, quod in eo filius posset prætendere ex contractu, vel gratia Domini.*

8 *Dominus directus inuestiens emptorem bonorum emphyteuticorum ex hoc apparet, quod intuitu pecuniæ solutæ fuit facta concessio.*

9 *Grauatus restituere illis de familia posset vnum ex familia eligere, & alios excludere.*

10 *Domino directo magis interest emphyteusim potius transire ad eum, à quo proximior spes est reuersionis, quàm ad illum, cuius spes reuersionis est remotior.*

11 *In successionibus bonorum emphyteuticorum, pro vt etiam feudalium, datur processus continuatiuè in descendentes vnius lineæ vocatæ quosque extant, & interim non fit saltus ad aliam lineam, & num.13.*

12 *In emphyteuticis bonis, de quibus liberè potest disponi ex receptori sententia Doctorum attenditur proximitas vltimi successoris, non autem primi acquirentis.*

13 *Statuta à Sede Apostolica confirmata, comprehendunt etiam clericos, de quibus faciunt mentionem d. Statuta, & etiam bona emphyteutica sub directo dominio Ecclesiæ ex sententia.*

15 *Clausula ad habendum, &c. posita in concessione emphyteusis, si sit inserta in parte substantiali, & dispositiua operatur, vt primus acquirens habeat laxiores habenas de eis disponendis.*

17 *Clausulæ vis ad habendum, &c. in inuestitura bonorum emphyteuticorum posita, solet infringi à prohibitione alienationis, fallit vt num. 18.*

19 *Appellatione omnium bonorum cuiuscumque naturæ, & qualitatis, an veniant etiam bona emphyteutica.*

20 *In institutione generali hæredis comprehenduntur bona emphyteutica, quando testator de illis disponere potest liberè.*

21 *Cum hoc casu nullo iure caueatur, quod sit facienda specialis mentio de qualitate emphyteutica, & num.22.*

23 *Emphyteusis non venit in generali hæredis institutione, nisi fiat de eis specialis mentio.*

24 *Empyteutica bona, quando sunt hæreditaria, vel alias de illis per inuestitum liberè potest disponi, tunc veniunt in generali hæredis institutione.*

25 *Emphyteutica bona non est dubitandum, an veniant in generali hædis institutione, si testator de eis mentionem fecit, & de illis poterat disponere.*

26 *Filij in conditione positi, vt censeantur vocati, probatur leuioribus coniecturis, quando sumus in descendentibus.*

27 *Fiij in conditione positi ad hoc, vt præsumantur vocati, multum attenditur, si sint expressi cum qualitate masculinitatis.*

28 *Filij in conditione positi censentur vocati, quando sunt vti proximiores de casata, & domo testatoris vocati.*

29 *Filiorum appellatione veniunt etiam fœminæ in vltimis voluntatibus.*

30 *Fœminæ quamdiu viuunt, dicuntur conseruare casatam, & domum paternam.*

31 *Emphyteutica bona acquirens, non potest præiudicare comprehensis in inuestitura, si non acquisiuit titulo oneroso.*

32 *Pater in bonis aduentitijs non potest præiudicare filijs, nec illis beneficium tertij, & ius quæsitum tollere.*

33 *Pecuniæ considerantur ad effectum cognoscendi titulum onerosum acquisitionis.*

34 *Pater, quando acquirit bona emphyteutica mediante titulo oneroso, totum ius remanet radicatum in eius persona, & num.35.*

36 *Liberalitas alicuius excluditur, si nihil de suo dedit.*

37 *Emphyteutica bona ad hoc, vt quis dicatur acquisiuisse titulo oneroso, nihil refert, an emptio fuerit habita à Domino directo, vel ab emphyteuta, & num.40.*

38 *Curt. sen. cons.49. num.4. & alij DD. declarantur.*

39 *Fœminæ regulariter reijciûtur à successione feudi.*

41 *Decisiones in causa Cesenaten. coram Reuerendiss. Ortembergo declarantur.*

DECISIO DCCXLI.

PAVLVS Vgolinus emit bona, de quibus agitur, pretiumq; soluit venditori, & postea inuestituram recepit à Domino directo pro se, filijs, & nepotibus masculis ex legitimo matrimonio descendentibus. Decessit Paulus instituto hærede Fabri-

Fabritio filio in omnibus bonis, & signanter in em-
phyteoticis, dotemq; in quantitate assignauit Lau-
ræ, & Iuliæ, filiabus.
Fabritius deinde etiam obijt superstitibus Paulo
iuniore Victoria, Contessina, & Isabella eius filijs.
Qui Paulus iunior demùm, & ipse fato functus
est, institutis hæredibus prædictis Victoria, Contes-
sina, & Isabella ipsius sororibus, facta itidem ex-
pressa mentione de bonis emphyteoticis.
Hinc orta est cōtrouersia inter istas sorores Pauli
iunioris, nempè Victoriam; Isabellam, & Contessi-
nam ex vna, atque inter Lauram filiam Pauli se-
nioris ex altera super successione in huiusmodi bo-
nis emphyteoticis, & in partibus lata fuit senten-
tia pro Laura.
Hodie causa in Rota coram me introducta infor-
mantes pro Laura dicebant eidem fauere tenorem
inuestituræ, in qua est comprehensa attento *Breui
Innocentij Octaui* emanato super bonis emphyteo-
ticis Ciuitatis, ac Territorij Cesenę, quo sancitum
1 est fœminas intelligi vocatas † ad successionem hu-
iusmodi bonorum deficientibus masculis, super quo
etiam consuluit, *Soc. Iun. cons. 104. lib. 2.* & pluries
respondit *Rot vt in Cesenaten. bonorum 1. Decem-
bris 1586. coram bon. mem. Card. Pamphilio, in
Cesenaten. domus 5. Maij 1599. coram bon. memor.
Card. Lancellotta Iuniore, & in alia Cesenaten. bo-
norum 19. Decembr. 1601. coram sanct. me. Greg. XV
quæ est decis. 33. inter eius impressas*: & venire ordi-
2 ne † successiuo seruata inter ipsas fœminas gradus
prærogatiua, vt post *Soc. Iun. d. cons. 104* animaduer-
tit *Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 17. n. 24*
& dixit *Rot. apud Card. Seraph. decis. 89. num. 1. &
diuers. decis. 219. num. 1. par. 4. & in Cesenaten. de
Cattullis 10. Martij 1599. coram Litta, & in Ce-
senaten. bonorū 18. Aprilis 1605. 26. Nouemb. 1606.
& 7. Maij 1610 coram Ortember.* Adeò vt quemad-
modum inter masculos superstites priùs succedebāt
3 filij, & deinde nepotes, † ita inter fœminas priùs
videantur admittendæ filiæ, & successiuè neptes, &
sic Laura, quæ præcedit in gradu ipsas Victoriam,
Contessinam, & Isabellam, sit ijsdem præferenda
iuxta deducta in præallegatis decisionibus.
Cæterum Domini censuerunt successionem in
bonis prædictis spectare ad Victoriam, & aliàs ne-
ptes Pauli senioris, exclusa Laura eiusdem Pauli fi-
lia. Et moti sunt, quia Paulus Vgolinus mediante
pecunia, & re sua acquisiuit ista bona emphyteoti-
ca, & sic est primus acquirens ex titulo oneroso;
vnde potuit excludere à successione Lauram filiam,
prout fecit in testamento, quamuis etiam esset in
inuestitura comprehensa, & ageretur de emphy-
teusi ex pacto, & prouidentia, potuitq. prælegare
4 eadem bona, vel titulo institutionis, seu fideicom-
missi relinquere nedùm vni ex comprehensis, † sed
etiam extraneis, quatenus quoad extraneos Eccle-
sia non dissentiat, & de illis disponere æquè ac de
alijs bonis patrimonialibus; Ita originaliter docuit
*Bald. in l. 1. num. 32. C. per quas person. nob. acquir.
Aretin. in l. apud Iulianum, seu l. cum seruus, §. si
quis alicui, num. 7. vers. secunda conclusio, ff. de
leg. 1. Corn. cons. 282. num. 10. lib. 3. Natt. cons. 226.
5 num. 4. & 5.* dicens rem huiusmodi † emptam non
differre à reliquo patrimonio, *Non. cons. 7. num. 2.
Lancellot. Perus. cons. 48. num. 9. tom. 2. cons. vlt. vol.*
vbi quod hæc opinio in his terminis non habet con-
tradictorem, & quotidie seruatur in practica,
6 prout etiam ab ea in praxi non esse recedendum mo-
net, *Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 74. num. 2. Pe-
regr. cons. 8. num. 32. lib. 1.* asserens rem esse indu-
bitatam *Milan. decis. 8. n. 40. Surd. cons. 351. n. 28. &
decis. 290. num. 2. Menoch. cons. 161. num. 6. & seqq.
Bellon. Iun. cons. 55 num. 12. & 37. vers. nec aduer-
satur, D. Fachin. controu. iur. cap. 8. lib. 7. vers. &
7 ideò illud*, subdens quod ius patris † ex pecunia
prouenienς extinguit omne ius, quod posset com-
petere filijs ex contractu, vel gratia Domini *Ioseph.
Ludou. decis. Luc. 66. num. 6. & 7.* & hanc opinionem
constanter amplexa est *Rota vt in recent. decis. 435.
num 13. par. 1. & decis. 450. num. 2. in fin. par. 3. &
decis. 366. num. 2. par. 4. & per Adden. ad sanct. mem.
Greg. XV. decis. 529. num. 23. & in Rauennaten. con-
cursus 18. Nouembris 1623. coram me, atque in
perusina de Alphanis 4. Decembris 1624. coram bon.
mem. Seleucien.* Dumq. Dominus directus inuesti-
uit Paulum emptorem, apparet, quod intuitu pecu-
8 niæ † solutæ facta fuit concessio, & in hac materia
potissimum attenditur, cuius contemplatio fuerit
habita in contractu, vt is possit de bonis liberè di-
sponere, prout post *Isern. Afflict.* & alios obseruat
*Menoch. d. cons. 161. n. 28. & 36. & cons. 286. n. 15.
& cons. 309 num. 20. Bertazzol. cons. 5. num. 13. Ro-
sent. de feud. c. 9. concl. 66. per tot. D. Caluan. cons. 8.
num. 38. & alij DD. alleg.*
Quam sententiam eo faciliùs recipiendam esse in
casu præsenti plura suadebant, & primò quia hic
primus acquirens ex causa onerosa prӕelegit ad suc-
cessionem bonorum emphyteoticorum personas in
hac emphyteusi successibiles, nō autem penitus ex-
traneas, vndè eo magis intrat, & fit rationabilior
facultas primi acquirentis præiudicandi alijs com-
prehensis, seu potius non communicandi illis bona
9 proprijs pecunijs acquisita, vt in simili dicitur † de
grauato restituere illis de familia, qui potest vnum
ex familia eligere, & alios excludere, vt sunt *text.
in l. vnum ex familia, §. si falcidia, & §. sed si vnus,
ff. de legat. 2. l. pater filium, §. quindecim, ff. de l g 3.
l. filius famil. §. cum pater, ff. de legat 1. l. volun. as, C.
de fideic.* quod exemplum appositè applicatur ad
hanc materiam emphyteoticam *iuxta tradita per
Alex. in l. si patroni, num. 15. ff. ad Trebell. & cons. 19
num. 9. lib. 5. Magon. decis. Luc. 7. nu. 38. Card. Mant.
de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit 9 num. 5. Surd. cons. 305.
num. 33. Fusar. de substit. quæst. 630. num. 11.* benè
*Menoch. cons. 161. num. 40. & 41. Rot. decis. 703. n. 4.
& 5. par. 1. rec.* concurritq. Domini directi consen-
10 sus, † cuius etiam magis interest emphyteusim po-
tius transire ad neptes primi acquirentis, quam ad
filias, cum sic proximior euadat spes reuersionis
ad Ecclesiam.
Secundo quia iam hæc bona emphyteotica deue-
nerunt ex dispositione primi acquirentis in Fabri-
tium, & de Fabritio in Paulum iuniorem, cuius so-
rores cum extent, quæ sunt de linea ipsius Fabritij,
vtiq. decet bona continuari in eadem linea, donec
aliquis ex ea superest, non autem retrogredi ad Lau-
11 ram; quia † in successionibus bonorum emphyteo-
ticorum, prout etiam feudalium, datur processus
continuatiuè in descendentes vnius lineæ vocatæ,
quosq. extant, non autem fit saltus ad aliam lineam,
etiam si personæ ex alia linea forent proximiores
primo acquirenti, *c. 1. in fin. de natur. success. feud.*
Oo Corn.

Corn.cons.263.num 10. *lib.*1. *Natt.cons.*22. *num.* 1. *Molin.de primog. Hispan.lib.*3. *cap.*4. *num.* 14. *Peregr. de fideicom.art.*51. *num.*59. *Mastrill.dec.*248. *num.*39. *&* 40. *Paul. Montepic.cons.*100.*n.*6. *Surd. cons.*403. *num.*16. *Rot.in recent. decis.*681. *num.* 3. *par.*2. *& in Romana domus* 25. *Iunij* 1615. *coram bon.mem.Card.Sacrato.* Et in bonis emphyteoticis,
12 de quibus liberè potest † disponi, *ex receptiori Doctorum sententia* attenditur proximitas vltimi successoris, non autem primi acquirentis *Corn.cons.*22. *num.*18. *lib.*2. *Gabriel.cons.*86. *num.*12. *lib.*1. *Card. Mant. de tacit. lib.*22. *tit.*17. *num.*38. *Rub. Alex.consil.*188. *num.*4. *Port. Imol. cons.*121. *num.*16 *&* 17. *Molin.de de primogen. Hispan. lib.*3. *cap.*4. *num.*14. & dixit *Rot.in d.Romana domus coram bon. mem. Card. Sacrato.*

Tertiò, quia nedum iuris communis dispositio, sed etiam municipalis Cesenæ suffragatur sororibus Pauli iunioris. Nam *ex Statuto in rubrica, quod stantibus masculis fæminæ non succedant, & ex alio Statuto, quod nemo audeat se inuestiri facere extantibus hæredibus defunctæ personæ, ad quos res ipsæ deuenerunt occasione successionis ab intestatò, vel ex testamento,* nedum admittitur non esse faciē-
13 dum transitum de vna † linea ad aliam extantibus descendentibus lineæ in quam semel ingressa est successio, sed etiam attributa videtur primo acquirenti facultas disponendi pro libito voluntatis de bonis
14 emphyteoticis, quæ statuta † cum fuerint à Sede Apostolica confirmata, comprehendunt etiam Clericos, de quibus faciunt mentionem dicta statuta, &
15 etiam bona emphyteotica † sub directo dominio Ecclesiæ existentia, prout in indiuiduo consuluerunt *Anchar.cons.*89. *num.*1. vbi testatur, *quod huiusmodi statutum est in viridi obseruantia, nec de illius efficacia dubitari potest, & Riminald.Iun.* quamuis ex irrita, & minus solida ratione *in cons.*267. *nu.*15. *&* 16. & signanter dixit Rot. *coram Mohed.decis.*4. *de rescript. & coram Put.decis.*6. *de constit.*

Quartò præmissa corroborantur ex eo, quod licet inuestitura sit concepta pro se, filijs, & nepotibus, tamen habet clausulam amplissimè conceptam. *Ad habendum, & quidquid placuerit faciendum,* quæ
16 inserta est in parte † substantiali, & dispositiua, non autem in executiuis, vt apparet ex lectura instrumenti; vnde eo magis primus acquirens debet habere laxiores habenas, vt possit de bonis emphyteoticis disponere, saltem inter comprehensos aliquem ex ijs præferendo ex *Soc.Sen.cons.*266. *n.*38. *lib.*2. *Gozadin.cons.*25. *num.*15. *et* 16. latè *Laderch. cons.*1. *num.*8. *& seqq. & per tot.* & sepius dixit *Rota, vt apud Card.Seraph.decis.*353. *num.* 4. *& decis.*663. *num.*1. *& decis.*1290. *num.*12. *& in recent. decis.*435. *num.*11. *& decis.*642. *num.*6. *par.*1. *ac decis.*152. *num.*1. *& decis.*294. *num.*3. *&* 7. *par.* 2. *& decis.*450. *num.*3. *par.* 3. *& coram bon. mem. Card. Caualer.decis.*293. *num.*1. *& seqq.*

Et quamuis adsit etiam prohibitio alienationis,
17 quæ regulariter solet infringere vim d. clausulæ *Ad habendum, &c. iuxta Dec.cons.*500. *num.*6. & dixit *Rot. in dec.*294. *num.*8. *par.*2. *rec.* & in alijs deductis *in Forosempronien.emphyteusis* 28. Nouembr. 1631. *& in Mediolanen. bonorum* 30. *Maij* 1633. *coram me;* Attamen in casu præsenti prohibitio alienationis non est absoluta, sed restricta per illa verba, *Absque Domini directi licentia,* vnde cessat contrarie-
tas, & repugnantia, quod possit inuestitus disponere, & non possit disponere, ob quam euitandam solet elidi virtus clausulæ *Ad habendum,* quia dispositio hic solum prohibetur in personas prohibitas, & sine consensu domini, conceditur autem cum
18 † domini consensu, & sic vis d. clausulæ persistit in suo robore, & efficacia, vt dixit *Rot. in Imolen. bonorum* 13. *Nouemb.* 1592. *&* 8. *Martii* 1596. *coram bon.me. Card. Pamphil. post Gieuagni cons.*44. *n.*78. *lib.*2. *et in dec* 294. *num.*5. *et* 6. *par.*2. *recent. et decis.*287. *num.*2. *par.* [illegible] *recent.*

Nec ambigebant Domini, quin Paulus senior primus acquirēs voluerit disponere de istis bonis emphyteoticis in præiudicium Lauræ filiæ. Quoniam exclusit illam, certam dotem ipsi assignando, quam eadem filia acceptauit absque vlla contradictione, aut protestatione, & deinde in omnibus bonis cuiuscumque naturæ, & qualitatis instituit Fabritium
19 filium; sub qua † generalitate verborum, quamuis anceps inter Doctores sit quæstio, an veniant bona emphyteotica, & Rota secundum diuersas facti circumstantias diuersimodè, non autem contrariè responderit; Et pro affirmatiua, quod in generali
20 hæredis institutione comprehendantur bona † emphyteotica, quando testator de illis potest liberè disponere, quippè quod censeantur tunc tamquam bona patrimonialia, scripserunt *Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers.*158. *in fin. Natt. cons.*159 *num.*26. *et cons.*226. *num.* 10. *Surd.cons.*551. *n.*25. *Menoch.cons.*1115. *num.* 12. *Lancellot. Perus. consil* 48. *num.*13. *&* 14. *inter cons. vlt. volunt. lib.*2. *vbi*
21 quod nullo iure cautū reperitur in tali casu, † quo liberè potest disponere, faciendam esse specialem mentionem de qualitate emphyteotica, *Bardellon. cons.*41. *num.*8. *Manent. cons.*116. *num.*21. *lib* 2. & dixit Rot. *in decis.* 435. *num.* 13. *par.* 1. *rec.* quæ est *decis.*219. *coram bon.mem. Card.Caualer. et dec.*294.
22 *num.*1. *par.*2. *rec.* & in terminis † de primo acquirente vocante masculos exclusis fœminis est *decis. coram eodem bon.mem.* Card. *Caualerio* 583. *n.*12.

Contrariam vero opinionem, quod non veniant bona emphyteotica, nisi fiat de illis specialis men-
23 tio, † quippe quod sunt bona, non quidem ex accidenti, sed ex propria eorum natura non alienabilia, neque in pleno dominio disponentis, defendunt *Bart. in l. si patroni, num.*3. *ff. ad Trebell. Corn. consil.*165. *num.*21. *lib.*2. *Angel. Aretin.* qui loquitur de bonis emphyteoticis Cesenæ *cons.*52. *num.*64. *et* 65. *Peregr. de fideicom. art.*6. *num.*32. *Surd. decis.*11. *ac decis.*93. *et decis.*160. *Laderch. cons.*75. *n.*9. *Bellon. Iun.* qui benè declarat *cons.*30. *num.*49. *et num.* 76. 77. *et* 78. *et censuit Rot. decis.*154. *num.*2. *par.* 1. *diuers. et coram Reuerendiss. D. meo Decano, decis.*32. *num.*10. *et apud sanct. mem Gregor. XV. decis.*271. *num.*1. *vbi Aadent sub num.*27. *et in decis.* 119. *n.*10. *par.* 4. *diuers. in Ferrarien. bonorum* 29. *Apr.* 1630. *coram Reuerendiss. Vrgellen. in Forosempronien emphyteusis* 28. *Nouembris* 1631. *coram me, atque in Romana donationis* 28. *Ianuarij* 1633. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Tamen quando bona emphyteotica, vel sunt hæreditaria, vel alias de illis per inuestitum liberè po-
24 test disponi, † metiendo voluntatem à potestate verior videtur prima opinio, & ita sunt concilian- dæ præallegatæ decisiones; At in casu præsenti cessat difficultas, quia signanter de bonis emphyteoticis ta-

cis facta fuit specialis mentio, quo casu nemo ambigit, † quin illa comprehendantur in successione, & hæredis institutione, dum testator de illis poterat dispenere, & dixit *Menoch. cons. 129. n. 16. et 23.*

Accedit, quod Paulus senior nedum vocauit, & prætulit Fabritium ad hæc bona emphyteotica, & exclusit fœminas, sed etiam vocauit filios eiusdem Fabritij, dum illos posuit in conditione, & concur-
26 runt coniecturæ, † quæ leuiores sufficiunt, dum versamur in descendentibus, ad hoc vt filij in conditione positi censeantur vocati, *Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 2. in fin. Peregr. cons. 91. num. 34. lib. 1.* Rot. *apud sanct. mem. Greg. XV. decis. 315. nu. 5.* vbi *Adden.* alios cumulant, *et decis. 329. num. 3. et alias*
27 *passim*; sunt enim expressi † cum qualitate legitimitatis, quæ multum attenditur ad inferendam vocationem, vt dixit *Soc. Iun. cons. 110. num. 23. lib. 3. Surd. decis. 162. num. 8.* Rot. *apud Card. Seraph. decis. 956. num. 6. et coram sanct. mem. Greg. XV. d. decis. 329. num. 5 et 6.* Et sunt vocati proximiores de
28 casata & de domo testatoris, † & sic constat de voluntate conseruandi bona in agnatione, & admittendi filios in conditione positos, *Ruiz. cons. 167. num. 13. lib. 3. Cæphal. cons. 251. num. 81. Menoch. cons. 293. num. 32. Gabriel. de fideicom. concl. 4. n. 28. et 34. Card. Mant de coniect. lib. 11. tit. 13. num. 15. Card. Seraph. decis. 1329. num. 3.* appellatione au-
29 tem † filiorum veniunt etiã fœminæ in vltimis vo-
30 luntatibus, quæ quamdiù viuunt † dicuntur conseruare casatam, & domum paternam *ad text. in l. filiæ appellatione, ff. de verb. signif. l. qui duos, ff. de legat. 3. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 14 nu. 2.* Rot. *coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 514. num. 1. et in recent. decis. 316 num. 2. par. 1. et alibi pluries.*

Et demum sat est, quod Paulus senior excluserit filias, dum illis certam dotem assignauit, bona vero emphyteotica in Fabritium transtulit.

Præcipua autem difficultas, vt ingenuè etiam ab informantibus pro Laura asserebatur, erat posita in eo; An verè Paulus senior dici possit primus acquirens ex titulo oneroso, ex quo non emit à Domino directo, neque ad illum dominum peruenit pecunia, sed emit à tertijs possessoribus, & confirmationem solùm, seu inuestituram obtinuit à Domino
31 directo; si enim non † acquisiuisset titulo oneroso, non potuisset præiudicare Lauræ comprehensæ in inuestitura, quia hoc casu inuestiri non dicuntur habere bona ex beneficio acquirentis, sed ex beneficentia Domini, nec dicitur contemplata principaliter sola persona acquirentis, & bona consideraren-
32 tur non tamquam profectitia, sed tamquam aduentitia, in quibus † pater non potest præiudicare filijs nec illis beneficium tertij, & ius quæsitum anferre, vt distinguit *Bald. in l. 1. num. 32. C. per quas person. nob. acquir. Aretin. in l. cum seruus, §. si quis alicui, num. 7. vers. prima conclusio, ff. de legat. 1. Crot. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 141. ff. de verb. oblig. Curt. Iun. de feud. par. 4. num 132. vers. quid ergo concludendum, Surd. cons. 305. num. 36. et consil. 351. num. 28. Menoch. d. cons. 161. n. 11. et seqq.*

Verum Dominis visum fuit bona hæc emphyteutica per Paulum seniorem re vera ex titulo oneroso fuisse acquisita, quamuis emptio fuerit facta à tertio, non autem à Domino directo; semper enim subsistit, quod non ex liberalitate Domini, sed ex propria pecunia bona illa habuit, et filij, ac nepotes non fuissent in inuestitura nominati, si pater non emisset, neque huiusmodi bona accepta referre debent beneficio Domini, sed marsupio Pauli, cuius intuitu concessa fuit inuestitura bonorum emptorũ: filij autem ex facto patris vocati, & Domino directo incogniti nihil vel pecuniæ, vel laboris, vel meritorum præstiterunt, & sic non fuit habita contempla-
33 tio eorum, sed tantùm Pauli & eius pecuniæ † quæ ponderantur ad effectum cognoscendi titulum onerosum acquisitionis iuxta theoricam, *Bald. in d. l. 1. num. 32. C. per quas person. nob. acquir. Menoch. cons. 286. num. 8. & 12. & cons. 309. n. 19.* vbi quod
34 tali † casu totum ius remanet radicatum in persona patris, *& d. cons. 161. n. 28. & seqq. Natt. cons. 504. num. 3. & seqq. & cons 674. num 14. D. Galuan. consil 8. num. 28. 37. 42. & seqq.* asserens nummos, vel
35 merita † acquirentis efficere bona profectitia, itaut dari, & adimi ab ipso possint, & censeri data ab eo filijs, dum per contrarium iudicium non mutatur voluntas, quod etiam aduertit *Surd. cons. 29. n. 18. & Manent. cons. 43. n. 112. lib. 1. Castill. quotid. controuers. par. 4. cap. 5. n. 38 & 43* Et quamuis Ecclesia non receperit pecuniam à Paulo, tamen certum est, quod Paulus, à quo causam metiri debemus, sustinuit onus impensæ, & pretium numerauit alijs inuestitis ab Ecclesia, à quibus facilè antea Ecclesia vel pecuniam, vel merita acceperat, ideoq. neque inuestituram denegare poterat Paulo, dum non habebat impedimentum; & hinc excluditur libe-
36 ralitas domini directi: † nihil enim dedit de suo, quia dominium directum pœnes ipsum remansit, dominium autem vtile, quod iam erat auulsum ab Ecclesia ex contractu emptionis Paulus acquisiuit à primis emphyteotis, & sic Ecclesia solùm consensit translationi dominij vtilis de primis possessoribus in Paulum: tota autem acquisitio bonorum profecta est ex pecunia ipsius Pauli soluta ijsdem possessoribus, nullaq. contemplatio habita fuit filiorum, sed tota fuit Pauli senioris, qui pecuniam soluerat; Ita in his terminis, quod nihil referat, an emptio fuerit facta à domino directo, an ab alio emphyteuta, seu vassallo ad hoc, vt primus acquirens
37 dicatur † acquisitor ex titulo oneroso, & sic de bonis possit liberè disponere tradunt *Gozad. cons. 75. num. 14. iuncto themate consilij Thesaur. decis. 146.* & luculenter *Surd. cons. 427. n. 9. vers. nec obstat,* & *num. 13. 14. & 15. & cons. 305. num. 35. vers. prædicta autem sententia, & num. 36* vbi quod sufficit etiam rem fuisse in solutum à creditore acceptã, *Peregr. cons. 22. num. 6. vers & quamuis, lib. 2. Decian. cons. 58. num. 49 lib. 2. Menoch. cons. 498. n. 78. vers. nec obstat D. Facbin. consil. 14. num. 2. lib. 1.*

38 Nec obstat, quod † *Curt. Sen. cons. 19. num. 4. ad med. vers. nec est bonum, Garzon. de fœmin. ad feud. recipien. col. 21. in 6. restrict. vers tertio declaratur, Schrader. de fœud. par. 2. cap. 4. num. 56. Intrigliol. de fœud. cent. 1. quæst. 41. num. 34. Rouit cons. 89. n. 28.* dicant necesse esse, quod pecunia soluatur Domino directo, nec sufficere si soluatur tertio. Quoniam præallegati Authores loquuntur ad effectum, vt fœudum dicatur verè emptitium, adeout in eo suc-
39 cedere possit fœmina, quæ regulariter † à successione fœudi repellitur *c. 1. §. hoc autem notandum, qui fœud. dar. possint, cap. fœudum, si d fœud. fuer. controuers.* sed non negant, quin fœudum tali casu dica-

dicatur ex titulo oneroso quamuis à tertio † em-
40 ptum, & quin de eo possit disponi in alias personas præter fœminas non prohibitas, & prædicta opinio *Curt. Sen.* habet grauissimos contradictores, scilicet *Gozad. Surd. Peregr. Decian. Menoch. & Fachin.* in locis superius adductis.

Ex quibus etiam cessat obiectum pro Laura desumptum *ex decisionibus* emanatis *in causa Cesenaten coram bon. mem. Ortembergo*, & alijs. Quia
41 † illæ decisiones non procedunt, vbi adest dispositio in contrarium facta per primum acquirentem ex titulo oneroso, quæ non extabat in casu *decisionis coram Ortembergo*, à quo etiam multum distat casus præsens; ibi enim soror aspirabat ad successionem fratris, & volebat excludere neptem ex altero fratre: hic autem agitur, vt soror admittatur ad successionem fratris excludendo amitam, & de continuanda successione in eadem linea non retrogrediendo ad personam alterius lineæ, atque de attendenda proximitate vltimi possessoris in successione bonorum emphyteoticorum, de quibus fuit facta expressa mentio in dispositione testamentaria, quæ omnia deficiebant in casu *dd. decisionum Ortembergi*, & in alijs.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit sententiam de partibus esse infirmandam.

REVERENDISS. COCCINO.

Ianuen. prætensæ excarcerationis.

Veneris 19. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Maritus licèt regulariter habeat priuilegium in restitutione dotis, vt non possit condemnari, nisi in quantum facere possit, & sic non possit carcerari, sed hoc quando non procedat, & alia notabilia in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Pro mandato suspicionis fugæ potest quis etiam lite pendente in Rota adire A. C. absque vitio attentatorum, quando adesset periculum in mora, ac captura non fieret, vt solueretur.*

2 *Et hoc intellige, non ad effectum exequendi, sed vt debitor caueat de stando iuri, et iudicatum soluendo.*

3 *Arrestum factum ab alio Iudice, quam ab eo coram quo lis pendet est attentatum.*

4 *Sed hoc intellige in simplici arresto, non autem quando relaxatur ob suspicionem fugæ præuio iuramento.*

5 *Debitor, quando fuit captus in ipsa fuga, tunc bene dicitur, quod periculum erat in mora.*

6 *Debitor, quando est in actu fugæ, potest à quocumque Iudice capi.*

7 *Mandatum suspicionis fugæ tunc bene relaxatur, quando per creditorem fuit allegatum suum creditum, et debitorem esse suspectum de fuga, præstito super hoc iuramento.*

8 *Mandatum suspicionis fugæ non potest relaxari, quando creditum non est liquidum, nisi citato ipso debitore.*

9 *Mandata suspicionis fugæ non citato debitore in Vrbe, non conceduntur, nisi constito in actis summariè de credito liquido, et vide num. 10.*

11 *Circa relaxationem mandatorum suspicionis fugæ auctoritas A. C. videtur magis ampla, quam auctoritas aliorum Iudicum, et videtur relicta in dispositione iuris communis, et quare n. 12.*

13 *Arbitrium intelligitur datum, prout de iure.*

14 *Iudex, quando præstare possit fidem iuramento suspicionis fugæ præstito à creditore contra debitorem.*

15 *Mandatum suspicionis fugæ, vt substineatur sufficit, quod creditum sit canonizatum per plures decisiones, licèt non sit lata sententia.*

16 *Mandatum suspicionis fugæ substinetur, si relaxetur pro debito in die, vel sub conditione.*

17 *Debitor, quando iam fugam arripuit, tunc creditor non potest liquidare creditum ipso citato.*

18 *Creditor non est opus, vt faciat plenam fidem de credito, tempore impetratæ capturæ, si iam debitor fugam arripuit, cum fieri non possit parte absente.*

19 *Licèt non iustificato postea credito, debitor debeat excarcerari.*

20 *In dote repetenda attendi debet domicilium viri.*

21 *In dote repetenda licèt attendatur domicilium viri, tamen ista regula fallit, quando illa debet exigi propter aliquod accidens extra naturam contractus.*

Quia tunc attenditur locus, vbi reperitur vir, tempore perpetrati actus.

22 *Maritus, si conueniatur ad restituendam dotem in loco, in quo alias subiicitur, puta Romæ, tunc licet maritus possit declinare forũ ex aliquo priuilegio, puta legationis, &c. tamen fauore dotis poterit Romæ conueniri, reiecta sua petitione, vt remittatur ad suum forum originale.*

Roma est communis patria, num. 22.

23 *Separatio Thori, quando euenit culpa mariti, tunc ipse in restitutione non potest iuuari dispositione, l. exigere dotem, ff. de iudic.*

24 *Matrimonium, quod dissoluatur morte vxoris, & quod facto viri fiat separatio thori, est quid diuersum.*

25 *Carcerationis debitoris, quando prima causa substinetur, sat est, quod postea ex nouiter deductis, si ostendatur non esse locum excarcerationi, si constet de debito liquido.*

26 *Debitorem captum, vbi constat esse debitorem, non venit relaxandus, etiamsi captus fuisset ordine non seruato. Amplia num. 27.*

28 *Alenatio facta lite pendente mala fide censetur facta.*

29 *Maritus, quando in causa restitutionis dotis, ex quo ipse dedit causam separationis thori, si male procedat, tunc nedum non gaudet priuilegio, l. maritum, ff solut. matr. sed nec est admittendus ad cessionem bonorum.*

30 *Dotis restitutio, quando est facienda in aliquo loco, tunc non sufficit, quod maritus possideat aliunde.*

31 *Perusij conuentus non sufficit, quod possideat Senis.*

32 *Maritus pro restitutione dotis nõ potest carcerari.*

33 *Maritus regulariter loquendo in restitutione dotis, habet priuilegium deducto ne egeat.*

34 *Maritus in restitutione dotis habet priuilegium deducto, nè egeat, & hoc propter reuerentiam ei debitam à muliere.*

35 *Debitor, qui non tenetur, nisi in quantum facere potest, habet duplex priuilegium, scilicet alterum reale,*

reale, quoad bona, alterum personale, quoad personam.

36 Maritus conuentus actione personali, non habet beneficium deducto, ne egeat, ex quo de dote ali debet.

37 Maritus, quando conuenitur constante matrimonio pro dote, non est habenda ratio, ne egeat, & sic tenetur vltra quam facere potest.

38 Priuilegio deducto ne egeat, qui gaudet, non potest carcerari, quia si posset carcerari, teneretur vltra quam facere posset.

39 Mulier est præferenda marito, quo ad restitutionem dotis in pari paupertate.

Charitas ordinata incipit à se ipso. n. 39.

40 Priuilegiatæ duæ personæ, quando simul concurrunt, tunc qui tractat de damno vitando præfertur, & in specie de muliere repetente dotem, n. 41.

42 Maritus in restitutione dotis, si non gaudeat priuilegio deducto ne egeat, potest carcerari, nec ei debentur alimenta.

43 Maritus ob magnam ingratitudinem erga vxorem amittit omnia priuilegia, & si carceretur, id merito fit.

44 Decis. in causa Recanaten. separationis thori 26. Febr. 1625. coram R.P.D. Pirouano declaratur, & num. 53.

45 Sæuitia mariti erga vxorem habet in ventre ingratitudinem, si sit magna, & intolerabilis.

46 Maritus, si sæuiat in vxorem nobilissimam, dicitur ingratus.

47 Maritus contra vxorem, quando meritò potest dici ingratus.

48 Iniuria aggrauatur ex qualitate, & dignitate personarum, cui infertur.

49 Ingratitudo differt à sæuitia saltem ratione Iuris, & effectus.

50 Ingratitudo perficitur ex ipso actu, & ex consummatione sequitur effectus, itavt non sit locus pœnitentiæ ad illam euitandam.

51 Mariti sæuitia erga vxorem subiacet pœnitentiæ, & reuersioni ad eundem thorum.

52 Ingratitudo mariti erga vxorem, sicuti sæuitia potest remitti, & quando secus.

DECISIO DCCXLII.

POST resolutiones factas, quod erat locus separationi Thori, ac restitutioni dotis, ob magnam sæuitiam viri, ac postquam fuerat relaxatum mandatum pro scut. 2000. ad fauorem vxoris pro eius alimentis, maritus fugam arripuit, & præuio iuramento vxoris, A. C. relaxauit mandatum suspicionis fugæ, nedum pro dictis scutis 2000. pro alimentis, sed etiam pro dote, cuius mandati vigore vir fugiens fuit in Ciuitate Veliterna detentus, & ductus ad carceres Vrbis, qui postquam per longũ tempus sustinuit carcerationem, obtinuit disputari dubium, an esset excarcerandus, & Domini negatiuè responderunt; Quia carceratio fuit valida, & iusta, nam quantum attinet ad validitatem, & si lite pendente in Rota, fuerit relaxatum dictum manda-

1 tum per A.C. hoc tamen nihil facit, quia pro † mãdato suspicionis fugæ potuit, etiam lite pendente in Rota, adiri A.C. absque vitio attentatorum, cum adesset suspicio fugæ, & periculum in mora, ac cap-

2 tura non fieret, vt solueretur, neque ad effectum exequendi, sed vt † debitor caueret de stando iuri, & iudicatum soluendo, quo casu cessat vitium attẽtatorum, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. num. 245. Rot. decis. 926. p. 3. diuers. Modern. Aquil. de caut. exec. ampl. 19. num. 18.* Neque contrarium dicit decisio *in causa Romana pecuniaria, seu Arresti 22. Aprilis 1613. coram R.P.D. meo Pirouano*, in qua Rota videtur sentire, quod arrestum factum ab alio Iudi-

3 ce, † quam ab eo, coram quo lis pendet sit attentatum, quia hoc est verum in simplici arresto, secus autem in arresto, quod relaxatur ob suspicio-

4 nem fugæ † præuio iuramento, vt eadẽmet decisio declarat, limitando dictum suum non habere locum, quando periculum est in mora, prout indubi-

5 tanter erat in casu nostro, quia vir fuit † captus in ipsa fuga, videlicet (vt dictum est) in Ciuitate Veliterna, & propterea cum esset in actu fugæ, potuit

6 † à quocũque Iudice capi, vt pulchrè declarat *Caccialup. de debit. suspect. fugit. quæst. 4. n. 4. per tot.*

Qantum attinet ad iustitiam, fuit primò per Dominam Barbaram coram A.C. allegatum creditum suæ dotis, & alimentorum, secundò eius virum esse de fuga suspectissimum, tertio fuit per eandem præstitum super prædictis iuramentum, quæ videntur

7 requisita, & sufficientissima † ad obtinendum mandatum suspicionis fugæ, quando debitor est paratus ad fugam, vel est in ipso actu fugæ, vt accidit in casu nostro *Caccialup. de debitor. suspect. q. 6. num. 15. Soc. Sen. cons. 100. n. 1. vers. & ideò voluit, Bald. lib. 4.*

8 quibus non obstat, quod creditum dotis † non erat liquidum, nec mandatum suspicionis fugæ poterat relaxari, non citato prius viro, obstante Reformatione sanct. mem. Pauli V. in tit. de Iudicibus in causis Ciuilibus ibi, *madata suspicionis fugæ non*

9 *citato † debitore in Vrbe non concedantur, nisi constito in actis summariè de credito liquido*, quod etiã procedit de iure communi, *Bald. in l. apertissimi, C. de Iudic. Gaill. obser. 44. lib. 2. ac de suspicione fu-*

10 *gæ saltem per iuramentum † creditoris, & quod ipsi creditori non sit cautum per alios correos, vel fideiussores, & tunc etiam non relaxentur, nisi deducendo debitorem ad præsentiam Iudicis, non autem ad carceres, & Iudex ipse debitore audito, prout sibi videbitur prouideat, &c.* Nam fuit responsum, quod prædicta videntur procedere in debitore cõmorãte in Vrbe, sed quicquid sit in alijs Iudicibus, cum

11 † mandatum suspicionis fugæ fuerit relaxatum ab A. C. cuius auctoritas videtur magis ampla, quàm auctoritas aliorum Iudicum, & videtur relicta in dispositione iuris communis, dum in eadem Reformatione sanct. mem. Pauli V. in tit. de A.C. & eius Tribunali §. 12. iuncto, §. 11. dicitur *mandata de manutenendo numquam, nisi seru. seru. & parte legitimè citata decernat, aut concedat.* & in sequenti §. 12. dicitur *idẽ in sequestris, & in mãdatis n. 12. suspicionis fugæ seruet, nisi aliqua ratione timendum sit Iudicis arbitrio de suspicione fugæ, & bonorum dilapidatione, quo casu iuramentum præstari debeat de suspicione fugæ, vel de metu dilapidationis bonorum*, ex quibus apparet, quod omnia remittuntur arbitrio A. C. quod quidem arbitrium,

13 † etiamsi intelligatur prout de iure, adhuc Vxor habet intentum, cum iurauerit virum suspectum de fuga, ille neque mobilia, neque immobilia possideret in Vrbe, & fuerit captus in actu fugæ, quam arripuit postquam Rota per decisiones declarauit esse locum separationi Thori, & virum teneri ad dotis resti-

14 restitutionem. Vnde meritò A. C. potuit † præstare fidem dicto iuramento, *Rip in l.2.in princ.num.57. ff.solut.matr. Menoch.de arbitr. casu* 87. *num.* 6. *& seqq.* vbi latè declarat materiam.

Vlterius fuit responsum, quod pro summa scutorũ 2000. pro alimentis creditum vxoris erat liquidum, & pro credito dotis poterat etiam mandatum concedi, cum ex decisionibus Rotalibus plenè constaret de illo, quod licèt per sententiam non fuisset ca-
15 nonizatum, nihilominus † ad effectum concessionis mandati suspicionis fugæ, & ad illud sustinendum, videtur dicendum sat fuisse per dictas decisiones ca-
16 nonizatum, & in simili videmus, quod tale † mandatum sustinetur, si relaxetur pro pebito in diem, vel sub conditione, *Roderic.Suar.in l.2.tit.de los emplamientos, vers. sed attende, n.*25. & allegat textũ *in l.quæsitum, ff.de pign. & in l.in omnibus, ff. de Iudicijs, & est text.notabilis in l. omne æs, ff. pro socio, Ias.si ab arbitro, n.7.ff.qui satisd.cogan. Cancer.var resol.tom.2.cap* 10.*num.*18. & cessat omnis
17 difficultas, quia cum maritus fugam † arripuisset, debitum non poterat liquidari ipso citato, vt benè *Castren.in cons.vlt. ante fin. vers.non autem requiritur, lib.*1. vbi quod non est opus, quod creditor
18 † plenam fidem faciat de credito tempore impetratæ capturæ, cum fieri non possit parte absente, licèt non iustificato postea credito, debitor deberet
19 excarcerari, † & hoc dictum approbat *Caccialup. de debitore fugitiuo d.quæst.6.nu.*15. *Cancer. d.n.*8. & propterea reformatio prędicta sanct.mem Pauli V. non comprehendit istum casum, in quo debitor fugam arripuerat.

Non obstat, quod vir possideret bona, seu annuos redditus in Ciuitate Neapolis, & in eadem Ciuitate alium præstiterit fideiussorem, quia huic fundamento dupliciter fuit responsum, & primo quod
20 licet regulariter verum sit, in dote repetenda † attendi domicilium viri, *l.exigere dotem, ff. de iudic.* tamen hæc regula fallit, quando illa debet exigi
21 propter aliquod accidens extra naturam † contractus, tunc enim attenditur locus, in quo vir reperitur tempore perpetrati actus, *l.si vxor 42.ff.de iudic.* & quamuis sæuitia fuerit exequuta in Ciuitate Ianuę, tamen cum fuerit declarata Romæ, vtique restitutio dotis est facienda Romæ, & in fortioribus terminis videmus, quod si maritus conuenitur in loco, in quo aliàs subijceretur, puta Romæ, quæ est
22 communis patria (vt euenit in casu isto) licet † maritus posset declinare forum ex aliquo priuilegio, puta legationis, &c. tamen isto casu fauore dotis poterit Romæ conueniri, nec est attendenda petitio, vt remittatur ad suum forum originale, *vt in d.l.si vxor*, & ibi notat *Angel. & Castren.* ac pulchre, & bene declarat *Io.Campeg.de dot.q.*19. *n.*3. *vers. & prædicta, Bald.Nouel.de dot.p.*10 *priuil.*19. *&* 20. *Ruin.cons.*50.*num.*23.*lib.*3. *Barbos. in l.exigere dotem, num.*140. *vers. & ideò verior, ff.de iudicijs, Mantic.de tacit. & ambig.lib.*3.*tit.*14.*num.*3. *vers. neque ad rem pertinet*, vbi quod textus *in d. l. si vxor*, locum habet, quando fit separatio Thori
23 † culpa mariti, tũc enim maritus in dote restituenda, non potest se iuuari dispositione, *text. in l.exigere dotem*, est enim diuersum, quod matrimoniũ
24 dissoluatur morte vxoris sine facto viri; † & quod facto viri fiat separatio Thori, vt distinguit *Castr. in d.l.si vxor, ff.de Iudic.*

Secundo fuit responsum, quod cum carceratio viri sustineatur ex prædictis, hodie non agitur de saluanda carceratione, sed an vir veniat excarcerã-
25 dus, & ideo † cum prima causa carcerationis sustineatur, sat est, quod hodie ex nouiter deductis ostendatur, non esse locum excarcerationi, cum constet de debito dotis liquido per rem iudicatam, *Ioseph. Ludouic.* & ab eo relati *decis. Perus.* 40. *per tot.Bero.cons.*162.*in fin.vol.*3. *Cancer. var. resolut. tom.*2.*d.cap.*10.*num.*27. *&* 28. vbi exornat, & bene etiam *Cornazzan. decis.* 2. *num.*18. *&* 19. *& seqq.*
26 qui dicit, quod vbi constat † debitorem captum esse debitorem, non venire relaxandum, etiamsi captus fuisset ordine non seruato, & in isto casu hæc eo magis procedunt, quia vir mala fide, & animo
27 occultandi † pretium ad impediendam restitutionem dotis vxori partim post litem motam, partim post sententiam alienauit in Regno Neapolitano ducat.55. mille, *vt in Summ. num* 5. est enim consi-
28 deranda dicta † alienatio facta lite pendente, quia cũ ageretor de separatione Thori culpa mariti, vnde in necessariam consequentiam veniebat restitutio dotis facienda mulieri, vt in decisionibus in hac causa factis, dictum fuit, dicta alienatio facta lite pendente mala fide censebatur facta, & cum etiam ex tota serie facti appareat, quomodo in hac causa proceḍatur, & iste modus procedendi non bene oleat, maritus nedum non gaudet priuilegio, *d.l.maritũ,*
29 sed † neque est admittendus ad cessionem bonorum, *Bart.in l.alia causa, §.eleganter, num.* 15. *ff. solut. matrim. Giurb.decis.*43.*num.*8. *&* 14. *& decis.*41. *num* 9 *& seqq. Castagn.de benef.de ducto ne egeat, quæst.*11.*num.*10.*Cancer.var.resolut. lib.* 2. *cap* 9. *de ceß.bonor.num.*46.*cum pluribus seqq.* Secundum nouam impressionem, vltra quod nec sufficerent dicta bona in Regno Neapolitano, nec fideiussor ibi
30 datus, quia † cũ restitutio dotis sit facienda Romæ, vt patet ex prædictis, sufficit, quod bona, & fideiussor non extent in Statu Ecclesiastico, *Bart.in l fin. num.*1. *C.de principibus agenti in rebus, lib.*12. vbi
31 quod † Conuentus Perusij non sufficit, quod possideat senis, *Bald.cons.*312.*num.*4. *&* 5. *lib.*5.
32 Denique non obstat, quod in omnem euentum pro restitutione dotis maritus non potuerit carcerari. *Petrus Nunez de Anedagno cons.*8.*ante num.*8. & quia contrarium est verius in casu, de quo agitur, & pro dilucidatione huius articuli prænotandum est,
33 quod maritus † regulariter loquendo in restitutione dotis habet beneficium deducto ne egeat, itaut non teneatur nisi in quantum facere potest, *l.maritus* 14 *vbi Barbos.num.*2.*ff.solut.matrim.l.non tamen, & l.si cum Procuratore* 23.*ff.de re iudic.* & hoc priui-
34 legium debetur maritis † propter reuerentiam eis debitam à muliere, *Ias.in l.si cõstante, ff.solut.matr. num.*28.*cum alijs per Castagn.in suo tract.deducto ne egeat, quæst.*1.*num.*2. & fuit dictum *in causa Recanaten. separationis Thori* 26. *Febr.* 1625. *coram R. P. D. meo Pirouano.* Secundo est prænotandũ
35 quod ille, † qui non tenetur nisi in quantum facere potest, habet duplex priuilegium alterum reale quoad bona, alterum personale, vt constat ex *DD.* cumulatis per *Castagn.in tract.deducto ne egeat, in probem.*1.*par.num.*12.13.14. *&* 16. Tertio est præ-
36 notandum, quod maritus conuentus actione † personali non habet hoc beneficium deducto, ne egeat ex quo de dote ali debet, *vt est text.& gloß.in l vbi adhuc,*

adhuc, C.*de iur.dot. & de comm.testatur Palatius*
Rubios in cap. per vestras, de donat. inter vir. &
uxor, §.37 *fol.*119. *Ioan.Crotus in d.l.si constante*,
*post num.*157.*ff.solut.matr.Fontanella de pact.nu-*
*ptial.claus.*7.*glos.*2.*par.*3.*num.*68.*lib.*2.*Petrus Nu-*
nez.d.responso 8.*post num.*8. vbi ita inquit, *quam-*
quam sit verum, quod maritus quando conuenitur
costante matrimonio pro dote, non videtur haben-
37 *dam esse rationem*, † *ne egeat, & sic videtur teneri*
ultraquam facere potest, non tamen ex hoc sequitur
maritum esse incarcerandum ad petitionem uxoris,
quia licet non habeatur ratio ne egeat, illud tamen
est, quia de fructibus dotis est alendus, & dos con-
signatur uxori, ut deseruiat matrimonio, & pro
eius oneribus Castren. in d. l. maritum, vbi Ray-
nerius, & latè prosequitur Castagn.in suo tractat.
deducto ne egeat, *quæst.*1.*nu.*54.*& seqq.*

His prænotatis non applicatur ad casum nostrũ,
quod maritus non potest carcerari pro dote restituẽ-
da, dum hoc ex eo prouenit, quod debet habere
alimenta ex dote, frustra enim incarceraretur, si ex
dote deberet ali, & qui gaudet beneficio deducto,
38 † ne egeat ex eo non potest carcerari, quia si pos-
set carcerari teneretur vltra id quod facere posset,
quæ rationes cessant in casu isto, quia iuxta resolu-
tionem factam in hac causa 4.*Iulij* 1633.*coram me*,
maritus non gaudet dicto beneficio, quia non pro-
batur illius paupertas respectiuè ad vxorem, quæ
39 habet tantùm dotem, & etiam si probaretur † non
releuaret, cum ipsa mulier sit præferenda in pari
paupertate, quia prima charitas incipit à se ipso, &
latissimè deducitur in eadẽ decisione, quando enim
concurrunt duæ personæ priuilegiatæ, ille præfertur,
40 † quæ tractat de damno vitando, *Bald.in l.*2.*num.*5.
C. *quod cum eo, & in l. si quis crediderit, num.*1.
post alios, ff.de pactis, qui expressè loquitur in pun-
cto, quando mulier repetit dotem propter separa-
tionem Thori, idem *Bald. in l. si quod nomine, n.*1.
in fin.ff.de condit.indebit. qui non est sibi contrarius,
vt putauit *Franciscus Aretinus in l.maritum, nu.*1.
ff.solut.matrimon. nam discusso articulo remittit se
ad ea, quæ notat *Iacob.de Arena in d.l.maritum*,
*num.*1.*ff.solut.matrimon.* vbi hoc ad literam dicit,
vnde cum marito non competat beneficium dedu-
41 cto † ne egeat, nec ei debeantur alimenta, ex qua
causa non potest carcerari, vtiq. in hoc casu carce-
ratio sustinetur.

Fuit etiam consideratum, quod maritus fuit ni-
mis ingratus vxori ob magnam illius corporis sæui-
tiam, vt fuit dictum in decisione facta coram me
42 24. Nouembris 1632. quare ob † dictam magnam
ingratitudinem videtur amisisse omnia priuilegia,
& merito fuit carceratus, vt fuit resolutum *in causa*
Romana separationis Thori 14.*Martij* 1635.*coram*
R.P.D.meo Merlino, nec est facienda vis, quod in
dicta decisione agebatur de propinatione veneni,
quia DD. ibi allegati non se restringunt ad similem
ingratitudinem, sed ad ingratitudinem simpliciter,
43 quæ in hoc † casu maxima fuit ex deductis in dicta
decisione coram me, & ex supra narratis. Nec
44 etiam prædictis † resistit dicta decisio *in causa Re-*
canaten. separationis Thori 26.*Februarij* 1625.*co-*
ram R.P.D.meo Pirouano, quæ distinguit inter sæ-
uitiam, & ingratitudinem, quia in casu de quo agi-
45 tur sæuitia habet in ventre ingratitudinem † cum
fuerit magna, & intollerabilis sæuitia, qua maritus
vsus fuit in mulierem nobilissimam ex principaliori-
46 bus familijs Ciuitatis Ianuen. † sæuiendo enim in
vxorem mulierem nobilissimam fuit ingratus, cum
eam deberet iuxta suas qualitates tractare; & pro-
47 pterea cum aliter se gessisset erga illam † ingratus
merito potest appellari, & differentia est inter nobi-
lissimam mulierem ex principalioribus Ianuen. &
mulierem ordinariam Ciuitatis Recanaten. in qui-
bus terminis loquitur decisio D.mei Pirouani, qua-
48 litas enim, & dignitas personæ aggrauat † iniuriã,
vt in dicta decisione coram me in hac eadem causa
dictum fuit, & quamuis in eadem decisione Reca-
naten. etiam dicatur, quod ingratitudo deffert à sæ-
49 uitia † saltem ratione iuris, & effectus, quia ingra-
50 titudo perficitur ex ipso actu, & † ex consumatio-
ne sequitur effectus pœnæ indictæ, itaut non sit lo-
cus pœnitentiæ ad illam euitandam, sæuitia autem
51 subiacet pœnitentiæ, & † reuersioni ad eundem
Thorum, in qua sæuitia priuilegium potest conser-
uari; Attamen fuit consideratum, quod cum ingra-
52 titudo possit remitti sicuti † sæuitia, & nihilominus
in hoc casu (vt dictum fuit) hæc sæuitia habuit ad-
mixtam ingratitudinem cum fuerit talis, vt nec per
cautionem de bene tractando potuerit illi mederi, vt
in dicta decisione mea fuit firmatum, propterea re-
tentis etiam terminis decisionis Recanateñ. ista po-
53 tius fuit ingratitudo perfecta † ex actu sæuitiæ ex
qua fuit commissa. Vnde dum ex ipso actu fuit per-
fecta, maritus vt supra dixi, amisit omnia priuilegia,
vt etiam in dicta decisione coram R.P.D.meo Mer-
lino dictum fuit.

Et ita conclusum vtraque parte acerrimè infor-
mante, causaq. maturè discussa.

R. P. D. CARILLO.

Teruleñ Canonicatus.

Lunæ 2. *Martij* 1637.

ARGVMENTVM.

Ordinarijs, & Capitulis in Regnis Hispaniarum Gre-
gor.XV. indulsit, vt præuio concursu prouiderent de
Canonicatibus, & præbendis Pœnitentiarijs, & ideo
si quis eas tanquam reseruatas impetret, non substi-
netur talis impetratio.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus Pœnitentiarius debet prouideri per concursum, præuio examine in Regnis Hispaniarum.*
2 *Reseruatio quando cessat eius vigore non est locus immissioni.*
3 *Philippus Rex Hispaniarum sic generaliter vocatur, ratione maioris dignitatis, & potestatis, vide num.*4.
Hispaniarum appellatione, quid comprehendatur, num. 3.
5 *Gratia magni alicuius Principis, tanquam prouenions à diuina eius indulgentia, quam latissimè debet interpretari.*
6 *Odia restringenda sunt.*
7 *Gratia non debet coarctari, quando eius dispositio declaratur ex amplissima generalitate verborum in eius dispositiua positorum, & num.*8.
9 *in Indulto, si fiat mentio aliorum Indultorum illa præsumuntur extare, licet non exhibeantur.*

10 *Clau-*

10 *Clausula, sublata, iuncta cum decreto irritanti, & quod de subreptione &c. quid operetur, & num. 18.*
11 *Inobseruantiam impossibile est probare, si verè adsit obseruantia.*
12 *Breuis extensiui efficacia, quando non dependeat ab Indulto.*
13 *Verba, quando stant causatiuè, & non conditionaliter, non restringunt etiamsi dispositio non esset generaliter concepta.*
14 *in Personis eruditis, pollentibus virtute, litteris, & doctrina, stat vtilitas, decor, splendor Ecclesiarum, & augmentum cultus Diuini.*
15 *Verba concepta in numero plurali, non debent restringi ad vnam tantum rem.*
16 *Ratio eadem vbi interuenit, idem ius statuendū est. Aequitas valet, quæ paribus causis, paria iura desiderat, num. 16.*
17 *Indultum concessum ad instantiam partis, antequam executioni demandetur, debet iustificari eius narratiua. limita num. 18.*
19 *Narratorum iustificatio non requiritur, quando in gratia, adest clausula sublata, cum decreto irritanti &c. etiam si emanauerit ad instantiam partis. amplia num. 20.*
20 *de Papæ potestate dubitare, nefas est.*

DECISIO DCCXLIII.

PER obitum Ioannis Bonfil. de mense Februarij anni 1634. vacarunt Canonicatus, & præbenda Pœnitētiarij in Ecclesia Cathedrali Teruleñ Regni Aragoniæ, de quibus præuio concursu per Ordinarium, & Capitulum fuit prouisus Ioannes de Passamonte iuxta formam indulti Apostolici sanct. mem. Greg. XV. Ordinarijs & Capitulis Cathedralium Ecclesiarum in Regnis Hispaniarum existentibus concessi summ. num. 1. sed quia de eisdem Canonicatu, & præbenda vti de vacantibus in mense reseruato Sedi Apostolicę fuit prouisus Isidorus Maza de Lizana, qui expeditis litteris, impetrauit etiam subrogationem gratiosam, fuit causa mihi commissa, & dubitaui. An sit danda immissio vigore subrogationis gratiosæ, & DD. vnanimiter negatiuè responderunt.

Nam quicquid sit an subrogatus probet Clericatum, & obitum vltimi possessoris, quia tamen non probat reseruationem, cum agatur de Canonicatu
1 Pœnitentiario, †qui debet prouideri per cōcursum, præuio examine, & alijs requisitis iuxta formam indulti san. mem. Gregor. XV. cessat in totum reseruatio, *Gonzal. in reg. 8. glos. 9. cap. 2. §. 2.* quo ces-
2 sante †non est locus immissioni, *Greg. decis. 53. vbi adden. num. 3. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. §. 2. numer. 360. Gonzal. glos. 24. num. 96. cum seqq.*

Non obstat si dicatur prædictum indultum non habere locum in Regno Aragonię vbi sita est Ecclesia Teruleñ, ex eo, quod fuerit concessum Cathedralibus, & Metropolitanis Ecclesijs in Regnis Hispaniarum existentibus ad instātiam Maiestatis Catholicæ Philippi IV. & sic restrictum solum ad Regna Castellæ, & Legionis respectu quorum denominatur 4. & non posse extendi ad Regnum Aragoniæ, cuius respectu denominatur 3. quia cum concessio fuerit facta verbis generalibus, ibi, *omnibus, & singulis Metropolitanis Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs in Regnis Hispaniarum consistentibus* censentur in eo comprehensa tàm Regna Castellæ, & Legionis, quàm Aragoniæ Regnum vti subiecta ditioni Maiestatis Catholicæ, & nō fit restrictio ex eo, quod Rex Philippus Hispaniarum denominetur 4. Castellæ, & Legionis, & 3. Aragoniæ, quia illa denomina-
3 tio non stat restrictiuè, sed demonstratiuè, † & Philippus Rex Hispaniarum appellatur ratione maioris dignitatis, & potestatis, vt in puncto *Mantic. decis. 59. num. 10. & 11.* appellatione enim Hispaniarum comprehenduntur omnes Prouinciæ antiquæ vlterioris, & citerioris Hispaniæ, scilicet Lusitaniæ, Beticæ, Tarraconensis, quæ Prouinciæ hodie Regna nuncupantur *Couar. pract. quæst. 1. nu. 1. & 9. Marian. de reb. Hispan. lib. 1. cap. 4. per tot.*

Qua extrinseca denominatione non obstante æ-
4 qualiter remanet Rex, & habet †imperium omnium Regnorum existentium sub Hispanica ditione nulla facta distinctione Regnorū, *Mart. de iurisdict. par. 1. cap. 26. per tot. præcipuè nu. 68. 96. & final. Couar. supra d. num. 12. Corsett. in tractat. de potest. reg. quæst. 104.* ad quæ prædictum indultum extendi debet ex natura gratiæ, & beneficij Principis, quia pro-
5 ueniens † à diuina eius indulgentia, quam plenissimè debet interpretari *ex l. beneficium 3. ff. de constit. Princip. vbi Bart. num. 2. Anchar. cons. 193. in*
6 *princip. & in regula*† *cdia restringi de reg. iur.* non non obstātibus dictionibus *huiusmodi dictis, & prædictis,* quibus prætenditur indultū restringi ad Eccle-
7 sias Regnorū †Castellæ, & Legionis tantū, quia earū natura, & dispositio declaratur ex amplissima generalitate verborum in dispositiua eiusdem indulti, *Tusch. conclus. 266. num. 10. & conclus. 287. num. 3. & 337. num. 15. & 16. Mantic. d. decis. 59. num. 3. & 8.* vbi in fortiori aliud indultum Greg. XIII. concessum Regnis Philippi Hispaniarum Regis extenditur ad aliud Regnum non Hispanicum.

Nec etiam obstat, quod fuerit in indulto narratum, vt prouideantur Pœnitentiariæ iuxta formam Constitutionum Sixti Quarti, & Leonis X. quæ restrictæ sunt doctorales, & magistrales Canonicatus Ecclesiarum Castellæ, & Legionis, quia cum non tantum fiat mentio illarum Constitutionum Sixti, & Leonis, sed etiam aliorum Pontificum prædictum
8 indultum extendi † potest etiā ad Canonicatus Pœnitentiarios, nec opus est exhibere indultum alio-
9 rum Pontificum, †quia illud præsumitur existere, vt in fortiori *Rot. decis. 36. num. 9. par. 2. diuers.* maximè stante clausula sublata iuncta cum decreto irri-
10 tanti, & †quod de subreptione, obreptione, vel defectu intentionis dari non possit, *Marescott. lib. 2. var. cap. 37. num. 1. cum seqq.* & neganti prædictum indultum in Regno Aragoniæ, quod est de Regnis Hispaniarum incumbit onus probandi negatiuam, scilicet quod pro Ecclesijs Aragoniæ nunquam fuerit concessum simile indultum, quod est impossibile
11 stante obseruantia in Ecclesia † Cæsaraugustana ex fide Curialium, quæ datur, & est confessum inter partes, *Greg. decis. 242. Rot. decis. 742. nu. 3. par. 2. recen. Paris. cons. 138. num. 1. & 2. lib. 4. Marescot. vbi supra.*

Minus releuat quod prædictum indultum Gregorij videatur restrictum ad Ecclesias in quibus prouidentur per concursus Canonicatus magistrales, & doctorales iuxta dd. Constitutiones Sixti, & Leonis & ita non possit extendi ad Ecclesiā Terulen. in qua deficiunt præfati Canonicatus, quia Gregorius non fuit

fuit motus ex illo indulto formaliter, sed causa indulti Sixti, Leonis, & aliorum Pontificum, quibus per concursum tales Canonicatus vtilius prouidebantur. quæ causa cum fuerit finalis, & effectiua pro extensione ad Canonicatus Pœnitētiarios, ita etiam vigore debet pro extensione ad Regna Hispaniarū,
12 licet indultum illa non respiceret, † quia eo casu efficacia breuis extensiui non dependet ab indulto, *Abb. in cap. super specula num 6. ne cleric. vel monac. Mandos. de priuileg. ad instar quæst. 6.*

Tanto magis quia Gregorius non fundauit suam dispositionem in d. indulto, sed in consuetudine, quæ est verissima, & vniuersalis, etiam in Regno Aragoniæ prouidendi per concursum Canonicatus doctorales, & magistrales, & licet addiderit iuxta formam Constitutionum Sixti, & Leonis, tamen ea
13 verba † stant causatiuè non conditionaliter, & ideo non restringunt, etiam si dd. Constitutiones non statent vniuersales, vel non essent adeo vniuersales, *cap. Abbate S. Siluani de verb. signif. Bart. in extrau. ad reprimendum verb. prout nu. 2. vers. si veram, Felin. in cap. 2. num. 2. de rescript. Rot. decis. 178. par. 3. rec.* principaliter autem motus fuit ex causa, & ratione indulti, & consuetudinis prouidendi per concursum illos Canonicatus requirentes
14 personas eruditas, pollentes virtute, litteris, † & doctrina, in quo stat vtilitas, decor, splendor Ecclesiarum, & augumentum cultus Diuini, quæ causa fuit motiua, & vniuersalis, & sufficit quod ea iustificetur alijs omissis, vt prædictum indultum subsistat etiam in Regno Aragoniæ, *Aegid. decis. 280. & 415. Put. decis. 79. lib. 2. Paris. cons. 3. nu. 90. lib. 4. Seraph. decis. 1432. num. 8.*

Siquidem negari non potest, quin vtilitas Ecclesiarum, animarum salus, & gloria Diuini Nominis considerata in parte dispositionis indulti, vt Canonicatus Pœnitentiarij prouideantur per concursum æqualiter militet in omnibus Regnis Hispaniarum, cum verba indulti sint concepta in plurali numero
15 † de Regnis Hispaniarum, quæ sicuti non restringuntur ad vnam Ecclesiam, sic neque ad vnum Regnum, vel ad vnam Hispaniam, sed duas Hispanias cum suis Regnis de necessitate, & proprietate sermonis comprehendunt *Mant. d. decis. 59 nu. 1. & 6.*
16 vbi enim eadem ratio interuenit, idem ius † statuendum est, & valet æquitas, quæ paribus causis paria iura desiderat, & ita dicitur adesse eadem lex non extensiuè, sed comprehensiuè, *l. bis solis, vers. satis caute putamus, C. de reuoc. donat. l. illud. C. de sacros. Eccles. in puncto Guttier. lib. 3. pract. quæst. 17. num 84. Gonzal. in reg. 8. §. 7. in proœm. nu. 105. Paris. cons. 16. num. 24. lib. 3.*

Denique dixerunt Domini non esse habendum in consideratione, quod cum huiusmodi indultum fuerit concessum ad instantiam Maiestatis Catholicæ Philippi Quarti Hispaniarum Regis non possit exe-
17 cutioni mandari nisi verificata † prius narratiua, quia obiectum tollitur stante clausula sublata cum decreto irritanti, & quod de subreptione, obreptione, aut defectu intentionis dari non possit per quam clauditur os, atque ligantur manus Iudicis, & par-
18 tis, etiamsi † emanauerit ad supplicationem alicuius, *Paris. cons. 1. num. 38. lib. 4. Ruin. cons. 21. numer. 15. lib. 1. Gabr. cons. 83. lib. 2. num 20. Seraph decis. 1020. Caputaq. decis. 218. par. 3.* & ita opera-
19 tur, † vt non sit necessaria verificatio narratiuè, seu iustificatio, *Seraph. decis. 1043. num. 5.* quod procedit etiam si per Isidorū fuisset impetrata oris ape-
20 ritio, quia hæc † non transfert onus probādi in Passamontem, *Marescott. lib. 2. var. cap. 37. num. 69. Gratian. discept. 775. num. 46. par 4. Mart. de clausul. claus. 113. num. 2. Afflict. decis. 128. num. 13. & 14. Rot. decis. 281. num. 6. par. 1. recent.*

Ex quibus omnibus attenta omnimoda potestate
21 concedentis, † de qua nefas esset dubitare, & attento dominio impetrantis non solum quoad omnia Regna vnita Hispaniarum, sed etiam quoad vniuersas Hispanias, quas in Catholico Rege Philippo IV.
22 † feliciter regnante nostra ætas videt quem Ecclesia Romana magno prosequi fauore, & merito propter suam, & suorum Progenitorum Religionem testatur *Mart. de iurisdict. 2. par. cap. 41. num. 13. & 14.* considerataq. etiam causa adeo fauorabili & vtili ad salutem animarum in dispositiua indulti narrata, illud habere locum contra prouisum Apostolicum censuerunt Domini, eique immissionem esse denegandam.

Et ita decisum vtraque parte bis acerrimè informante &c.

R. P. D CARRILLO.

Vlixbonen. Professionis.

Veneris 27. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Absolutionem, vt obtineat ille, qui habuit recursum ad Iudices Laicos &c. quid requiratur, & maxime si Papa absoluendi potestatem commiserit, cum clausulis, renunciato prius &c. parito iudicato, & refectis expensis.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ, parito iudicato, & refectis expensis, important conditionem.*
2 *Iurisdictio concessa sub conditione donec non doceatur de illius adimplemento, suspensa remanet iurisdictio, & perinde est ac si nulla fuisset tributa.*
3 *Recursibus ad Iudices Laicos non dicitur sufficienter renunciatum, non amoto præcepto &c. vel non facta exactissima diligentia pro remouendis omnibus impedimentis.*
Recursibus ad Iudices Laicos, non dicitur renunciatum, nec satisfactum violatæ iurisdictioni, & libertati Ecclesiasticæ, nisi retractando eosdem recursus habitos, & remouendo quantum in se est omnia impedimenta. num. 3.
4 *Recursibus ad Iudices Laicos, si non sit sufficienter renunciatum, recurrenti non est concedenda absolutio sed potius pœna censurarum propter vsurpatam disciplinam Ecclesiasticam mulctari debet.*
5 *Verba non sufficiunt vbi opus est facto.*
6 *Affirmari id, non dicitur, quod factis negatur.*
7 *Si quis recursum habuerit, vt ad Iudices Laicos, absolutionem obtineat, non sufficit simplex cessio, seu renunciatio verbalis, sed requiritur quod sit vera, & actualis.*
8 *Et signanter curandum est, vt remoueantur omnia impedimenta, adeo vt nec de iure, nec de*

facto

facto noceri possint ad compulsationem faciendam.

9 *Rota in taxatione expensarum solum habet rationem earum, quæ liquent ex actis vulgariter expensæ viuæ nuncupatæ scilicet.*
Expensarum registri.
Interpretationis processus.
Examinis testium. &
pro Aduocato, & Procuratore aliquid plus. nu.9.

10 *Sed ista regula non procedit in expensis factis occasione recursus ad Iudices Laicos.*

11 *Iura sua vnusquisque tueri debet.*

12 *ad Iudices Laicos ille, qui habuit recursum, si obtinuerit, vt possit absolui, cum clausula refectis expensis, tenetur, & condemnandus est ad omnes & singulas expensas, etiam ratione damnorum, & interesse parti reficiendo & nec hoc casu sufficit cautio. num.13.*

14 *ad Expensas probandas data verisimilitudine sufficiunt quæcumque probationes, quæ haberi possunt.*

15 *Expensæ factæ pro fundanda intentione actoris in negotio principali, & non occasione recursuum non sunt reficiendæ, ita vt non possint impedire absolutionem à censuris, declara pro vt nu.16.*

17 *Verbum, occasio, importat etiam causam remotissimam.*

18 *Decisio in causa Illerden. Priorissæ 13. Octobris 1636. coram R.P.D. Rojas declaratur.*

DECISIO DCCXLIV.

PROPOSITO pluries dubio, An intraret arbitrium pro concedenda absolutione excommunicationis Antonio, & Ioanni Gomez ob recursus habitos ad Iudices Laicos pro impedienda Franciscæ compulsatione processus huius causæ, strictèque discusso articulo super quantitate expensarum, hodie causa reproposita Domini negatiuè responderunt, nisi prius fiant diligentiæ pro remouendis impedimentis, & reficiantur expensæ etiam ratione damnorum, & interesse, quæ vsque in præsentem diem iuxta liquidationem, & taxationem à Perito de ordine Rotæ factam, & in actis productã ascendunt ad scut. 307. 35. monetæ sine præiudicio aliarum, quæ extra curiam in eadem causa eadem occasione factæ fuerunt.

Nam cum à Sanctissimo Domino Nostro fuerit mihi commissa potestas absoluendi per breue cum clausulis *Renunciato prius per dd. Ioannem, & Antonium attentatis in vim recursus, parito iudicato,*
1 *& refectis expensis,* † quæ clausulæ important conditionem *l. à Testatore ff. de condit. & demonstr. Paris. cons. 41. num. 14. lib. 4. Seraph. decis. 655. nu. 4.* & per dictos Ioannem, & Antonium non doceatur de purificatione, & implemento dictarum condi-
2 tionum † suspensa remanet mihi data absoluendi facultas, & perinde est, ac si nulla fuerit tributa iurisdictio. *Verall. decis. 550. num. 5. par. 1. Mantic. decis. 343. num. 1. Rota decis. 378. numer. 1. coram Gregor. XV.*

Quod autem prædictæ conditiones non fuerint adimpletæ constat, ex quo habito recursu ad Iudices Laicos, ab illis impetratum fuit præceptum contra Notarium, ne auderet processum huius causæ compulsare, *vt in Summ. antiq. Franciscæ num. 1. 2. & 3.* Vnde non amoto præcepto, vel non facta exactissima diligentia pro remouendis omni-
3 bus impedimentis non dicitur sufficienter fuisse renunciatum recursibus, nec satisfactum violatæ iurisdictioni, & libertati Ecclesiasticæ, nisi retractando eosdem recursus habitos ad Iudices Laicos, & remouendo impedimenta per d. præceptum exequu-
4 tioni mandati Rotalis præstita, † & ideò absolutio concedenda non est, sed potius pœna censurarum ab Ecclesiastica disciplina vsurpata contra recurrétes ad Iudices Laicos mulctari debent. *iuxt. not. in cap. si autem cap. nihil 11. quæst. 3.* & fuit dictum *in Arboren. Canonicatus 24. Ianuarij 1633. coram R.P.D meo Merlino,*

Non obstat renunciatio à recursibus facta per dd. Ioannem, & Antonium data in eorum *Summ. num. 2. & 3.* Quia verbalis est illa renunciatio, &
5 † verba non sufficiunt vbi opus est facto *l. non omnes §. fin. de re milit. l. peculium in princip. ff. de pecul. c. 1. & 2. de sequestr. poss. & fruct.* nec dicitur affirmati,
6 † quod factis negatur, ideoque simplex cessio, seu renunciatio verbalis non suffragatur, sed requiritur quod sit vera, & effectualis, ita vt Francisca nullum
7 † habeat impedimentum pro compulsatione processus, vt in punct. absolutionis respondit. *Rot in Regien. Capellaniæ 1. Iulij 1630. coram R. P. D. meo Pirouano,* & signanter curandum est, vt remoueantur omnia impedimenta, adeò vt nec de iure,
8 † nec de facto nocere possint ad compulsationem faciendam, vt concedatur absolutio. *Lancell. de attent. p. 3. cap. 29. num. 41. & 42. Gregor. decis. 503. num. 5.*

Nec minus est adimpleta conditio *refectis expensis*, donec satisfecerint, & soluerint quantitaté supra relatam; Nam licèt regulariter Rot. solum
9 habeat † rationem expensarum iudicialium, & earum, quæ liquent ex actis, vulgariter expensæ viuæ nuncupatæ, vt puta expensarum registri, interpretationis processus, examinis testium (quæ in præsenti ascendunt ad scut. 60. ba. 3. scilicet pro registro scut. 56. 83 & pro interpretatione processus scut. 3. & ba. 20.) & aliquid plus pro Aduocato, & Procuratore. *l. properandum §. fin autem C. de iudic. Vestr. in prax. lib. 8. cap. 2. n. 11. Rot. in Tulen. expensarum coram R. P D. meo Verospio 8. Martij, & 28. Iunij* 1619. Tamen regula procedit in expensis litis factis
10 sine recursibus, † in quibus non agitur adeò rigo-
11 rosè, quia vnusquisque debet sua † defendere, non autem habet locum in præsenti casu, cum Francisca ex causa, & occasione recursuum fecerit quamplures expensas, & damna passa fuerit, à quibus DD. de Gomez non possunt excusari, ideò merito sunt in
12 † eis condemnandi etiam ratione damnorum, & interesse, & Francisca de omnibus reficienda. *cap. fin. §. pars vero* ibi, *primo satisfaciat integraliter de expensis de offic. de legat. cap. quoniam 4. §. si quis vero de immunit. Eccles. vbi glos. verb. satisfactum* docet
13 non † sufficere cautionem nisi integra satisfactio præcedat *Mart. de claus. par. 1. claus. 144. nu. 1 Marches. de commiss. tom. 1. fol. 432. Gratian. discept. 785. num. 16. Rot. coram Gregor. XV. decis. 492. vbi adden. num. 9.*

Quæ expensæ ratione damnorum, & interesse repartitæ inter Aduocatum, Procuratorem, originalia informationum facti, & Iuris, Copistam, interpretum testium, & Prouisioné Francisci Viere solli-

sollicitatoris huius causæ ascendunt ad, scu. 247. 32. videlicet.

Pro Procuratore in diuersis vicibus commissionibus, & diuersis informationibus, in voce, & in scriptis. scut. 59.

Pro substituto eiusdem Procuratoris pro originalibus plurium informationum facti. scut. 10. 20.

Pro Aduocato pro diuersis informationibus Iuris in voce, & in scriptis. scut. 58. 80.

Pro originalibus informationibus Iuris eiusdem Aduocati. scut. 4. 37.

Pro copijs informationum pro Rota, & Signatura fact. s à Copista. scut. 44 95.

Pro mercede interpretis quinque testium in Curia examinatorum pro vndecim sessionibus. scut. 10.

Pro Francisco Viere non vti Agente, sed tanquam sollicitatore huius causæ post recursos habitos spatio 30. mensium ad rationem scut. 2. pro quolibet mense. scut. 60.

Quæ omnia computata cum supradictis expensis iudicialibus. scut. 60. 03.

Faciunt dictam summam relatam in principio decisionis scilicet. scut. 307. 35.

Et cum sint verisimiles iustificatæ ex quietantijs, & computis in actis datis singulariter medio iuramento recognitis, & à Perito taxatæ videntur satis
14 comprobatæ, in ò data verisimilitudine † sufficiunt quæcumque probationes, quæ haberi possunt. *Federic de Sen cons. 119. num. 4. Rot. in Salamantina censurarum 24. Ianuarij 1611. coram Reuerendiss. Lugdunense, & in d. Tulen. expensarum 18. Martij coram RPD. meo Verospio.*

Nec releuat quod prædictæ expensæ sint factæ pro fundanda intentione Franciscæ in negocio princi-
15 pali, & † non occasione recursuum, quo casu reficiendæ non sunt ex adnot. per *Rot. in Illerden. Prioris sæ coram* R. P. D. *meo Rojas sub die* 13. *Octobris* 1636. Quia licèt respiciant negocium principale, tamen cùm nihil iuuauerint Franciscæ ad aliquid
16 obtinendum, nec ab ea factæ fuissent, † nisi sibi fuisset impedita compulsatio processus, negari non potest quin comprehendantur sub clara dispositione Breuis, ibi, *expensis factis occasione recursus*, quod
17 verbum † occasio importat etiam causam remotissimam. *Bald. cons. 119. num. 7. lib. 2. Corn. cons. 153. num. 5. lib. 2. Menoch. cons. 335. nu. 25. & 28. Cæsar de Graß. decis. 2. num. 12. de constit.*

Nec etiam applicatur dicta decisio *Illerden.* corã
18 *R. P. D. meo Rojas.* † vbi habitis recursibus, & non solutis expensis data fuit absolutio, versamur enim in diuerso casu, tùm quia ibi erat parua quantitas expensarum tum etiam, quia expensæ fuerunt factæ ab eo, qui recursum habuerat, in præsenti autem ob precepta facta à Iudicibus Laicis Francisca coacta fuit adire Sanctissimum in signatura gratiæ, & pluries in Rota, quo casu debentur etiam expensæ factæ in disputationibus de stylo huius Sacri Tribunalis.

Et ita ex defectu sufficientis renunciationis ad recursus, & integræ satisfactionis expensarum, tàm iudicialium quàm ratione damnorum, & interesse responderunt Domini non intrare arbitrium pro concedenda absolutione.

Vtraque parte informante.

F I N I S.

BENEDICTA SIT SANCTA, ATQ. INDIVIDVA TRINITAS, NVNC, ET SEMPER, ET PER INFINITA SÆCVLA SÆCVLORVM.



CATA-

CATALOGVS
RR. PP. SACRAE ROTAE ROMANAE
AVDITORVM
Coram Quibus.
DECISIONES PRÆSENTIS TOMI
EMANARVNT.

Iuxta ordinem prout tunc in Rota ſedebant.

IO. BAPTISTA COCCINVS Venetus Rotæ Decanus.

FRANCISCVS SACRATVS Ferrarienſis, deinde S.R.E. Cardinalis.

ALPHONSVS MANZANEDO Hiſpanus Patriarcha Hieroſolymitanus.

IO. BAPTISTA PAMPHILIVS Romanus, hodie SANCTISS. D. N INNOCENTIVS X.

PHILIPPVS PIROVANVS Mediolanen. Rotæ Decanus.

FRANCISCVS VBALDVS Peruſinus.

FABRITIVS VEROSPIVS Romanus, deinde S.R.E. Cardinalis.

GVGLIELMVS DVNOZETTVS Gallus Archiepiſcopus Seleucien.

IO. BAPTISTA REMBOLDVS Germanus.

CLEMENS MERLINVS Ciuis Ferrarienſis Rotæ Decanus.

BALDASSAR SEBASTIANVS NAVARRVS Hiſpanus.

LVCAS ANTONIVS VIRILIS Romanus deinde S.R.E. Cardinalis.

INDEX



INDEX MATERIARVM, ET RERVM LOCVPLETISSIMVS.

QVAE IN SECVNDO, ET TERTIO TOMO PARTIS QVARTÆ DECISIONVM RECENTIORVM A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO SELECTARVM, CONTINENTVR.

ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

AC

ACCRESCENDI IVS.

ACQVISITIO.

ACTA.

ACTIO.

ACTOR.

ACTVS.

Actus

Aperi-

APPELLATIO IN GENERE.

per

A Q V A.

A R B I T R I V M.

BANNITVS.

BENEFICIATVS.

BENEFICIVM.

Bene-

Biga-

BONA ECCLESIASTICA.

Bonor-

Bona

Cadu-

Capi-

Causa

Cedula

C E N S V R A.

C E N S V A R I V S.

C E N S V S

CEREMONIALE ROMANVM.

C E S S I O.

CESSIONARIVS.

CHARITAS.

CHRISTIANVS.

CITATIO.

in Cita-

CIVIS, ET CIVITAS.

CLAVSVLA IN SPECIE.

Clau-

per

CLAVSVLAE IN GENERE.

C L E R V S.

C O A D I V T O R.

C O A D I V T O R I A.

C O D I C I L L V M.

C O L L A T I O.

C O L L E G I A T A.

C O L L E G I V M.

C O L L I T I G A N S.

COMPVTA.

CONCESSIO.

CONCILIVM.

Quod

Condu-

Con-

CONFIDENTIA.

CONFINIS.

CONFIRMATIO.

Con-

CON-

Depen-

D Ea

D I E S.

D I E S.

D I F F E R E N T I A.

D I F F I C V L T A S.

D I G N I T A S.

D I G R E S S V S.

D I L A T I O.

D I L I G E N T I A.

D I S C O R D I A.

D I S D I C T A.

D I S M E M B R A T I O.

Dispo-

DISPVTATIO.

DISSOLVTIO.

DISTRIBVTIONES.

D O S.

Dos

Dos,

Dotis




EBRIETAS.

ECCLESIA.

Aliàs

Emptor

Expres-



Quia

Cum

F I D E S.

Fidei

FRATER.

Fructus

Fru-



pro



Hæres

H AE R E S I S.

H AE R E T I C V S.



I

IACTANTIA.

IACTATIO.

IDENTITAS.

IGNORANTIA.

ILLEGITIMVS.

Ille-

Immissio

Insti-

Instru-

Iudicis

Iudex

IVDICARE.

IVDICATVM SOLVERE.

IVDICIVM.

Iura

Iuspa-



L

LABOR.

LEGATVS.

LEGITIMA.

LITERAE APOSTOLICAE.

LITERAE.

LOCATIO.

in Lo-

Man-

Et

MODICITAS.

MOLENDINVM.

MONACHVS.

Mo-

Mulier

Mulie-



NARRATA.



O

Obli-

OBSERVANTIA.

Officia

Papa

PAROCHVS.

PARS.

PARTITA.

Eoque

Patri-

Pecu-

Pensio

Pos-

POSSESSOR.

PRIOR

PRIOR.

PRIORATVS.

PRIORITAS.

PRIVATIO.

PRIVILEGIVM.

PROCESSVS.

PROCVRATOR.

in



QVADRAGESIMA.

QVALITAS.

QVANTITAS.

QVASI POSSESSIO.



R A T I F I C A T I O.

R A T I O.

Ratio-

Red-

Regu-

Reli-

Re-

Re-

REPRESENTATIO.

REPVDIATIO.

REQVISITVM.

RES.

Romæ

Sen-

Soror

Statu-

STIPVLATIO.

STYLVS.

SVB

SVBSTITVTIO.

de



TACENS.

TACITVRNITAS.

TAXATIO ALIMENTORVM.

TEMPVS.

Testan-

ad Te-

Testes

TRANSLATIO.

TRANSPORTATIO.

 V 


VACATIO.

VALIDITAS.

VALOR.

Valor

Vendi-

Verbum,

VERISIMILIA.

VERI-

Vo-

VOTVM.

VRBS.

VSVRA.



INDEX

INDEX DECLARATIONVM CAPITVLORVM, CONCILIORVM, CONSTITVTIONVM, SEV BVLLARVM,

Regularum Cancellariæ, Legum, Statutorum, Decisionum, & Doctorum, quæ in his duobus Tomis partis Quartæ Recentiorum continentur.

CAPITVLA.

Ex Decretalibus.

Ex Sexto.

Ex Clementinis.

Ex Extrauagantibus.

Regulæ Cancellariæ.

L E G E S.

Ex Digestis.

Ex Codice.

LEGES.

Ex Authenticis.

Ex Feudis.

Glossæ.

Statuta.

Declaratio nonnullarum Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ,

Et quoad impressas in diuersis partibus.

Index Declarationum, quo ad Decisiones diuersorum Auditorum separatim impressas.

Sequuntur declarationes Decisionum non impressarum ordine alphabetico iuxta Diœceses.

A

B

C

F

I

M

N

Oscen.

DOCTORES.

Cur.

Paris.

Finis Indicis Declarationum.



INDEX EPISTOLARVM, SEV DISCVRSVVM PAVLI RVBEI I. C. ROMANI,

Existentium in præsenti, & præcedenti Tomo, necnon infra in Tomo Tertio Decisionum ab eodem Selectarum par.7.recent. qui in Indice materiarum non habentur.

Vbi allegatur Tomo II. est præcedens Tomus, vbi verò Tomo III. est præsens Tomus, tandem vbi ponitur part.7. est infra part.7. recent. aliàs Tomus Tertius, vt dictum est.

A

Ambu-

Cæsar

D

Deci-

Extre-

Impe-

Sapien-

Timere

V

Virtus

Finis Indicis Discursuum.



REGESTVM
TOMI SECVNDI PARTIS QVARTAE RECENTIORVM.

†, a b c d e f.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

Omnes ſunt Terniones, præter †, quæ eſt quaternio.



REGESTVM
TOMI TERTII PARTIS QVARTAE RECENTIORVM.

§, §§, †, ††, †††.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo:


a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z a a b b.

Omnes ſunt Terniones, præter §, & †††, quæ ſunt quaterniones, & b b, quæ eſt duernio.



R O M AE,
Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.
M.DC.XXXXVI.

SVPERIORVM PERMISSV.



Decis.
Recent
Pars.4.To.3.

